734

...LLEZIONE PISTOIESE
...SSI-CASSIGOLI

70

...BLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE

RACCOLTA DAL

CAV. FILIPPO ROSSI-CASSIGOLI

nato a Pistoia il 23 Agosto 1835
morto a Pistoia il 10 Maggio 1890

Pergamene - Autografi - Manoscritti - Libri a stampa - Opuscoli - Incisioni - Disegni - Opere musicali - Facsimile d'iscrizioni - Editti - Manifesti - Proclami - Avvisi e Periodici.

21 Dicembre 1891

Digitized by Google

Digitized by Google

ABB. JO: BAPTISTÆ PACICHELLII
J. C. Artium, ac Sac. Theol. Doctoris
TRACTATUS
DE DISTANTIIS
Ad Text. in Leg. Final. Dig. Fin. Regund.

In quo tota ferè Servitutum Materia theoricè, ac practicè delibatur.
Acceſſerunt in hac poſtrema Editione

FRANCISCI LAZZARINI
J. U. C. PRATENSIS, ATQUE IN ROMANA CURIA ADVOCATI
ADNOTATIONES,

AC SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES,
A nonnullis, & quamplurimis mendis vindicatæ, & duplex
Titulorum, ac Rerum Index.

Eminentiſs., ac Reverendiſs. Principi
D. JOANNI BAPTISTÆ
SPINULÆ
S. R. E. Cardinali, ac Digniſſimo Bononiæ à Latere Legato.



PARMÆ, Apud Heredes Pauli Monti. MDCCXXXV.

SUPERIORUM PERMISSU.
Proſtant ROMÆ; apud Laurentium Manfredi, & Marcellum Silveſtri
Bibliopolas in Platea Agonali.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYLLABUS

Sacræ Romanæ Rotæ Deciſionum poſt hunc Tractatum impreſſarum ordine Alphabetico exaratus.

ALbanen. Quartorum, ſivè Juris paſcendi, 5. Julii 1604. coram Juſto. Deciſ.3. fol.168.

Anglonen. Manutentionis Aquæductus 30. Junii 1724. cor. Ratto. Deciſ.67. fol.328.

Eadem. 2. Julii 1725. cor. Calcagnino Deciſ.74. fol.350.

Aſculana Aquarum. 28. Januarii 1667. cor. Bourlemont. Deciſ.30. fol.232.

Eadem 14. Maii 1668. coram Eodem Deciſ.40. fol.261.

Aſculana Servitutis 11. Februarii 1667. cor. Emerix Sen. Deciſ.31. fol.237.

Balneoregien. Terrarum 25. Novembris 1605. cor. Sacrato. Deciſ.5. fol.171.

Beneventana Fabricæ 11. Junii 1725. cor. Corio. Deciſ.73. fol.347.

Beneventana Juriſdictionis 26. Novembris 1668. cor. Bevilaqua Deciſ.41. fol.262.

Eadem 12. Maii 1670. cor. Emerix jun. Deciſ.47. fol.274.

Bononien. Aquarum 9. Aprilis 1666. cor. Otalora. Deciſ.27. fol.224.

Bononien. itidem Aquarum 24. Februarii 1668. cor. Priolo. Deciſ.37. fol.255.

Bononien. Cavamenti Palatæ, ſeù Foſcalcæ 21 Junii 1721. cor. Cerro. Dec.61. fol.308.

Bononien. Conſtructionis Fabricæ 20. Decembris 1604. cor. Litta. Dec.4. fol.170.

Bononien. Diſtantiæ. 5. Decembris 1668. cor. Taja. Deciſ.42. fol.265.

Eadem 27. Junii 1669. cor. Eodem. Deciſ.45. fol.271.

Eadem 4. Julii 1670. cor. Eodem. Dec. 49. fol.277.

Eadem 5. Decembris ejuſdem Anni, coram Eodem. Deciſ.50. fol.269.

Eadem 24. Aprilis 1671. cor. Eodem Deciſ.55. fol.294.

Bononien. Feneſtrarum 13. Aprilis 1663. coram Emerix Sen. Deciſ.12. fol.185.

Calaguritana Dimidiæ Portionis de Aro 1. Julii 1665. cor. Bevilaqua. Deciſ. 22. fol. 218.

Carpentoracten. Aquarum. 27. Novembris 1662. coram Taja. Deciſ.10. fol.180.

Caven. Molendinorum. 9. Martii 1714. coram Anſaldo. Deciſ.59. fol.303.

Cortonen. Suppreſſionis Conventus. 28. Novembris 1664. cor. Emerix Sen. Deciſ. 20. fol.215.

Eadem. 1 Julii 1665. cor. Eodem. Deciſ.22. fol.219.

Eyſteten. Fundationis Hoſpitii. 10. Maii 1726. coram de Gamaches. Deciſ. 78. fol.356.

Eadem ſuper Manutentione. Deciſ. 79. fol.359.

Eadem. 26. Aprilis 1128. cor. Eodem. Deciſ.82. fol.361.

Feretrana Fodinæ. 11. Martii 1726. cor. de Gamaches. Deciſ.75. fol.351.

Firmana Servitutis. 21. Maii 1664. cor. Ninot. Deciſ.15. fol.198.

Eadem. 3. Martii 1665. cor. Otalora. Deciſ.21. fol.217.

Imolen. Ripatici ſuper Bono Jure. 8. Junii 1725. cor. Ratto. Deciſ.72. fol.348.

Lauretana Feneſtrarum. 29. Junii 1669. cor. Calataju. Deciſ.46. fol.273.

Leodien. Nunciationis Novi Operis. 6. Martii 1724. coram Calcagnino. Deciſ.65. fol.323.

Eadem. 5. Februarii 1725. cor. Nunez. Deciſ.70. fol.338.

Maceraten. Devolutionis. 6. Decembris 1723. cor. Calcagnino. Dec.63. fol.317.

Eadem. 18. Martii cor. Eodem. Deciſ.71. fol.346.

Majoricen. Canonicatus Pœnitentiariæ. Deciſ.16. fol.200.

Melevitana Decurſus Aquarum. 31. Januarii 1656. cor. Meltio. Deciſ.9. fol.177.

Narnien. Alluvionis. 2. Martii 1668. cor. Albergato. Deciſ.39. fol.259.

Neapolitana Cappellæ; & Sepulchri ſuper Bono Jure. 24. Maii 1723. cor. Calcagnino. Deciſ.62. fol.312.

Nepeſina. Molendinorum. 3. Februarii 1710. cor. Aldrovando. Deciſ.57. fol.299.

Nullius, ſeù Aprutina Juriſdictionis. 15. Novembris 1627. cor. Virili. Deciſ. 7. fol.175.

Nullius Terræ Pratularum Juriſdictionis 27. Novembris 1724. coram Calcagnino. Deciſ.68. fol.330.

Pampilonen. Decimarum de Tafalla. 23. Martii 1697. cor. Albergato. Deciſ. 33. fol.241.

Pampilonen. Jurium Parochialium. 19. Januarii

Digitized by Google

nuarii 1663. *cor. Bevilaqua. Deciſ.* 11. fol.183.

Eadem. 27. *Junii* 1664. *cor. Ninot. Deciſ.* 17. fol.208.

Eadem. 7. *Junii* 1666. *cor. Otalora. Deciſ.* 29. fol.228.

Eadem 11. *Martii* 1667. *cor. Eodem. Deciſ.* 32. fol.238.

Piſana Tenutæ. Diſcurſus Bourlemont. Deciſ. 13. fol.186.

Eadem. 17. *Novembris* 1664. *coram Eodem. Deciſ.* 18. fol.209.

Eadem. 23. *Januarii* 1666. *cor. Eodem. Deciſ.* 24. fol.221.

Eadem 30. *Januarii* 1668. *cor. Carpineo. Deciſ.* 36. fol.252.

Ravennaten. Annuæ Præſtationis. Votum Camerale Ginetti. 9. *Januarii* 1671. *Deciſ.* 51. fol.280.

Eadem. 16. *Martii ejuſdem Anni. Deciſ.* 52. fol.284.

Ravennaten. Bellaarum. 28 *Januarii* 1669. *coram Calataju. Deciſ.* 44. fol.267.

Regien. Conſortii. 20. *Junii* 1670. *coram Bevilaqua. Deciſ.* 48. fol.275.

Romana Alienationis Situs. 26. *Novembris* 1621. *cor. Sacrato. Deciſ.* 6. fol.172.

Romana Clauſuræ Tonſtrinæ. 28. *Junii* 1726. *coram Corio. Deciſ.* 80. fol.360.

Eadem ſuper Manutentione. Deciſ. 81. fol.362.

Romana Feneſtrarum. 21. *Februarii* 1724. *cor. Criſpolto. Deciſ.* 64. fol.320.

Romana Inquilinatus. 1. *Junii* 1598. *cor. Lancellotto. Deciſ.* 2. fol.167.

Romana Juris Congrui. Votum Camerale Robuſterii. Deciſ. 53. fol.287.

Romana itidem *Juris Congrui.* 4. *Julii* 1619. *Votum Auditoris Camerarii. Deciſ.* 54. fol.290.

Romana Puteolanæ. Diſcurſus Advocati Severoli. Deciſ. 56. fol.296.

Romana Retractus. 15. *Junii* 1652. *cor. Peutingerio. Deciſ.* 8. fol.176.

Romana Sæpis, & Arborum. 15. *Januarii* 1668. *cor. Cerro. Deciſ.* 34. fol.244.

Romana Servitutis. 29. *Januarii* 1666. *cor. Cerro. Deciſ.* 25. fol.222.

Romana Urnarum. 16. *Junij* 1724. *coram Calcagnino. Deciſ.* 66. fol.325.

Eadem. 29. *Junii* 1725. *coram Nunez. Deciſ.* 69. fol.338.

Sorana prætenſæ Servitutis Tranſitus. 24. *Aprilis* 1716. *cor. Foſtaro. Deciſ.* 60. fol.306.

Terracinen. Molendini. 27. *Maii* 1588. *coram Giptio. Deciſ.* 1. fol.165.

Toletana Juriſdictionis. 11. *Januarii* 1669. *coram Priolo. Deciſ.* 43. fol.255.

Toletana Monaſterii. 24. *Februarii* 1668. *cor. Carpineo. Deciſ.* 38. fol.257.

Veliterna Retractus. 28. *Januarii* 1664. *cor. Ninot. Deciſ.* 14. fol.196.

Eadem. 24. *Novembris* 1664. *cor. Taja. Deciſ.* 19. fol.212.

Eadem. 9. *Aprilis* 1666. *cor. Eodem. Deciſ.* 28. fol.227.

Eadem. 12. *Novembris ejuſdem Anni cor. Eodem. Deciſ.* 26. fol.223.

Eadem. 23. *Januarii* 1668. *cor. Taja. Deciſ.* 35. fol.250.

Verulana Fabricæ. 1. *Aprilis* 1726. *coram Corio. Deciſ.* 76. fol.354.

Eadem ſuper Attentatis. Deciſ. 77. fol.355.

Urbevetana Viæ ſuper Bono Jure. 4. *Martii* 1712. *cor. Scotto. Deciſ.* 58. fol.301.

ABBA:

A B B A T I S

JO: BAPTISTÆ PACICHELLII

TRACTATUS JURIDICUS.

DE DISTANTIIS.

C A P U T I.

De Textus noſtri Auctore.

S U M M A R I U M.

1 *Studium rubricæ, auctoriſque notitia I. C. eſt neceſſaria.*

Quando Rubrica eſt minùs ampla, prævalet nigrum n. 12. Secùs quando Rubrica habet orationem perfectam num. 13. ubi alia de hoc remiſſivè.

2 *C. nota quandoque in G. mutata conſpicitur, & num. 14.*

3 *Gajus noſter quis fuerit? & num. 16.*

4 *Plures nomine hoc antiquitùs appellati, & n. 15.*

5 *Vetuſtæ notæ benè ſunt legendæ.*

6 *Gajus hic literis græcis operam navavit.*

7 *Moderni fictam in iis peritiam jactant.*

8 *Hæc lingua eſt neceſſaria Juriſtis, quemadmodum latina: ubi de utrarum ignorantia querela: ſed à nimium criticis cavendum advertitur.*

De laudibus linguæ Græcæ vide hìc, & n. 18.

9 *Gajus cujuſnam ſectæ fuerit?*

10 *Quot libros ſcripſerit? & n. 17.*

11 *Quomodo eos ad 12. tab. exaraverit.*

1 ACcurata famoſiſſimæ hujus legis interpretatio, quam Divinis auſpiciis amplectimur, Inſcriptionem, ſeu Rubricam præ aliis hoc loci poſtulat examinandam, tùm ratione luminis quod, Legiſlatore, ejuſque habitibus cognitis, in cætera influit: quemadmodum aperte deſignat vir memoriæ immortalis *Jacob. Gothofred. in diſcurſ. hiſtor. ad l. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt. cap. 3.* Cùm ſummorum virorum exemplo, qui tali methodo, & non illaudabiliter, uſi ſunt, veluti *idem Gothofred. de Imper. Maris cap. 2. Richter. de privil. Literat. ſive in expoſ. ad Auth. habita C. ne filius pro patre p. 1. in princ. Craſius in comment. ad l. Δξιῶυ ff. de l. Rhodia de Jactu cap. 1. n. 1.* & ferè cuncti illuſtres auctores, qui ſtudium hoc efficaciter Juriſprudentiæ candidatis inculcarunt, ob fidem *Payen. Prodromi Juſtiniani p. 2. §. 9. ſect. 3.* Quæ Authoris, ſeu Legiſlatoris inſpectio, non vulgaris tantum curioſitatis eſt vitium, Moralis præceptoris monito minimè attento, qui ſcripſit lib. de *Brev. vitæ in cap. 13. eorum eſſe de Auctore libri quærere, qui operosè nihil agant*: neque aliquid nimis verborum eſt contra Plinii ſenſum *lib. 8. c. 25.* Sed grati animi merito tribuitur, eum (teſte *eod. Sen. 3. de Benef.*) *quiſque in beneficio perſonam, locum, & tempus obſervare debeat*: & valdè id laudabile ſit in jure *§. Tanta autem de confirm. Digeſt.* Ex quo de cauſis hiſtoricis & politicis propoſitæ alicujus ſanctionis magnopere erudimur. Id. *Gothofred. ad l. quiſquis, ad l. Cornel. de Sicar. in Theodoſ. cap. 3. Stirwius de conſtit. Princip. tit. 9. §. 1.* aliique. Ipſa autem inſcriptio, vel potiùs titulus eſt hujuſmodi.

GAJUS LIBRO QUARTO AD LEGEM DUODECIM TABULARUM.

EXimii hujus Auctoris gloria, ut quantùm tenuitati noſtræ datur, eluceſcet, è Veterum

2 latebris eſt profectò eruenda. Legitur *Gajus*, ſeu malueris *Cajus*, cum C. in G. mutetur Fabio teſte *lib. 1. cap. 19. & Varr. lib. 4. de ling. lat.* in verbo *Gladius* quod à *clade* ducitur: ſequitur id *Gronov. lib. 2. obſervat. cap. 22. pag. mihi* 403. quamquam uſitatior ſit *Gajus*. Quis verò ipſe fuerit, capite hoc tantum notandum eſt. Et certè

3 Juris Conſultus ille egregius apparet ſub Hadriano Imperatore, qui ſe talem demonſtrat, dum ſui temporis factum narrat *in l. 7. ff. de reb. dub.* ibi -- *Noſtra ætate Serapia Alexandrina mulier ad D. Hadriani perducta eſt cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa eſt.* Vixitque deinde ad Pii ætatem, ut conſtat. *ex l. 63. §. 5. ad Treb. l. 25. de jurejur. princ. inſtit. ad S. C. Orphit.* Quod

 mu-

mulieris factum in ea *l.* & Julianus tunc temporis *l.63.ff.de ſolut.* narrant: & ſimile de alia ſcribit *Capital. in vita ejuſdem Anton. Pii* neutiquam anachronismo hallucinatus, ut putavit *Caſaubonus*, ſed jure defenſus à *Samuele Petito obſerv. lib. 2. cap. 3.* Quanquam alia autument nonnulli, à Phlegontis Tralliani narratione de muliere eadem ali juſſa à Trajano nimis decepti; Hoc etenim enervat *Rupert. in Enchirid. Pompon. cap. 1.*

4 Alios quoque ſimili nomine invenio nuncupatos, veluti eſt C. Baſſus, qui libros *de Origine verborum & vocabulorum*, Gellio, & Macrobio teſtibus, ſcripſit, ut idem *Rupert.* alterum à noſtro ibidem probat *c. 1.* Cajus Caſſius Longinus Servii Sulpitii pronepos, atque Tiberii ætate: quem etiam à Jureconſulto diverſum firmat *Lipſ. ad Taciti annal.* Quia hic, uti ſingularis in tanta facultate, auctor hujus legis proculdubio cenſeri debet.

Sed in Veterum monumentis advertendum
5 eſt, ne quandoque notis decipiamur. Exemplo me explico, ne ſcilicet cum *C. Allia Faſcinno C. Allium C. F. Faſcium* confundamus, ſemper enim Chronologia ſpectanda eſt, quæ altera excurrit ſub Hadriano, altera vero ſub Antonino Pio. In quod viri, alias de literis bene meriti, faciliimè lapſi ſunt, puta *Poncirol. 1. Theſ. var. lect. 70.* quemadmodum obſervavit *Rupert. lib. cit. de ſucceſſ. Prud. c. 13. ſect. 4.* qui *c. 3.* belle advertit C. notam pro initiali *Cornelii* aliquando acceptam, ut exemplo *C. Scipionis Naſicæ* demonſtratur; Unde Philologi Tyrones admodum cavere debent ne *Valer. Prob. in opuſc. de Interpr. Roman. liter.* ſequuti, illam pro *Caji* nota primo ictu oculi ubique ſumant.

Poſt Auctoris nomen ita declaratum, ejus qualitates jure exponimus. Et Græcas literas
6 an calluerit examinando, quod primum quæri poſſet. Dicimus igitur nos eſſe in ſententia, ipſum omnino iis operam impendiſſe: qua in diſceptatione *Adroſtea Mareti* Cagnolum laudabiliter rejecit, fide Ruperti loco paulo ante adducto. Suadent hoc prima fronte verba eadem legis Solonis, quibus de more nonnullorum Prudentium reſpondet. Rurſus Principum placita, quos Græcis græcè quoque reſcribere conſueviſſe apertum eſt: quem in finem epiſtolarum græcarum magiſter inter alios magiſtros erat, de quo veteres viſuntur Inſcriptiones, & referunt *Joſeph. lib. 1. c. 7. Eunap. in Nimphidiano*, idemque *Gothofred. de Imper. Mar. cap. 2.* qui Antonini Pii quædam hujuſmodi recitat reſcripta: eorumque Gajus fortaſſe inhæſit veſtigiis. Porro non eſt adumbranda in tanto viro mera Græcæ diſciplinæ oſtentatio ad inſtar quampluſium recentiorum, qui characteribus (ut ita dicam)
7 ampulloſis, Græculos, & quidem ridicule, ſe ſe jactant. Suadet ulterius eximiæ hujuſce linguæ facundia, quæ à Romanorum vi excidium neutiquam paſſa fuit, ut ipſamet Græcia, ſed Romanos potius quodammodo imperio ſubjecit. *Horat.* probat *epiſt. lib. 2.*

Græcia capta, ferum victorem cepit: & artes
Intulit agreſti latio.

cujus encomium fuſius affert in Poetica ibi:

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui ———

& paulo infra ſuos auſcultatores ſic admonet

——— *vos exemplaria Græca*
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Romanus autem Orator *pro Archia: Si quis* (inquit) *minorem Gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat, propterea quod Græca leguntur in omnibus ferè Gentibus: latina ſuis finibus exiguis ſane continentur.* Quæ peritia plurimum ad Juriſprudentiam comparandam conducit, ut M. Catonis majoris exemplo docemur, qui, eodem Tullio teſte *lib. 2. Acad. quæſt. in princ.* Græcas literas adhuc ſenex diſcere voluit: *cumque Eloquentia magnam jam gloriam partem haberet, id egit, ut Juris civilis quoque eſſet peritiſſimus*, ut ſcripſit *Val. Max. lib. 8. cap. 7. n. 1.* Quod plura aliorum Jure Conſultorum firmant exempla; Et abſque hac notitia, Gaji fama certe non parum eſſet imminuta.

Verum hic prætereunda non eſt inſignis pro utriuſque linguis *Ludov. Vives* auctoritas & quærela, de qua, tanquam de margarita pretio-
8 ſiſſima inventa, plurimum gavisi ſumus; Ait enim *in lib. 7. de cauſ. corrupt. art. pag. nobis* 74. à tergo: *Maximam illis* (ſ. legalibus codicibus) *obſcuritatem ſequentibus ſæculis attulit ruditas duarum linguarum, quibus erant ſcripti. Ignorata ſunt verba græca, quorum frequens eſt mentio, cum in toto corpore juris civilis, tum potiſſimum in codice, & ex eo in tribus poſtremis. Multa citata ex Homero, & Demoſthene, & aliis græcis penitus omiſſa, in quibus erat vis ſententiæ legis, pro quorum expoſitione unum illud dictum arbitrabantur ſufficere. Non poteſt legi, quia græcum, quaſi in perpetuum deſperarent de eo, quod in præſens non aſſequerentur, &c.* Et paulo pôſt: *Jam leges permultæ ſunt græcè ſcriptæ, & pravè in latinum verſæ ab interprete imperito. Idcirco & pleraque omnia verba ſimplicia græca, quæ in jure ſunt civili relicta, confuſa ad nos venerunt ac depravata. Inſcientiæ græcitatis acceſſit imperitia latini ſermonis, & eorum omnium, quorum eſt crebra mentio in jure civili, veſtium, ſupellectilis, inſtrumenti ruſtici, tum rerum & conſuetudinum fori ac totius Civitatis Romanæ, in quibus ſita eſt mens legum & ſententiis. Ad hæc hiſtoriam & temporum rationem oblivio oppreſſit. Quibus ex cauſis pro cælo expoſuerunt cucurbitam, & hiſtorias confinxerunt, cum veras ignorarent, &c.* Videtur tamen in ſupervacanea verborum critica nimium acris hic auctor, quemadmodum de aliis quampluſimis ejus ſæculi eſt dicendum: ii enim vel ſe tantum omnia ſcire, vel cuncta eos ignorare exiſtimabant, qui verborum lepores ignorarent: pro mendoſis quoſcumque habentes, qui varias auctorum lectiones à diverſis non eruiſſent codicibus: eos minimi facientes, I. ex G. elementum loco y exaraſſent, & ſimilia fere nihil afferentia utilitatis in eorum criticis confarcinantes. In quibus adeò ſemper jactabundi, ut Accurſius, Bartolus, atque eximia tot legalia Philoſophiæ lumina (in ipſorum ſententia) abſque minimis his obſcura prorsùs forent. Ipſe quoque met Vives in ſuis ad *D. Auguſt. lib. de Civit. Dei* commentariis (plus moribus fortaſſe noxiis, quàm ad ingenia utilibus, ut in ſimili de libris Archilochi *Val. Max. lib. 6. cap. 3.* ideòque donec expurgarentur eccleſiaſtico decreto damnatis) præ verbis nil ferè aliud affert; Quanquam ſummum illum Eccleſiæ Patrem ac Doctorem, non imbelli verborum ſono, ſed in gravi verbo-

rum

Digitized by Google

rum pondere tota literatorum Univerſitas admiretur. Quare cautè ac diſcretè advertenda hæc ſunt.

9 Cæterum quoad ſectam, potuit Gajus ipſe
Stoicis forſan adhæſiſſe, qui ſub Antonino maximè floruere, ut ex Lipſio apertum planè fit: cum quibus etiam *Naturæ* nomine, videtur *Deum* intelligere *l.28.ff.de uſufr.* Sed hoc affirmare non audeo, cum certum non invenerim de illo teſtimonium. Quandoque tamen ſententiis Proculianorum arridet, nempe cum Pubertatem ab annis, & non à corporis habitu metitur *lib.2. inſtitut.tit.2.* aut cum putat conditionalem, in qua precium alterius arbitrio ſubjectum eſt in *l.quod ſæpe 35.§.1.ff.de contrab.empt. & l.ſi merces 25.ff.loca in princ. Galvan.* adprobat *de Uſufruct. diſſert.var.c.29.num.3.* qui antea *cap.1. n.5.* non ſine errore, ut ex dictis liquet, obſervaverat Gajum iſtum eundem eſſe ac illum, de quo *Gell. lib.12.c.17.* loquutus fuit; Cum Servio tamen clariſſimo Maronis interprete, Philologis, atque Grammaticis exiſtimat ipſum ejuſdem fuiſſe valde familiarem.

Quamplurium vero librorum ſcriptione Jure Conſultos hic ſplendorem nominis uſq; ad im-
10 mortalitatem auxit. Quoſdam ex iis recitat Imperator in Digeſtorum proœmio: alios autem *Rivallius* congerit *in Hiſtor. Jur.civ.lib.5.* atq; *Henell.* enumerat *de Veterib. I.C. cap. x.* iique ſunt. *Ad Edictum provinciale trigiata duo: ad leges quindecim*: ad *Edictum urbium decem: aureorum ſive rerum quotidianarum ſeptem; de verborum obligationibus tres: de manumiſſionibus totidem: duos fideicommiſſorum. Duos ad Edictum Ædilium Curulium: de Caſibus unum: Regularum unum: Dotalium, ſive Dotaliciorum unum: de Tacitis fideicommiſſis unum: ad S.C. Tertull. unum: ad S.C.Orphitianum unum: ad legem Gliciam unum: Inſtitutionum quatuor*, quos in ſcholis ante Juſtinianum legi conſuetos, deinde Tribonianus in Imperialibus componendis maxime ſequutus eſt: Inter quos præcipui tamen ſunt *Ad leges duodecim Tabularum ſex*: tali
11 quidem ſcripſit concinnatione, ut libri ſinguli binis tabulis interpretandis deſtinati ab eo fuerint: Et conſequenter ut primus primæ ſecundæque tabulæ: ſecundus tertiæ & quartæ, & ita deinceps reſponderet. Quod veterum teſtimoniis, & ſolidis rationibus probat *Jacob. Gotbofred.ad lib.cui titulus Fontes Juris in præfat.*

Et hæc ſatis de illo.

A D N O T A T I O.

SUper eo quod dicit noſter author *num. 1.* advertendum eſt, quod neglecta Rubrica ſemper
12 prævalet nigrum, quoties nigri diſpoſitio eſt magis ampla, magiſque ſpecificè loquitur ex notatis *per Fachin.conſ.51.n.14.lib.1. Altograd. conſil.30.ſub num.49.verſ.non obſtat lib.2. Rot. dec.689.nu.21. coràm Dunozzett.jun.& dec.494. n.3.coràm Bich., & in Romana Bovum, & Equarum 30. Aprilis 1700. impreſſ. ad Statut. Agricultur.ultim.impreſſion. p.3.deciſ.21. fol.mihi 354. §.Nihilque coràm bo.me. Anſaldo.* Quoties
13 tamen Rubrica habet orationem perfectam, tunc ex ea ſola poſſet deveniri ad Deciſionem controverſiæ *Rot.deciſ.157.n.11.& ſeqq.p.4.rec.* Super hoc vide *Palm.Nep.allegat.263.num.4.5. & 9.10.9.* & latè *Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.1.per tot.*

Ad *n.2.* nota quod frequens eſt apud veteres Latinos, & recentes Italos mutatio unius in alteram litteram, ut ſæpè G. pro C. & vice verſa C. pro G. uſurpetur: C. enim aliquando antè litteram N. collocatur, & pro G. effertur, ut Cneus Cnidius; & etiam in G. aliquando tranſit, per derivationem, vel compoſitionem, ut Quadringenti, pro Quadrincenti. Compenſatur tamen à Litt. C. quæ multotiès in G.
14 tranſit ut Legor Lectus, Agor Actus, & ſimilia *Dictionar. Ambroſ. Calep.& Paſſerat. Lit. C.& G.& Vocabular. Cruſc.Litt.* pariter *C. & G.* ubi plura ſcitu digna. Et in antiquis quibuſdam nummis deprehenditur, quod pro Galba, Gurges, Galicia, Gellius, Ogulnius, Gulo, Gallus, legitur Calba, Curges, Clicia, Cellius, Oculnius, Culo, Callus, *Jac.Revard. ad ll.12. Tabul. cap.7. de litis additione in princ.* ubi ſubdit: *Sic prapago aliquando eſt in 12.Tabul.paco, & quem Cajum vulgarem, cum Florentinæ Pandectæ Gajum appellatum contineant. & ita quidem ex gnoſcita interdum ab antiquis cnoſcita*: Tria hæc elementa C. G. Q. pro una littera fuiſſe connumerata, Priſcianum teſtem adducens nos admonet *Angel.Rocc. in tractat. de Bibliotheca Vatican. tit. de iis, qui varios characteres, &c. pag.mihi* 239.

Propiùs autem ad rem noſtram accedendo, plures fuerunt, qui C. prænomine in Juriſprudentia floruerunt: ideò difficile repertu eſt, quiſnam fuerit, & quo præciſo tempore vixerit C. noſter. Fuit enim C. Caſſius Longinus ge-
15 nitus ex nepte Tuberonis Servi Sulpitii: alter C. Caſſius temporibus D. Hadriani, cujus meminit noſter author ſuperius *n.3.* id colligens *ex l.7.ſeù potiùs 8.ff. de reb. dub.* Sed nimia fortaſſe certitudine aſſerit hunc eſſe eundem cum authore noſtræ Legis ultimæ: Cum potiùs hoc in dubium revocetur à multis: Nonnulli enim ſequentes Paulum, narrationem circà fœtum mulieris Alexandrinæ, de quo *noſter auctor in dicto n.3.* & habetur *in d.l.8.* tribuunt Ælio non Cajo: Nonnulli etiam Cajo tribuentes, diverſum tamen eſſe illum à Cajo noſtro affirmant: Nonnulli denique utrique prædicto Caſſio C. prænomen demunt. Fuerunt etiam alii Juriſconſulti C. nomine ut C. Livius Druſus, C. Trebatius Teſta, C. Altejus Capiro. ſed de his certum eſt multum eſſe diverſos à C noſtro. Quid communiter credatur circà ejus ſcripta eruitur ex *Aymaro Rivall.* in Hiſtoria Juris Civilis, qui in aliquibus diverſificat ab
16 *Henell.* cujus verba ſuperiùs *n.10.* tranſcribuntur. Adeundus circa prædicta præcitatus *Aymar.in d.tract.lib.5.n.32. & Valentin.Forſter. de Hiſtoria Jur.Civil.lib.2.poſt med.in verb.Caius:* Et ejus verba ſunt hæc: *Prodiit ex Sulpitii Sebola, ut Pomponius refert: citatur à Boetio in Topicis. Prætèr nomen nihil de eius vita, & genere ſcitur. Quidam ſub Caracalla eum floruiſſe aſſerunt. Scripſit quidam Caius, quiſquis is fuerit, ad Edictum Provinciale libros; duos, & trigiata; ad leges quindecim; ad edictum publicum quindecim; Aureorum ſeptem;*
17 *δώδεκα δέλτων, hoc eſt duodecim Tabularum, ſex Inſtitutionum tres; Fideicommiſſorum duos; de caſibus unum; Regularum unum; Dotalitiorum unum; Hypothecariæ unum. Nunc libri duo Inſtitutionum C. nomine circumferuntur. Plures Caios in Juriſperitia claros fuiſſe dubium non eſt, temporum verò injuria non dignoſcuntur.*

Digitized by Google

Super laudibus Græcæ Linguæ, eiuſque maxima utilitate in omnibus ſcientiis addiſcendis adeundus doctiſſimus Antnnius Maria Salvini
28 io ſuis *Diſcurſibus Academicis p.1. diſcurſ.....* *pag.mihi* 209. & rurſus in aurea recollectione di Proſe Toſcane *Lect.*48.*per tot.*& propiùs ad rem noſtram, ſuper d. Linguæ utilitate ad Juriſprudentiam addiſcendam idem author *Lect.* 34. paritèr *per tot.*

GAPUT II.

De Legibus Solonis; Earumque ad Romanos Traductione.

SUMMARIUM.

1 *Qualiter ex Gracia, & ex aliis urbibus jura in decem tabulas fuerint delata.*
2 *Plurima de hoc auctoritates adducuntur.*
3 *Bina tabula ſuperioribus quando addita.*
4 *Earum fragmenta apud quos extent.*
5 *Quanto duravit tempore earum legum obſervantia, & num.10.*
6 *Hiſtoriola legalium codicum, & praſertim Baſilici.*
7 *De noſtro Codice Irneriano.*
Quis fuerit Irnerius, & quando floruerit, vide hic, & num.14.
8 *Leges ad prudentum imitationem ſunt interpetranda.*
9 *Quinam fuerint legati miſſi ad leges colligendas.*
11 *Leges pradicta unde fuerint nuncupata Tabula.*
12 *In qua materia conſcripta fuerint.*
13 *Lex Solonis non fuit in totum transfuſa in leges Decemvirales.*

1 AUctore legis noſtræ dilucidato, poſtrema inſcriptionis pars ſit obvia, nempe LIBRO QUARTO AD LEGEM DUODECIM TABULARUM. Sciendum autem quod Jure Papyriano, ſive Regio, nec non etiam conſuetudinario, per quod Urbs olim viguerat, abnleto, ſedandis inter plebem Patriciolque diſcordiis, miſſi fuere Athenas aliaſque Græciæ non modo, verum & Italiæ Civitates. Legati tres, qui Solonis digniſſimas leges, aliaſque deſcriptas referrent in tabulas: iiſque triennio poſt reverſis, alii ſeptem legibus ſcribendis adjecti ſunt, qui cuncti Decemviri fuere appellati. Cur vero à Græcis præcipue civitatibus petitæ fuerint leges? advertit *Coraſ. in lib.* 2. *de Orig. jur.§.Exactis* *t.n.* 10. quia ſcilicet ab illis, ut notum eſt, quæcumque liberales artes bonæque diſciplinæ dimanarunt. Hiſtoria univerſa
2 clariſſimis auctoritatibus ſit comperta. *Creati Decemviri* (*Tacit. inquit lib.3.Annal.*) *& acciti, qua uſquam egregia compoſita duodecim Tabula*; Qui tamen tempora non diſtinguit, verbiſque utitur nimis compendiariis: cum in decem tantum tabulas eboreas primum jus Romanum fuerit conjectum, ut conſtat *ex Pompon. Enchirid. vel in d.lib.2. de Orig. jur.* & recitat *Payen.in Prodrom.Juſtin.par.*3. §. 3. *ſect.*2. Hinc *Sellius lib.*20. *cap.* 1. *Orta mentio* (ait) *eſt legum Decemviralium. Eas leges, Sextus Cacilius, inquiſitis, exploratiſque multarum urbium legibus, eleganti atque abſoluta brevitate verborum ſcriptas dicebat.* Porcius Latro *Declam.in L. Sergium Catilin. Majores olim noſtri, ſapientiſſimi homines, & ſine dubio graviſſimi, cum leges è Gracia per legatos ſuos accerſendas eſſe putarent, quibus hanc Imperii magnitudinem perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recens, ſeveritate illarum cum barbaris tuis abuteveris? &c. Dionyſ. Halyc.* (qui res Romanas cæteris planè melius pertractavit) fuſe de hoc *lib.* 10. *Summa eorum, qua vobis ſuadeo, hac eſt, ut Legatos eligatis, & partim in Gracia urbes, qua ſunt in Italia, partim Athenas mittatis, qui leges optimas, & noſtris moribus maximè convenientes petant, atque huc afferant.* Et mox: *Legati legum à Gracis petendarum cauſa creati.* Et ruſus. *Eodem tempore reverſi ſunt legati cum legibus, quas afferebant Athenis, & ex aliis Gracia urbibus, qua in Italia erant.* Et poſt, cum de Decemviris creatis loquitur: *Tres legatos* (ait) *qui leges à Gracis attulerant, Decemviros creatos*: & demum magis individualiter paulo infra: *Hi Decemviri leges, cùm ex Gracorum legibus, tùm ex patriis conſuetudinibus non ſcriptis conſcriptas in decem tabulis propoſuerunt ei, qui vellet ſpectandas, omnem privatorum correctionem admittentes.* Quia ex veteri quoque jure, ex moribus, legibuſque Regiis petitæ quædam fuere ex iſtis legibus. *Idem Dionyſ. lib.* 2. *Sublato* (inquit) *Regno, cum primum P. Romano viſum eſt, omnes patrios mores & leges una cum aſcititiis in foro palam omnibus proponere, Decemviri eam inter cateras retulerunt, & extat in quarta* 12. *tabularum. Liv.lib.*6. *Miſſi legati Athenas, juſſique inclytas leges Solonis ſcribere, & aliarum Gracia civitatum inſtituta, mores, juraque noſcere: Pompon. lib.* 2. §. 4. *de Orig. jur. Placuit publica auctoritate Decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Gracis civitatibus, & civitas fundaretur legibus.* Hæc & alia teſtimonia, nempe *Ammian. lib.*22. *Simmach. lib.*3.*epiſt.*11. *Oroſ.lib.* 2. *cap.* 13. *D. Auguſt.de Civit. Dei cap.* 16. *Ulpian. lib.* 1. *de Curat. Furioſ.* affert *Jacob. Gothofred. in lib.* cui titulus *Fontes Juris lib.* 2. *Hiſt.leg.* 12. *tabul. c.*4. quæ brevitatis gratia omitto. Integra hiſtoria extat etiam apud *Sirmanuum in ſpecul. Imper. Rom cap.*5. Quod vero Gaji reſponſa ex 12 tabulis præcipuè fuerint depromptæ, indigitat *Samuel Petit. leg. Attic. lib.*5.*tit.*1.

Non ſileo nihilominus eoſdem Decemviros, facultate obtenta illas legum Decem tabulas
3 emendandi vel interpretandi, ſequenti anno, quod erat Urbis Conditæ 304. alias duas addidiſſe: quæ omnes duodecim tabularum leges, ſeu Decemvirales dictæ fuere, nec non publici, privatique juris fons à *Liv.lib.*3.appellatæ, & pro Roſtris poſitæ, ex *Pompon.* & poſt eum *Payen. locis citatis.* Quibus notitiis addere lubet M. Tullii elogium *lib. de Oratore* ibi: *Dicam, quod ſentio, fremant omnes licet, Bibliothecas Mercle omnium Philoſophorum, unus mihi videtur legum* 12. *tabul. libellus, ſi quis legum fontem & capita viderit, & utilitatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare.* Nonnulla iſtarum ex Solone fragmenta, quæ no-
4 viſſimis temporibus erudita ingenia locupletarunt, M. Tullius affert *in* 2. *de leg.* à ſanctionibus ejuſdem prorsùs Philoſophi, ac Legislatoris deſumpta: quemadmodum *Gell. lib.* 11. *cap. ult. Paul.* 1. *ſent.*15. *in princ.*& *Gajus hic,*

& in

Digitized by Google

& in l.8.ff.de ſervit.ruſt.præd. qui Gajus quin-
tus harum legum interpres enumeratur à *Rit-
tershuſ.in proleg.ad l.12. tab.* optimèque colle-
cta ſuere *cit.lib.à Jac.Gothofred.* in quocumque
opere viro ſemper doctiſſimo, qui ibi exiſtimat
legem noſtram in tabula octava extitiſſe, in
qua *de juribus Agrorum*. Meminit quoque
ejuſdem legis *Rittershuſ. lib.adduc. claſs. 3. p.2.
cap.10.* At illa non totidem verbis in Decemvi-
rales haſce cenſeri debet ex Solonis verbis
transfuſa, id enim ſignificare videtur J. C. per
Iy *quodammodo ad exemplum Juris Attici*: &
advertit idē *Gothofred.in notis ad eam tabulam.*

Porro, ut omnia, quæ ad rem faciunt, expla-
nemus, hoc 12. tabularum jus ad Juriſpruden-
5 tiam uſque mediam, ex Prudentum ſcilicet in-
terpretatione à ratione legis inductam per an-
nos 346. duravit, circa annum Urbis conditæ
650. ut indicat *Payen. p.1. §.2.vol.cit.* Romanæ
Juriſprudentiæ univerſam afferens Chronolo-
giam Juriſtis valdè neceſſariam, & ſignanter
n.3. Quod jus deindè plurimos fuit paſſus mo-
tus, varioſque ſubſtulit progreſſus, nempe ex
jure Prudentum ad legem Regiam tempore Au-
guſti: ab hac Edictum perpetuum ſub Hadria-
no: ab iſto ad jus novum Codicis Juſtinianæi,
6 & ejuſdem noviſſimum; Poſtca vero ad Baſili-
con, Codicem, ſcilicet, à Baſilio Macedone
Orientis Imperatore edito, quaſi Juſtinianæi
epitomen, qui tunc temporis in Occidente le-
ges Codicis, Pandectarum, Inſtitutionum, &
Novellarum complectebatur. Et in hoc Baſili-
co omnia jura græcè erant exarata: quo ſecun-
da vice ſub Conſtant. VIII. Porphyrogenito
evulgato, variæ prodiere ejuſdem ſynopſes,
quarum notiores ſunt Leonis & Conſtantini,
Michaelis Attaliatæ, Pſellii, & Conſtantini
Harmenopoli, de quibus optimè vir celeberri-
mus *Franciſcus Suareſius in Notitia Baſilic.*
cui accedit *Payen.* ubi ſupra.

7 Vulgatus noſter Codex, qui dicitur quoque
Irnerianus ab Irnerio natione Germano & in
Bononia Italiæ publico profeſſore Lotharii
II.Occid. Imper. auctoritate fuit reſtitutus an-
no circiter Chriſti 1130. & continebat libros
50. Pandectarum: 12. Codicis: Inſtitutionum
quatuor, & volumen Authenticorum ſeu No-
vellarum; Obtinuit rursùs Authenticarum in-
ſertionem legibus Codicis, Authenticorumque
collationem ab eodem Irnerio. At in iis plura
ſparſim verba græcè relicta fuiſſe conſtat, tùm
ex Florentinarum Authographo, cum ex no-
ſtris earum exemplar imitantibus, quæ Bur-
gundion ſive Burgundius Juriſperitus Piſanus
qui floruit circa annum 1160. *ex Odofred. ad l.
11.ff.de legib.& Pancirolo in vita Bulgari*, ſeu,
ex Accurſio earum auctore, Bulgarus ipſe Ir-
nerii diſcipulus, aut alius interpres, barbarè
aliquatenus latina reddidit, ut notat Eruditus
Ægyd.Menag. Amænit.Jur.cap.33.

Oportet idcirco legum vim ac majeſtatem
8 conſpicere per aſſiduam Prudentum interpre-
tationem, eorum ſcilicet qui artem calleant
æqui ac boni, non verò qui litigandi vias ma-
1 gis, quam juris & Juſtitiæ tradere ſoleat, ut ex
Pompon.d.l.2.de Orig.jur. §. His legibus dedu-
cit ibi *Coraſ. n.4.* Quorum veſtigiis curabimus
ut in iſto qualicumque tractatu inſtiterimus.
Et ad hunc guſtum (ut cum Plin. in epiſt. lo-
quamur) totum opus repromittimus.

ADNOTATIO.

BEllo Perſico ligneæ legum Solonis Tabulæ Ci-
vitatis incendio Athenis conflagrarunt: Sed
tamen ipſæ leges non interciderunt, quæ tùm
populorum moribus tùm fortaſſe ſparſim exem-
platæ perdurarunt. Ideòque rectè potuerunt
Legati Romani prudentia, & judicio ſingulari
Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, & Ser-
9 vius Sulpitius Camerinus florem colligere ipſa-
rum legum, quæ centum fere, & quadraginta
annorum uſu fuerant comprobatæ. Quæque
adeò firmis innixæ fundamentis erant, ut uſ-
que ad tempora Hadriani, petentibus Athe-
nienſibus Leges aliquas, ille non aliundè, quam
10 ex Legibus Solonis, additis aliquibus Draco-
nis Græci paritèr Legislatoris, jura juſſerit
compilari. Prædictæque Leges Romanorum
juſſu ex Græcis Urbibus compilatæ Tabula-
rum nomine nuncupabantur imitatione Athe-
11 nienſium, undè Solonis Leges deſumptæ fue-
rant, qui Græco nomine in idem recidente Le-
ges ipſas appellarunt, eo quod ligneis tabulis
eſſent inſculptæ.

Iſtas autem Romanas Tabulas nonnulli ebo-
12 reas fuiſſe contendunt, contra communem
opinionem, quæ ipſas ære fuiſſe inciſas fidem
facit. Aera legum in Capitolio paulò ante
conjurationem Catilinariam liquefacta fuiſſe
narrat *Cicero* relat. per *Franciſ. Balduin.ad ll.
12. tabul.in præfat.* Cum verò noſter Author
poſt *num.2.* affirmet, quod in decem tantum ta-
bulas eboreas primum jus Romanorum fuerit
conjectum; *& poſt num 3.* ſubdat, quod additæ
fuerunt aliæ duæ: veriſimile admodum eſt, quod
prædictæ additionis occaſione fuerint omnes
ære inciſæ, & ſic utraque opinio concilietur,

Quod dicitur hic poſt *num.4.* Legem Solonis
non fuiſſe totidem verbis transfuſam in *ll.* de-
cemvirales 12. tabularum, apertè docet *Cha-
rond. ad dd. ll.12.tabul.* non longè *à fin. §. Eſt*
13 lex de finibus, ubi ipſam in aliquibus capiti-
bus etiam in ſubſtantia diverſificaſſe ſubjungit
ibi: *Sed de Sepulchro aliud Decemvirì ſanxe-
runt. Lex quoque de quinque pedibus genera-
liorem habuiße videtur ſententiam.*

De Irnerio vide *Forſter.Hiſtor.Jur.Civil.lib.
3. ſub init.* ubi quod etiam wernerus appella-
batur, homo Germanus, & qui apud Methil-
14 dam in Italia gratia plurimum, & authoritate
floruit circà annum 1150. obiit circà annum
1190. Bononiæ ſepultus. Adeundus *Cardin. de
Luc. de feud.diſcurſ.1.n.11. Et in Annotat.ad d.
diſcurſ. primum ex n.3.ad 6.*

Super reliquas eruditas obſervationes de
quibus noſter *Pacichell.d. num.7.* vide ſequen-
tem Adnotationem.

CAPUT III.

De vera Lectione, & Verſione noſtri Textus.

SUMMARIUM.

1 *Hiſtorica ratio admittitur in jure. Ejus neceſ-
ſitas, atque apprehenſionis norma.*
2 *Pater tenetur facere erudire filium ad ſtudia
aptum, & n.12.*
*Amplia, ut concluſio intelligatur non ſolum de
Juriſprudentia, ſed etiam de aliis ſcientiis.
num.13.*

Digitized by Google

3 *Doctori veſtes debentur precioſiores, & lautiora alimenta.*

Et de ratione v. num. 14.

4 *Etymologia utilitatis in jure:*

5 *Quæ critico in legum interpretatione ſit adhibenda,*

6 *Sæpe variæ ſunt Textuum lecturæ:*

7 *Florentinæ Pandectæ, potiùs vocandæ Neapolitanæ.*

Contrarium verius num. 15. & 19.

8 *In iis multiplices extant errores. Vid. poſt n. 17.*

9 *Sed à nonnullis præferuntur cæteris.*

Et de ratione d. num. 17.

10 *Vulgaris lectura commendatur.*

11 *Vera noſtri textus lectio apponitur.*

14 *Doctoratus producit Nobilitatem.*

16 *Marmora Arundeliana, ſeu Oxonienſia unde di-(cta.*

18 *Lectio noſtri Textus juxta Pandectas Florentinas.*

20 *Codex Mediceus Virgilèonus cujuſnam fuerit antiquitàs.*

21 *Græcas Pandectarum Leges quiſnam Latinas fecerit.*

22 *Textus noſter in Pandectis Florentinis eſt tantummodò Græcus.*

23 *Græca ſcriptia in dd. Pandectis prima facie non diſtinguitur à Latinis.*

UT veram textus noſtri lectionem & verſionem ſtatuamus, in Critica neceſſum eſt, aliquantiſper immoremur, videntes an illa ſit
1 in jure admittenda. Præciſo autem ſententiarùm conflictu, dicimus in Legum interpretatione hiſtoricam rationem potiſſimum adhibendam eſſe, quæ cauſam finalem & ſubſtantiam indagat, cum inter eam, Romanamque antiquitatem, & Juriſprudentiam cognatio adſit ex *Jacob. Gothofred. in epiſt. dedic. diſcurſus hiſtorici ad l. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt. Gripbiander in præfat. ad tract. de Inſulis.* Unde & ſacroſanctis illis vetuſtatis penetralibus tantam conjicitur fuiſſe majorum J.C. peritiam, ut *cum legibus operam daturi eſſent, voti compotes nunquam fieri poſſe exiſtimaverint, ſi ad eam illotis, ut ajunt, manibus acceſſiſſent, ideoque nunquam ad hanc juris ſcientiam ſe conferebant, niſi prius humanioribus ac politioribus, tum latinis, quàm diligentiſſime imbuti literis: cæteris etiam diſciplinis, quæ ad hanc juris ſcientiam conferrent, operam ſtrenue, ac diligentiſſimè novaſſent: quo factum eſt, ut nihil ab eis temere dictum reperiatur, ſed ſumma omnia cum ratione.* Sic egregie diſcurrit *in comment. in tit. ff. de Relig. & ſumpt. funer. lib. 2. §. Qui noſtrum num. 13. Aſinius:* quibus notitiis ſublatis plura veniunt abſurda. Id exemplum comprobat Advocati cujuſdam Pariſienſis, qui non modo in foro occupatiſſimus, verum & magnam ſui fiduciam habens, cæterorum contemptu auctoritatem captando; *Orationem Divi Marci, de qua frequens in libris Juris mentia, Preces eſſe Sancti Marci exiſtimabat; Et tamen ille ipſe, qui ne primioribus quidem labris Juriſprudentiam, ut inde poset, attigerat, de jure reſpondebat:* quemadmodum ſanè in tantum ævi noſtri infortunium ſuſpirat atque vociferat *Ægid. Menagius in epiſt. ad Ludov. Nublæum* prævia ad ſuum libellum inſcript. *Juris civilis Amænitate.* De hiſtoriæ laudibus, plura videnda ſunt apud *Platon. in Timæo. Tull. de Orator. Diod. Sicul. in princ. ſui oper.* & alios, qui tanti ſtudii comprobant quibuſcumque neceſſitatem. Illam vero legendi methodus, cum auctorum judicio traditur à *Juſto Lipſ. in epiſtol. centur. 3. epiſt. 61.* quem ſequitur *Mich. Virdungus in epiſt. ad Nepot. quæ eſt alt. in Spicil. illuſtr. epiſt. poſt epiſt. Richter.* Quæ volumina ab omnibus legum ſtudioſis accurate volvenda ſunt; eſt enim vulgare adagium *parus legiſta, parus Aſinus,* de quo *Lotther. in de re benefic. lib. qu. 7. n. 122.* ſed in cunctis ſcientiis illud habere locum, & da lis intelligi, qui rea neſciunt experiri, neque ad praxim referre dixit *Joſeph Pilaia inſtitut. dec. Pontific. lib. 2. deciſ. 3. num. 18.* unde omnes ſcientiæ J. C. neceſſariæ ex *Forſtera de interpret. Jur. lib. 2.* Quæ ut facilius à juvenibus comparentur, Sapientiſſimi ac Prudentiſſimi viri, nec non Politicæ præceptores, patrem, ut filium in artibus liberalibus curaret, erudiendum æque obſtrinxere, ut *ad text. in l. de bonis 6. §. Qui pupillo verſ. non ſolum ff. de Carb. ed.* quicquid dicitur de tutore, fortius dicendum de patre, ſcripſit *Bald. de auth. ex teſtamento C. de collat, num. 11. verſ. non ad iſtud pater.* Quæ obligatio ad Grammaticam non reſtringitur, ſed ad cunctas artes liberales & precipue ad illam, ad quam filius eſt aptior, & maxime ad jus civile extenditur, ut *ad text. in l. 1. C. qui ætate &c. lib.* 10. adverſus *Bartol.* probant *Archidiac.* ad *cap. ſi quis de reliquerit 14. diſt. 30. verb. neceſſario, ibique Do-*
2 *minic. à S. Gemin. Cyn. ad l. Macedoniani 5. C. ad S.C. Maced. num. 7. Alberic. ad l. ſi longius 18. §. Filiusfamilias ff. de judic. num. 7. & ad l. quæ pater 51. ff. famil. ercisc. & ad l. ſi donatione 3. C. de collat. num. 7. Guil. de Cuneo ad l. ſed Julianus 9. §. Quanquam ad S.C. Maced.* ibique *Caſtr. n. 3. afferens gloſſ. ad d. §. Quanquam ſeu §. Proinde ad verb. ſolebat:* quos citat ſequitur noviſſime & egregie *Joſeph Dondeus conſult. 25. num. 5. & ſeqq.* qui ex *Caſtrenſ.* doctrina ubi proxime, probat patrem officio judicis compelli poſſe non minus ad filio ſubminiſtrandum impenſas ſtudii, quotieſcumque is ad dicendum aptus ſit, quam ad dotem filiæ: eumque teneri, & ſi filius contra parentis voluntatem in ſcholis verſaretur. Deducuntur hæc optime ex doctrina *Philoſophi lib. 8. Ethic. c. 11.* ubi ad alendum & erudiendum filium inquit patrem obligari. Item *Patricii de inſtitut. Reſpub. lib. 4. tit. 6. de offic. parent.* cujus verbis ne nimius ſim, prætereo. Immo *S. Thom. in opuſc. de erudit. Princip. lib. 5. cap. 1. & 2.* cujusvis patris in hoc negligentiam probat eſſe maxime culpabilem: curam in vilioribus ſpernens ibi: *chariores videntur habere multi porcos ſuos* (telonium, campum, mercaturam) *quam filios &c.* Ex noſtria autem hanc ſequuntur concluſionem *Jaſ. ad l. quidam ſuum filium 132. &c. de verb. oblig. num. 33. Rebuff. de privil. ſcholar. privil. 53. Horat. Lut. ſimili opere privil. 26. verſ. 6. moveor. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 22. num. 9. Michalor. de fratrib. par. 1. c. 25. n. 17. aliique,* qui aſtruunt quoque, filium ad alendum patrem non teneri, quando ab illo eruditus & inſtitutus non fuit. Et Dondeus ubi ſupra addit in omnibus ſcientiis erudiendum, ſi capax ſit, & Pater non ſumme indigeat.

Ut vero fortaſſe ad majora ſpe præmii quadam ſtudentes allicerentur, quamplures affirmant

mant Jureconſulti Veſtes precioſiores requiri
3 in doctore quam in aliis filiis. Ita *Bartol. ad l. fortiſſimi 3. C. de re milit. lib. 12. Speculat.* quem vide *in tit. de Advocato §. 2. per tot. & Bolognin. ad auth. habita C. ne fil. pro patre.* Immo & alimenta doctoris lautiora eſſe debere quam aliorum; ſcribunt *Aret. ad §. Item ſi de dote inſtitut. de action. num. 8. Abb. ad cap. cum omnes 6. de conſtitut. num. 9. & Felin. ibid. num. 32. verſ. in gloſ. penult. Menoch. de arbit. cent. 6. caſu 510. num. 12. & Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 2. num. 6. & 29. & quæſt. 18. num. 8. & 36.*

Immo Critica non tantum utiliſſima eſt ac ne-
4 ceſſaria, ſed etiam Etymologica, à quibus geminis, legalis diſciplina plurimum exornatur, & adjuvatur, ut Philoſophicis atque infallibilibilibus fere principiis demonſtrat *Craſ. ad l. Aξιους ſuperius cit. cap. 2. num. 4.*

Ea vero Critica in legum interpretatione adhibenda eſt, quæ ut textum corrigat potiùs
5 quàm explicet, dixere *Valent. Guil. Forſter. in præfat. Obſervat. & Gryphiand. in præfat Oeconom. legal. nu. 23.* qui hujuſcemodi affert exempla clariſſimorum virorum, adverſùs *Cont. lib. 2. ſubſeciv. lect. 1. Hunn. de auctor. jur. cap. 2. qu. 7.* cæteroſque allegatos ab *Hilliger. ad Donell. lib. 8. comm. 11. litt. L.* dummodò tamen id ad rem faciat, quod ſcribentium judicio ponderandum relinquitur; Aliàs enim, ſeu Critica, ſeu Grammatica, ſeu potius mentalis interpretatio, erit præferenda, quæ melior ad Reipublicæ finem, cui lex illa ſcripta ſit, judicabitur, vel ad metam potiorem in genere, eaque quæ rationem faciat habere legem, & ſolidiorem, ſeù in jure naturali fundatam, vel cauſam rationi magis conſentaneam, opinionemque magis veriſimilem, ut pluribus additis, fuſiſſimè probat *Pacemutus in tract. de J. C. perf.* Quo lumine palam fit Juriſtas ferè ſemper oportere philoſophari.

At non levis apparet varietas lectionis in
6 hoc textu, ſicut & in pleriſque, ex verſionibus planè orta: diſcrepant enim ſolidè vulgares à textibus Florentinis. Qua in re, quicquid autumnent nonnulli, nos qui in verbia Magiſtri nuſquam juravimus, neutram omninò defendimus aut reiicimus lecturam, ſed eam ſolummodò, quæ vel in univerſa ejus textura, vel in particulis rationi magis conſona videbitur: utramque partim ſequentes, partim vero (dum fas erit) impugnantes. Attamen adverſus illos, qui Florentinarum Pandectarum Codicibus nimis ſcrupuloſè adhærent, ſententiam ferimus eas (quæ potius Neapolitanæ Pandectæ vocan-
7 dæ ſecundum *Franc. de Pet. Feſtiv. lect. cap. 9 in fin.* eo quod Neapolitanis datum fuerit opus iſtud primodùm ſervandum, à quibus ſub Innocentio II. Pontifice Piſani inter bellandum, ab his autem Florentini demum erepſerint) in multis eſſe mendoſas & corruptas, multoſque illis abuſos, ut ſentiunt *Cont. cit. lect. ſubſec. Jur.*
8 *civ. lib. 1. cap. 1. num. 3. & lib. 2. cap. 3. num. 1. Duaren. lib. 2. diſput. anniverſ. cap. 14. 15. & 16.* indeque pluries in iis à librariis fuiſſe erratum demonſtrat Inſignis Philologus & (quod ſæpe ſequitur) Jure Conſultus *P. Fader. in l. in teſtamentis 12. de diverſ. reg. jur. Antiq. pag. 76. litt. B. & l. Pomponius §. Ult. ff. de neg. geſ.* hoc etiam quamplurimis comprobans exemplis *lib. 2. Semeſt. cap. 25.* ubi literas non modo, ſed ſyllabas prætetire aut permutare, inquit communem errorem eſſe, in quem lapſum noſtros incidere Amanuenſes videmus quotidie. In iis profectò nulla punctorum notatio, nulla dictionum intervalla ex *Hilliger. ad Donell. Enucleat. lib. 24. cap. 21. in notat. lit. D. in fin.* neque omnia haberi incorrupta tradit *Federic. Scot. conſ. 20. n. 23. tom. 1. lib. 14.* Quod præcipue Græculo ſcriptori accidiſſe, idem *Faber* dicit *lib. 1. eorund. Semeſt. cap. 14.* ubi illum negligentem ac dormientem vocat *& lib. 2.* confirmat *cap. 16. §. At quidam*, cui additur eminentiſſimum *Alciati* lumen *lib. 3. diſpunct. cap. 12. Ægid. Menag.* ſenſus *in Amænit. Jur. Civ. c. 33.* Iudicantque compendioſa Juliani translatio, Haloandri, Agylæi & Scrimgeri verſiones, nec non pleræque recentiorum J. C. obſervationes, quibus (poſt bonarum literarum propagationem) in his, quæ ad verborum ſignificationem ſpectant, magis eſſe deferendum quam antiquioribus, affirmavit *Rota Romana dec. 359. n. 20. coram Card. Seraph.* ipſamque ſequutus fuit *Vizzan. libell. de mandat. Princip. in proleg. n. 19.*

9 Quanquam vero *Merill. diſſert. in lib. 3. ex Cujacio c. 13.* multus ſit in defendenda enixe Florentina lectione, uti quacumque alia certiori, & Criticorum in crebris emendationibus nimiam reſpuat auctoritatem, cujus ductum plures ſequuntur apud *Griphiand. in præfat. in Oeconom. legal. n. 24.* Nos, & ſi non inficiemur illos eſſe magnæ æſtimationis, quam ſententiam amplexi ſumus cum Romana Rota *in noſtris annotationibus ad leges priores de in Jus Voc.* mox editis *cap. 5.* Cum eruditioribus tamen iis nequaquam penitùs deferre volumus, ut fece-
10 runt *Merenda controv. jur. lib. 19. cap. 25. num. 96 & ſeqq.* atque alii; Quia vulgaris (quemadmodum conſpicitur in aliqua textus noſtri parte) multoties melior & ſanior eſt. Scribunt id *Cujac. in l. ſi in vacuam 34. circa med. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Payen. in Prodrom. Juſtin. par. 3. §. 7. ſect. 8. Pacemut. de J. C. perf. cap. 9. num. 3.* & noviſſimè *Jacob. Caimus in Patavina Univerſitate Juris Civilis profeſſor primarius, equidem doctrina clariſſimus in rub. ff. ſol. matrim. par. 1. cap. 2. ſub num. 18. & Marcell. Severol.* vir, quem ſcientiæ multiplicia, ac morum ſuavitatis gratia ſummo ſemper amore colo, *in ſua quodam conſult. in cap. 11.* infrà meliùs citando.

11 Quo poſita lectionem noſtri textus hoc modo decerno.

Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. Ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. Ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. Ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. Ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν· ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν· τὰ δὲ ἄλλα δένδρα δύο πόδας.

Scilicèt: *Si quis Sepem vel Maceriam ad alienum prædium effoderit, limitem non tranſcendat. Si Murum pedem relinquat. Si Caſam, duos pedes. Si Sepulchrum, aut Scrobem, quantùm profunditatis habuerint, tantum ſpatii relinquito. At verò Oleam, aut Ficum, ab alieno ad novem pedes plantato. Cæteras autem Arbores ad duos pedes.*

Lecturarum autem diſcrepantias ſuis capitibus, tanquam certis propriiſque ſedibus inſigemus.

AD

ADNOTATIO.

ABſolutiſſima eſt in Jure concluſio, quam ſuperius ponit *noſter Author n.2.*ut ſcilicet Pa-
12 ter filium teneatur ſtudiis erudiendum tradere
ex auctoritatibus ibi adductis, quibus addi poſ-
ſunt *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.26.
num. 85. & 86. & præſumpt. 30. poſt num. 29.
verſic. nec repugnat. & lib.4. præſumt.191. poſt
num.12. verſ. Altera etiam; Idem de Arbitr. caſ.
501. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166.
num. 43. Merlin. de legitim. lib. 2. tit.2. quæſt.
12.nu.8.*

Et quod hæc obligatio non ſe extendat ſim-
13 plicitèr ad ſtudia grammaticalia, ſed etiam ad
Philoſophiam, Medicinam, Juriſprudentiam,
& alias ſcientias, ultra relatos per *noſtrum Au-
thorem* poſt *d. num.2.* traduot *Menoch.de arbi-
tr. d. caſ. 501. à num. 9. uſq. ad 12.* ubi expli-
cat, & reiicit contrarios *Rot. cor. Montic.deciſ.
335.per tot.*

Veſtes pretioſiores jure merito debentur filio
Doctori, ut advertit *Pacichellus noſter num.3.*
Doctores enim veniunt appellatione nobilium,
14 & validum in Jure eſt argumentum de Nobili-
bus ad Doctores, ut latiſſimè probat *Excobar.
de Nobilitate p.1.qu.2. num. 9. & 10.* qui ulte-
rius ſub eodem *num.9.* poſt *Salicet. in l. provi-
dendam C.de poſtul.*& alios, ita ait; *Et comi-
tiſſo nubens Doctori non dicatur indigno nubere;*
Et indiſtincte quod Doctoratus importet Di-
gnitatem, qua indefinitè producit nobilitatem
ſeu præeminantiam, quoties ſit collatus ab ali-
qua probata univerſitate. *Card. de Luc. de præe-
minent. diſcurſ. 35.n.8.& n.10.* concludit, quod
Doctorum Nobilitas influit in filios, qui pa-
ritèr Nobiles appellantur, ſi in ſordidis, & me-
chanicis non ſe exerceant, quemadmodum de
prædictis omnibus teſtatur *Rota dec. 1. de Do-
nat.tit.7. num.25.tom.1. cor. Emo D. Card. Fal-
conr.*

Super lectione Pandectarum Florentinarum,
earumque denominatione, de qua *noſter Author
n.7.* conſului omnigenæ Eruditionis virum An-
tonium Mariam Salvinum, qui per hæc præci-
„ ſa verba reſpondit; Che le Pandette Fioren-
„ tine ſi debbano chiamare Napoletane? Per-
„ chè? piuttoſto Amalfitane; Erano dette Pi-
„ ſane; Bartolo le cita ſotto nome di Lettera
„ Piſana, e ſi vede, che ne faceva qualche con-
15 „ to; Venute Spoglie di Fiorenza ſi dicono
„ Fiorentine, e così le chiama il dottiſſimo
„ Cujacio, che dava di ſicurtà due mila ſcudi,
„ ſe il Gran Duca Coſimo Primo gliele man-
„ dava à vedere; e tutto il Mondo le chiama
„ Fiorentine.

„ Le Pandette ſono ſenza puoteggiature,
„ ma quel che è più, ſenza ſpazio tra parola,
„ e parola, talchè *Adeo* può leggerſi per l' av-
„ verbio, e per *A' Deo* in due parole. Così
„ ſenza ſpazii ſono l'antico Virgilio Mediceo,
„ ed altri libri in caratteri antichi, che chia-
„ mano Longobardi, come un Tacito in S.Lo-
„ renzo nella famoſa Libreria Medicea, e un
„ Giuſeppe Ebreo dal Greco tradotto in Lati-
„ no da Rufino Prete; ſono così ſenza punta-
„ tura, e talora ſenza diſtinzione da parola à
„ parola; le inſcrizioni tutte Latine, e Greche;
16 „ e particolarmente i celebratiſſimi Marmi
„ Greci Cronologi, detti prima di Smirna, ove
„ furono trovati; poſcia dal Conte Don Arun-
„ del Ingleſe, che gli comprò, *Marmora Arun-
„ deliana*, e finalmente *Marmora Oxonienſia*
„ per eſſere ſtati donati all' Univerſità d' Ox-
„ ford, ſono ſtati ſtampati in Inghilterra col-
„ la medeſima Ortografia, e ſenza puntazio-
„ ne, e ſenza accenti e ſenza diſtinzion di pa-
„ role. Or queſto è ſegno di venerabiliſſima
„ antichità; e perchè queſto ſegno rivolgerlo
„ contro i prezioſi originali, come quello è
„ delle noſtre Pandette? E perchè i Librari
„ (così ſi dicono in latino i Copiſti) poſſano
„ aver fatto qualche sbaglio, ſi dice che non
„ s' ha avere ſcrupolo, e tanto ſtare attaccati
„ alle noſtre Pandette? Non ſi dice, che in que-
„ ſto Eſemplare antichiſſimo, quale io in quat-
„ tordici meſi alla preſenza del Sig. Arrigo
„ Brenchman Olandeſe ho letto tutto (*ſuper
hoc v. dict. Lett. 34. ejuſd. Salvin. in princip.*)
„ non ci ſieno, come in tutti anche ottimi Co-
„ dici de' nei, o degli errori; ma ſarà ſempre
„ non oſtante, una grandiſſima autorità; e pe-
„ rò ſi dee attentamente, e ſcrupuloſamente
„ eſaminare, quando ſi tratta della verità del
„ Teſto.

„ La traduzione del Teſto di Solone io la
„ faccio così.. *Si quis ſepem, vel maceriam*
„ (la ſteſſa voce Greca αἱμασιὰ viene à dire, l'
17 „ uno, e l' altro; e ſiepi di pruni, e muro à
„ ſecco, onde la volgar voce Macia, cioè muc-
„ chio di ſaſſi (*juxta alienum locum, vel præ-
„ dium fo lerit*) la parola χωρίον vuol dir pode-
„ re, che da noi ſi dice anche luogo per eſem-
„ pio: Al mio luogo à Fieſole, ed è mal tra-
„ dotto juxta *alterius regionem*, come ſta nel
„ Corpo Civile ſtampato della Porta) *termi-
„ num non tranſcendat* non trapaſſi il confino;
„ *Si autem maceriam*(il Greco dice τειχίον, cioè
„ muriceiccolo, ò muriccia) *pedem relinquat:
„ ſi domum duos pedes. Si autem Sepulchrum,
„ aut foveam* (io non leggo τάφον, cioè Sepol-
„ cro, ma τάφρον, cioè foſſo) *Si ſcrobem aut
„ foveam foderit, quantum profundam* (quan-
„ to ſia il fondo, ò la profondità) *tantundem
„ relinquat; ſi puteum* ὀργυιὰν (la quale è una
„ miſura di terreno di ſei piedi, e altri dicono
„ di dieci; E vero che il Gaza nelle ſue tra-
„ duzioni dice *paſſum*; ma per me mi piacereb-
„ be uſare la ſteſſa parola Greca, per non ſa-
„ pere il per appunto) *Si oleam, aut ficum, no-
„ vem pedes ab alieno plantet, alias autem ar-
„ bores, quinque pedes.*

„ Non ho ancora agio di vedere, come ſta
„ queſta legge nelle noſtre Pandette, ma lo
„ farò quanto prima.

Antonio Maria Salvini mano propria.

18 „ Adeſſo ho letto come ſta il Teſto Greco
„ nelle Pandette ſtampate in Firenze dal Tor-
„ rentino, copia di quelle, che ſono in Guarda-
„ roba, e vi è alcuna variazione dalle comuni
„ ὀρύξῃ in cambio di ὀρύξῃ *effoderit*, la qual le-
„ zione è più dolce: τὸν ὅρον μὴ διαβαίνειν; le
„ Pandette Fiorentine dicono παραβαίνειν, che
„ è molto meglio, e più proprio, *ultra fines
„ non progredi*, non trapaſſare il confine. Di-
„ ce τάφον Sepolcro, e non τάφρον, come io
„ conjetturava ἐλαίαν, ἢ συκῆν *oleam, vel ficum*
„ dice καὶ συκῆν, cioè, *& ficum* (i quali ſono due
„ buoni frutti, v. Pier Vettorj della coltiva-
„ zione degli Ulivi) e finalmente in vece di
ἀπολείπειν è ſcritto ἐγκαταλείπειν, che è più dolce. In-

ſom-

„ ſomma il Greco delle noſtre Pandette è in-
„ comparabilmente più dolce e più Attico; ma
„ non ci è differenza nella ſoſtaoza.

Hæc ille. Audiamus modo doctiſſimum
Blanchinum in Philologia maximè verſatum
hac eadem dere, prout infra differentem.

„ Le Pandette, che ſi conſervano nella Re-
„ gia Guardaroba del Gran-Duca, ſono ſtate
19 „ chiamate Pandette Fiorentine da Jacopo
„ Gothofredo nel ſuo Manuale Juris, da Egi-
„ dio Menagio nel Cap. 24. intitolato *Iuris*
„ *Civilis Amœnitates*, da Tommaſo Bartoli-
„ no nel ſuo Opuſculo *de Legendis Libris*, e
„ da infiniti altri, che lunga coſa ſarebbe il
„ rammentargli tutti: Il Sig. Arrigo Brench-
„ man nominato dal Signor Salvini ſtampò
„ in Utrec nel 1722. un libro, che ha queſto
„ titolo: *Henrici Brencmani I. C. & Acade-*
„ *mici Florentini Hiſtoria Pandectarum, ſeù*
„ *Fatum Exemplaris Florentini. Accedit ge-*
„ *mina diſſertatio de Amalphi. Trajecti ad*
„ *Rhenum 1722.* In queſt' Opera ſono molte
„ coſe eruditiſſime, degne di eſſer ſapute. I Ma-
„ noſcritti inſigni ſi ſogliono ſempre denomi-
„ nare da chi gli poſſiede. Il Celebre Codice
„ Mediceo di Vergilio, che ſi conſerva nella
20 „ Laurenziana fu di Turcio Ruſo Aproniano
„ Aſterio, che vivea, ſe mal non mi ricordo, in
„ tempo di Teodoſio Imperadore, e poi fù d'
„ altri, ed eſſendo paſſato nella Caſa de' Medi-
„ ci fù detto da tutti gli Eruditi Mediceo. Il
„ Cardinale Arrigo Noris parla amplamente
„ di queſto Codice nel 1. §. della quarta diſ-
„ ſertazione, ſopra i Cenotafi Piſani, e della
„ ſtima, che ne hanno fatta i Letterati, e co-
„ me ſe ne ſono ſerviti per l' ortografia; e per-
„ ciò ſopra eſſi, e ſopra i Marmi Arundeliani
„ nominati dal Signor Salvini, è da vederſi il
„ Libro del detto Cardinal Noris.

„ I paſſi Greci delle Pandette furono anti-
„ camente tradotti in Latino da un certo Bur-
„ gundio Piſano, detto ancora Burgunzio, ò
21 „ Bergunzio, di cui Guido Pancirolo *de Cla-*
„ *ris Legum Interpretibus*, così dice: *Iura*
„ *ergo Græcè conſcripta, Berguntio Piſanus*
„ *Leonis Iuriſconſulti avus Latina fecit, ut*
„ *Odofredus vetuſtiſſimus Author teſtatur*: E
„ così può ben' eſſere, che il Burgundio nel-
„ le ſue Traduzioni prendeſſe qualche abba-
„ glio alle volte, poichè vivendo egli poco
„ prima al 1200. ovvero in quel torno, non
„ potea avere una raffinata intelligenza della
„ lingua Greca. Può bensì eſſere accaduto
„ ancora, che nelle coſe Greche inſerite nelle
„ Pandette ſieno ſtate corrette le vecchie tra-
„ duzioni da altri legali più vicini a' noſtri
„ tempi, e più dotti in Greco.

„ Nel Manoſcritto delle Pandette Fioren-
„ tine alla conſaputa Legge vi ſono ſolamente
„ le parole Greche di Solone con poche altre
„ parole Latine in principio della legge, ma
„ non già la traduzione Latina: E così anco-
„ ra nelle Pandette ſtampate in Firenze dal
„ Torrentino per opera di Franceſco Torelli
„ figliuolo del celebre Lelio Torelli Audito-
„ re del Gran-Duca Coſimo Primo, e dottiſ-
ſimo Legale.

„ Credo che ſieno da vederſi i Comen-
„ tari di Samuello Perito Franzeſe in *Le-*
„ *ges Atticas*, poichè facilmente parlerà del-
„ la noſtra legge di Solone.

Giuſeppe Bianchini.

In Pandectis Florentinis Græci characteres
prima facie à Latinis non diſtinguuntur: &
notæ illæ, quas vocant ſpiritus, & accentus
fuerunt recentioribus temporibus appoſitæ; &
ſtudioſus quidam, quem veroſimile eſt ſæculo
23 decimoquinto floruiſſe, ſubinde ubi Græca
ſcriptio occurſit, apponit ad diſtinguendum
in margine hoc ſignum *Gre*, ut teſtatus *D. An-*
ton. M. Salvin. Lection. 34. *ſuper verbis Ul-*
piani ἐπὶ ἴσου *circa fin.*

CAPUT IV.

De Sepe, Maceria, ac Termino.

SUMMARIUM.

1 *Philologia J. C. eſt admodum neceſſaria, ſed ob ſocordiam negligitur.*
2 *Maceria quid ſit, & quotuplex: quæ cedit ſolo, num. 3.*
4 *Vallus dicitur vinearum munimentum.*
5 *Seps quid ſit. De hoc interpretatur text. contra Salmaſ. & alios n. 6.*
7 *Rationibus fulcitur concluſio.*
8 *Ruſticis quandoque ſtandum, uti peritis in arte.*
9 *Seps, an præcidenda à non domino, & n. 10. an in vineis neceſſaria.*
11 *Regiones in textu ſunt fines, ubi quid ſit effuſio, & num. ſeq. ſc. 12.*
13 *Terminalis lapis quid ſit: & num. ſeq. quando uſu haberi ceptus.*
15 *Plura alia terminorum ſigna.*
16 *Qualiter hodie termini ponendi & ſervandi?*
17 *Si amittantur, quomodo probentur agrorū confines: & n. ſeq. fuſe de pœna Terminos motoris.*
19 *Quid ſit Sacra Clauſura?*
20 *Quomodo introducta?*
21 *Ejus utilitas ex Patrum ſenſu.*
22 *Remedium ad hilarem in Clauſura vitam.*
23 *Non transcurrenda: & num. ſeq. limitatio concluſionis pro mulieribus.*
25 *Atrium ſcholarum Soc. Jeſu non gaudet privilegio Clauſuræ adversùs P. Sanchez.*
26 *Qui valeat in eam ingredi: & ſeq. infantes non poſſe: dari tamen parvitatem materiæ n ult.*
27 *Sepes vicini præcidi poſſunt ſtante neceſſitate.*
28 *Sepem præcidens circa aquæ ductum indicat habere activam ſervitutem.*
29 *Ruſtici quanto ſunt ſimpliciores, tanto ſunt credibiliores, & n. 61.*
30 *Mos Ethnicorum jurandi ſuper lapidem terminalem unde introductus.*
31 *Lapides terminales eriguntur ad diviſionem Territoriorum.*
32 *Et ponuntur ita, ut ſe reſpiciant per lineam rectam.*
33 *Terminorum avulſori pœna eſt arbitraria de Jure Civili uſque ad mortem incluſivè.*
34 *Excommunicatio de Jure Canonico.*
35 *Terminis amotis recurritur ad veſtigia, & ſigna amotionis.*
36 *Loco terminorum inſerviunt arbores cruce ſignatæ.*
37 *Præſertìm ſi ſint numero plures.*
38 *Etiam Vepres.*
39 *Probatio tutior reſultat ex terminis invariabilibus.*

Digitized by Google

40 *Qui ſemper adhibentur pro conſine, quoties id rigor permittit.*
41 *Et ex eorum omiſſione deducitur probatio negativa, illuc bona non protendi.*
42 *Invariabile conſine eſt Mare, & ejus littus.*
43 *Flumina.*
44 *Fovea.*
45 *Rivi.*
46 *Fontes.*
47 *Via publica.*
48 *Confinia probantur oculari Judicis inſpectione.*
49 *Judex priuſquam judicet, debet cum peritis adire locum differentiæ.*
50 *Non tamen acceſſus eſt pluries reiterandus, niſi per modum reviſionis allegato errore.*
51 *Amplia etiamſi petens acceſſum, offerat ſubire omnes expenſas abſque ſpe repetitionis.*
52 *Probantur confinia etiam per Plantas, ſeù Mappas.*
53 *Mappa extrajudicialis nihil probat.*
54 *Judicialis pleniſſimè probat.*
55 *Per Peritos probantur confinia.*
56 *Item per teſtes.*
57 *Præcipuè diſtinguentes ſingillatim loca.*
58 *Et teſtantes de facto proprio.*
59 *Etiamſi non ſint formiter examinati.*
60 *Formitèr in faciem loci examinati ſuperlativè probant.*
62 *Præſertim quando ſunt circumcolentes.*
63 *Publica vox, & fama probat confinia.*
64 *Similiter publica inſtrumenta.*
65 *Probantur confinia etiam ex Decimis.*
66 *Seù ex Catasto.*
67 *Itidem ab enunciativis antiquis.*
68 *Præcipuè ſi fulcimentum recipiant ab aliis adminiculis.*
69 *Vel ab eorum pluralitate.*
70 *Confinium probatio eſt inducta ad probandam identitatem.*
71 *Confinium natura eſt, ut includat omnia bona confinata.*
72 *Confine debet eſſe diverſum à confinato.*
73 *Identitas apertiùs reſultat ex correſpondentia menſuræ, & ex combinatione confinium, & ex aliis, de quibus remiſſivè.*
74 *Ex diverſitate finium remanet excluſa identitas.*
75 *Fortiùs concurrente etiam diverſitate in qualitate, & quantitate* Decl. *ut num. ſeq.*
76 *Incrementum poteſt fieri ex alluvionibus.*
77 *Diminutionem cauſare poteſt natura fluminum innundantium.*
78 *Identitas non probatur ex ſola convenientia vocabuli.*
79 *In antiquis leviores conjecturæ ſufficiunt in materia finium.*
80 *Et ſufficit unum confine cum concordantia loci.*
81 *Plura corpora ex deſtinatione patrisfamilias poſſunt accipi pro uno prædio,*
82 *Materia confinium eſt conjecturalis.*
83 *Et Iudicis arbitrio relicta.*
84 *Monialis ob timorem mortis an & quomodo poſſit tranſire ad aliud Monaſterium.*
85 *Poteſt itidem exire è clauſura ad fundandum novum cœnobium.*
86 *Quibus in caſibus non incurratur pœna violatæ clauſuræ.*
87 *Incurrens excommunicationem violatæ clauſuræ à quonam poſſit abſolvi.*

1 LEgalis eximia facultas, ut æque tractetur, Philologiæ jungi profectò debet, ſine qua tanquam Veſpertiliones, in errorum tenebris deliteſcunt Juriſtæ, externarumque adverſitatum anfractibus obvoluti, legum interiorem, ac veram nullatenus callent armoniam. At quia longævo tempore aurum hoc ex juridica eruitur fodina, ab ambitioſis avariſque noſtratibus, Prudentum fæliciſſimi priſci ævi lectura deſpicitur, atque univerſum ſtudium in conſarcinatis quibuſdam inſumitur promptuariis. Hinc moderni nonnulli plus certe corpore quam ingenio in tanta facultate laborantes, non *Iureconſulti*, ſed *Elenchi*, *aut Iudices* legum fuere nuncupati à *Lud. Vives in conſ. corrupt. art. lib.7.* ſeu clariùs ad omnium intelligentiam *Legiſti, ò Avvocati ſolamente da Repertorio.* Iſtorum idcircò alicui tanquam vetuſto Trebatio, ſic Cicero *pro Murena* merito objurgaret: *Si bilem moveris, triduum me I. C. eſſe profitebor.* Nos vero, qui non ignoramus operum diligentiam, ac multiplicitatem benè inter ſe minimè convenire, requiſitum in veritate indaganda tempus impendimus. Ita, præliminariis his (ante ipſiusmet Gaji ſenſus) poſitis, quanquam ejuſdem hujus legis ſint partes, ad materiam è Solonianis fontibus penè hauſtam deſcendimus.

MEMBRUM I.

Textus interpretatur de Sepe.

DE HAC ET DE MACERIA DISCURRITUR.

VErba textus ſunt hæc: *Ἐὰν τὸ αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν* hoc eſt: *Si quis ſepem ad alienum prædium effoderit, limitem non tranſcendat.* Ex quibus illico difficultas inſurgit de verbo *τὸ αἱμασιὰν* an ſcilicèt de *Sepe* interpretandum ſit, an po-
2 tius de *Maceria*, quemadmodum in varias expoſitiones Auctores diviſi ſunt. Nos, ut ſententiam probabiliorem feramus, quid hæc ſint, debemus ſignificare. *Maceria* igitur *paries eſt, ſive murus ex ſicco lapide, & termine interjecto compoſitus ad ſtatuendos agrorum fines*, juxta *Apuleium in Florid.* Deſcribitur verò ab *Iſid. lib.14. Orig.cap.9. paries longus, quo vineæ aliquæ claudantur*; & à *Io: Calvin. in lex Iurid. paries, qui ex alia materia, quàm cæmentis & lapidibus ritè diſpoſitis factus eſt; ad l. penult. ff. comm. præd. & l. ædes 73. ff. de contrah. empt.* & Siſennæ fragmentum à *Nonio Marcello cap. 2.* relatum: *poſt villarum Macerias*, inquit, *ac parietinas quinque cohortes in inſidiis relinquit*, ubi differentia apparet inter Maceriam, ac Murum, illam fortuito lapide collectam, hunc ex lapide ſtructili ædificatum, quem Attici conſiderarunt, ut ex celebrium virorum gloſſariis innoteſcit, & præcipuè *Heſych. Suid. atque Euſtach.*, quorum primus *Maceriam* notavit ex lateribus quoque crudis, coctiſque compoſitam. Sed Varro *lib. 1. cap.13. de Re Ruſt.* quatuor genera Maceriarum recitat, primum ſcilicet ex lapide, alterum è coctilibus lateribus, ut in agro Gallico: Tertium è lateribus crudis, ut in Sabino. Quartum demum ex terra & lapillis compoſitis ea forma, ut in Hyſpania

Digitized by Google

nia, & in egro Tarentino. *Ad vinitorem au-*
tem pertinet (inquit Pallad. de re ruſt.) *priuſ-*
quam pecora ingrediantur, vitem munire ad-
verſus iniurias. Supple *Sepe*, ut præcipit Geor-
gicorum inſignis euctor, ibi:

Texendæ Sepes, & pecus omne tenendum.

Præcipue dum frons tenera, imprudenſque la-
borem, &c. Noſtri autem (idem Pallad. proſe-
quitur) *compactis Lapidibus Maceriem ruſti-*
cam in ordinem componunt, quæ cedit ſolo.
Text. in l. ſi precario ff. Commun. præd. etiamſi
de facili removeri poſſit: ita ut ſeudo vendito,
& illa videatur vendita, quemadmodum decla-
rent ibi *DD.* quos ſequitur *Capoll. de ſerv. c. 19.*
n. 6. adeout, ſi ſeudum vendatur, non poſſit ven-
ditor eam tollere. *Bard. de Iu. Protbomiſ. ex rub.*
de ædific. n. 2. Proprie eutem huiuſmodi muni-
mentum, ſi in vineis extet, dicitur *Vallus* jux-
ta verſum:

Vallus vinetis, ſed vallum dicitur Urbis.

quem refert *Penn. in l. Tribun. C. de re milit. l. 12.*
& Rendella in tract. de vinea vinde. & vino c. 2.

Sed Seps ſive Sepes de mente *Colum. lib. 10.*
eſt quæ obiecta introitum probibet in agrum
Iſid. d. lib. 14. cap. 9. Sepes (ait) *munimenta ſato-*
rum ſunt, unde & appellatæ.

Utrumque igitur optime in textu hoc vale-
ret intelligi, ſive ſcilicet de *Sepe*, ſeù de *Ma-*
ceria, cum Legiſlator agri quoddam muni-
6 mentum ab exteriori enimalium noxa voluerit
certè ſignificare. *Sepimentum in agro Tarentino*
(ex Varr. 1. de Re Ruſt. cap. 14.) Maceria erat in-
formis ex terra lapillisque compoſita, quemad-
modum in Hydrunti Regione, atque alibi præ-
dia quidam ſepiunt, teſte *Rendella ubi ſupra.* Et
Colum. eod. lo. Talis humus (inquit) *vel pariеti-*
bus, vel ſepibus hirtis claudatur.

Claudius tamen Salmeſius in *Miſcel. defenſ. ad*
obſerv. in Jus Attic. & Rom. c. 13. τὸ Αἱμασιὰν
vertit *Maceriam*, ea nimirum ratione, quia Se-
pes viva juxta alterius agrum inſita, multum ei
nocere poteſt, cum radicibus ſub terram emiſſis,
in vicini locum ſeſe facilius extendat, vireſque
terræ exſurgat, ſenſim propagando. Cujus au-
ctoritati adſtipulatur latiſſime *Ægid. Menag.*
Iur. Civ. Amænit. c. 3. 5. Solon ap. Gajum.

Sed euctor ille, aliàs clariſſimus, quique veſtiſ-
ſima cunctarum rerum potiebatur notitia, aper-
7 tum eſt viris neris emunctiſſimæ, quod in te-
xtuum audaci correctione ſuis nimie indulgebat
conjecturis. Ab ejus ergo ſententia puto hic rece-
dendũ, & cum Samuele Petito *ad ll. Attic. lib. 5.*
tit. 1. Leunclavio in Baſilicorum Synopſi pag. 400.
Labbæo ad dictum locum, Iacobo Gothofredo ad
Harmenopolum, Geraldo olſ. rvatèonum & emen-
dat. juris cap. 41. & in animadverſ. in Salmaſii
obſerv. ad Ius Attic. & Roman. lib. 5. cap. 41. cen-
ſeo legendum *Sepem* pro *Maceria*. Quod con-
firmat ex *Suida, etymologico Theocriti Henric.*
Steph. in Theſauro ling. Græcæ: ubi tamen cum
Herodoto pro murali ſepto, ſeu muro ex minu-
tis ſilicibus conſtructo abſque luto, hoc eſt Ma-
ceria idem verbum interpretatur. Retio eutem
ad noſtræ fulcimen ſententiæ adduci poteſt,
quia quodammodo ſibi eſſet edverſa Legiſlato-
ris mens, dum paulo infra ſtatuit de muro, quod
conſtruatur, unius pedis relicte diſtantia: & non
major eſt retio diverſitatis hac in ſe de muro la-
pideo ex propoſito cum cæmento, quam de ter-
mino conſtructo abſque illo. Præterea Sepis
plantatio in ipſo termino non poteſt ſuis radi-
cibus adeò nocere vicino, quemadmodum Sal-
maſius exiſtimat, cum erbuſtis tantum & ſpine-
tis ea concinnentur, quæ non admodum in vi-
vis & potentibus excreſcunt radicibus, ſicut oli-
væ, aut ſimiles arbores, de quibus Gajus poſt
Solonem diverſe ſancivit. Quod etiam damnum
à vicinis nullatenùs metuendum eſſe, à ruſticis
& ab agrophilis didici, quibus uti peritie in arte
potiùs ſtandum eſt, quam aliis valde ſubtiliter,
& fortaſſe ad ingenii pompam tantummodo ita
ſyllogizantibus. *Ad text. in l. ſeptimo menſe ff. de*
ſtatu homin. 1. in princ. & ibi DD. de ventre in-
ſpic. Pariſ. conſ. 96. num. 31. & ſeqq. lib. 1. Rota de-
ciſ. 353. num. 1. p. 2. rec. Cavol. deciſ. 114. n. 2. & de-
ciſ. 200. num. 6. & coram Greg. XV. dec. 105. nu. 9.
& dec. 161. num. 7. & cor. Merlino dec. 468. nu. 1.
8 qui eorum relationis euſque ſtendum eſſe cen-
let, donec conſtet de errore. Quibus adde *Pla-*
ton. in Theæteto, Plin. lib. 1. epiſt. x. & Val. Max.
lib. 8. cap. 12. Unde his etiem de cauſis civitas
pluribus ruſticis indiget, quemadmodum ſcripſit
idem *Plato Reipubl. lib. 2.* relatus *in l. ſi quis ff.*
de Nundin. Roboratur demum ſententia hæc,
quia, & ſi ergumentum Salmaſii conatus ſit ma-
gis evulgare, atque ſacro huic Rotæ Auditorio
decidendum proponeret Advocatus quidam Ro-
manus, eruditionis varietate, nec non doctrinæ
pollens acumine; poſt anni tamen lapſum cauſæ
articulus huc uſque ibi jacet irreſolutus, & Pru-
dentiſſimorum virorum arbitrium deſideret, qui
fortaſſe inter Sepem et Maceriam (ſed rem de qua
agitur) non multum intercedere animadverte-
runt.

Quare ſavore Sepis obſervo hic nonnulla. Et
Primo verbe ſuperius adducta, nempe*: *qui*
9 *ſepem in confinio ponet, terminum non tranſcen-*
dat ſic efferri, & probari à *Pratæjo lib. 4. veter.*
Iuriſprud. l. 10. & à Provin. ad l. 12. tabul. cap. 19.
his verbis: Si quis Sepem ad alienum prædium
fixerit, infoderitque, terminum ne excedito. Quod
ſi per illam, vel per murum aliquis jure ſuo uti
impediatur, non intrat ſpoliatio, ſed turbatio,
quemadmodum dicitur de arbores præcidente
vel fructus colligente etiam per vim ex *Grat. di-*
ſcept. for. cap. 1. nu. 9. & 10. Et proinde judicatur
de illa tanquam de arbore, ita ut ad idem tenea-
tur Sepem erumpens ob violentum ingreſſum
in fundum, ſicut qui arborem excidit *Florian.*
in l. ſervitutes §. Traditia ſub num. 6. ff. de ſervit.
ruſt. præd. ubi ulterius ait, quod prætendens ſe
habere ſervitutem in fundo alterius, in cujus
poſſeſſione eſt, ſi fiat Sepes, per quam impedie-
tur uti ſervitute illa, non poterit eam erumpe-
re, ſed benè impedientes expellere. *Feder. Scott.*
ſequitur in conſ. 6. n. 32. lib. 6. to. 1. Raginell. de
Arborib. controv. cap. 7. num. 81. qui jure tantum
ſervitutis præcidere alienem Sepem, inquit per-
mitti *ad l. quemadmodum §. 1. in fin. ff. ad l. Aquil.*
late Capoll. de ſervitut. c. 30. n. 29. Alioquin ei
ſoli præſcribi, qui eam plantavit, vel plantari,
ponive mandavit *hac l. fin. ff. fin. regund.* Cujus
argumento de ejus plantatione in limitibus pu-
tant DD. Sepem bonorum confines indicare,
ut ſignanter *Palma conſult. 43. num. 39. ex Rota*
in rec. dec. 95. num. 20. par. 8. Scribentes vero in
l. impenſæ ff. de impenſ. in re dot. fact. neceſſariam
putant ſavore ejus, qui impendit, uti *Io. Saynſ.*
in conſuet. Turien. ſeù tent. de retract. art. 14. Io.
Garſ. exquiſite tract. de expenſ. & meliorat. &

poſt illos Rendella loc.add. qui aſſerunt eſſe quo-
que neceſſariam, ſi ageres fiant, & cuique eſt eam
facere in fundo ſuo, *Caſſan. in conſuet. Burgund.
rub. 13. §. 1. in verb. par. foſſes.* Tanta nihilomi-
nus diligentia ſupervacanea eſt in vitibus arbu-
10 ſtivis *ex præcit. Rendella*: *Vinea* etenim ſolum-
modo (*Plinio teſte lib. 17. cap. 23.*) *ad arcendas
animalium injurias pariete, vel ſepe, vel foſſa-
rum impendio muniri ſe cogit*. Quapropter
Ulyſs. Adrovand. explanans Punicorum naturam
Dendrolog. lib. 2. pag. 60. tantæ arbori hoc ad rem
noſtram format elogium: *Tutiſſima ſepimenta
& utiliſſima Punica arboris planta ſuppeditat,
quæ ſpinis fures arcet. Virtuoſa halitu virus
omne fugat ſerpentum, & animalia noxia enc-
cat; Viridariorum umbras gratiſſimas, pulcher-
rimoſque proſpectus elaborat. Lignum inſuper
coloratum abacureis ad eorum teſſelata opera
perficienda præbet, &c.* Protervum hominum ge-
nus, ſeu pulchritudine ad fructuum rapinam
allectum, ſeu naturæ corruptæ ſtimulis ad in-
vidiam provocatum, rem tam pulchram impiiſ-
ſime vaſtat.

Nonnulli Pandectarum Codices in textu hoc,
pro ly *ad alienum prædium ducat*, habent: *juxta
alterius Regionem effoderit*; quæ poſterior le-
ctura, quanquam ferè coincidat cum noſtra, cu-
rioſitatem præbet nihilominus ſciendi quid ſit
Regio, quidve *effoſſio*? Dicimus igitur hoc loci
Regionem non intelligi pro eo ſitu, intra quo-
rum fines, ſingularum Coloniarum, aut Muni-
nicipiorum Magiſtratibus jus dicendi coercen-
dique libera erat poteſtas, ut *Sicul. Floc. tradit
lib. de condit. Agror.* ſed fundorum partes certis
11 menſuris diſpartitas *l. 8. & l. 29. ff. de acquiren.
rer. domin. l. 7. ff. comm. divid. l. 3. C. eod. tit. l. 2. ff. fin.
reg. l. 1. C. eod. l. 6. ff. quemadmod. ſervit. amitt. &
alibi.* Quapropter Regiones cæperunt dici fines
ſeu termini, ut Cicero demonſtrat *pro Archia*
ibi: *vitæ ſpacium exiguis regionibus circum-
ſcriptum eſt*: Unde Regionibus agros dividere
eſt certis finibus & limitibus perpetuis diſtin-
guere, ut quiſque ſuam partem ſemper habeat,
d. l. 7. ff. commu. divid. & l. 3. C. eod. & inſigniores
Lexicographi; & ſic *ad alterius Regionem uſque
ad alienum prædium, ſeu trans terminum.* Effoſ-
12 ſio autem eſt terræ, vel terminorum quando-
que, avulſio *ad l. 1. C. de accuſ. Paul. §. 2. lib 5.
ſent. tit. 23. & alii.*

MEMBRUM II.

Agitur de Lapide Terminali.

Limes, ſeu Terminus in Sæpis effoſſione non eſt
tranſcendus. Iſta fuit Gaii ſanctio in noſtro
textu, de qua meminit *Nepinis. in conſuet. Ca-
tan. tit. 60. n. 7.* quæque ſuam gloſſam expoſcit.
Terminus igitur confinalis, vel lapis terminalis
eſt ſignum cujuſcumq; finis demonſtrativum, ut
deſcribit *Hieron. de Monte Briniano in tract. de
13 Fin. Reg. cap. 15. num. 2. ad tex. in l. 2. in princ. ff.
de term. mot.* & per ea, quæ habentur *in cap. forte
de verb. ſignif.* cui tamen cenſerem addendum
eſſe *in prædiis* ibi enim talia ſigna poni conſue-
vere, aliàs *ſignum* prædicatur de differentia ni-
mis ambigua & generica, quo modo nonnullum
è logicis terminis recitare videmur. Definiri
ergo meliùs poteſt *limes agrorum poſſeſſionum-
que finium cauſa poſitus, quo fines cujuſque præ-
dii dignoſcantur. Io: Scaym. deciſ. Bonon. x. n. 38.*
qui dividitur in *naturalem*, ſcilicet à natura vel
à Deo poſitum, & *artificialem*, hominum indu-
ſtria conſtitutum. *Gryphiand. de Inſul. cap. 24.
num. 91.* in *publicum* & in *privatum*, qui de ſe
patent. Hi protoparentibus fuere ignoti, cum
aureum illud ſæculum humanam abſque *meo*
ac *tuo* (animis utrinque compoſitis) aleret ſocie-
tatem, uti dicitur *ex Auct. Metam. lib. 1.* & *Vir-
gil.* hinc *Æn. 1.*

*Nec ſignare ſolum, aut partiri limine campum
Fas erat* ——————

Unde Romani, qui ſumma cum prudentia,
ac ſtrenuitate (ut *Torquat. Taſſius* egregie
probat *in quodam opuſc. inter mea impreſſ. ad-
verſus Platorc.* qui Magnitudinem Quiritum
potius Fortunæ adſcripſerat) immenſam con-
14 ſtruxerunt Mònarchiam, ex primo eorum Re-
ge nullos fines didicerunt ſtatuere. Sed aucto
gentium numero, dominandique extenſo ap-
petitu, agros (terminis poſitis) diſtingui opor-
tuit per *l. ex hoc jure 2. ubi Caſtr. ff. de Iuſti. &
Ju. optime Nicol. Myler. in Metrologia c. 14. §. 2.*
& lapis iſte viſus fuit Platoni (*de legib. dial. 8.*)
à Deo ad inimicitias compeſcendas firmatus:
Unde fortaſſe Numa Pompilius, poſt eius uſum
(quem uti ſacrum quiddam fuit veneratus) Deo
Termino ſacellum in monte Tarpeio erexit, id-
que Jovi Terminali, tanquam Pacis cuſtodi,
conſecravit. *Halyc. lib. 2. hiſtor. & Plutarc. qu.
Roman. 15. & in Numa:* primiſque temporibus,
non modo arborum ramis, verum columnis,
ſtatuis, ſepulchris, montibus, fluminibus, viis
15 publicis, aliiſque ſignis (apud *Frontin. de li-
mitib. lib. 1. in fin.*) pro terminis Priſci uſi fuere.
*Octinger de finib. regund. lib. 1. cap. 18. per tot.
aliique per Myler. §. 3.* & apud illos ſacri erant,
ac venerabiles. Similibus lapidibus ſeu colum-
nis milliaria olim ſignabantur, cujus inſtituti
auctorem fuiſſe C. Gracchum *Plutarc. in vita
ejuſd.* tradit: unde *centeſimum lapidem* idem eſſe
quod centeſimum milliarium; & ex *Lexicon
vet. Græc. Latini Decimus Lapis*, doctos jam du-
dum obſervaviſſe notationem *Frideric. Brum-
mer. in comment. ad l. Cinciam cap. 14. pag. mihi
212.* Fuſe agit de hac re *Vuolfgang. Latius Rei-
pub. Rom. lib. 1. c. 2.* ubi optime agrorum diſtin-
ctionem referens apud Romanos, ita ſcribit:
*Limitem tranſverſum in agris, & terminum,
& viam Romanis fuiſſe appellatum, antequam
tot Urbi provinciæ acceſſiſſent, haud dubia res
eſt, &c.* & paulo infra: *caſtellis & caſtris in ri-
pis fluminum limitaneo eum poſitis à Romano,
ubi ſuam ditionem adverſus Barbaros tueri co-
gebatur. Cæterum in mediterraneos alia erat ra-
tio diſtinguendi, vel per murum, vel per ſepes
aut etiam lapides terminales, ubi nihil hoſtile
metuebatur à vicinis, &c.*

Hodie tamen lapidibus utimur, quandoque
characteribus vel imaginibus, puta Crucis aut
16 aliis, & (conſuetudine communi) nonnullis
lapillis ſignatis *ex Myler §. 14.* ut aliis magis
individuales appareant, & ne dominia ſint ſub
incerto, argum. *l. 1. ff. de Uſucap.* Item, ad olive-
torum cognoſcendum præcipue dominium, ſi-
gnatis arboribus intra vel extra, juxta homi-
nis pectus cum ſecuri, quæ celaturæ *Tacchæ*
vulgo appellantur: & de iis eſt mentio *in Lon-
gob. l. 3. de eo qui termin. antiq. & poſt Iacob. de
Ardin. in ſumma feud. de pen. verſ. item amittit*

ma,

manum ſervas, *notat Rendella in tract. de Olea & Oleo inſ. citand. cap.* 7. qui ait, quod ſi hujuſmodi ſigna ſuris ponuntur, arbores ejus eſſe ſignificant, qui infra poſſidet; ſi communes ſunt arbores mediæ, e regione notæ fiunt. Appellantur autem *Arbores Terminales à Iul. Paulo ſentent. lib.5. tit. 24. quem refert Hier. Magius Miſcell. lib.4. cap. 7. comment. in Iul. Florant.*

Verum hi termini, ut conſerventur, & ne confundantur, poni debent citatis partibus per *tex. in l. ſi quis ſuper 3. ibi ſi altera pars ſe ſubtraxerit C. fin. reg. & l. ſi irruptione* 8. *ff. eod.* electiſque viris terminalibus juratis. *Myler. ibid. §.* 9. Debentque reſpicere alios lapides per lineam rectam, *Maſcard. de probat. concluſ.* 400. *n.* 5. *vol.* 1. Quibus fixis coram teſtibus, inſtrumentum eſt conficiendum *ad l. inter Caſtellanum ff. de recep. arbit. Aggen. Urbic. ad Frontin. de re Agraria c. ſuſcepimus* 1. *Hier de Monte ubi ſupra cap.* 17. *n.* 4. cujus memoria in publicum librum civium aſſervari conſuevit, ſuis notatis confinibus. Et finium in dubio non præſumitur mutatio. *De Monte cap.* 15. *n.* 5. *& cap.* 21. *n.* 3. Eorum vero cura, cum ſit actus Territorialis juriſdictionis, ad eum pertinet, qui publicè præeſt *ad tex. in l. ſi legatum §.* 1. *ff. de operib. public.* Et ad dominiorum diſtinctionem, fidem publicam merentur. *And. Knichen. de ju. territor. cap.* 4. *n.* 214. *ac ſub n.* 357. Valentque ad propenſiorem agrorum culturam.

Quod ſi per antiquitatem, aut per aliud accidens amittantur, dominium per publicam fa-
17 mam, & per teſtes maximè vicinos probari poterit. *Natta conſ.* 104. *n.* 3. *Maſcard. de prob. concluſ.* 395. Si verò per fluminis mutationem impetu factam, tunc termini confinales non mutabuntur, nec juriſdictio aut dominium. *Bartol. in l. hoc jure 3. §. Si aquam 2. ff. de aqua quotid.* Approbat doctiſſimus. *Hugo Grotius in admirabili ſuo tract. de Iur. belli & pacis lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 16. ubi notat in arcifiniis, ſeu territoriis fines habenti arcendis hoſtibus, ex Varrone, flumen mutato paulatim curſu, mutare & fines: & quicquid parti alteri adjecit, ſub ejus imperio eſſe, cui eſt adjectum, cum eo animo populus uterque imperium occupaſſe primitùs credatur, ut flumen tanquam naturalis terminus, eos dirimeret, ſcribente *Tacito de morib. German. certum jam alveo Rhenum quique terminum eſſe ſufficiat.* At ſi per alluvionem, ſecùs eſt in ſententia *Aym. de Alluv. lib.* 2. *cap.* 6. Idem autem procedit de mente *DD. allegat. à Myler. §.* 25. qui, limites Provinciarum finales temporis curſu non interire, fuſiſſimè probat ex *Mynſing. centur.* 6. *obſerv.* 28. *n.* 2. *& aliis §.* 28. *& duob. ſeqq.* De alluvionis materia extat conſil. quoddam *Io: Godes conſ.* 3. *Barthol. Silvatic. controv.* 376. *Theſaur. deciſ.* 140. & vide *Pereg. de jur. fiſci lib.* 8. *num.* 67. *Nig. de Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 13. *n.* 79. & fuſiùs *Neo Meurer in tract. de jure Aquarum.* Sin autem controvertatur, an lapides plantati pro limitibus ſint habendi vel non, ruſticorum & antiquorum judicio ſtandum eſſe ad mentem *l. noſtræ fin. & c.* 1. *§. Si quis de manſo, ſi de feud. controv. fuerit*, dicit *Franc. Marc. deciſ. Delphin.* 416. *p.* 2.

At motis, vel turbatis lapidibus, Vicinum præſumitur id perpetraſſe *arg. l. ſi ita* 15. *§. Mu- lier* 2. ibi: *ne quid Vicini, aut agri, aut fructuum occupent ff. de inſtruct. leg. Hippol. de Marſil. in pract. cùm §. Diligenter n.* 97. Malus enim vicinus leges ædificiis, & prædiis poſitas, ſuis calumniis, & fraudibus facile decidere poteſt *per Novell.* 63. *cap.* 1. *in fin. ubi Gothofred.* Reviſione autem pendente, finales termini nihilominus ſunt figendi, quo tempore ſententiæ prolatæ executio non impeditur. *Maranta in pract. tit. de appell. n.* 172. *Trentacinq. lib.* 2. *var. reſolut. de appellat. reſ.* 1. *n.* 1. *& alii per Myler. ubi ſupra §.* 33. *n.* 2. *§.* 34. qui in ſeq. contrariis reſpondet & *§.* 37. in Imperii ſtatu circa hæc plurimum ferendum eſſe Judicis arbitrio affirmat.

Equidem (ut ſtatuitur in *tex. noſtro*) *limites nullatenus ſunt tranſcendendi*. Qua de cauſa
18 termini hujuſce motori, ruptori, perverſori, aut quocumque modo invaſori, variæ pœnæ in jure conſtitutæ ſunt. Caſtigabatur enim legibus 12. tabul. tantum crimen capitali pœna, quaſi Divinæ ipſius majeſtatis eſſet jus læſum ex *Gyrald. de Diis Gent. Boniſac. de furt. §.* 9. *num.* 79. *& Bertr. Argentræo de Conſuetud. Britann. artic.* 590. *n.* 1. *litt. A.* Rursùs horrenda Maledictionis pœna, jure Divino *Deut. cap.* 19. *verſ.* 14. *& cap.* 27. *v.* 17. *& Prov.* 2. 28. *wiſſenbach. ad tit. ff. de term. mot. diſput.* 32. *Theor.* 9. *Zepper. de legib. Moſaic. lib.* 1. *c.* 11. Excommunicationis verò jure canonico *c. tanta* 11. *cauſ.* 1. *quæſt.* 7. *arg. l. Divus* 2. *ff. de term. mot.* duorum menſium ſpatio *cap. tanta* 24. *diſ.* 86. *Farinacc. quæſt. crim.* 168. *par.* 5. *n.* 111. *Myler opera cit. cap.* 15. *§.* 3.

Sed jure civili pœna ut plurimum in hoc delicto eſt arbitraria. *Menoch. de arbit.* 2. *caſ.* 393. *n.* 15. variatur ex municipalibus ſtatutis, augeturque ſecundum facti, circumſtantias. *Calliſtrat. in l. Divus ff. de term. mot.* Primum autem contra motores datur juramentum in litem *l. cum furti* 9. *ff. de in lit. jur.* & requiritur dolus. *Ant. Faber in Cod. lib.* 9. *tit.* 18. *defin.* 2. *n.* 5. ſcilicet dilatandi ſui dominii cauſa cum alterius detrimento. Quo probato, doloſi tenentur actione termini moti, & quandoque furti. *Menoch. ubi ſupra. Plato de legib. dial.* 8. *A. Gell. lib.* 12. *cap.* 18. Multoties pœna pecuniaria, *Farin. d. qu.* 168. *p.* 5. *n.* 102. nempe ſi adſit animus rixas tantum ſeminandi, aut ſimiliter nocendi. Lite vero pendente, pœna ſit major, ſcilicet dupli. *Ulpian. in l. ſi irruptione ff. fin. reg.* Quod ſi pluries fuerint amoti, pœna quoque erit arbitraria, quanquam gravius appareat eo caſu delictum. *Abb. in cap. ex litteris n.* 13. *de probat. Clar. lib.* 6 *ſent. §. Fin. quæſt.* 83. *n.* 10. *Myler. ubi ſupra §.* 13. *n.* 7. A qua tamen ſolutus erit, qui crimen id perpetrare voluerat, ſed ad finem non pervenit *l. cogitationis ff. de pæn. can. cogitationis de pænit. diſ.* 1. *Alex. ab Al. Genial.* 2. *cap.* 15. *Cujac. lib.* 8. *obſerv. cap.* 22. *&* 25. dummodò manus non admoverit, vel effoſſionem non inceperit per *l. ſi conſtiterit C. de ſepulch. viol. Myler. d. §.* 16. *n.* 4. Et demum pro circumſtantiarum gravitate uſque ad mortem pœna hæc perduci valet Textus ſunt apertiſſimi *in l. ſunt quædam* 9. *de extraord. crim. l.* 1. *§. Generaliter* 3. *ff. de pæn. l. ſi is qui* 7. *§. In ſervos* 3. *ff. de iuriſd. l. ſacrilegii* 6. *in princ. ff. ad l. Iul. Peculat. l. lex Iulia* 7. *in fin. ibi capite plecti ff. ad l. Iul. repetund. Menoch. de arbit. caſu* 89. *n.* 20. *Facchin. controv. lib.* 9. *cap.* 45. Neque prætereundum eſt, quod,

cum

Digitized by Google

cum extraordinaria accuſatione in crimine termini moti, concurrit quoque actio popularis *l.3.§.1.ff.de term.moto l.1.ff.de popul.act. l. mutus 43.§.2.ff.de procur.* Cæteræ verò dubitationes, quæ de hac materia in aliis caſibus inſurgere poſſunt, iudicis arbitrio ſunt relinquendæ, ut conſtat ex *Menoch.& Myler.loc.cit.*

MEMBRUM TERTIUM

De Sacra Clauſura.

QUoniam Monaſteriorum ſepta ad inſtar terminorum ſeu limitum (corporalium tamen) ſe habent, qui nonnullam non tranſiliendam utrinque requirunt diſtantiam, merito de
19 his materiæ ſuperiori quaſi pro corollario paucula hæc jungimus. Advertimus tamen, quod de ea tantum ſermonem inducimus, qua Virgines, ſeù mulieres ſervantur & quæ magis propriè, atque antonomaſticè ſic appellatur, non vero de illa virorum, qui religioſam vitam profeſſi ſunt, quæ potius ejus naturam, ac qualitatem participat, & per quam fœminis tantummodò ingreſſus eſt interdictus. Dicitur autem *Clauſura* quaſi *locus clauſus l. fundo ff. de act.empt.& portarum clauſtra* hoc ſenſu appellavit *Virgil. Æn.7.* & ſacra, ſeu regularis hæc idem eſt, quod clauſtrum & ſepta monaſterium ſuis cinctum muris & clauſtris: vel denique lex ipſa, qua prohibetur regularibus extra monaſteria egreſſus, aut externis ingreſſus in illa, ut ex *Godefrido windoſinenſi lib.4. epiſt.* 24. recitat ſuo pro hac materia ubere *tract. de clauſ. Regular. P. Giballin. in præfat. diſquiſ. canon. n.6.* Unde ad noſtrum ſenſum *Murorum ambitus atque altitudo* (deſcribi poteſt) *perpetua Sanctimonialium cuſtodia à Sancta Sede cum ſuis legibus ſoncita.* Hinc eſt quod non incongrue *clauſos* Ulpianus pro *vinctis* accepit *l. ſi quis in gravi §. Subveniatur ff.ad Silo.*

Porrò ad legis veteris imitationem ac fundamentum, in qua & Virgines clauſas Propheti-
20 cam vitam egiſſe legimus *Iudith. 8.v.5. 4.Reg. 11.v.2.& ex 2. Machab.3. v. 19.* tradunt *Abulenſ.1. Reg.2. quæſt.12. Caniſ.lib.2. de Deipara cap. 12. & Baronius appar. ad annal. §. Si Fidem adhibendam*: & in Aurora legis Evangelicæ Maria Magdalana cum Martha ejus ſorore in quodam cœnobio ſimul vixere, teſte *Mellito in vita ipſar. cap.9. & Tambur. de jure Abbatiſſ.diſp.18.quæſt.3.num.1.& 2.* quanquam nemo afferat adeò arctam fuiſſe, ſicut noſtris temporibus. Introducta fuit de jure poſitivo ad decus, & honeſtatem, ut colligitur *ex motu proprio S.Pii V. edito anno* 1569. *& ex alia Gregor. XIII. poſt Conc. Trid. decret. & ſequitur Navarr.comment.4.num.39. verſ.14. & num. 42. verſ. quibus tamen de Regul.* ideòque non obligat cum incommodo ac rigore intollerabili. Docet *P.D.Thom.Del Bene* (auctor Doctiſſimus mihi valde benevolentia junctus, & ferè alter Achates) *de Immun. Eccleſ. dub. 43. & 47. nu.13.* Optime quidem ejus ingreſſus profitentibus virginibus morti aſſimilatur, quia dominio rerum, & adminiſtratione privat, ſeque occidit. *Auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.Gloſſ. in §. Si qua mulier in Auth. de ſanct. Epiſc. coll.9.* Conſcientiis tamen eſt valde ſa-
21 lutaris, ac tutior vivendi forma, quàm extra, ut Sanctiſſimi ac Sapientiſſimi demonſtrant magiſtri, & præcipuè *D. Hieron. ad Ruſtic. & ad Paulin.de inſtitut. Monach. D.Baſil. ſimili opere Jo: Chryſoſt.homil.56.57.& 58. Athanaſ.epiſt. ad omnes ubique ſolit.vit.ag. & Mellifluus Doctor in Declam.* quod etiam animadvertit *ſerm. 1.de D Andrea*, ita: *Merito ſtagnis monaſteria comparantur, ubi quodammodo incarcerati piſces, evagandi non habeant libertatem, quo videlicet parati ſint ſemper ad epulas ſpirituales, dicentes ſinguli intra ſe: quando veniet, qui nos deferat? cunctis diebus nunc militia, expecto donec veniat immutatio mea.* Sed quatuor præcipiuntur agenda Moniali, quæ læto corde, ac mente hilari vult vitam ducere, aliàs clauſtrum erit ad inſtar infælicis ergaſtuli ac miſerrimæ
22 gehennæ: Propria ſcilicet voluntate veſtem induat religioſam: neceſſitates non patiatur: ſit ocii æmula, ac murmurationis. *Guevara epiſtol. lib. 2. reſponſ. ad D. Samier Regentem Neap.fol.mihi 106.*

Ideoque meliori jure, quam agrorum confinales termini, tùm clauſiſmet monialibus, cùm
23 laicis externis hi ſacri confines tranſcurrendi nequaquam ſunt: & (quod etiam nefas) multò minùs ſunt perforandi ex *Myler. in Metrolog, cap.25.§.9.num.3.*

Limitatur tamen concluſio in caſibus neceſſariis, in quibus jura non habent locum: & primò favore Monialium, ſi moleſtentur ab Epidemia, incendio, vel bello, tunc enim exitus iis permittitur ex præd.Conſt.S.Pii V. quibus additur caſus talis ac tanti morbi, ex quo eviden-
24 ter graviſſima metuantur pericula, ſi monialis cum ſororibus commoretur; Videtur enim quod ægrota poſſit ſe defendere ex *Clem. Paſtorali §. Cæterum de re judic.* examinat quæſtionem *Gutierez. can. qu. lib. 6, cap. 14. per tot.* & *Gabr. Marchant.in ſuis notabil. reſolut.cap.22.* ubi de cancro id declarat, qui declinare poſſit in morbum contagioſum: ex quo ob commune bonum exeundi licentia conferri poteſt Prioriſſæ, præcipuè cauſa peregrinandi ad S. Sepulchrum. Verùm loquitur de Germaniæ canonicis, quibus videtur favere laxior regula, quæ in Italia profecto non militaret. Neque vetatur eiſdem egreſſus, cum Pontificis licentia, ad reformandum vel fundandum aliud cœnobium, ſicut tranſeundi cauſa ad laxiorem ordinem quandoque, ex *Pellizzar. de Monial. cap.5. ſect. 2.* Aliàs ad clauſuræ obſervantiam moniales omninò erunt cogendæ, quocumque exemptionis privilegio non obſtante. *Tondut.quæſt.& reſol.benefic.to. 1.cap.20.*: & multò magis ad commeſſationes vitandas & hoſpitium ſecularium utriuſque ſexus, ut benè diſcurrit in opere mox *cit. Marchant.cap.21.* Immò Soror clauſuram violans, compellenda eſt ſub cenſuris ad ibi redeundum, quemadmodum monaſterium ad eam recipiendam. *Rota Romana dec. 359. cor. Durano.* Plura vide per *Donat. in tract. Rer. Regul. tom. 1. tract.4.quæſt.15.*

Hic probare minimè poſſum P. Thomæ Sanchez *tom.2.Summæ lib. 6. cap.17.* concluſionem
25 de Scholarum atrio Societatis Jeſu, quod comprehendatur ſub clauſura, illi tantum innixus rationi, quia eſt quoque ad ornatum clauſuræ. Probare, inquam, non poſſum, tum quia clauſuræ limes odioſa res eſt, ratione periculi, in quod facillimè labere valent conſcientiæ, & ſic potiùs beniguiores & favorabiles ſententias

am-

amplecti deberemus. Tùm etiã quia non video, cur potius atrio Patrum Societatis, quam cæterorum Religioſorum, qui adoleſcentum, & puerorum diſciplinæ ſedulam operam impendunt, puta Patrum Scholarum Piarum, qui à primis elementis ſummo cum ardore, ac tolerantia ei proſunt ætatulæ, (quod erat exprimendum) favor hic tribui valeat. Et regulariter, ſicut porticus non dicitur de domo *l. cætera 41. §. Hoc Senatuſconſultum & ibi Florian. ff. de leg. 2.* ita ex eodem argumento atrium collegii non dici debet de clauſtro.

Ingreſſus autem permittitur Vicario, confeſſario, medico, neceſſariis operariis, & artifi-
26 cibus aliiſque, adhibita ſuperiorum licentia in caſu neceſſitatis, vel maximæ utilitatis. *Pellizzar. d. cap. 5. ſect. 3.* Et proculdubio monaſterii fundatrici ex privilegio ſibi conceſſo *in Bulla Gregor. XIII. incip. quæ ſanctimonialium quietem, &c.* Verùm, cum ad monaſterii fundationem plures perſonæ poſſint concurrere, id judicandum eſt à prudenti viro, habito reſpectu ad quantitatem & qualitatem beneficiorum, & ſic ad formam contractus initi, ut benè declarat *Marchant. ubi ſupra caſu 33.* qui *caſu 23.*, dum puer maſculus ſeptannalis ex familia principe, dolo, ſeu furtivè ſublatus tribus à retro annis in monaſterio exiſtebat juxta doctrinam Navarri *in cap. ſtatuimus n. 59. Cordub. in ſumma quæſt. 60. Emman. Rodriquez. t. 1. qq. Regul. quæſt. 46. num. 1. Sanchez in Decal. l. 6. cap. 6. num. 5. & Tamburin. de jure Abbatiſſ. diſput. 22. quæſt. 4. n. 1.* qui aſtruunt ante ſeptennium bene poſſe pueros maſculos in clauſuram admitti; Inquit in caſibus neceſſariis non modo puero, ſed adulto, & viris Epiſcopum & ſuperiorem, tribuere licentiam poſſe clauſuram intrandi, juxta prudens arbitrium, habita ratione periculi vitæ, famæ, gravis injuriæ, citans *Sanchez & Rodriq. locis adduct.* non verò curioſitatis gratia permittitur alicui ingreſſus; qua de cauſa redarguendus eſſet ſummopere non modò licentiam petens, verùm & illam concedens etiam permiſſivè, ſi non poſitive, cui non debent nimium indulgere Diœceſum Ordinarii. Excipiuntur fœminæ, & fatui, quibus perpetuò ingreſſus hujuſmodi eſt prohibitus, ut ſcribit *Navarr. de Regul. n. 59.* Quanquam vero Doctiſſimus hic Pontificiæ Juriſprudentiæ magiſter, ſentiat infantes diſcretione carentes admitti poſſe in monialium clauſura, *arg. leg. 1. C. de falſa mon. cap. omnis de pæn. & remiſſ. & alibi.* Oppoſitum tamen reſolutum pluries fuit à Sacra Epiſcoporum & Regularium Congregatione, ut ſcilicet illos cujuſvis ſexus vel ætatis ibi introducens, cenſuras incurrat violatæ clauſuræ. Teſtimonia adducit *Hieron. Nicol. in ſuis Floſcul. ſive Notabilib. verbo clauſura nu. 30. & ſeqq.* cui addo rationem, fortaſſe non inſolidam, quia tunc illæ Domini ancillæ redduntur nimis vagæ & à ſupernis meditationibus, non abſque levi puri cordis detrimento, valde abſtractæ.

Datur tamen in hoc parvitas materiæ, ut ſi quis unum ſolum pedem ponat intra monaſterii portam, vel utrumque, & etiam per unum vel alterum palmum utroque pede ingrediatur, mortaliter non peccet, neque excommunicationem incurrat. *Sanch. de dub. Regul. reſol. 52. Gabriel. à Sancto Vincent. de cenſ. diſput. 4. qu. 50. §. 53. num. 444.* Et per locutionem cum monialibus nullo pacto læditur clauſura. *P. Del Bene loc. cit. cap. 14. dub. 5. num. 19.* idque ultra diſcretionem contra ſcrupulis vexatos. Quanquam frequens acceſſus ad ſacra illa ſepta reprobetur admodum à jure, pœna ſuſpenſionis clericis indicta, excommunicationis laicis, privationis vero officiorum, vocis activæ & paſſivæ, & peccati mortalis Regularibus (etiam equitibus Hieroſolymitanis) quibus valde id inculcatur. Multiplices auctoritates affert *Barboſa de ju. univer. eccleſ. lib. 1. cap. 44. num. 153. uſque ad 158.*

Sic itidem ſacrorum locorum limites minimè tranſcendendi ſunt à miniſtris Juſtitiæ, favore eccleſiaſticæ immunitatis, de qua conſulendus eſt *P. Del Bene*, in ſuo prolixo & ſæpe citato tractatu, in quo ſapientiſſime cunctas dubitationes expedit, nihilque de illa reliquit intactum: quemadmodum in materia univerſi juris prædicamus de Baldo. Nos tamen hac de re alibi nonnihil digeremus.

ADNOTATIO.

VErbum Græcum αἱμασιὰν tàm de Sepe, quàm de Maceria intelligi poſſe tradidimus ſupra in expoſitione lectionis noſtri textus *Annot.* ad præcedens *cap. 3. n. 18.* & de utraque agit hic noſter author.

Pro eo quod attinet ad Sepem *Pacichell.* citatur *in n. 9.* à *Zanl. ad Statut. Favent. lib. 5. Rubric. 6. to. 2. num. 3.* ubi concluſionem, quod non poſſint præcidi, vel diſrumpi ſepes ad ingre-
27 diendum alienum fundum limitat in caſu exonerationis corporis: Nam tunc homini eſt permiſſum nedum rumpere ſepem fundi vicini, ſed etiam per eumdem quamvis pretioſiſſimis frugibus ſatum tranſire una cum equo, dum in via publica id verecundia non permittit. Sepem verò exiſtentem circa aquæductum præci-
28 dere; illiuſque foſſatum mundare indicat activam ſervitutem *Capoll. de ſervit. ruſtic. cap. 4. num. 16.*

Ad *n. 8.* adde, quod ruſtici quanto ſunt ſimpliciores, tanto ſunt credibiliores, quia non deponunt, niſi de Facto, tanquam ſuis oculis ſemper adſtantes ſuper ipſis locis, ut ſunt præ-
29 ciſa verba *Bald. conſ. 468. n. 1. lib. 3.*

De verſione verbi χωρίον in regionem, de qua poſt *n. 10.* vide ſuperius notata in præcedenti *cap. 3. num. 18.*

Tranſitum modo facientes ad alterum membrum hujus quarti capitis de lapide terminali, obſervandum occurrit ad *num. 14.* quod antiqui ad invocandum Deum in teſtem jurare ſolebant ſuper acervo lapidum extructo, ut de Jacob,
30 & Laban *Gen. cap. 3. verſic. 45.* Poſteà vero dæmon cæremoniam illam imitatus eſt, quando Ethnici ſuper lapidem terminalem jurabant, ut aliis relatis docet *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 3. cap. 10. de Cappellaniis poſt num. 41. verſic. adſtipulatur.* Ideò autem hujuſmodi termini eri-
31 gi ſolent, ut notetur ibi territoria finiri, nec ultra procedere, & ex effectu terminorum nomen adepti ſunt, de quibus *Iſidor. origin. lib. 15. cap. 14. Joan. Andr. in cap. cum cauſam 13. de probat. Rot. cor. Merlin. dec. 245. n. 1.* cum aliis pluribus adductis *per Rotam in Nullius Terræ Pratularum Juriſdictionis 27. Novembris 1724. §. Et profecto coram R.P.D. Calcagnino.* Debent tamen, & ſolent ita apponi, ut

Digitized by Google

32 ut ab una ad aliam partem ferantur per li-
neam rectam, non per obliquum, vel per
tranſverſum, ut probat Bartol. in tract. Tybe-
riad.in 20.figur.incip.hæc figura differt ab om-
nibus.Galean.conſ.90.n.18.& ſeqq. Mont. de fi-
nib.cap.18.n.2.4.& 5. Maſſin.de confiſcat. q.11.
n.43.& ſeqq. Raynald. ad Bannimént. general.
Bonon.to.2.cap.15.§.7.n.43. D.Aud. de Comitib.
dec.Florent.81.to.2.par.1.n.10. ubi citatur Pa-
cichell. in hoc loco.§. Verùm verſ. debent tamen
poſt num.16. Rot.in Romana, ſeù Portuen. Te-
nutarum ſuper Exceſſu, quoad Vicarellum 26.
Martii 1708. §. Abindè coram bo. mem. Anſal-
do, ubi paritèr adducitur noſter Author.

Hujuſmodi termini ad bonum publicum
adeò neceſſarii fuerunt reputati, ut ex l.12.ta-
33 bular. capitali pœna plecterentur amoventes
confinia:& poſtmodum in Jure Civili pœna Ju-
dici arbitraria corripiantur, quæ ex gravitate
circumſtantiarum poteſt ad pœnam etiam or-
dinariam mortis extendi, Gonzalez.in cap.ex li-
terit ſub n.5.de probat. Oter.de paſc. cap.28. per
tot.Carpzov.in prax.criminal. qu.83. n. 67. No-
var.de Gravam.vaſſallor. to.2.gravam.69.per tot.
Gaballin.de human.negociat. lib. cap.& artic. 4.
confic.5.ſub n.8. Raynald. loc.cit. per tot. & ſi-
gnantèr num. 74. Rot. in d. Romana, ſeù Por-
tuen.Tenutarum §. Et idcircò ubi affertur hic
locus Pacichell.n.18.& ſeqq. Sanctio Canoni-
34 ca fulmen quoque excommunicationis ſuper-
appoſuit Romaguer. in addit. ad Conciol. ſuper
Statut. Fugubin.lib.6.rubric.14.num.8. Manſ.
conſult.681.n.67.Raynald.loc.mox cit.n.8.

Verùm ne per talem amotionem præcluſa
remaneat probatio confinium, veſtigia exca-
vationis, & laterum, ſeù tegularum inibi exi-
35 ſtentium hanc probationem ſupplere ſolent,
quia ſunt indicia amotorum confinium, ut ar-
guunt Fermoſin.in cap.cum cauſ.qu.3.n.14.cum
ſeqq.Cornel.conſ.333.n.12.vol.1.Rot.in d.Roma-
na, ſeù Portuen.Tenutarum §. Relictum coram
bo.mem. Anſaldo,ubi plurimi citantur, & inter
alios Pacichell.noſter hoc loco.

Iſtis autem terminis, qui ſunt ſimplicitèr
manufacti, ſuccedunt alterius ſpeciei, qui dici
poſſunt partim arte, partim natura confecti,
veluti eſſe ſolent arbores Crucis ſigno, vel al-
36 tero conſimili connotatæ, ut de prædictis ar-
boribus Knipſchild. de privileg. lib. 2. cap. 15.
num. 210. fol. mihi 317. & quando non unica
tantum arbor eſt, ſed plures numero, & ordi-
ne diſtinctæ, tunc proprius accedunt ad inva-
37 riabilitatem Pariſ.de Put.de finib. feud. cap. 3.
num.8.& 9.Rot. coram Emerix jun.deciſ.1086.
num 21.& in prædicta Portuen. Tenutarum §.
Proſequendo in verb. longo ordine diſtenſas, &
Sancto Crucis Signo notatas fagos. Vepres
38 etiam inter hæc confinia ſolent connumerari
Hieronym.de Mont.de finib.cap.17. num.5. & 9.
Rot.dec.95.par.8.recent.num.10. ubi Vepres ap-
pellantur patentes limites, & dec.82. n. 39. &
40.par. 18.recent.

Verùm enimvero quamvis probatio per di-
ctos modos valdè ſit attendenda, nihilò tamen
minus, probatio magis tuta, & validior eſt,
quæ depromitur ex confinibus in totum,& ſim-
plicitèr naturalibus, quæ dicuntur invariabilia
39 quæque propterea omnibus aliis debent præ-
ferri Rot. cor. Ottobon.dec.102 ſub n.6.& ſeqq.
& dec.145.n.10.& 11. cor. eod. in rec.dec.145.
n.10.p.11.cum aliis apud D.Aud.de Comitib.dec.
Florentin.81.n.26.to.2.p.1. quæ in hac materia
eſt magiſtralis. Et ubi regio id permittit ſemper
conſueverunt confinia invariabilia denotari
40 Cravett.conſ.949.n.6.Card.Tuſc.pract. concluſ.
jun.litt.C.concluſ.697.n.1.& concluſ.700. n.13.
Valenzuel.conſ.100.n.5.& ſeqq. Card de Luc. de
regal.diſcurſ.36.n.2.Rot. dec. 145. n.10. par.10.
recent. Adeòut, ſi in regione aliqua adſit con-
fine invariabile, & hoc in deſignatione, & con-
finatione bonorum omiſſum fuerit,ex hac omiſ-
ſione graviſſimum inſurgat argumentum, bona
ſeù Territorium illud ad prædictum invaria-
41 bile confine haud protendi, ex ea ratione,quod
ſatis inveriſimile ſit, quod ſi ad illud ſe exten-
diſſet,Partes hoc in d. confinatione non expreſ-
ſiſſent, ut communitèr tradunt DD.omnes ſu-
periùs allegati.

Intèr naturalia, & invariabilia confinia re-
putatur mare, & ejus littus, flumina, foveæ,
rivi, fontes, & viæ publicæ, quemadmodum
42 de mari, ejuſque littore teſtatur Rota coram
Coccin. dec.911.n.10.& plurib. ſeqq. & in Ro-
mana, ſeù Portuen. Tenutarum ſuper Exceſſu,
quoad Palum 26. Martii 1708. coram bo. mem.
Anſaldo §. Modernus itaq: cum plurib. ſeqq. &
dec.13.ſub n. 22. verſ. maximè poſt Tractat. de
43 fluminibus D. Aud.de Comitib.deciſ.Florent.81.
n.25.to.2.par.1.& plures relat. apud eum: de fo-
44 veis Sperell.dec.178.n.2. Rot. coram Ottobon.
dec.143. ſub num.12.in fi n.dec.95.n.10.par.8.&
dec.82.n.39.& 40. par.18.rec.de rivis Roland. à
45 Vall.conſ.67.ſub n.13. verſ. verùm præmiſſis &
ſeqq.lib.2. Mont.de finib.cap.17.n.5.6. & 9.Rot.
coram Ottobon.dec.143. n.11. de fontibus, &
46 aliis omnibus ſupra commemoratis Rot. in d.
Romana, ſeù Portuen.Tenutarum ſuper Exceſ-
ſu, quoad Vicarellum,26. Martii 1708. §.Quod
in tantùm verb.nec non fontes coram bo.me.An-
47 ſaldo, de via publica Bald.in cap. cum cauſam
n.9.de probat.Valenzuel.conſ.100.n.5.&6.Manſ.
conſultat.681.n.9.& 12. Alciat.de præſumpt.re-
gul.13.præſumpt.2.de l.uc.ad Gratian.diſcept.fo-
renſ.c.595.ſub n.11.Zacch. ad Statut. Favent.
rubr.37.n.2.lib.3.Rot.dec.32.n.126. coram Coc-
cin.& in rec.dec.145.n.11.par.10.& deciſ.814.
n.7.par.18.recent.

Qui omnes confines pluribus modis probari
poſſunt, quorum omnium ſuperlativum gra-
48 dum obtinere ſolet acceſſus Judicis, & ocula-
ris loci inſpectio, nàm loci evidentia ſuperare
ſolet genus omne probationis, quemadmodum
per literalem Textum in l. ſi irruptione, §. Ad
officium in fin.ibi: oculiſque ſuis ſubjectis locis
ff.fin.regund. tradunt Afflict. dec.23. n.6. Barz.
dec.2.n.31.& 57.Sperell.dec.178.num.28.31.&
ſeqq.D.de Comitib.deciſ.Florent.81.n.21. tom 2.
par.1.Rot.in Romana Fontanilis 1.Julii 1701.
§.Fortiùs in fin.coram bo.mem.Molines,Nullius
Terræ Pratularum Juriſdictionis 27.Novembris
1724.§. Et profectò circà med. coràm R. P. D.
Calcagnino. Judex enim debet cum interventu
49 Agrimenſoris vel ex ſe accedere, & poſteà ju-
dicare,ut per Textum & gloſs.in d.l. ſi irruptio-
ne §.Ad officium verb.mittere ff. fin. regund. do-
cent relat. per Zaul.ad Statut. Favent. rubric.
37.n.22.& ſeq.lib.3.D.de Comitib.d.dec.Florent.
81.n.23. to.2. par.1. In hoc tamen eſt adverten-
50 dum quod acceſſus Judicis ad locum differen-
tiæ cum peritis non debet concedi poſtquam

ipſe

Digitized by Google

ipſe aliàs ſemel, atque iterum acceſſerit, cum
acceſſus de ſui natura repeti non poſſit, niſi
forte per modum reviſionis allegato errore, ut
per Text. in l. 1. ibique Jaſ. ff. de error. calcul.
docet Caſt. de remed. ſubſidiar. remed. 10. n. 8. §. ul-
timo requiritur Rot. dec. 417. n. 10. coràm Card.
Caprar. Atquè hoc eſt intelligendum etiamſi
51 acceſſum petens offerat illum peragere pro-
priis ſumptibus abſque ſpe repetendi illam re-
fectionem Rot. d. deciſ. 417. coram Caprar. n. 22.

Alterum locum in probatione confinium ob-
tinent Plantæ, seù Mappæ, quæ oculis Judi-
52 cis differentiæ locum ſubjiciunt non ſecùs, ac ſi
ipſemet ad eumdem locum accederet Meſſin.
de confiſcat. qu. 11. num. 52. Rot. Bononien. apud
Poſth. dec. 76. n. 14. Rot. Romana coram Beniucat.
dec. 267. n. 4. & dec. 319. n. 2. Romana, ſeù Por-
tuen. Tenutarum ſuper Exceſſu, quoad Palum
26. Martii 1708. §. Addito coram bo. mem. An-
ſaldo, ubi citatur dec. 7. num. 2. poſt noſtrum Au-
thorem. Quod eſt limitandum, quando Mappa
seù Planta confecta fuit extrajudicialitèr, nec
53 ſervatis ſervandis, nàm tunc nihil probat; Ad-
den. ad Baratt. dec. 367. n. 12. Rot. dec. 184. n. 13.
poſt Poſth. de manutent. & cor. Bich. dec. 97. n.
20. & dec. 169. n. 24. & dec. 2. tit. 35. & ſervitut.
n. 14. coràm Eminentiſſ. D. Card. Falconerio. Con-
54 tra verò, pleniſſimè probat, quando eſt facta
concorditèr à Peritis utriuſque partis, vel
quando fuit ab una parte producta, ut de pri-
ma propoſitione Rot. coràm Emerix jun. deciſ.
1086. n. 11. relat. per D. And. de Comitib. dec. Flo-
rent. 81. to. 2. par. 1. n. 15. & de ſecunda, quod
probet contra producentem, Romana, ſeù Por-
tuen. Tenutarum ſuper Exceſſu, quoad Palum
26. Martii 1708. § Certiùs in fin. coràm bo. me.
Anſoldo.

Accedunt Periti quorum Judicio ſtandum
55 eſſe diſponit Text. in l. ſi irruptione 8. §. Ad ef-
ficium ff. hoc eod. tit. fin. regund. Zaul. ad Statut.
Favent. lib. 3. d. rubric. 37. n. 20. & ſeqq. Add. ad
Pamph. dec. 436. n. 34.

Idem dicendum de teſtibus, qui in quæſtio-
56 ne de finibus præcipuas conſueverunt partes
agere Pacion. alleg. 244. n. 14. Rot. coram Mer-
lin. dec. 635. ſub. n. 2. verſ. quoniam, & ſeqq. Coc-
cin. dec. 460. n. 2. Ottbobon. dec. 143. ſub n. 2. Eme-
rix jun. dec. 1103. num. 2. Maximè ſi diſtinguunt
57 ſingillatim loca, terminos, & confinia, Mont.
de finib. cap. 18. Rot. coràm Merlin. dec. 245. n. 1.
coràm Peutinger. dec. 12. n. 5. & 6. & in Nullias,
ſeù Terræ Pratalarum Juriſdictionis 27. No-
vembris 1724. §. Teſtes verò in fin. coràm R. P.
58 D. Calcagnino. Et deponant de facto proprio,
& de re ab ipſis geſta teſtentur D. And. de Comi-
59 tibus deciſ. Florent. 81. to. 2. par. 1. n. 12. Etiamſi
non ſint formiter examinati Rot. cor. Emerix
jun. dec. 1103. n. 2. Quando vero ſunt formitèr,
& in faciem loci examinati, tunc ſuperlati-
60 vum probationis gradum conſtituunt ad tradi-
ta per Valenzuel. conſ. 100. n. 12. cum ſeqq. Rot.
coràm Coccin. dec. 460. n. 2. & cor. Emerix jun.
deciſ. 1077. n. 8 Non obſtante quod ſint ruſtici,
61 quia ruſticitas ipſis auget potiùs, quàm minuat
fidem, Bald. conſil. 468. n. 1. lib. 3. Sperell. deciſ.
178. n. 92. cum ſeqq. præſertim quando ſunt cir-
62 cumcolentes, ut de teſtibus ratione vicinita-
tis deponentibus expreſsè firmant Surd. conſil.
429. ſub n. 20. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Favent.
lib. 3. rub. 37. n. 18. Sperell. dec. 178. ſub n. 17. verſ.
quinto. & n. 92. & ſeq. D. de Comitib. dec. Florent.
81. pars 1. to. 2. n. 2.

Publica etiam voce, & fama non leve addi-
63 tur probationibus robur, in materia confi-
nium ex deductis per Rot. in d. Nullius, ſeù
Terræ Pratalarum Juriſdictionis 27. Novem-
bris 1724. §. Hunc autem cor. R. P. D. Calcagni-
no.

Itidèm ex inſtrumentis deducitur termino-
64 rum probatio ad Text. in l. in finalibus 11. ff.
fin. regund. Valenzuel. conſ. 100. n. 42. & ſeq. lib. 1.
Zaul. ad Statut. Favent. lib. 3. rubric. 27. n. 15.
& ſeqq. Borgnin. Cavalcan. deciſ. 17. num. 1. par.
2. Rot. coram Emerix jun. dec. 1086. n. 14. & ſeqq.
& dec. 1103. num. 1. & in recent. deciſ. 520. num.
48. par. 14.

65 Decimarum paritèr libri probant confinia,
ſub qua Cathagoria communiter etiam venire
66 ſolet Cataſtum, seù Æſtimum, quemadmo-
dum de utroque tradunt relati per D. de Comi-
tib. d. dec. Florent. 81. n. 7. to. 2. p. 1.

Inſuper enunciativè probant confinia intel-
67 ligendo de antiquis Rot. in deciſ. 22. n. 4. tit. 23.
de Officio Ordinarii, coram Eminentiſſ. Falco-
68 nerio præſertim accedentibus aliis adminiculis
69 ibidem, & ſi ſint numero plures Rot. coram
Mantic. deciſ. 43. num. 10. coram Seraphin. dec.
441. num. 1. & dec. 195. num. 16. p. 8. rec.

Confinium verò comprobatio ad nihil aliud
principalius inſervit, quam ad probandam iden-
70 titatem: Nam confinium natura eſt, ut inclu-
dat intra ſe omnia bona confinata. Pariſ. conſ.
71 2. n. 63. & 64. lib. 9. & conſ. 4. num. 1. lib. 4. Pau-
lutius diſſertat. 59. ex n. 2. Rot. Bononien. apud
Poſth. dec. 76. n. 13. Rot. Lucen. apud Cenſal. deciſ.
85. num. 39. Add. ad Pamphil. dec. 578. num. 9. Rot.
Romana coram Celſ. dec. 35. num. 6. Dunozzett.
Sen. dec. 309. num. 14. Emerix jun. dec. 1086. nu.
10. & dec. 1103. n. 5. in rec. dec. 520. n. 51. par. 14.
& dec. , num. 8. par. 17. & alia bona excludat,
72 cum confine debeat pernecesse à confinato di-
verſificare Rot. Januen. apud Balducc. dec. & res
judic. tit. 5. de feud. dec. 2. num. 44. & 45. Rot.
Romana. coram Bich. dec. 119. nu. 19. & dec. 169.
num. 22. Emerix jun. d. dec. 1086. num. 6. Bonin-
caſ. dec. 7. num. 11. in recent. dec. 377. n. 18. & 19.
par. 16. deciſ. 1. num. 14. & 15. p. 17. & dec. 151.
n. 7. par. 19.

Quæ identitas apertiùs reſultat ex combi-
natione confinium cum re controverſa, quan-
do ſcilicèt nullus alius locus adeſt, in quo ma-
73 gis propriè confinia poſſint aptari. Roland. à
Vall. conſil. 67. n. 19. lib. 2. Bonden. collectat. 44.
n. 152. lib. 2. D. de Comitib. d. deciſ. 81. num. 29. par.
1. to. 2. & adſit correſpondentia menſuræ ex de-
ductis per Zaul. ad Statut. Favent. lib. 3. rubr.
37. ſub. num. 6. Paulut. diſſert. 59. ex n. 5. Rot. in
recent. dec. 477. num. 11. par. 9. relat. per eumd. D.
de Comitib. in præd. dec. 81. num. 27. Item pro-
batur ex aliis, de quibus in pluribus deciſ. coram
Emerix jun. relat. in ejus Indic. verb. identitas.

Contrà verò ex diverſitate finium remanet
74 excluſa identitas ut probat Mont. de finib. cap.
22. num. 1. Torr. variar. jur. qu. Miſcell. par. 1. tit.
12. qu. 14. num. 30. fol. mihi 489. Manſ. conſultat.
57. num. 28. tom. 1. Rot. Lucen. apud Magon. dec.
93. num. 14. & 16. Rot. Florentina apud D. An-
dr. de Comitib. deciſ. Florentin. 92. num. 4. tom. 2.
par. 1. Rot. Romana coram Merlin. dec. 415. num.
5. Emerix. jun. dec. 617. n. 4. & in recent. dec. 313.

n.5 p.5. dec.272.num.8. par.11.dec.120.num.13.
75 *par.15.* Fortiùs concurrente etiam diverſitate
in quantitate, & qualitate juxta authoritates
punctualiſſimè de more congeſtas apud *eamd.de*
Comitib. deciſ. Florentin. 91. num. 5. & 6. p.1.
tom. 2.

Nihilominus eſt advertendum, quod aliqua
diverſificatio etiam in quantitate non ſemper
76 excludit identitatem, cum vel alluvionibus
potuerit incrementum fieri, ut per *Text. in l.*
Adeò §.Præterea ff. de acquir.rer.domin.& in §.
*28.inſtitut. tit.de rer.diviſ.*firmat *Rot. dec.415.*
77 *num.1.coram. Caprar. par. prima* vel imminutio
potuerit provenire ex propria omnium inun-
dantium fluminum natura, quæ conſumere ſem-
per, & radere ſolent quemadmodum præter re-
latos hìc *à noſtro Authore ſub n.17.* tradunt *Cy-*
riac. controv.182. num.60. & 61. Arias de meſa
var.reſolut.lib.2.cap.43. cum aliis plenè conge-
ſtis per *D.And.de Comitib. d.dec. Florentin. 82.*
n.36. par.1.tom.2.

Quando autem bona diverſificant in confi-
nibus, & non concurrentibus duabus ſaltem
demonſtrationibus, tunc adeò remanet excluſa
78 identitas, ut etiamſi bona conveniant in vo-
cabulo, hoc non ſufficiat *Torr. varior. Jur. qu.*
Miſcell. par. 1. tit. 12. d. qu. 14. n. 37. fol. 489.
Rot.apud.Poſth.de manutent. deciſ.94. num.6.&
in recent. dec.272.n.9.p.11.& dec. 120. num. 14.
par.15.

Non tamen ſupradictis regulis eſt adeò im-
morandum, ut religio, & prudentia Judicis
coerceatur, qui ſi videat nos eſſe in antiquis,
79 tunc levioribus contentetur probationibus *Va-*
lenzuel.conſ.100.n.34.& ſeqq.Gratian.diſceptat.
883.n.9.Zual.ad Statut.Favent. lib.3. rubr. 37.
num.11.Rot.coram Dunozzett. ſen. dec. 309. n.5.
& dec.317.num.9.Cerr.dec.836.num.9.in recent.
dec.243.num.15.par. 10. Adeò ut reputet ſuffi-
80 cere unum confine cum concordantia loci
Mascott.variar.reſolut.lib.1.cap.22. num. 45.
Rot.dec.710. num.3.par.1. diverſ. Rot. dec. 212.
num.3.coram Coccin.& deciſ.117.num.11.coram
Emerix jun. & dec.737. num. 8. coram eod. Vel
cognoſcat bona accipienda eſſe pro uno corpo-
re ex deſtinatione patrisfamilias, qui confinia
81 ſibi benè viſa appoſuit *Rot.dec.95. num.10.par.*
*8.rec.*Vel aliis fulciatur conjecturis, cùm hæc
82 ſit materia conjecturalis *Rot. coram Seraph.*
dec.462.n.8.& 9. dec.264.num.9. coram Emerix
jun.& dec.292.num. 1. coram eod. Et judicis ar-
83 bitrio relicta *Tartagl. de reſervat. ſtatutar. or-*
tic.60.n.35. 48.& 52. Rot.dec.310.num.11.par.
*19.rec.*cum aliis apud eandem *Rot. in Romana,*
ſeù Fortuen.Tenutarum ſuper Exceſſu, quoad
Palum 26.Martii 1708. §. Stringentiora, & §.
Final.coràm bo.mem.Anſaldo.

Supereſt denique aliquid tangere circa ter-
tium membrum hujus Capitis, ſuper quo vi-
dentur duo præcipuè adnotanda, de Moniali-
bus nimirum è clauſura exeuntibus, & de ex-
teris clauſuram intrantibus. Quod ad primum
ſpectat, Monialis aufugiens à Monaſterio ob
84 timorem mortis probabiliter ſibi à Monialibus
inferendæ, poteſt tranſire ad aliud etiam laxio-
ris diverſæ regulæ, & debet hoc ei permitti im-
poſita ſalutari pœnitentia, ut latè probat *Pigna-*
tell.conſult.120.to.1.

Poteſt itidem tranſire cum Pontificis licen-
tia ad fundandum, vel reformandum aliud Mo-
naſterium, ut tradit *noſter Author hìc ſub nu.*
24. circà med. Atquè ita practicatum fuit in
Hetruria anno 1721. ubi Superiorum permiſſu
extractæ fuerunt è Monaſterio S. Margharitæ
85 Civitatis Praten. tres nobilitate, & morum in-
tegritate conſpicuæ Moniales, & Neapolim
tranſmiſſæ ad fundandum poſt varias contro-
verſias ſub regia protectione Monaſterium ti-
tulo S.Franciſci delli Scarioni, à quodam Leo-
nardo Scarione Pratenſi pro Pratenſibus Vir-
ginibus hæredem ex pinguiſſimo aſſe relictum
qua deſuper re extat venuſta ſatis, & perpoli-
ta relatio hiſtorica D. Comitis Joannis Baptiſtæ
Caſotti eruditiſſimi Pratenſis Civis.

Quoad alterum punctum ſuper ingreſſu in
clauſura, illud eſt advertendum, quod qui in-
greditur ſine licentia ad extinguendum incen-
dium, vel ad ſervandum ſe ipſum, aut Monaſte-
rium ab incendio præd., vel ad ſuccurrendum
86 in caſibus repentinæ ruinæ, non incurrit ex-
communicationem tanquam clauſuræ violator,
Pignatell.conſult.Canonic.to.8.conſult.47.ex n.7.
& ferè *per tot.* ubi plures caſus ad clauſuram
87 ſpectantes; ſi autem extra caſus prædictos, aut
ſimiles quis contravenerit Epiſcopi Edicto in
materia clauſuræ, non poteſt ab eadem excom-
municatione inflicta, & eidem Epiſcopo reſer-
vata, per quemcumque alium Epiſcopum etiam
ejus Metropolitanum abſolvi, idem *Pignatell.*
dicto to.8.conſult.128.

CAPUT V.

De Murorum Diſtantia.

SUMMARIUM.

1 *De quo interpretandus ſit textus, & num. 21. ejuſque ratio n.5.*
2 *Murus in quo differat à pariete.*
3 *Calepini dictionarii auctoritas in jure.*
4 *Muri civitatis dicuntur ſancti, & nonnulla de iis; item de muris Urbis.*
6 *Murus communis qui ſit; quomodo cognoſcatur n.7.& 13.& fiat n.12.*
8 *Qui murus proprius, & pars domus, cum ſimilibus dubiis num.ſeqq.*
14 *In communi quid poſſit facere vicinus, ubi de balneo, ſterquilinio, furno, feneſtra, camino, latrina, & aliis hujuſmodi uſque ad n.17.*
18 *Quando in eo poſſit ædificare vicinus cum dub.num.ſeqq.*
22 *Via publica ſalvanda eſt.*
23 *Pedis menſura ſecundum textum quæ ſit?*
24 *De illa apud priſcos? & num.ſeq.*
26 *Concludit auctor in hoc ſtandum eſſe conſuetudini.*
27 *Qualiter facienda ſit menſura?*
28 *Murus propriè dicitur de publico, qui mania continet.*
29 *Mœnium appellatione non veniunt muri Urbis, ſed inſulæ domorum.*
30 *Parietis nomen convenit privatis ædificiis.*
31 *Parietum diverſæ ſpecies, & primùm Lateritii.*
32 *Parietes teſtacei.*
33 *Parietes Cæmentitii.*
34 *Parietes Cratitii.*
35 *Parietes intergerini.*
36 *Parietis communio non præſumitur.*
37 Decl. *concluſionem procedere, quando unus tantùm eſt in poſſeſſione.*
38 *Secùs quando neuter eſt in poſſeſſione, quia*
tunc

Digitized by Google

tùnc præſumitur communio.

39 *Præſertim ſi vel uterque, vel neuter habeat ſigna proprietatis, & n.*40.

41 *Et quando agitur de muro domum intermediante.*

42 *Communia præſumuntur, quæ ſunt poſita in finibus.*

43 *In communione, vel proprietate ſtatuenda, prævalet, qui habet ſigna urgentiora, & n.* 92.

44 *Utraque probatur acceſſu.*

45 *Planta Judiciali.*

46 *Relatione Peritorum;*

47 Decl. 1. *dummodò reddant rationem peritiæ.*

48 Decl. 2. *quando ſunt concordes,*

49 *In diſcordia Peritorum quid agendum?*

50 *Inſtrumenta probant communionem, vel proprietatem parietis.*

51 *Et Libri Camerales diligentèr adnotati.*

52 *Ex quantitate pretiì arguitur qualitas parietis.*

53 *Ex impenſis factis in conſtructione, vel inſtauratione, & n.* 54.

54 Decl. 1. *ut conſtito aliunde de dominio, impenſa præſumatur facta jure ſimplicis ſervitutis.*

55 Decl. 2. *ut præſumatur facta ab eo, qui recipit utilitatem.*

56 *Pacta probant communionem, vel proprietatem.*

57 *Idem probatur re judicata.*

58 *Paries in ſolo communi eſt communis.*

59 *In ſolo proprio præſumitur proprius.*

60 *Linea ducta à ſolo proprio, & citra ſe includens parietem controverſum, facit præſumere ipſius proprietatem.*

61 *Paries recentiùs in ſuperiori parte conſtructus eſt ejuſdem naturæ, ac partes antiquiores.*

62 *Amplia etiamſi fuerint conſtructæ ab unico tantùm vicino, dummodò alter uti volens contribuat expenſis.*

63 *Medium parietis præſumitur ejuſdem qualitatis, ac ſunt ejus extrema.*

64 *Inſcriptiones indicant parietis naturam.*

65 *Item ſtemmata gentilitia.*

66 *Item dic de incruſtationibus, dealbationibus, & ſimilibus.*

67 *Stillicidium protendens ultra tectum verſus curtile vicini denotat muri proprietatem.*

68 *Secùs autem, ſi non pretendat, vel non cooperiat totum tectum, indicat communionem.*

69 *Recubitus tecti domus unius tantùm vicini eſt ſignum proprietatis.*

70 *Idem de ſuſtentatione fornicis.*

71 *Et humi Superioris fundi.*

72 *Suſtentatio onerum utriuſque vicini prabet indicium communionis.*

73 *Paries eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt alter murus adhærens.*

74 Decl. 1. *Quando murus adhærens eſt ejuſdem ſtructuræ, & antiquitatis.*

75 Decl. 2. *favore illius cujus Curtili, vel ædificio meliùs aptetur, & quadret.*

76 *Idem intellige de murulo, ſeù murello.*

77 *Tigna penetrantia totam groſſitiem denotant proprietatem.*

78 *Amplia etiamſi penetrent ſaltem ultra dimidium parietis.*

79 *Si tigna non penetrant ultra dimidium, præſumitur communio.*

80 *Feneſtrarum aperitio eſt argumentum proprietatis.*

81 *Limita quando adſunt ſigna etiam ex parte alterius, nàm tunc denotatur communio.*

82 *Et quando feneſtræ ſunt plures inſervientes altera alteri vicino.*

83 *Similitèr dicendum de loculamentis, ſeu feneſtrellis.*

84 *Intellige prædicta dummodò non adſit clandeſtinitas. Et quomodò excludatur, ibid.*

85 *Ex Fiſtulis, Fontibus, Ciſternis, Puteis, Balneis, & Aquæductibus indicatur parietis natura.*

86 *Eandem naturam demonſtrant foramina pro camino, latrina, & ſimilibus.*

87 *Dentes, ſeù morſa probant dominium penès eam partem quà protendunt.*

88 *Item annuli ferrei.*

89 *Vel Lapides rotundi, & perforati.*

90 *Vel Lampades ferreæ.*

91 *Vel Pali ferrei pro ſuſtinendis ſpalleriis, & pergulis.*

93 *Paries præſumitur communis pro diviſo* Decl. *ut num.*94.

95 *Vicinus nequit uti pariete communi pro diviſo, niſi pro ſua medietate.*

96 *Quænam facere poſſit habens communionem pro indiviſo? remeſſivè.*

97 *Diſtantia eſt ſituatio in diverſo loco.*

98 *Menſura eſt id, quo quantitas rei cognoſci poteſt.*

99 *Menſurarum quiſnam Author fuerit?*

100 *Menſura, & pondus ab ipſa natura originem trahunt.*

101 *In menſuratione principalitèr attenditur conſuetudo.*

102 *Ad effectum itineris, Menſuratio fieri debet per vias conſuetas.*

103 *In dubio facienda eſt per planiciem.*

104 *Amplia, licèt per Montes citiùs perveniri poſſit.*

105 *Tutius iter, quamvis longius, eſt eligendum.*

106 *Menſuratio facienda eſt per vias ſolitas, non per aerem, ſtatuto mandate, ut arceantur ab Officio vicini intrà certum ſpatium.*

107 *Idem procedit, quando agitur de Bannito uſque ad certam diſtantiam.*

108 *Fit menſuratio per tortuoſa litora fluminis in caſu prohibitionis conſtructionis molendini.*

109 *Per aerem ducitur linea recta, quando conſideratur diſtantia ad effectum exaudiendi voces.*

110 *Quo modo fieri debeat ad alios effectus? remiſſivè denegatur menſuratio, quando de diſtantia conſtat ex opinione vulgi. Ibid.*

111 *Menſurarum diverſæ ſpecies.*

112 *Digiti, excepta majori, conſtantur ex quinque granis hordeaceis. Digitus maior quam habeat menſuram* ibid.

113 *Palmus conſtat ex quatuor digitis. Menſuræ in quibus palmi continentur* ibid.

114 *Pes continet quatuor palmos. Contrarii rejiciuntur.*

115 *In ejus extenſione attenditur conſuetudo.*

110 *Palmipes conſtat ex palmo, & pede.*

117 *Ulna, Cubitum Regium. Cubitus mercatorum, & Cubitus Architectonicus explicatur;*

118 *Canna menſura, ejuſque duplex ſpecies.*

119 *Graduum diverſitas, & explanatio,*

120 *Paſſus continet quinque pedes.*

121 *Paſſus, & pes Græcus longior, quàm Romanus.*

122 *Pertica, ſeù decempeda.*

123 *Diverſa menſurarum genera à decempeda uſque ad Actum.*
124 *Triplex Actuum ſpecies apud Latinos.*
125 *Jugerum quantum ſe protendat in longitudine, & in latitudine?*
126 *Stadium continet pedes ſexcentos. Et de menſuris plura ſtadia continentibus, & n.129.*
127 *Milliarii explicatio. Diverſa menſuræ plura milliaria continentes n.132. & ſeqq.*
128 *Milliarium vulgare eſt attendendum.*
130 *Leuca variæ juxta varias regiones.*
132 *Dieta eſt iter unius diei.*
133 *Dieta legalis continet 20. millia in ſingulos dies.*
134 *Amplia, ut unum milliare ſupra viginti pro duabus dietis computetur.*
135 *Quomodò computanda ſit Dieta in itinere maritimo.*
136 *Dieta vulgaris intelligitur ſecundùm vulgi opinionem, & locorum conſuetudinem.*
137 *Dietæ nomen in dubio accipitur pro vulgari, Limita in commiſſionibus Appellationum, & in reſervatione Beneficiorum.* Ibid.
138 *Stbaſmus quid ſit.*
139 *Manſi quidditas, & natura explicatur.*

1 MUri intervallum ad vicini ſolum aut Mu-
rum, ex Legiſlatoris præſcripto, unius
tantum eſt pedis. Verum hic videndum eſt, de
quo Muro ſcripſerit J.C., an ſcilicet de ſolius
vicini, an vero de communi: & utrum in præ-
diis ruſticis hæc procedant, ſeù potiùs in urba-
nis? Qua in dubitatione promptiſſima accedit
reſolutio Capollæ *in tract. de Servit. cap.* 64. *n.*
23. qui eandem pro utroque Muro ſententiam
protulit. Non autem intelligi valent prædicta
de domo propè domum, quia de hac infrà aliud
ſancitur, & nos in ſequenti capite agemus; Præ-
cipuè verò tale ſpatium dimittendum eſt ubi-
cumque aliquis in alterius ſoli confinio ædifi-
cat, ſecundum *Theſ. dec.* 118. *per tot.* Et nota
Gajum ſapientiſſimè uſum fuiſſe verbo τειχίον,
quod eſt diminutivum à τεῖχος, ex quo textus
interpretari debet de parvo Muro, ſeù potiùs
2 pariete, cum Murus à muniendo de civitatum
lapideo munimento peculiariùs dicatur, & pa-
ries de privatis muris *Iſid. Orig. lib.* 15. *c.* 2. quam-
vis murus & paries promiſcuè aliquando acci-
piantur, & abuſivè Murus etiam ad privati
ædificii partem, juxta verbale ſonum adhibea-
tur, ut innuit *Ambroſ. Calepin. in ſuo Diction.*
3 ad quem auctorem pro vero intellectu verbo-
rum recurrendum eſſe docuerunt, poſt Piſanel-
lum, *Praeſ. de Franch. dec.* 662. *in fin.* & *Cæſar.
de Afflicto in ſuis controverſ. jur. reſolut. cap.* 38.
n. 24. præcipuè ab eo, qui vult omnia diſcere,
aſſiduè verſatus in ejus lectione, uti ſolitus erat
dicere Cardinalis de Aracæli, ſcriptiſque id fir-
mavit *Vuolfang.* Unde hic non habent locum
urbis ambitus, ſeu muri illi lapidei à Tarqui-
4 nio Priſco ad Romuleæ civitatis defenſionem
primum adhibiti, cum antea lignei fuerint, te-
ste *Livio hiſt.* 1. qui *Sancti* dicuntur, hoc eſt *in-
violabiles l. fin. ff. de rer. diviſ.* & *ibi DD.* §. *San-
cta inſtitut. eod.* Et publici *l. reſtaurationi C. de
diverſ. præd. lib.* 11. Immo etiam ſacri. *Plutarch.
libell. quaeſt. Roman. cap.* 27. *Varro.* & *poſt Homer.
Cæl. Rhodigin. lib.* 12. *cap.* 12. Unde Pomærium
quod circa urbia mænia erat, neque coli neque
arari fas erat. *Alex. ab Alegenial.* 6. 14. quorum
ſtructura hodie ex magno lapide commenda-
tur, vel etiam magno & incerto, ut aſpicien-
tibus horrorem quemdam incutiant, aſperita-
tem & ſeveritatem ferant. Ita *Daniel Barbarus
in comment. lib.* 4. *Vitruvii cap.* 2. cura vero ma-
giſtratui incumbit, immo cuicumque etiam cle-
rico, dum neceſſitas imminet, puta ſtante ob-
ſidione, ibi vigilando, ut ſtatuitur *in cap. per-
venit de immunit. ubi Abbas*; quoſve tranſcen-
dentium pœna capitalis eſt, præcipue belli tem-
pore, aliàs vero arbitraria, atque illos (abſque
Principis auctoritate, etiam ad refectionem)
nec perforare, nec ab eis lapides licet auferre,
vel iis aliquid immittere *d. l. fin.* ubi optimè
Bald. & *Alberic. tex. in l. deſertorem* §. *Nec non
ff. de re milit. Roman. ſingul.* 743. *Clar. lib.* 5. *ſen-
tent. qu.* 68. *n.* 29. *Menoch. de arbit. lib.* 2. *caſu* 483.
Philipp. Knipſchild. de jurib. civit. Imper. lib. 2.
cap. 7. & 8. & *lib.* 5. *cap.* 26. quod limitatur ta-
men de licentia domini terrarum *ex* Jo: *Fabro
in d.* §. *Sancta*. Sacrilegorum autem infamiam
incurrunt ii, qui ſtruendæ cauſa domus civita-
tis mœnia fuerint demoliti *ex Rhodigin. ibid.*
De quorum dominio, an ſcilicet Regis ſit, vel
civitatis *Fab. de Anno* diſcurrit *conſ.* 72. & cu-
jus impenſa reficiendi, egregiè *Jo: Philipp. Mon-
ſpelienſ. reſponſ.* 50. *n.* 26. & *ſeqq. Gaſpar Kloch.
de Contribut. cap.* 9. *n.* 24. 36. & 63. qui aſſerit
omnes ad id teneri contribuere, & prædicta
extendi ad Muros civitatum Imperialium, &
ſuperiorem non recognoſcentium.

Quo loco pertranſeunter veterem parietum
craſſitudinem notare lubet publicis legibus ſan-
citam, majores ſcilicet ſeſquipedales, ſecùs ve-
ro latericii, qui unicam tantùm poterant ſuſti-
nere contignationem, ut niſus *Vitruvio lib.* 2. &
Plinio lib. 35. *cap.* 14. *Briſſon.* recitat *ſelectar.
jur. antiquit. lib.* 1 *cap.* 1. At idem Vitruvius *lib.*
1. *cap.* 5. Muri civitatis craſſitiem ita faciendam
cenſet, *uti armati homines ſupra obviam venien-
tes, alius alium ſine impeditione præterire poſ-
ſint*. In iis profectò accuratiſſima exigitur cu-
ſtodia; qua de cauſa pro ea murorum Urbis In-
nocentius Papa X. *Conſtitut.* 6. *ad curam*, hoc
modo præſcripſit diſtantiam; Ut ſcilicet circa
illos, & propugnacula noviter extructa à porta
equitum levis armaturæ uſque ad Tyberim ne-
mo propiùs poſſit accedere, ſed ſpatium illud
vacuum, ſicut modo eſt, relinqui debeat. Ex
parte verò interna ædificare nemo poſſit, aut
ſepes aliud quicquam facere, ſed relinquen-
dum ſemper quatuor cannarum ſpatium à Mu-
ris diſtans. Domini terrarum propè dictos mu-
ros, eam terram in planitiem æquare teneantur,
& ſe à muris ſeparare. Omnes demum porticu-
læ, quæ in eis muris ſunt, claudantur, aliàs pœ-
na erit infligenda. Tantus profectò Pontifex,
tùm armatæ prudentiæ veſtigiis, cùm eccleſia-
ſticæ facundiæ majeſtate in eximiis cunctis ſuis
meditationibus Orbi univerſo *Cæſarem* velut *in
utroque* ſe ſe digniſſimum præſtitit veneratio-
nis objectum.

Cæterum poterat equidem vicinus ex proxi-
ma foſſione in terra ob Muri conſtructionem
5 maximum detrimentum pati: ideòque Diſtan-
tia *Pedis* in hac lege fuit conſtituta, ſeu *liberi
aeris*, ut inquit Gloſſa, quod idem eſt. Quia
vero ſæpius id valet accidere circa parietem
communem, de quo plurimæ à Doctoribus ex-
citantur controverſiæ à tractatu noſtro nulla-

tenus

Digitized by Google

tenũs alienæ,immò cum illo quodammodo connexæ: nonnullas idcircò ex iis enodabimus.

Paries igitur, ſeu Murus communis pro indiviſo is dicitur, qui duas domos vel dua prædia
6 intermediat ac dividit, *l.arbor in princ.commun.divid.l.pro ſocio l.bonas ædes & l. parietem ff.de ſervit. urb.præd. Bartol. in l.damni infecti §.Cum parietem in col.2. ff.de damno infect. Cæpolla d.cap.40.n.15.& alii paſſim*. Qui tali modo diſtinguitur, ut alter cæcus appelletur,alter feneſtratus, quorum primus eſt, qui nullas habet feneſtras. Notat *Sprenger. de jure ædific. cap.9.* ſecundus verò patet de ſe.

7 An autem ſit communis, vel proprius probatur, ex ſignis in Muro apponi conſuetis ad id demonſtrandum, quibus fides omninò eſt adhibenda, cum pro iis ſemper præſumatur. *Menoch.de præſ.lib.6. præſ.73.n.1.& 2. Cæpolla loco proximè cit. Maſcard.de prob.concluſ.*1149. ubi optimam rationem adſert, quia cum licitum non ſit quicquam rei alienæ imponere, ſequitur quod, ſi aliquid impoſitum ſit, ex imponendi jure id factum præſumatur. *Gaſpar Manzini in append. de Muro communi ad ſuum tract.de Servit. n.2.* Prævalet enim ſemper ejus favor, pro quo plura, & urgentiora ſigna concurrunt. *Rota dec.250. num.44.p.7. diverſ. Neguſ.in ſylva reſponſ. qu.511. num.15. Altograd. conſ.*110. *num.*13.

8 Proprietas vero alicujus præcipuè dignoſcitur ex inſcriptione *hoc opus fieri facit* vel alia ſimili: ex appoſitis ſignibus: ex foraminibus,& feneſtris, dummodò tamen clam à vicino fieri non potuerint; quod ſi utramque partem penetrent; pro communi muro indicant præſumptionem. Ex ſignis immiſſis, ex nebulis camini, vel latrinæ: ex fiſtulis, vel canalibus parieti adhærentibus: & annulis vel uncis ferreis: ex trullis, vel aliis inſtrumentis muro infixis: ex lapidibus prominentibus, vel perforatis. Item ex ſubſtentaculis muri, atque ex tegulis inclinatis. Rursùs ex muri colligatione cum aliis muris: ex proprio ædificantis ſolo, nec non ex aliis conjecturis, & potiſſimùm: ex emptionis inſtrumento. Quæ omnia in utriſque prædiis, ſeù ruſticis, ſeù urbanis, juxta rei proprietatem, communiter docent Doctores,& præcipue *Cæpoll.cap.40.de ſervit.num.*13. *& conſ.civ.35. ad Rot.deciſ.252.p.7.recent. Grat.diſcept.263.& 572.num.48. & ſeqq. Menoch.conſ.* 1237. *& de præſumpt.lib.6.præſ.73. Burſatt.conſ.57.58. & 111.Sard.conſ.116.Petr.Ant.Anguiſſol.conſ.16. lib.3. Soccin.ſen. conſ.44.lib.4. Bero. conſ.131. 132.133.134.& 135.lib.3.Boer.conſ.3.Perſonal. de indic.ad tortur. quæſt.7. num.14. Ripa obſervat.249.& ſeqq. Alba conſ.157. Maſc.de probat. concl.1149.Theſaur.deciſ.23.41.& 119. Monach. deciſ. Lucenſ. 14. nu. 34.* fuſiſſimè *Simon de Præt. conſ. 73.* aliique relati ab *Andreolo in addit.ad Cæpoll.poſt ejus controver.forenſ.* & optimè *Altograd. d.conſ.*100. *usque Manzini in cit. append.de Muro communi à num.1.uſque ad 20.*

9 Dictis addo cum Altogrado in præcit. *conſ.* 100. *ſub num.* 15. *&* 16. ex aſpectu loci maximè probari,quando murus dici poſſit integralis pars domus alicujus, qui propè illam cantinam habeat vel ſtillicidum. Solumque ſubtus proprium: quo caſu non obſtant alia ſigna, utpote facta jurè familiaritatis, de præſumptione Doctorum, quam amplectitur *Coſta conſ.1. n.57. & Rota dec.252.n.50.in 7.p.rec.*

10 Probato autem alicujus dominio, cætera ſigna ex adverſo pondarata præſumuntur extare jure ſervitutis, aut conceſſionis, aut etiam injuſtè. Ita affirmat *Alt.in eod.conſ.*100.*n.*31.

11 Si verò in diviſione mentio non fiat de pariete, inquit *Soccin.jun. conſ. 76. lib.2.* ei parti cedere debere, cui juxta decentiam conveniat: ſeù potiùs (de mente *Curti jur. conſ. 80. lib.2.*) ad favorem habentium partem meridianam decidendum eſſe.

Et ſi demum pars muri inferior ſit commu-
12 nis, etiam pars ſuperior communis erit judicanda, ſaltem ſecundum quid. *Soccin. conſ.44. ante num.3. verſ. ſed ad hoc reſpondetur:* plenè *Sard.conſ.126.n.12.& 24.Grat.diſcept.263.n.2. & ſeqq. Duran.dec.450. nu.6. &* 12. Quæ communio tamen reſolvitur, dum alter habens partem in muro, acquirat totum ſolarium alterius habentis aliam partem, adeò ut emptor fiat dominus totius muri in illa parte inferiori, ex quo ab utroque latere immittat,ut poſt *Cæpoll. d.cap.40. defendit Altograd. eod. conſ.*100. *n.*34. Et in vicini poteſtate eſſe totum ſibi facere parietem communem, ſoluto precio illius partis ſuperioris muri nondùm communis effecti, dicunt *Theſaur.41.ſub nu.7. verſ.ſed huic & dec. 219.ſub n.5. verſ.iſtis ſic in facto. Coſta de port. ratæ quæſt.50.num.1.cum ſeqq.Duran.ubi ſupra num.7.&* 12. Vide plura *apud Tondut. in reſol. benefic.cap.88.par.2.*

13 His autem ceſſantibus coniecturis pro alicuius proprietate, ſequitur apertè murum eſſe judicandum communem. Verùm hoc fallit quandoque, puta in Bari civitate, in qua viget conſuetudo (allata à *Rendella in tract. de vineæ vindem.& vino cap.2.*)per quam paries in olearum & vinearum confinio poſitus, cum ambigua eſt eius dominii probatio, non erit communis, ſed totus vinearum præſumitur: ea nimirum ratione, quia & hoc à communiter accidentibus veriſimilius eſt. Ad cuius exemplum controverſiæ huiuſmodi,alibi ſolvi poſſent.

14 Quid valeat ſocius, aut vicinus in communi pariete, videbimus modo. Et ſciendum primo, quod dominus partis ſuperioris domus non poteſt abſque licentia domini partis inferioris reficere domum, ſive parietem, etiam ſi domus ruinam minaretur. *Caball.conſ.8.lib.2.* Regulariter autem in communi pro indiviſo, nihil faciendũ eſt invito altero. *Text.in l.Sabinus 28.ff. commun.divid. Manzini in eod.append.n.41.* Unde infertur, quod unus ex ſociis imponere, vel acquirere ſervitutem minimè quit *l. 1. ff. de ſervit.* dummodò tamen omnes id non faciant diverſis temporibus:eo enim caſu noviſſimi actus priores illos confirmant *l.fin. ff.commun.præd.& Manz. num.42.* Et ſic tubulos habere non licet, per quos aqua ducatur, vel fumus emittatur per caminum *l.quidam 12.in princ. & l.fiſtulam 19. ff. de ſervit. præd.urb.* Adde nec licere circa illum habere ſterquilinium, per quod colluvies coquaria cum vicini detrimento effuditur,quia hæc debent ab eo diſtare, *l.17. §. ult. ſi ſervit. vind.Sprenger.de jure ædific.cap.9.n.2.*

15 Non tamen prohibetur in communi muro incruſtatio & pictura ex apertiſſimo textu *in d. l.quidam.* Neque balneum, vel tepidarium tale juxta illum, quod aſſiduo humore nocumentum vicino non afferat. *Paul. in d. l. fiſtulam,*

quod

Digitized by Google

quod *Gathofredus* extendit ad Furnum. In quo tamen advertendum eſt, ne ad æmulationem conſtruatur, ut latiſſimè *Theſaur. dec. Pedem.* 16.*num.*x. & plura de ſervitute panis coquendi *Mart. Medices examinat.*46.*& dec.*73.Ita etiam camera poteſt haberi ex opere figulino, dummodò communi parieti non incumbat,& taliter retineatur, ut maneat pariete ſublato, & refectionem ejuſdem muri impediat. Scala quoque permittitur, quia removeri poteſt: ex *d. l.fiſtulam* §.19.*Manzius n.*48.*&* 49.

16 Sed feneſtras eodem loco facere non licet ſocio invito *l.eos qui* 40. *ff.eod.Cæpolla c.*40. *n.eod.* videndus in diverſis rubricis. *Surd. conſ.* 387. *lib.* 3. quem reprobat *Altograd. dicta conſ.* 100. *num.*45. *& ſeqq.* nonnullas declarationes adducens. *Cujac.lib.*1.*obſervat.c.*31. *& lib.*2.*cap.*40. *Pariſ. conſ.*63.*n.*3. *Franciſc.Perſon. in miſcell. jur.quæſt.qu* 7.*n.*12.*&* 13. *Sprenger.de jur.ædific.d. cap.*9. *n.* 12. Hoc nihilominùs quandoque limitatur, puta quãdo proſpectua non officis vicino; & tunc habenti facultatem feneſtras aperiendi, competit & illa ad aperiendum oſtium. *Carpan. ad ſtat. Mediol. tom.* 2. *cap.*34. *num.*40. quod quando procedat, indigitant *Franc. Marc. dec.*14. *& dec.*500. *num.* x. *p.*1. *& dec.*484. *p.*4. *Seccin.jun. conſ.*86. *num.*12. *lib.*2. *Altograd. d. conſ.*100. & alii non pauci.

17 Sic, præciſo nocumento vicini, & accedente muri groſſitie, poteſt in eo fieri caminus, & latrina, citra combuſtionis & ruinæ periculum, dummodò non ſit reſtrictus parietis communis uſus ad unicum actum, V. C. ad hortum dividendum, tuoc enim id non licet; in quo concordare obſervavi Doctores cunctos, & præcipuè Cæpollam & Caſtrenſem ab eo relatum *de ſervit.cap.*62.*num.*5.*& ſeqq.& cap.*64.*&* 65.juxta doctrinam *Bartal. in l.damni* §. *Cum parietem de damno infect.* Beoe tamen, eo caſu, cenſeo cavendum vicino, ne talibus ſignis temporis tractu, ſuo Ipolietur dominio. Ampliari autem prædicta non valent ad ſoroacem, qui admoveri in vicini muro nullo modo poteſt, ſed alius ædificandus eſt murus, ad id ſufficiens, *arg.tex. in l.ædes ff. commun. divid. & l. cum duobus* §. *Item Mela pro ſoc. Tholoſan. Syntag. jur. part. lib.*4.*cap.*6.*num.*14.

18 Potiſſima etiam difficultas eſt, & noſtræ materiæ maximè congrua, utrum in muro communi liceat ædificare? Et abſolutè loquendo, alteri ex vicinis ſeu condominis id permittitur, quando murus eſt communis pro indiviſo, & valens eſt ad ſuperædificatum ſubſtinandum, atque ſocio prohibenti id non nocet. *Add ad Surd. conſ.Theſaur.quæſt.for.*89 *lib.*2. *& dec.*41.*n.*18. *Felic.de ſocies.cap.*28.*n.*21. *& ſeqq. Ciriac. controv.*460.*Thomas.dec.*119. *Vegg.conſ.*53. *Franc. Marc.deciſ.*460. *vol.*2. *Capolla conſ.civil.*35. *& in tract.de ſervit.d.cap.*40. *num.*19.*&* 20. *Bero. qu.*26. *& conſ.* 134. *num.*8. *lib.*3. *Corn conſ.*78. *vol.*4.*Giſp.add.ad Rot. Bonon.dec.*110. *in princ.* aliique apud *Andreol. controver. for.* 295. *n.*16. *p.*4. Immò indubitati juris eſt, quod cuilibet in urbe uti licet muro vicini, ſoluto appodio, ex *conſtit.*22 *Gregorii XIII.* cujus pluries meminit *Jo: Baptiſta de Luca* noviſſimè *in ſuo theatro verit.& Juſtit.lib.*4.*diſc.*5.*num.*17.*diſc.*7. *nu.*8. *diſc.*20.*n.*4.*& diſc.*22.*num.etiam* 4. Et abſolutè quod ædificans ſuper muro communi, teneatur ſolvere medietatem expenſarum ejuſdem fabricæ, dixerunt *Coſta de rat. rata q.*50.*n.*1. *Tond. q.& reſol.civ.c.*88.*n.*21.*p.*2.

19 Amplia, ut poſſit illum altius tollere, etiam quod indè claudatur feneſtra alterius vicini, illiuſque luminibus officiatur, ſoluta tamen rata muri ſuperioris per ædificantes, dummodò non adſit ſervitus altiùs non tollendi, & fiat fabrica ut principaliter eis proſit, non autem ad æmulationem *l. cum eo & l. Imperatores ff. de damn. infect.& altius C.de ſervit. Menoch.de arbit.caſu* 156.*n.*4. *& de præſ.lib.*6. *præſ.*26. *num.*14. *Gratian. diſc.*572. *ſub n.*55. *cum ſeqq. & Rota dec.* 450.*num.*1. *coram Durano*: quæ nunquam præſumitur in dubio, idque probandi onus ad aſſerentem pertinet, ſed potiùs ædificium fieri ad propriam utilitatem *l.altius C. de ſervit. Gloſs. in l. fluminum* §.*Fin. in verbo non teneri ff. de damn.inf. Jaſ.in lex hoc jure num.*11.*ff.de Juſti & Ju.Surd.dec.*168.*nu.*9,*&* x. *Rota in rec.dec.* 599.*&* 611.*p.*5.*rec.tom.*2.*dec.*618.*num.*15.*coram Baratto.& in famoſiſſima Romana Tramontanæ coram Pirovana relata à Fenzon. in ſuis annot. ad Stat.Urbis.*

20 Limita etiam id non poſſe ſocium afficere, quando murus inſtitutus non eſt ad uſum ædificandi, ſed ad uſum clauſuræ. *Polid.* Ripa *obſervat.*250 *Theſaur.deciſ.*23.*& dec.*41. *& Thomas.dec.*119. Id autem cognoſcitur ex eo, quia habeat merlos, aut ſit nimis ſubtilis, vel inter duo cortilia poſitus, cum ſimilibus conjecturis apud *Jo:Baptiſtam de Luca* in opere præcit. *lib.* 4. *diſcur.*6. Quod ſi audax fuerit ædificare, ſocio ſciente, ac non prohibente, opus profectò non eſt deſtruendum, quemadmodum facere cogitur ignorante illo. *Tex.in l.Sabinus* 28. *in fin. & ibi Gothofred. verbo prohibendi ff. commu. divid. Manzius ubi ſupra num.*65. In qua ampliſſima materia cæteris præferendus eſt *Cæpolla*, qui etiam quæſtiunculas non inanes doctiſſimè proponit, & ſolvit. Cum quo (juxta noſtrum argumentum) exiſtimo, adhuc non dimiſſo unius pedis ſpatio, poſſe fieri murum abſque fundamento, vel modico, puta pro ſedendo, vel cauſa ponendi ſupra horticellos, dummodo communi muro humor non fiat *ad tex.* magiſtralem in *l.quidam Hibernus in princ.ff.de ſerv.urb.præd.*

21 Hæc profectò erant prænotanda, tum ad clariorem materiæ intelligentiam, tum vero ad enodandas ſimiles atque connexas fere difficultates, quæ in dies poſſunt occurrere; quibus poſitis ad ſpecialia hujus capituli deſcendo. Procedit autem lex noſtra, tam in ruſticis, quàm in urbanis prædiis, ut ſi quis parietem ædificare velit juxta confines, vel juxta domum vicini, pedis ſpatium dimittat per *tex. juncta gloſs. in l.*1.*C.de interd.& arg.tex. cum gloſs. in cit. l. quidam Hibernus in princ. in verbo ad parietem ibi vel dici, ideſt minus propriè*, cum pluribus adductis à *Cæpolla c.*40.*n.*3.ubi hoc inquit magis communiter contingere, magiſque neceſſarium eſſe. Et videtur interpretanda Legiſlatoris mens cum tali diſtinctione, quod ſi de ruſticis intelligatur, locum habeant ii muri, quibus utimur loco ſepium: ſi vero de urbanis, aut ii, qui curtem circumdant, & clauduntur, aut ſimiles muri prope vicini domum, dummodo tamen ad viam publicam non extendantur, quia favor publicus non debet accedere cum damno privati, ſcilicet cum amiſſione pedis ex proprio

ſolo,

Digitized by Google

ſolo, quod à Juriſprudentibus non video ſancitum, ideoque nec nos dicere debemus. Sal-
22 vanda tamen eſt via publica, quando deterior fieret ob fœtores cauſa canalis vicini maximè tranſeuntis per alienum fundum, quod ad illam non eſt deducendum, ut probat *Franc. Marc.* 498.*n.*7.*p.*1.

At non valet æquè intelligi quanta ſit re-
23 quiſita Pedis diſtantia, niſi nonnullis additis explicetur; Non enim loquitur Gajus de Pede, prout eſt poſtrema pars corporis, ſeù membrum (de quo in noſtris Juridico philologicis lucubrationibus aliquando fortaſſe diſſeremus) & non id tantum, præcipue in jure, ſignificat, ut dicit *gloſſ. in rub. C. de Pedan. Jud.* Neque de Pede, quatenùs ex aſſe & pondo; quo caſu in duodecim uncias partitur, teſte *Brechæo in l. mille paſſus ff. de verb. ſign.* Sed de quindecim digitorum menſura *ex gloſſ. in cap. ſicut* 17.*qu.* 4. quam omnes juris interpretes amplectuntur, & præcipuè *Coraſ. in rub. ff. de ſervit. ruſt. præd. num.* 109. Vel ſexdecim digitorum per tranſverſum. *Gloſſ. in cap. ſicut antiquitus qu.* 1. *Archidiac. & Bellamera in cap. dilectiſſimis* 12.*qu.* 1. *Covarr. var. reſol. cap.*20. *num.* 5. *lib.*2. *Hieron. de Monte in tract. de Fin. Regund. cap.* 26. Et poſt ſubtiliſſimam *Vidii* ſententiam *in dec.*488. *num.*10. *Andreol. controver.* 295. *num.* 20. *lib.*4. & plura *Baron. in addit. ad tract. de Corpore.* Ita ut quinque pedes faciant paſſum, ut poſt *tit. de Pede Jaſ. in §. Rurſus num.*67. *inſtitut. de action. & Bertach. in repert. verbo Pes, Thond. q. & reſ. civil. tom.*2. *cap.*140. *num.*6. Quæ profectò militant in propoſito, & fortaſſe ab ea diſtantia eſt deducta, quæ à femore ad calcaneum extenditur, ut inquit *Spingel.* Quibus adde pro clariori intelligentia unumquemque digitum debere continere craſſitudine quatuor grana hordeacea. Explicat in *Almeida in Analyſi Excellentiar. numer. Quinar. cap.*17. *n.*9.

Variæ erant antiquitùs conſtitutæ apud Romanos menſuræ, de quibus latè ſcripſere *Lucas Paetus & P. Mariana*; ſed potiſſima Pedis fuit, prout in juris corpore planum, fit, ad quam cæteræ fuerunt revocatæ. Sunt in promptu gemi-
24 næ clariſſimorum virorum auctoritates, nempe Julii Frontini *de limitibus agror.* inquit *Menſura* (inquit) *eſt, ut per uncias pes, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum paſſus; per paſſum ſtadium, per ſtadium milliarium. Minima harum menſurarum pars eſt digitus. Si quid enim intra digitum metiamur, partibus reſpondemus, ut dimidiam aac tertiam partem digiti*. Et Colum. *de Re Ruſt. lib.* 5. *cap.* 1. ubi ait inter alia: *modus omnis arcæ, pedali menſura comprehenditur, quæ digitorum eſt ſexdecim. Pes multiplicatus in paſſus, & actus, & climata, & jugera, & ſtadia, centuriaſque: mox etiam in majora ſpatia procedit*. Et ſequitur ex nuperis auctoribus *P. Giballin.* in amæno doctoque *ſuo tract. de Univer. rer. human. negotiat. lib.*1. *cap.* 6. *art.*6. *num.*8. *& Mariana cap.* 20. *de Menſur.* ante illum, qui dixerat cuncta in areis conſiderata, in quibus pede quadrato utimur, longitudinibus, quibus pedem ſimplicem adhibemus, benè applicari poſſe.

25 Scitè hic Auctor *cap.*5. nititur certam definire Romani pedis magnitudinem, eam in minimam, mediocrem, & maximam dividens, tali comparatione, ut poſtrema ſcilicet maxima (quam *Philand. in Vitruv. lib.*3. *cap.* 3. ex Porphyretica columna ſe Romæ fatetur deprehendiſſe, & pro hujuſmodi Pedis prototypo ab eruditis non paucis fuit accepta) mediocrem ferme ſelico, ideſt vigeſima quarta pedis parte ſuperat: hic verò minimum ſextula, plus minus, ſcilicèt parte pedis minoris 75. Et maximus minimum duella excedat, hoc eſt minimi parte 36. Rejicit etiam *Pæti* ſententiam lib. 1. in quo minimum pedem ex tribus pedis æreis à ſe obſervatis induxit. Cogimur etenim nos quoque Marianæ ſubſcribere, animadverſi nimis dubium fore, ex iis tribus, certam unicamque pedis regulam judigitare. Ita Colorianum (quem vocant) pedem à Leonardo Portio primum inductum, ex marmorea baſi antiqui ſepolchri in hortis Angeli Colotii Romæ ſervata nonnulli, pro iſtius regula menſuræ, ſequuti ſunt.

26 Præhabitis tamen aliis Giballini conjecturis, præcipuè *ex Villaleb. cap.* 16. *lib.* 3. *appar.* ſuppoſitaque pedis diviſione in quatuor palmos, quorum quiſque ex quatuor digitis eſt conflatus, unde ſexdecim prorſus digitos amplectitur; ut ſupra dictum fuit, concludimus quod, ubi ſervatur diſtantia in textu ſancita, ibi quoque in pede juridice definiendo, conſuetudini ſtandum eſt, quæ diverſa ſecundum regiones perſæpè obſervatur, & viſuntur alicubi in tabulis marmoreis pedum menſuræ jure publico inciſæ quemadmodum extant plurimæ hujuſmodi Romæ in palatio Almæ Urbis Conſervatorum. Ideoquè dicimus conſuetudini ſtandum eſſe, quia multi Doctores opinati ſunt hanc pedis menſuram ad muri diſtantiam in deſuetudinem abiiſſe, inquit *Mata in cap. Regni Siciliæ to.*2. *cap.* 16. Vel in ruſticis tantùm prædiis locum obtinere, ut in ſpecie tradunt *Bald. conſ.* 348. *num.*5. *lib.*2. aliique *apud Andreol. controver. for. d.*195. *num.* 15. *par.* 4. qui tamen *num.*17. concluſionem noſtram apertè priùs rationi conſonam demonſtraret. Et ſic de illa judicium in praxi, locorum varietati dicimus eſſe accommodandum.

27 Quod ſi ad menſurationem proptèr hanc, vel hujuſmodi diſtantiam eſſet deveniendum, adverto cum *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. ſi quis cau. & l.* 3. *ff. de verb. ſign.* quod fieri deberet breviori, ac rectiori tramite, terreſtri nempè ſi fieri poſſet, alias per aerem. Sequitur *Felin. in cap. olim de except. verbo, ex quo firma hoc, num.*4. *col.*72. *ubi add.* Secùs verò eſſet ratione itineris, quia tùnc debet menſuratio per vias tantum uſitatas, ut exiſtimaut *Abb. in d. cap. olim pen. col. verſ. tertio quæritur, & Bart. in cit. l.* 1. quod acritèr circa Reatinam Urbem in ſacro *Conſultæ* tribunali fuit diſceptatum & reſolutum: & rationes utrinque adductæ longæ expenduntur in diſcurſu R. P. D. Severoli, quondam. Semper autem præmittenda eſt citatio ejus, ad quem ſpectat, aliàs ſibi nullo modo præjudicium inferet. *Cyriac. controver.* 328. *num.* 26. Undè neque creditur agrimenſori dicenti ſe menſuraſſe (dummodò id non probet) parte citata, *ex Buratto dec.*6.*n.*14.

Cœterùm alia, quæ hic poſſent adjungi proptèr materiæ affinitatem, in proximo capitulo examinabimus.

ADNOTATIO.

De Duobus principalitèr agit *Pacichell. in præſenti Capite*: primum ſcilicet de Muro, eruditè docens quid ejus appellatione contineatur.

neatur, & quando is dici debeat communis, &
quando ſecùs, & quid in utroque fieri liceat,
vel prohibeatur. Deindè materiam menſuratum
aggreditur.) Hoc utrumq; latiùs nos proſequemur.
Quod itaquè attinet ad differendum de
muro, *Pacichell. noſter* optimo jure aſſerit mu-
28 rum propriè dici de publico, qui Urbem mu-
nit, & mœnis continet, ut inquit *Alciat. in l.*
quantum 157. ff. de verb. ſignific. Nomen autem
mœnium in ſui propria ſignificatione non indi-
cat (ut vulgò creditur) muros Civitatis, ſed
29 ipſius ædificia, & inſulas, ut latè, & eruditè
ſatis obſervat *Gronov. lib. 1. cap. 12.* In noſtra
verò lege murorum nomen, accipitur de priva-
30 to ædificio, quod propriè paries dicitur, quo
ſenſu utitur etiam *Cornel. Tacit. lib. 15.* Erant
autem parietum varia genera, lateritii, lapidei,
cœmentitii, teſtacei, cratitii. Fuerant lateritii
31 ex lateribus duriſſimæ ſoliditatis, utpotè qui
crudi ſub Sole diutiſſimè permanſerant, ut exic-
carentur. Teſtacei, ex latere coćto, qui etiam
32 nunc ſunt in uſu. Cœmentitii fiunt ex temerè
conjećtis lapidibus, calceque commixtis, &
33 imbricum modo hærentibus. Cratitii, quos
34 concratitios *Papinianus* appellat *in l. ſi fratres*
ff. pro ſoc. ligneis cratibus inſertis fiebant, ſeù
aſſeribus erećtis, tranſverſiſque in modum cra-
tis, vocanturque alio nomine *intergerini*, ut
35 etiam Feſtus oſtendit, quod, videlicet, vici-
norum cœnacula his dirimerentur: Quod diffu-
ſius explicat N. Vitruvius, ut totidem ferè ver-
bis teſtatur *Alciat. in d. l. quantum 157. ff. de*
verb. ſignif. Et de muris intergerinis acceptis in
eo ſenſu, ut ſint diviſorii contiguarum domo-
rum, *Coraſ. Miſcell. lib. 6. cap. 16. Rot. dec. 13. poſt*
num. 3. § Concurrere de ſervitut coram Eminen-
tiſſimo Falconer. to. 3.

His ad opportunum ornatum prænotatis pro-
priuſquè ad praxim accedentes, ante omnia vi-
detur inſpiciendum, quales de jure muri præſu-
mantur communes ne, an proprii: Et plures
conclusionem indiſtinćtè firmant, quod parie-
36 tis communio, non præſumitur, ſed eſt ab al-
legante probanda, ut relato *Soccin. ſen. conſ. 44.*
num. 1. lib. 4. & Surd. conſ. 126. num. 5. lib. 1. tra-
dit *Conſtant. ad Stat Urb. annot. 23. art. 2. num.*
90. to. 1. Quæ tamen concluſio videtur decla-
randa, & limitanda, ut procedat, quando unus
tantùm ex collitigantibus eſt in poſſeſſione
ejuſdem muri tanquam proprii, hoc enim in ca-
37 ſu paries non præſumitur eſſe communis, & ad
tramites cujuſcunque alterius judicii contra
poſſeſſorem intentati, ille, qui communionem
prætendit contra alterum, qui eſt in poſſeſſione
proprietatis, debet concludentèr probare parie-
tem eſſe communem *Menoch. de præſumpt. lib. 6.*
præſumpt. 73. num. 10. Secus eſt, quando neuter
38 eſt in poſſeſſione, nam in hoc caſu paries præ-
ſumitur eſſe communis *Soccin. ſen. conſ. 44. col.*
2. verſic. poſtremo etiam lib. 4. Menoch. de præ-
ſumpt. dićta lib. 6. præſumpt. 73. n. 20. Et commu-
nis præſumptio indubitantius procedit, ſi uter-
39 que vicinus habeat ſigna proprietatis *Lancel-*
lot. Gall. conſ. 104. num. 60. & plurib. ſeq. Surd.
conſ. 126. num. 28. & 29. Rot. Lucen. apud Palm.
40 *Nep. allegat. 294. num. 6.* Vel è converſo quan-
do nulla concurrant indicia proprietatis, tunc
etiam præſumitur pro communione *Rota in Re-*
cineten. Fabricæ ſuper Aperitione Feneſtrarum
§. Præſumptionem cor. R. P. D. de Herrera. Ma-
41 ximè verò quando agitur de muro domum in-
termediante *ad Text. in l. Parietem ff. de ſervit.*
Urb. præd. l. Arborum ff. communi divid. Surd.
conſ. 126. num. 19. lib. 1. Soccin. ſen. conſ. 44. num.
1. lib. 2. Honded. conſ. 80. num. 19. lib. 2. Cyriac.
contrav. forenſ. 460. num. 8. Palm. Nep. allegat.
161. num. 6. Rocca diſput. ſelećt. 173. num. 52.
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 73. n. 22.
Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. num. 89. Rot.
poſt eundem. dec. 46. num. 4. in recent. dec. 153.
n. 30. par. 7. dec. 450. num. 4. & 5. coram Duran.
cum aliis *in Recineten. Fabrica ſuper Aperitio-*
ne feneſtrarum §. Parietem verò 4. Decemb. 1719.
coram R. P. D. de Herrera; Ex ea generali ra-
42 tione, quod quicquid eſt in finibus domus, vel
predii mei, & tui præſumitur eſſe commune *Ri-*
minald. jun. conſ. 184. num. 2. verſic. his tamen
non obſtantibus lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ.
1144. num. 12.

Paries verò proprius ne ſit, an communis, tùm
extrinſecis probationibus, tùm intrinſecis in-
diciis comprobatur, quæ omnia non ad proprie-
tatem ſolùm, verùm etiam ad communionem
convincendam ſunt opportuna, juxta eorum pro
una, vel altera parte, præponderantiam, ut
43 apparet ex *Menoch. d. præſumpt. 73. num. 11. &*
ſeq. lib. 6. & clarius conſtabit ex infra dicendis.

Inter cœteras extrinſecas probationes pri-
mum locum ſibi vindicare conſuevit judicialis
44 acceſſus, & ocularis inſpećtio quemadmodum
de acceſſu ad probandam proprietatem pluribus
aliis addućtis firmat *Conſtant. ad Stat. Urb. an-*
not. 23. art. 1. num. 46. & 47. & ad probandam
communionem *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. al-*
legat. 274. ante n. 1. in verb. in viſitatione loci
&c. murum eſſe communem.

Succedit ulteriùs planta judicialis, quæ, cum
ſuppleat vices *αὐτοψίας*, ſc. ocularis inſpećtionis,
præſertim ubi acceſſus eſſet valdè incommodus,
pluriminum inſervit Judici ad comprobationem
45 pertinentiæ controverſi parietis, quemadmo-
dum praćticari ſolet per *Rot.* ut inter cœteras
cauſas videre eſt *in d. Recineten. Fabricæ ſuper*
Aperitione Feneſtrarum 4. Decembris 1719. §.
Argumentis verſic. aliaque notata in planta
judiciali cor. R. P. D. Herrera.

Faciunt itidem relationes Peritorum atte-
ſtantium de meri communione, vel proprieta-
46 te, quorum relationi, tanquam verſanti circa
propriæ artis ſcientiam deferendum in hoc eſſe
tradunt *Card. de Luc. de ſervitut. diſcurſ. 6. ſub*
num. 8. §. Non obſtat. Conſtit. ad Stat. Urb. an-
not. 23. art. 1. num. 38. Vot. Præſid. viar. relat.
in par. 7. recent. dec. 153. ſub num. 21. Rot. cor.
Dunozzett. jun. dec. 404. num. 3.

Quod tamen eſt intelligendum cum duobus
declarationibus, prima ſcilicet, quod afferant
47 rationes, & ſigna, ex quibus moventur ad refe-
rendum; aliàs enim haud ipſis ſtandum eſt, ſi per
ſigna conſtet de contrario ejus, quod aſſerunt,
ut firmat *Hieronym. Leo dec. Valent. 178. n. 11.*
48 *lib. 2.* altera, quod ſint in eorum relatione
concordes, nam ipſis diſcordantibus nonnulli
tenent ſtandum eſſe Parti deponenti per ſigna
49 magis concludentia abſque eo, quod devenia-
tur ad elećtionem peritioris; alii tamen, qui-
bus libentiùs adhæreo, cum *Alba in conſ. 157.*
n. fin. putant poſſe tali caſu vocari per Judicem
alios peritiores ad magis ſe informandum,
etiam partibus non vocatis, & ignorantibus.

Inſtru-

Inſtruments inſuper emptionis, & venditio-
50 nis evincere pertinentiam jure communionis,
vel proprietstis tradit *Conſtant.ad Stat. Urb.an-
not.23. art.1. n.36.* ſub qua cathegoria compre-
hendi etism debent libri publici Camerales, in
quibus sdnotata fuerint bons cum deſcriptio-
51 ne confinium menſuratione, longitudine, la-
titudine, aliiſque circumſtantiis, ex quibus li-
bris murorum qualitatem convinci probat sliis
relatis *Palm. Nep. allegat.160. n.2.* Fortiùſque
hoc procedit, ſi in iiſdem inſtrumentis, vel li-
bris apparest, quænsm quantitas pretii ſoluts
fuerit in emptione, nam ex d. prætii quantitate
52 deducitur, utrum controverſus murus fuerit
in ipſa comprehenſus, *Rot.Romana Feneſtrarum
21.Februar.1724. §. Neque communis coram bo.
mem. Criſpolto*. Vel etiam sppareat de impenſis
factis in d. pariete, nam quando in conſtructio-
53 nem, vel reſtaurationèm uterque vicinus con-
tribuit, dicitur eſſe communis, *Lancellot. Call.
conſ.104. num.8.9.& 54.Vegg. conſ.53. num.27.*
Sin sutem unus tantùm fecerit expenſas cenſe-
54 bitur ad unicum tantùm, excluſa communione,
ſpectare, ut poſt *Corpan. ad Stat. Mediolan. cap.
341. num. 37. por. 2.* & poſt alios adductos fir-
mat *Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. art.2. n.
95. & 96.*

Nihilominùs circa has expenſas duplex oc-
currit animadverſio, altera nimirùm, quod con-
ſtito aliunde de proprietate, vel dominio unius,
eo caſu etiamſi appareat alterum expenſas fe-
ciſſe jure ſervitutis, quam habet ſuper muro al-
terius, non verò jure condominii, vel proprie-
tatis ex pluribus relstis in *Vot. Præſid. viar. in
par.7.rec.dec.253.num.43.* altera, quod niſi ap-
pareat, quis fecerit expenſas, præſumuntur fa-
55 ctæ ab illo, cujus utilitatem reſpiciunt ad *Text.
in l.2.§.Item Labeo ff.ne quid in loc. public.* cum
aliis in *d.Romana Feneſtrarum 21. Febr. 1724.
§. Eoque proclivius cor.bo. mem. Criſpolto*.

Pactis itidem, & conventionibus, & quali-
56 bet Partis confeſſione convincitur, an paries
proprius, an communis potiùs exiſtat *Conſtant.
ad Stat Urb.annot.23. art.1. n.36.*

Quæ omnes probationes extrinſecas perficit,
& coronat res judicats, quæ faciens ex vulga-
57 tis de albo nigrum ſuperlativè juſtificat pro-
prietatem muri, vel communionem *Rot. cor.
Card. Caprara dec.289. n.1. par.1.*

Tranſeuntes in præſens ad indicia intrinſeca,
ex quibus argui valeat proprietas, aut commu-
58 nio parietum, talia ſigna quadruplici princi-
pali genere conſtare dignoſcuntur: vel enim ſunt
inhærentia, atque ipſimet muro quodammodo
connaturalia; vel congruentia, vel inſuper pe-
netrantia; vel denique adjecta, ſeù affixa. Ex
inhærentium genere ſunt primò Solum, deinde
muri partes, & tandem ipſius ornsmenta, So-
lum enim, quando eſt commune, communem
etiam indicat eſſe parietis naturam, *Vegg. conſ.
53.n.36.Conſtantin.ad Stat. Urb. annot.23.art.
1. num.18.* Sin autem eſt proprium, proprieta-
59 tem etiam indicat controverſi muri, *Altog. ad.
conſ. 100. n. 14. lib. 1. Palm. Nap. alleg. 260.
num. 2. to. 3.* Undè ſi ducta linea à pariete in-
dubitanter ædificato in Solo proprio, apparest
alterum parietem controverſum eſſe in eadem
60 rectitudine, & profilo, dicitur proprius illius,
cujus eſt primus paries in eodem profilo, *Hiero-
nym. Leo dec. 178. num. 7. verſ. ex dictis, & in
d. Vot. Præſidii Viarum relat. in deciſ.253. num.
57.par.7.recent.*

Quod attinet ad muri partes, ex iſtis deve-
nitur ad cognitionem proprietatis, vel commu-
nionis muri per trinam dimenſionem, nimirùm
per elevationem ejuſdem muri de Solo ad Cœ-
lum, per ipſius extenſionem ab una ad alteram
extremitatem, ac per ejus groſſitiem; Et quod
ad primam ſpectat, ſi partes inferiores muri an-
tiquitùs conſtructi ab uno tantùm vicino fue-
rint ædificatæ, tunc de proprietate muri etiam
61 recentius ſuperædificati non eſt ambigendum:
Sin autem communis fuerit Pars antiquior,
tunc novus murus vetuſtiori ſuperadditus,
etiamſi ab unico tantùm vicino conſtructus fue-
rit, eandem communionis qualitatem ſuperin-
duit, *Card.de Luc.de ſervit.diſc.4. num.16. Rot.
coram Duran. dec.450. num.6. & in Recineten.
Fabricæ ſuper Aperitione Feneſtrarum 4. De-
cembris 1729. §. Minimè attento cor. R. P. D.
de Herrera*, ubi plurimi congeruntur. Decla-
rando tamen quod in caſu, quo d. nova ſupe-
radditio facta fuerit ab unico tantum vicino,
62 alter vicinus communionis ſibi debitæ benefi-
cio uti volens, tenetur ad contributionem ex-
penſarum in ædificatione factarum, *Theſaur.dec.
41.ſub n.7. verſ. ſed huic, & dec.219 ſub.n.5.
Coſt. de poſt. rat. qu.50. num.1. & ſeq. Rot. cor.
Duran. dec.450. num.7.*

De muri groſſitie inferiùs agemus *num.* 77.
uſq; ad num. 86. occaſione oſtendendi ſigna pe-
netrantis.

Partes etiam extremæ ejuſdem muri faciunt
violentam præſumptionem pro indicanda ejuſ-
dem qualitate in ſuo medio, cum tritum ſit me-
dia cenſeri ejuſdem qualitatis, cujus ſunt ex-
63 trema, ut omiſſis generalibus, in noſtris termi-
nis tradunt *Socc. ſen. conſ. 44. num.2.verſ.con-
firmatur etiam lib.4.Surd.conſ.126. n.13.& 14.
Conſt. ad Stat. Urb. annot. 23.art.2. n.110.*

Ornamenta demum conſiſtunt in inſcriptio-
nibus multoties fieri ſolitis, quæ juxta id quod
inſcribitur, indicant communionem, aut pro-
prietatem eorum, ad quorum favorem cantant
64 *Cæpoll.de ſervit.Urban.præd.c.40.num.16.verſ.
item per inſcriptionem Menoch.de præſumpt.lib.
6. præſumpt.73. n.3. & 6.*

In quod coincidunt etiam ſtemmata gentili-
tia, quæ ſicuti probant proprietatem penès fa-
miliam, quam dd. ſtemmata condecorant: ita
profectò ſi plurium familiarum ſtemmata adeſ-
65 ſent, præberent argumentum, quod inter omnes
d. murus eſſet communis, ut probat *Text. in l.
qui libertatem §. Ultimo, & in l. ultim. ibique
Bartol. ff. de oper. public. Menoch. de præſumpt.
d. lib.6. præſumpt.73. n.5.*

Quæ probationes circa ornamenta admodum
coadjuvantur picturis dealbationibus, & incru-
66 ſtationibus factis in eodem muro, quæ deno-
tant dominium, & reſpectivam communionem
penès eam partem, in quam prædd. propendunt,
ut de omnibus promiſcuè animadvertunt *Be-
ro. conſ.131.n.5. lib.3. Cæpoll. de ſervit. Urban.
præd. cap.71. num.4. & ſeq. fol.mihi 296. Palm.
Nep.alleg.265. n.4. to.3. Rota in Romana Fene-
ſtrarum 21. Febr. 1724. §. Vis autem in fin. cor.
bo. me. Criſpolto.*

Expediti à primo genere ſignorum indican-
tium parietis naturam, ſuccédit alterum genus
Signorum Congruentium, ut ſcilicèt ex con-

gruentia, quam aliæ res habent cum pariete
controverſo, deveniatur ad cognitionem quali-
tatis ejuſdem muri: inter quæ ſigna locum ob-
tinet præcipuum cooperitio; nam ſi murus coo-
periatur ſtillicidio unius tantummodo vicini in
tota ſui groſſitie protenſo versùs Curtile vici-
67 ni, tùnc ejuſdem vicini, cujus eſt tectum, præ-
ſumitur totus paries. *Corn.conſ.247.num.1. verſ.
& totus paries lib.1. Aldobrandin.conſ.77. num.
24. lib.2. dec.50. par.10. num. 19. recent.* Con-
tra verò, ſi ſtillicidium non protendatur ultra
murum versùs Curtile vicini, multòque fortius,
ſi totam ejus groſſitiem non cooperiat, ſed relin-
quat locum etiam tecto vicini, tùnc non præ-
68 ſumitur proprius, ſed habet locum communio-
nis prætenſio, ut relato *Lancell.Gall.conſ.104.
n. 56.* docet *Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23.
art.1. num.23.*

Cum præcedenti indicio fraternizat etiam re-
cubitus, quia, ſi tota domus unius tantùm col-
69 litigantis parieti controverſo innitatur, ejuſ-
dem proprietas ex hoc dicitur comprobata, *Al-
tegrad. conſ. 100. n. 15. & 16. lib. 2. Conſtant.
ad Stat. Urb. annot.23.art.1.num.35.Theſaur.
decis. 229. num. 3. Rot. in dicta Romana Fene-
ſtrarum coram bo. me. Criſpolta §. Id quod benè
circa fin.*

Nec prædicta intelligi debent de recubitu, &
reſpectiva ſuſtentatione ſolius tecti Domus, ſed
70 etiam de fornice innixa muro controverſo, quæ
ſine eo ſtare non poſſit, *Recinetna. Fabricæ ſu-
per Aperitionem Feneſtrarum 4. Decemb. 1719.
§. Argumentis cor. R.P.D.de Herrera,* ubi cita-
tur *noſter Author*; Atquè inſuper de terra hor-
71 ti, vel vineæ, vel Agri ſuperioris, quæ terræ
ſuſtentatio indicat pertinentiam parietis favo-
re illius, ad quem pertinet d. oneris ſuſtentatio
ex deductis per *Gall. d. conſ. 104. num. 14. &
15 Capoll. de ſervit. Urban. Præd. cap.40.num.
5. d. Vot. Præſid. viar. in dec.253. num.3.par.7.
rec.& n.13. & 14.*

Sin autem paries ſuſtentet onera utriuſque
vicini, eo caſu cenſetur eſſe communis, ut ad
72 arguendam communionem ex d. ſuſtentatione
ponderat *Rot.in Recineten. Fabricæ ſuper Ape-
ritione Feneſtrarum 4. Decembr. 1719. §. Argu-
mentis cor. R. P. D. de Herrera.*

Sub eadem cathegoria indiciorum congruen-
tium cadit adhæſio muri indubitanter proprii
73 cum muro controverſo, prout ad indicandam
proprietatem firmat *Conſtant. ad Stat. Urb. d.
annot.23. art.1. num.28.& 29.Theſaur.dec.219.
num.3.; Rot. dec.450.num.6. cor.Duran. dec.253.
num.15. par.6. rec.* & ad communionem eruen-
dam *Soccin. jun.conſ.44.num.2. lib.4.Surd.conſ.
126. num.14. Cæpol.conſ.civil.25.num.6. Palm.
Nep.allegat.265.num.2. lib.3.*

Quæ concluſiones cum duplici declaratione
ſunt intelligendæ, quod nimirùm murus ad-
hærens appareat ejuſdem ſtructuræ, & groſſi-
tiei, & qualitatis, & antiquitatis temporis cum
74 muro controverſo, *Crot. conſ.153. n.17. & 18.
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 73. n. 8.*
Quodque ulterius benè aptetur, & quadret uni-
formi conſtitutioni: Nam ſi poſitus ſit inter duo
75 curtilia, vel Domus, & uni melius aptetur in-
tegrando, & in quadrum, vel aliam proportio-
natam figuram reducendo; alteri verò non tam
benè conveniat, exiſtimabitur proprius illius,
cui melius aptatur, *Rot.in dec.253. num.15.cum
duob. ſeq.par.7.rec* Et præd. conjectura intelli-
gi debet de murello, ſeù potius murulo (de quo
76 in noſtro Textu ſub Græco verbo τοιχίον Ita-
lico ſermone muriccia, ò muricciuolo) ut per
per *Soccin. jun. conſ.44. num.3. lib. 4. & Surd.
d. conſ.126.num.14.* relat. *per Palm. Nep. d.con-
ſult. 265. num.3.*

Tertium ſignorum genus conſtituitur ex
Penetrantibus, in quibus prima facie occur-
runt tigna, quæ, ſi penetrant totam ſpiſſitu-
77 dinem, ſeù groſſitiem, muri denotant proprie-
tatem, *Bartol.in l.damni §. Cùm parietem ff. de
dam. infect. Soccin.jun.conſ 44.col.1. verſ. ex qua
doctrina lib.1. Capoll.conſ.civil.35. n.8. idem in
tract.de ſervit.Urb.præd.cap.40.n.12. Menoch.de
præſumpt.lib.6.præſumpt.73 n.10.Rot.in recent.
dec.50. n.9. par.19. & in* Romana *Feneſtrarum
21.Feb.1724. §.Id quod benè circà fin.cor.bo.me.
Criſpolta.* Aut ſi non penetrant totum murum,
78 ſatis eſt, ut ſaltem penetrant ultra medieta-
tem, nàm etiam in tali caſu præſumitur muri
proprietas, ex adductis per *Palm. Nep. allegat.
260.n.6.* Sin autem præcitata tigna non pene-
79 trent ultra d.medietatem, eo caſu paries præ-
ſumitur eſſe communis, juxta relat. per *Me-
noch.de præſumpt.73.n.10.verſ. ſi verò non exce-
dit dimidium.*

Succedunt ſpeculæ, vel feneſtræ, quæ ſi pe-
netrant totum murum, clarè totum denotant
80 ipſius dominium penès illarum dominum, *Me-
noch.conſ.1237.n.14.idem de præſumpt. d. lib. 6.
præſumpt.73.n.11. Tondut.reſolut. civil.88. n.3.
por.1.Gratian.diſcept.forenſ.cap.263. n.1. Recc.
diſp.Jur.ſelect.to.2.cap.175.n.3.Rot.dec.152. n.6.
& 13.coràm Ubald.* Quod feneſtrarum ſignum
eſt ex magis univocis ad proprietatem arguen-
dam, & excludendam communionem; quia ut
probatur ſuperius per *Pacichell. n. 16.* in muro
communi feneſtras aperire non licet.

Communio tamen præſumitur, ſi in eodem
81 adſint alia ſigna proprietatis ſuperiùs enuncia-
ta ex parte alterius vicini. *Soccin.jun. conſil.44.
n.3.lib.4. Ruin.conſ.55.n.1.6.& 7. lib.pariter 4.
Surd.conſ.126. n. 22. & 23. Palm. Nep. allegat.
265.n.11.tit.3.* & in ſpecie, quod communio pa-
82 rietis convincatur, quando eſſent plures fene-
ſtræ ſervientes una uni vicino, altera alteri, *Me-
noch. de præſumpt. d. lib. 6. præſumpt. 73. poſt
num.11.*

Atquè idem eſt concludendum, quando in
pariete adſunt loculamenta illa, quas feneſtrel-
las vulgus appellat, relinqui ſolitas à Fabris
murariis in ædificatione, quæ non totam muri
83 profunditatem penetrant, nàm ſi hæc ſigna ex
unica tantùm parte adſint, pro ipſius muri pro-
prietate judicari debet; ſin autem utraque, tùnc
communionis præſumptio eruitur, quemadmo-
dum aliis relatis concludit *Menoch. præſumpt.
d.lib.6.præſumpt.73.n.12.* Quia tamen iſtiuſmo-
di feneſtrellæ facile eſt, ut clam ab uno ex vi-
84 cinis fieri poſſint, ideò prædictum ſignum, &
ſimilia locum habent, quatenùs clandeſtinitas
excludatur, *Caſtrenſ.conſ.334.col.2.verſ. nec ob-
ſtat lib.2.Menoch. ubi ſupra d.n.12. in fin.* quæ
clandeſtinitas, ex quibus probetur, non adeſſe
adeundum eſt *d.Vot.Præſul. viar.in deciſ. 253.
n.19.in fin.par.7.recent.*

Penetrationes etiam factæ pro habenda aquæ,
ut ſunt fiſtulæ, fontes, ciſternæ, putei, balnea,
aquæductus, & ſimilis, ſi ſunt citra dimidium
pa-

Digitized by Google

85 parietis communionem; ſin autem ultra dimi-
dium, proprietatem denotant, ut de aquædu-
ctu, ad probandam communionem, firmat *Rot.*
in Recineten. Fabricæ ſuper Aperitione Fene-
ſtrarum 4. Decemb. 1719. *§. Argumentis circa*
medium cor. R.P.D. de Herrera, & de omnibus
promiſcuè teſtantur *relat. per Menoch. d. præ-*
ſumpt.73.n.14.lib.6.

Non abſimilium denique penetrationum
ſpecies ad alios uſus adapertæ, ut ſunt camini,
latrinæ, tubuli, & reliqua foramina juxta di-
86 ſtinctionem prædictam ſunt indicia reſpectiva
communionis, vel proprietatis, *Cæpoll. de ſervit.*
Urb. præd. cap. 40. n. 14. versùs finem. Tondut. re-
ſolut. civil. par. 1. cap. 88. n. 4. Rot. dec. 152. num. 6.
cor. Ubald. cum aliis pluribus relatis *à Con-*
ſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. art. 1. n. 1. & duob.
ſequent.

Poſtremum indiciorum, quod ex Adjectis
conſtituitur, erui poteſt ex lapidibus illis reli-
ctis in muro versùs partem habere prætenden-
tem Jus in d. muro, qui lapides alio nomine
dentes, aut morſæ nuncupari ſolent, quæ, cum
87 relicta cenſeantur ad oſtendendum dominium,
illud apertè denotant penès vicinum, cujus
curtile reſpiciunt, *Bero. conſ. 5. n. 10. & num. 13.*
Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. art. 1. n. 24. Vot.
Præſid. Vsar. in deciſ. 253. poſt n. 32. verſ. conjun-
gatur mura morſatum, & poſt n. 37. verſ. deni-
que adſunt morſæ par. 7. recent.

88 Atque in hoc coincidunt annuli pro ligan-
dis equis, vel ſimilibus, *Palma Nep. alleg.* 265.
n. 7. to. 3. ad quod etiam deſervire poſſunt lapi-
89 des quidam rotundi, & perforati, qui loco dd.
annulorum præcipuè in ædificiis, ruſticis deſer-
viunt, *Gabriel. conſ. 149. n. 1. lib. 1. Menoch. de*
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 74. num. 18. itidemque
90 lampades ferreæ, quæ alio nomine luminaria
nuncupari ſolent, in quibus faces, & cerei an-
tiquitùs figebantur, *Cæpoll. de ſervit. Urb. præd.*
cap. 40. n. 15. verſ. item per lampades: & inſuper
91 pali ferrei, vel lignei pro ſuſtentaculis pergu-
larum, aut aliorum ornatuum viridarii, vel
compluvii, ut de ſpalleriis cedrinis, *Palm. Nep.*
allegat. 265. *n. 5.* de palis ferreis pro ſuſtinendis
vitibus, *Rot. in Recineten. Fabricæ ſuper Aperi-*
tione Feneſtrarum. 4. Decemb. 1719. §. Argumen-
tis poſt med. cor. R.P.D. de Herrera, meliùs in
ejus confirmatoria 25. *Novemb. 1720. §. Præter*
cor. eod. ubi ſigillatim de omnibus prædictis
referuntur plurimæ authoritates, & tota ferè
materia hæc explanatur, undè in caſuum con-
tingentia ad illam recurri poterit, & ad DD.
inibi allegatos.

Perſpectis indiciis denotantibus tàm com-
munionem, quàm proprietatem (in qua quæ-
ſtione ſemper prævalere debet ejus favor, pro
quo, ut inquit *noſter Doctor poſt n. 7.* plura &
92 urgentiora ſigna concurrunt) ſi paries judica-
bitur proprius, res erit confecta, cum in eo,
ſecluſa ſpeciali ſervitute, quidlibet facere, &
uſque ad Sydera ædificare, ut ſunt jura notiſ-
ſima: Sin autem communis cenſebitur, tùnc
ad dignoſcendum quid in ipſo facere liceat,
videndum eſt, an ſit communis pro diviſo, in
qua quæſtione, fundanda eſt generalis regula,
quod paries in dubio præſumitur communis
pro diviſo, ut ſcilicet unuſquiſque habeat pro-
93 prietatem versùs eam partem, quæ ipſum vi-
cinum reſpicit, *Corn. conſil. 184. n. 2. verſ. his ta-*
men non obſtantibus lib. 1. Gabriel. conſ. 149. n. 3
lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 73.
n. 26. Concluſio autem adducta per *Pacichell.*
ſuperiùs n. 16. ut ſemper dicatur murus pro in-
diviſo, quotiès domum utrunque, vel utrunque
prædium intermediat, non firmatur per jura, &
Doctores ab ipſo allegatos, quamvis verum ſit,
quod ut plurimum tales parietes ſint per acci-
dens communes pro indiviſo, nàm in muro
94 intermediante domum, quando tigna utrinque
penetrant totum, aut ferè totum parietem po-
teſt eſſe ſignum indiviſæ communionis; & in
prædiis, quando parietes adeò ſunt tenues, ut
in ipſis ſuperædificari nequeat, & inſerviant
loco ſepium, & ſimplicis clauſuræ tunc proba-
ta communione præſumitur indiviſa, ut eſt
ſenſus *Bartol. in l. parietem ff. de ſervitut. Urb.*
præd. Menoch. de præſumpt. d. lib. 6. præſumpt. 73.
n. 17. Iſtis autem ſecluſis firma ſtat mea conclu-
ſio ſtatuens communionem pro diviſo: retento
tamen ſemper eodem themate, de quo ſuperiùs
n. 58. & 59. ſuper cognitione naturæ ſoli, quan-
do ſcilicèt conſtat idem ſolum, ſuper quo mu-
rus conſtructus eſt, fuiſſe diviſum; nàm ſi non
apparet, quod fuerit diviſum, tùnc murus non
poſſet diviſus præſumi, *Dec. conſ. 388. n. 2. Pau-*
lut. diſſert. 22. art. 1. n. 153. to. 1. qui ajt, quod id-
circò perrarò reperiuntur hujuſmodi muri pro
diviſo, cum ferè omnes ſint proprii unius vici-
ni, vel communes pro indiviſo. Itaque ſi murus
95 eſt communis pro diviſo vicinus uti nequit eo-
dem, niſi pro ſua dimidia profunditate, ſivè ut
vocant groſſitie: Sin autem eſt communis pro
96 indiviſo, tùnc unus ex condominis facere po-
teſt, vel prohibetur ea omnia, de quibus ſu-
pra à *n. 14. uſq. ad n. 20.* In quorum ornatum, &
declarationem, & confirmationem adeundus
eſt, *Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. art. 2. à*
num. 129. uſque ad 160. & omnino videndus eſt
Paulut. diſſert. 22. & 23. cum deciſionibus, &
allegationibus per extenſum impreſſis apud
eundem, qui totam materiam per me hìc addu-
ctam diligenter enucleat.

Expediti à rebus uſufrequentioribus in ma-
teria parietis; agendum ſupereſt de menſuris,
quæ in tractatu diſtantiarum ſunt apprimè ne-
ceſſariæ, cum enim *diſtare* nihil aliud ſit, quàm
in diverſo ſtare, & diſtantia nihil aliud ſignifi-
97 cet, quàm ſituatio, vel exiſtentia in diverſo
loco, ut non obſcurè innuit etiam *noſter Au-*
thor cap. 12. n. 3. hinc ad dignoſcendum quan-
tùm ſit intervallum inter utrunque locum in-
tercedens, menſura opus eſſe, nemo eſt, qui
auſit in dubium revocare: Ubi enim de quan-
titate præſertim extenſiva agitur, ibi de men-
ſura agi neceſſe eſt, eo quia Menſura eſt id, quo
98 quantitas rei cognoſci poteſt, ut teſtatur *Ari-*
ſtotel. 10. Metaphyſic. & ſequitur *D. Thom. 1. 2.*
qu. 90. art. 1. Fr. Stanislaus à S. Bartholomæo in
Definit. univerſ. verb. menſura, ubi aliæ etiam
definitiones minùs propriæ, ſeù deſcriptiones
menſurarum videri poterunt.

Menſurarum quiſnam Author fuerit valdè eſt
controverſum inter Authores: Nam alii vo-
99 lunt hanc gloriam Caim Adami filio (*Joſepho*
teſte) deberi: alii verò Palamedem in obſidio-
ne Trojana menſura inveniſſe teſtantur cum
Philoſtrato, & Agellio; alii Moyſen; Phidonem
alii; alii Synodium temporibus Procæ; & alii
alios, ut videre eſt penès *Gonzalez. Tellez in*

cap.& menſuræ de empt.& vendit. Rocc.diſp.jur.
ſelect.to.1o. cap.20.ſub n. 3. Raynald. obſervat.
criminal.tom.2.cap.18. §.29. n.3. Zaul.ad Stat.
Favent.rubr.83. lib.7.n.2.R.P. D.Caſonus tam
legali facultate, quàm politiori literatura, &
ſelectiori eruditione præſtans in Ode Italo
idiomatè confecta in laudem Luſitani Regis,
ita de menſurarum inventione.

Per acchetar le ſanguinoſe riſſe,
Con ſocial nodo un giorno,
Fù forza, che s'udiſſe
Di tuo, di mio ſurgere il nome intorno;
Ebber quindi confine
Con certo, e ſtabil Saſſo
I colti campi, e alle greggi vicine
Racchiuſo fù ver gli altrui paſchi il paſſo;
Ma perchè il fiume, che l'Egitto innonda,
Colla vaſta, e feconda
Acqua volgea ſoſſopra i ſegni, e l'ire
Tornavano a bollire,
De' provvidi Paſtor la ſaggia cura
Inventò la miſura.

Quod menſuræ una cum pondere & numero
inventæ ſint ab ipſa natura, videtur colligi
100 ex illo Sapientiæ *c. 11.* ubi traditur Deum
omnia in numero, pondere, & menſura diſpo-
ſuiſſe, ut obſervat *Fragoſ.de Regim.Reipub.p.2.*
lib.7.diſput.19.§.2.n.65.verſ. Porrò.

In omni menſuratione primò, & principali-
101 ter attenditur conſuetudo, ut tradit *Alciat.*
in l.itinere 3.de verb.ſignific.in verbo paſſum.

Et per vias conſuetas, frequentatas, & pla-
nas facienda eſt menſuratio, quando agitur de
102 dietis ad comparendum, ut tenet *Hermoſill.*
ad Lopez.to.2.gloſſ.2.l.2.l.24.tit.5.par. 5. ſub n.
44.ſecundùm impreſſ.Lugdunen.pag.543.Cabed.
dec.13.n.4.p.1. Et quando non adeſt conſuetu-
103 do declarans, quæ ſit via magis frequentata,
eo caſu præfertur planicies, etiamſi alia bre-
vior via reperiretur, quapropter Bononienſis
Romam vocatus, per Flaminiam, & Picenum
104 ibit, licet per Hetruriam citiùs pervenire poſ-
ſit, quemadmodum poſt *Archidiac. in cap. ſta-*
*tutum de reſcript. in 6.*tradit *Alciat.in d. l. in*
itinere 3.ff.de verb. ſignif. d.verbo paſſum circà
medium.

Idemque ſtatuendum, ſi quis longiore iti-
105 nere tutiorem viam reperiat, nam ea potiſſi-
mum eſt deligenda *l.final.§.Cum enim C.de jur.*
delib.Alciat.ubi ſupra litt.C.

Diverſimodè autem facienda eſt menſura,
quando agitur ad diverſos effectus; Nam ſi aga-
tur de Statuto diſponente, quod nullus poſſit
eſſe Poteſtas Civitatis, niſi ſit diſtans per cer-
tum numerum milliarium, eo caſu quamvis
nonnulli tenuerint menſurationem faciendam
eſſe per lineam rectam, ſeù per aerem, attamèn
communior opinio firmat faciendam eſſe men-
106 ſurationem per loca ſolita, & conſueta,
ut contra *Bartol.* tenet *Caſtren. in l. 1. num. 4.*
in fin.§.Si quis cantion.in Jud. ſiſt. Jaſon. ibid.
ſub n.3.in fin.verſ. ſolvo cum ſeq.Alciat. in l. in
itinere 3.ff.de verb.ſignif.Antonell. de loc. Legal.
lib.1.cap 1.n.17.

Quando agitur de Bannito per determina-
107 torum milliarium diſtantiam, tùnc menſura-
tionem faciendam eſſe per aerem reſpondit *Pe-*
*regrin.conſ.103.per tot.*ſed contrarium, ſecluſa
particulari conſtitutione, tenendum eſſe mo-
net idem *Zaul.ad Stat.Favent.d.rubr.30. lib.5.*
num.51.

Si Statutum prohibeat ædificare novum mo-
lendinum aquaticum, niſi relicta certa pertica-
rum diſtantia, atque talis diſtantia contracta-
108 ta fuerit reſpectu curſus fluminis, quià per
Molendina fit deterior curſus Fluminis, & alte-
ri affertur damnum, ut notant relat.per *Zaul.*
ad Stat.Favent.lib.5.rubr.30. num.50. Eo caſu
menſuratio facienda eſt per tortuoſa littora flu-
minis *Alexand.conſ.22.per tot. lib.4. Jaſ. in l.1.*
n.6.ff.ſi quis cantionem judicio ſiſti. Felin.in c.
olim n.5.de except.Zaul.ubi ſup.n.49.

Quoties vero diſtantia conſideratur ad hoc,
ut vox de loco ad locum exaudiri valeat, tunc
109 menſuratio facienda eſt per aerem, quo præ-
cipuè vox efformatur *Alexand.conſ.22. n 5. lib.*
4. Antonell.de loc.legal.lib.1.cap.a. n.15.& ſeq.
Carpan.ad Stat. Mediol.vol.2.cap.375.n.167.

At quomodo fieri debeat menſuratio de una
domo ad aliam, de uno ad aliud Monaſterium,
de una ad alteram apothecam, ab Urbe ad
alium locum, ab Eccleſia ad circuitum ejus
Immunitatis, videbimus in proſecutione operis
ſuis ſedibus particularibus. Hoc interea non
omittentes, quod quoties conſtat ex vulgi opi-
110 nione de diſtantia loci, denegatur menſura-
tio, quæ tunc reputatur irrevelans, utpote
quia attendi debeat communis uſus, & ſtan-
dum ſit d.vulgi opinioni, donec, mediante alia
vulgi opinione, non autem aliundè, contra-
rium conſtet, ut firmant *Hermoſill. ad Lopez*
Gloſſ.2. l. 24. tit.5. par. 5. num. 45. ſecundum
impreſſ. Lugdun. pag.543. vol.2. Rubeus in ejus
ſingular.par.6. circa ſtatuti interpræt. ad cap.
195. lib. 1. Stat.Urb.vol.2.Rot.cor.Seraph.deciſ.
*1370.& dec.1582.*cum aliis allegatis per *Zaul.*
ad Stat.Favent.lib.5.rubr.30.n.55.

Menſurarum pro eo præſertim, quod attinet
111 ad noſtrum diſtantiarum propoſitum diver-
ſas annotavimus ſpecies à minima uſque ad ma-
ximam progrediendo, ut aliquis ſervaretur or-
do, prout infrà patebit.

Granis igitur hordeaceis coaleſcere menſuræ
ſolent, & Digiti omnes (excepto majori) con-
112 ſtantur quatuor ex dd.granis hordeaceis *Al-*
meid.in Analyſi excellentiarum numeri quinarii
*cap.17.ſub n.9.*quem ſequitur *noſter Author ſu-*
perius n.23.in fin.Marſman.Metr aleg.cap.2.n.3.
Zaul.ad Statut. Favent. obſervat. ad rubr. 30.
lib.5.n 7.Card.da Luc.de regular. diſcurſ.31.n.6
Viv.dec.588.ſub n.10.verſ.quod digitus.

Digitus major conſtat latitudine ordinarii
digiti unius, cum una ejus tertia parte ſuper-
addita, & vocatur uncia tanquam duodecima
pars pedis, *Marſman.d.cap.2.num.4. Zaul. d.ob-*
ſervat.ad rubric.30. lib.5. num. 8. & hujus divi-
ſionis per uncias habetur mentio penes *noſtrum*
Authorem ſub num.24.

113 Palmus conſtat ex quatuor digitis ordinariis
juxta illud, *& quater in palmis digitus*, de quo
Zaul. ubi ſupra poſt num.4. circa med. Card.de
Luc.da Regular. diſcurſ.31. n.6.

Palmus major, qui & dodrans vocari ſolet,
eò quòd contineat novem uncias pedis, conſtat
duodenis digitis, ſive tribus palmis. teſte *Colu-*
mel.. Hunc Græci vocant *ſpithama*, & inter-
pretantur, quantum extenſis articulis à mini-
mo ad pollicem amplecti poſſumus, ut teſta-
tur *Alciat.in d.l.154. ff.de verb.ſignific.*

Lichas continet palmos duos & ſemiſſem
Nomenclat. Cliting.cap.40 de menſuris Othodo-

ron

ron autem Lichsdem excedit digito uno, *Idem Author ibid.*

Pes continet quatuor palmos, ut teſtatur
114 *Frontin.relat.à Balduin.in l.12.tabular. c.19. Alciat. in l.mille paſſus 154. ff. de verbor. ſignificat.n.1.Fenzon. ad Stat.Urb.lib.1. c.197.num. 105.cum ſeqq Zaul.ad d. rubr.30. n.6.* ubi citatur *noſter Author. Card. de Luc. d.diſcurſ.31.de regular.poſt n.6.*

Aliqui tamen putant pedem non quatuor integris palmis, ſed quindecim tantummodò digitis contineri, ut tradit *Gloſſ.in can. ſicut antiquitas 17. qu.4. in verb. paſſus,ibique Barboſ. num.3.Farinac. de Immunitat.Eccleſ.cap.18.nu. 286. Eſcobar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 20. ſub num.5.*

Hæc in puncto juris circa menſuram pedis; at in facto ſemper eſt attendenda conſuetudo
115 loci, in quo controverſia *Bartol.in l.in itinere num.1.ff.de verbor.ſignific.noſter Author ſuperius n.26.*qui citatur à *Zaul.ad Statut.Favent. rubric. 30. lib. 5. num. 9.* Ideòque, ut notant præfati Authores, ſolet in loco publico poni inciſa menſura pedis, prout in Palatio Capitolino Urbis.

116 Palmipes menſura ex palmo & pede viginti digitorum *Nomenclat.Octiling. ubi ſupra.*

Cubitum idem quod ulna in hoc ſenſu apud Virgilium continet ſeſquipedem teſte *Columell.*
117 Cubitum autem Regium ſuperat tribus digitis Cubitum ordinarium. *Nomenclat.ubi ſupra.*

Mercatores verò utuntur alio Cubitu ſeù ulna, quam vulgò nuncupant *braccio*, quod communiter eſt pedum geometricorum duorum, ſeù octo palmorum, vel vigintiquatuor unciarum, digitorum autem 32. At etiam in hoc attendi ſolet conſuetudo, *Zaul.ad Stat.Favent.rubr.30.lib.5.poſt num.27.*

Cubitus etiam in architectonica minor conſtare dicitur ſex palmis, communis ſexdecim, major autem triginta ſex, ut videre eſt apud *Angel. Rocc. to.1. tractat. contra lud. alear. cap. 8. exempla horrendorum ante med. pagin. mihi 471.*

Canna continet palmos decem, quorum quilibet ed unciarum duodecim; intelligendo tamen de Canna, qua Architecti utuntur circa
118 menſurationem Urbanorum Prædiorum, cum de cætero Canna Mercatorum ſit diverſa, continens ſcilicet palmos octo, quorum quiſque eſt adeò longior palmo Architectonico, ut, licet palmi conſtituentes Cannam Mercatoriam ſint numero minores, attamen efficiant Cannam majorem in tertia parte palmi Architectonici *Zaul.ad Stat.Favent. rubric. 30. lib. 5. n.18. & 19.*

119 Gradus ſimplex duos continet pedes & ſemiſſem teſte Boetio. Hunc *Alciat.* vocat greſſum *in d.l.mille paſſus 154.ff.de verb.ſignif.*

Pes ſeſtertius idem, quod gradus ſimplex continens duos pedes, & ſemiſſem teſte Balduino *ad ll.12. tabular. cap. 19. circa med.* ibi: *Illud nunc adjicia videri aliquid fortaſſe in duodecim tabulis & de pede ſeſtertio. Voluſianus Metianus antiquus JCtus in lib.de aſſe cum dixiſſet ſeſtertium valere duos aſſes & ſemiſſem dictumque eſſe quaſi ſemitertium (ſicut Græci dicunt ἕβδομοι μετάλαντον, cum ſignificare volunt ſex talenta & ſemitalentum) adjicit legem etiam 12. tabul. argumento eſſe, in qua duo pedes & ſemi ſeſtertius pes appellatur.* Et hujus pedis ſeſtertii mentionem obiter facit *noſter Author hoc eod.cap.membr.1. poſt num.5.*

Gradus geometricus conſtat quinque, aut ſex pedibus, *Balduin. loc. cit.* ubi ad noſtrum propoſitum habetur, quod apud Aggenum Urbicum legimus fines habere unius gradus latitudinem, ſecundum *ll.12.tabul.& leg. Maniliam*, eum autem eſſe gradum non ſimplicem, ſed geometricum quinque aut ſex pedum.

Paſſus ita dictus, quia dilatatis brachiis & manibus hæc dimenſio conficitur, conſtat quinque pedibus, *Zaul.ad Stat.Favent. lib. 5. rubr. 30. poſt num. 3.* Adſunt tamen nonnulli, qui
120 paſſum dicant Romanis fuiſſe ſex pedum, & unius quadrantis, *Balduin. in ll. 12. tabular. cap. 19.*

Orgyia græca planè vox, quam aliqui Latinè vertunt *paſſum*: Verum ſi paſſus pro quinque pedibus communibus accipiatur, Orgyia eſt paſſu longior, quia continet ſaltem ſex pedes, ut notat *Balduin. loco ſuperius cit.* vel ut alii volunt ſex pedes cum quadrante *Nomenclat.Octiling. d. cap.40. verb. paſſus*, vel decem pedes, ut fuit adnotatum ſuperius *cap.3.nu.18.* Hanc *Alciat.* vertit in Ulnam *l. mille paſſus 154. ff.de verb.ſignif.*

Hic animadvertendum occurrit, quod paſſus Græcus ſicuti & Pes dicuntur fuiſſe longiores,
121 quàm Romani; ſiquidem Græcus pes ſemuncia longior eſt, quàm Romanus, & Græcus paſſus Romanum pede uno, quartaq; ejus parte ſuperat, *Nomenclator Octiling. cap. 40. de Menſuris*: & idcircò lex noſtra, quæ Græca, prout jacebat, abſque ulla verſione in Latinum juxta Pandectas Florentinas in Digeſtorum libris inſerta fuit, videtur de paſſibus, & pedibus Græcis, ideoq; longioribus intelligenda.

Decempeda à numero decempedum ita vocatur, *Nomenclat. ubi ſupra*: & dicitur etiam *pertica* à portando, manu namque menſoris ad
122 agros metiendos virga menſuralis portatur *Viv.d.deciſ.488. ſub num.10.verſic.pertica lib.3.* licet multæ hodiernis temporibus habeantur perticæ, quæ nec decem ſunt pedum, ut advertunt relati per *Zaul. ad ſtatut. Faventin. lib. 5. d. rubr. 30. num. 25.* unde ſervanda eſt loci conſuetudo.

Arura, idem quod dimidium Plethri, pedes habet quinquaginta juxta *Suidæ* teſtimonium.

Clima menſura eſt pedum ſexagenum quaquaverſum, *Nomenclator d.cap.40. Nomencl.*

Plethrum ſtadii ſexta pars centum pedum ſeù cubitorum ſexaginta ſex, *Alciat.in d.l.mille*
123 *paſſus 154.ff.de verb.ſignif.*

Scrupulum vocant partem minimam jugeri, comprehendentem pedes quadratos centum, *Columell.lib.5.cap.1.*

Verſus eſt quadratum agri ſpatium centum pedes complectens in longum, totidemque in latum.

Semijugerum, quod continet dimidium jugeri, apud Gallos vocabatur Areppennis, ſeù candetum, ut inquit *Colum.lib.5. cap.1.* habet centum & viginti pedes in longitudinem, in latitudinem ſexaginta.

Actus; tres apud latinos menſuras hoc nomine notatas invenimus, minimus, quadratus,
124 & quadratus duplicatus: minimus, quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes cen-

centum & viginti; quadratus undique centum
viginti pedibus præfinitur, quadratus dupli-
catus jugerum præſtat, de quo mox diſſere-
mus. Rurſus actus, *ut Modeſtinus de ſervitute
ruſticorum prædiorum* ſcribit, eſt ubi armenta
trahere, & vehiculum ducere licet, *iter*, iter,
quo quis pedes vel eques commeare poteſt *In-
ſtit.tit. lib.2. tit.3.*

Jugerum habet pedes ducentos quadraginta
longitudine, dimidium latitudine, idem quod
apud Hiſpanos jugum, ut inquit *Varr.de re ru-
ſtic. lib.5.c.10.* ita vocatur quod juncti boves
125 uno die exarare poſſunt. Alii volunt juge-
rum dictum, quod ex junctis duobus quadra-
tis actibus conficiatur.

Stadium continet pedes ſexcentos, paſſus
126 nempe 125. octavam ſcilicet milliarii partem,
Plin.lib.2.cap.23.

Diaulos duo complectitur ſtadia ſive quar-
tam milliarii partem, ut ſentit *Vitruvius*.

Hippicon quatuor complectitur ſtadia, ſivè
milliarii dimidiam, quaſi *equeſtre* indito nomi-
ne ab equorum curſu, *Plutarcho* teſte in *Vita
Solonis*, cujus verba ad alium effectum refert
inferiùs *noſter Author cap.9.n.3.*

Milliarium, & Milliare ſpatium mille paſ-
ſuum, octo continet ſtadia, Lapis etiam acci-
pitur, & Cippus in hac ſignificatione à Latinis,
præſertim à *Valerio Probo*, quia milliaria olim
lapidibus, & cippis ſignabantur, cujus rei ad-
huc in Italia extant documenta, & præſertim
127 in Veneta ditione: & de hujuſmodi millia-
rium ſignificatione per lapides & arbores diſſe-
rit ſuperius *noſter Author cap 4.membr.2. poſt n.
15. verſ. hodie tamen*. De dicta menſura mille
paſſum *Gloſſ.in l.in itinere 3. verb. millia ff. de
V.S. Alciat. in l.mille paſſus 154.num. 5. ff. eod.
Fenzon.ad Statut Urb.lib.1.cap.197.num.101.
Guazzin. de defenſ. reor.defenſ. 6.cap.4.num.55.
Viv.dec.488. ſub n. 10. lib. 3.* & de dicta diſtin-
ctione per lapides authoritate *Text. in l. pro-
pter litem §.1. ff.de excuſat. tutor.* tradunt *Col-
vin.in Lexico Jur. in verbo Lapis pro milliario
Covarruv.variar. reſolut.cap.20.lib.2. poſt num.
5. verſ. olim Marſman. in Microlog. cap.3. num.
6. & 7.*

Duplex eſt milliare, unum legale, de quo
ſuperius, quod eſt in jure determinatum, alte-
rum vulgare, quod cuique regioni commune
eſt, & quod pro locorum diverſitate variari ſo-
128 let, ut firmat *Kopp. dec. 16. num. 4. & ſeq.
Zaul.ad Statut. Favent.rubric.30. lib. 5. n.16.*
qui exemplificando tradit, quod ſi dicatur hinc
uſque Bononiam eſſe octoginta milliaria, ta-
lis vulgaris menſura attendenda eſt, licet non
ſint mille paſſuum juxta doctrinam *Caſtren. in
l.1. num.4.ff.ſi quis cau.jud.ſiſt.*

Dolichus contiget duodecim ſtadia ſive mil-
129 liarium cum dimidio. *Nomenclat. octiling.
d.cap.40.de menſuris Alciat. in d. l. mille paſſus
45. ff de verb.ſignif.*

Leuca menſura eſt, qua inæqualiter diver-
ſæ regiones utuntur: Nam in ejus primæva
origine eſt dictio Gallica comprehendens
idem quod Dolichus, nempe milliarium cum
130 dimidio, ut tradit *noſter Author cap. 6. memb.
2.num.7.* Apud Hiſpanos verò & Luſitanos tria
complectitur milliaria, & ſunt qui etiam ad
quatuor extendant: Ideoque in hac diverſita-
te talis menſura eſt ſecundum loci conſuetudi-
nem intelligenda, *Zaul.ubi ſupra nu.14. & 15.*

Paraſanga milliare Perſicum complectens
triginta ſtadia, ſive quatuor milliaria Romana,
dempta tamen quarta parte milliarii unius, ut
131 teſtantur *Herodotus & Plinius, Alciat.in d.l.
154.ff.de verb.ſignif.* ubi habetur, quod hæc men-
ſura eſt paulò minor milliario Germanico.

Schœnus, Ægyptia menſura ſexaginta ſta-
dia continens, ſeù ſeptem milliaria cum dimi-
dio, ut ſcribit *Hermogenes*. Funiculum ver-
tit *Hieronymus*, & de cauſa vide *Nomencl.
octiling.d.c.40.circa finem in verb. ſchœnos, Al-
ciat. in d. l. Mille paſſus 154. circa finem ff. de
verb.ſignif.* quem vide ſuper fere omnibus men-
ſuris prædictis.

Dieta appellatur iter unius diei, *Fermoſin. in
cap.ex parte 15.quæſt.18.n.9. de For.competente
Geminion.conſ.37.n.4. Amyden.de ſtyl.Datar.lib.
132 1.cap.15.§.9. ſub n.29. Barboſ. de clauſul.uſu-
frequent. clauſ.53.n.6. Noſter author ſupra cap.
6.membr.2. ſub n.7.verſ.quod ſi Leuca.*

Duplex eſt Dieta, legalis una, vulgaris alte-
ra: Legalis continet 20. millia paſſuum in ſin-
gulis diebus juxta literalem *textum in l. 1. ff. ſi
133 quis caut.& in l.in itinere 3. ff.de V. S.* Et u-
trobique Scribentes, *Scacc.de commerc.§.1.qu.1.
n.161.Zaul.ad Statut. Favent.rub.30.lib.5.nu.
39.& 4. Noſter author ſupra d. cap.6. membr.2.
134 poſt n. 7.* adeoùt ſi ſit unum milliare ultra vi-
ginti, pro duabus dietis connumeretur, ut do-
cet *Ulpian.in d.l.in itinere Bartol.in d.l.1.nu.3.
ff.ſi quis caut.ibique Jaſ n.2.*

Verùm per mare Dieta commenſuratur ad
rationem quinquaginta milliariorum in ſingu-
135 los dies, *Felin. in cap. cum olim n.7. de except.
Barboſ. clauſul. 53. n. 8. Scacc.de commerc. §.1.
quæſt.1.n.16*. ubi tamen ſubdit in materia aſſe-
curationis hanc menſurationem ei non placere,
& quod in itinere maritimo nulla poſſit haberi
determinata veritas, docet *Rota in deciſ.81.nu.
17.& 18. coram Royas.*

Dieta vulgaris eſt illa, quæ ſecundum uſum
136 vulgi, & hominum, ac locorum conſuetudi-
nem determinata eſt, ut docet *gloſſ. in capit.
Nonnulli in verbo ultra duas de reſcrip. Fermo-
ſin.in c.ex par.15.quæſt.18.n.9.de for.competent.
Menoch.de Arbit.lib.1.caſ.206.n.3.cum ſeqq.*

In dubio, quando in lege, vel ſtatuto ſit men-
137 tio Dietæ, intelligitur de vulgari potius quam
de legali; præterquam in committenda cauſa ap-
pellationis, & ad effectum reſervationis Benefi-
ciorum vacatorum apud Sanctam Sedem per
obitum Beneficiati intra duas dietas. *Zaul ad
ſtatut.favent.rubr.30.lib.5.n.44.uſque ad nu.47.*

Stathmus, ideſt manſio milliaria habet vigin-
ti octo ſemis: hujus mentio habetur in *§. ſi igi-
138 tur Authentic.ut omn.ope:* ſuper hanc vide *Al-
ciat.in d.l.mille paſſus 154. ff.de verb. ſignif.*

Manſum, de quo habetur *in c.1.de cenſibus*, &
ſolet ſæpiùs quæri in Sacra Congregatione Bo-
ni Regiminis occaſione agendi de exemptione
ab oneribus Cameralibus ſuper bonis deſtinatis
pro manſo Eccleſiarum, ſignificat tantum agri,
quantum, ſingulis annis par bovum arare, co-
139 lereque poſſunt. *Alciat.in d.l.mille paſſus 144.
in fine ff. de verb.ſignif.* In facti tamen contin-
gentia, ut pluries habui occaſionem animadver-
tendi in d.Sac Congreg. Manſum accipitur pro
bonis aſſignatis Eccleſ. in ejus prima erectione.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Diſtantia Ædificiorum. De nonnullarũ ex iis Partium intervallo. Ac de Moleſtiis quibuſdam è nimia Vicini Proximitate.

GAjus noſter (ſic enim ipſum, uti eandem profitentem diſciplinam, more Majorum, vel cujus ſententiam cum præ aliis amplector, vocare placet) intervallorum materiam in *hac l. fin.* hiſmet verbis breviter explanare proſequitur: ἐὰν δὲ οἴκημα δύο ποδάς, nempe *ſi caſam duos pedes*: ſive (ut apud Harmenopulum legitur) ἐὰν δὲ οἴκημα ἓξ ποδάς; ideſt: *ſi caſam ſex pedes* (ſupple *Diſtantiæ relinquito, dum ædificare volueris*). Quoniam verò, ſubjecti amplitudine conſiderata, plurima in titulo diſcutienda propoſuimus, ideo illud (ordinis ſervandi gratia) in aliquot membra dividimus. Et ſic.

MEMBRUM I.

DE ÆDIFICIORUM IN GENERE DISTANTIA DIFFICULTATIS NODUS SOLVITUR.

SUMMARIUM.

1 *Textus de caſa poteſt interpretari; & de domo num.3.*
2 *Domus appellatione an veniat domuncula.*
4 *Ratio interpretationis adducitur.*
5 *Spatium duorum pedum in domibus appellabatur Ambitus: & num.7. quando Romæ ceperit.*
6 *Qualis ambitus fuerit ab hortis publ. ad privat. ædificia.*
8 *Inſulæ, quæ fuerint, hodieque ſint: & de earum à domibus differentia. Vide num.18.*
9 *Altitudini olim modus ſtatutus: & num.10.*
11 *Interſtitii ratio in utriuſque prædiis.*
12 *Aut hodie procedit in ruſticis conſtitutio: Aut dicendum eam in praxi non eſſe, num.13.*
Intellige & declara, ut infra, ex num.32. uſque ad num.50.
14 *Prope feneſtram in ſchalis vicini ædificare non licet, relicto etiam tali ſpatio.*
15 *De Dominio ſpatii relicti.*
16 *Ædilium magiſtratus, & munus apud antiquos, quale fuerit? remiſſive.*
17 *Viarum Magiſtros, & Præſidem reſtituit Martinus V. olimque Summi Pontifices.*
19 Jus Gazahà *tribuit Hebræis facultatem ædificandi in domibus ad inhabitandum conductis, de licentia Dominorum.*
20 *Licentia ad d. effectum præſumitur ex acquieſcentia, & temporis diuturnitate.*
21 *Venditio aëris, quid ſit.*
22 *Ædificans, ſeù appodians ſuper murum alterius, tenetur aptare vetus ædificium ad ferendum novum onus.*
23 *Dominus Domus dicitur eſſe, etiam qui eſt Dominus unius Appartamenti.*
24 *Domus diviſa per Solaria, ſeù Appartamenta, habetur pro pluribus domibus diſtinctis.*
25 *Dominus Appartamenti inferioris poteſt cogere Superiorem, ne ejus pueri ſaltent, aut obſtrepant.*
26 *Atque ut reficiat tectum fractum.*
27 *Et poteſt aperire Januam, & ſimilia in ſuo Appartamento, ſecluſo periculo damni, aut ruinæ.*
28 *Dominus Appartamenti ſuperioris nequit reficere, aut fulcire ſolarium inferius.*
29 *Nec cogere inferiorem, ut reficiat fundamenta.*
30 *Si reficiat fundamenta, propria authoritate, tenetur ad damna ruinæ domus.*
31 *Diruta tota domo, ſolum, & ſuperficies ſunt Domini Appartamenti inferioris.*
32 Textus in l. final. ff. fin. regund. *habet locum tam in prædiis ruſticis, quàm in Urbanis.* Contra *num.33.*
34 *Loci appellatione quid veniat in fundis?*
35 *Diſtantia duorum pedum, de qua* in d.l.fin. *non eſt uſu recepta.*
36 *Intellige quando ædificatur è latere, ſeu retrò domum vicini.*
37 *Vicinitas attenditur in anteriori parte Domus, quà habet januam.*
38 Rot. in deciſ. 9. de ſervit. coram Eminentiſs. Falconerio *declaratur.*
39 *Nulla diſtantia requiritur in conſtructione juxta vel ſupra murum communem.*
Amplia etiamſi obſcurentur lumina vicini, numer.46. & 47.
Amplia ſecundo etiamſi per longiſſimum tempus domus ſteterit depreſſa num.48.
40 *Itidem quando quis vult flectere ſtillicidum versùs propriam aream. Decl. ut num.45.*
41 Text. in l. Mæniana 11. C. de ædificiis priv. *requirit ſpatium decem pedum, & habet locum in domibus.*
42 *Habet locum in fronte alterius Domus, non verò in partibus lateralibus, & num.49.*
43 *Diſtantiarum quæſtiones circa ædificia pendent ab arbitrio Judicis.*
44 *Ædificare quis prohibetur, quando reſultat præjudicium intolerabile, & nimis grave vicini.*
50 Paulut. differt. 22. artic. 1. in fin. *declaratur.*
51 *De diſtantia requiſita per Conſtitutionem Zenonis* in l. 12. C. de ædificiis privatis, *remiſſivè.*

1 RElicta igitur de Harmenopuli expoſitione, veluti nimis ſingulari, quamque nemo ex egregiis Doctoribus fuit ſequutus; Dicimus potuiſſe illicò ex pura voce, grammaticalis ſenſus quandam interpretationis ambiguitatem involvere, dum τὸ οἴκημα, non *domum* ſimpliciter (quemadmodum vulgares interpretes autumnant) ſed *caſam*, ſcilicet parvam manſionem, ſeù domunculam in agris præcipuè conſtructam, ſignificat, ſicut demonſtrant *Scapula*, *Tuſanus*, illuſtrioreſque græci Lexicographi: & ex noſtris optime *Servius ad plurima Virgilii loca & Gothofr. in not. ad l. 73. de uſufr.* Id quoque de illa, ſive de *Tugurio* cuſtodiæ cauſa ædificato, earum rerum, quæ extant ruri, ut à pluviis, æſtu, atque frigore arceantur, intelligi debere ſentit *Petitus ad leg. Attic. lib. 5. tit. 1.* ex eo quia, ex ejuſdem Solonis lege in eclogis Baſilicon, immediate ſequitur materia de fundi ædificio, ibi. *ſi quis in fundo ædificare velit, à fundo vicini, ad arcus uſque jactum abeſto*, quaſi priora cum poſterioribus proximè jungantur, & antecedentia lumen afferant ſubſequentibus. Advertendum verò eſt, quod domus accipitur pro ædificio ad habitandum conſtructo; quod ſecundum dialecticos conſiſtit ex Solo, Pariete, & Tecto. *Gloſ. in l. non ſolum ff. de rei vendic. & in l. cum qui, verbo conſtet de uſucap.* ſecundum Juriſtas vero Solo conſiſtit & ſuperficie *ead. l. cum qui.* Sed *ædes* magis latam habet ſignificationem, quia ædificium

Digitized by Google

cium unum quodque comprehendit. *l.qui ædes in fin.ff.de incend.ruin.naufrag.Bart.in l.1.§.deinde de cloac.& in l.cætero §.huc ſenatus il 2.ff.de leg.1.& Bertazzol. in tract. de clauſul.clauſ.*
2 *19.gloſſ.3.* Quandoque comprehenditur in Jura ſub nomine *domus,domuncula*, ubi ſcilicet ſtatutum punit combuientem domum, ſecundùm *Bald. in l.1. §.de exercitoribus naut. cap.ſtabul. & Seb. Medic. reg. 5.* quemvis regulariter *domus* appellatione, non veniat *domuncula* ex eod. *Baldo in cap.ſi duo,de duob.fratrib.& Rom. ſing.332.* quos citat & ſequitur *Sprenger. de jure ædif. cap. 3.* Neque capanna ſeu ſenile ad uſum beſtiarum, *Cyriac. controver.162.n.32.vol. 1.poſt. Cald. in cap. 5. §. ſi duo fratres ante n. 1. verſ.non loquor,&c.de nov.feud.inveſtit.*
3 Verùm, quidquid ſit de grammaticali iſto vocis ſono atque intellectu, utrumque & de *caſa*, & de *domo*, cenſen hic poſſe intelligi; diſtantia etenim duorum pedum, non modo in ruſticis, ſed etiam in Urbanis ædificiis erat olim ſervanda,ut vetuſtatis admirabilia intuentibus facillimum eſt conjectare.
4 Hoc autem expedite ſuadetur,cum appareat quoque priſco jure ſpatium tale (quod vocari poteſt, legitimum *ad tex. in l. Imperatores de ſervit. urb.præd.*) excellenti ratione inter vicinas ædes interiici conſuetum; ad circumeundi facultatem, & ad tollendum incendiorum periculum, ut *ex Feſto Pompeio lib. 1. Iſid. lib. 15. Etymol.cap.ult. & Cujac. lib.1.obſervat.* tradit *Briſſon.lib.etiam 1.Antiquit. ex jure civ. ſelect.*
5 *cap. 8.* quod ſpatium, quandoque *ambitum* appellatum, ſeu *circuitum parietum* ex eodem *12. tabul.* jure colligitur, teſte *Varrone lib. 4. ling.lat.*, in quibus duorum pedum cum ſemiſſe interſtitium dimittendum inter privata ædificia ſtatuebatur; quod aliquando etiam *dupondium & ſemiſſem* interpretatum conſtat ex *Plinio lib.33.c.13.& Feſto lib.17.* ſeu unico vocabulo nuncupatum *ſeſtertium pedem ex Voluſio Meſiano lib.de aſſe.* Cæterum *Ambitus* nomen erat uſitatius: ad quod faciunt duo præclara loca à Briſſonio uti ſupra recitata; Ciceronis ſcilicet in Topicis ubi: *ut ſi ita reſpondeat* (inquit)*quoniam P.Scævola id ſolum eſſe ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiiceretur.* Et *Vitruv. lib.1. cap.1.* ibi, *itera quoque nota habeat,oportet ea, quæ neceſſaria ſunt ædificiis communibus parietum ad ambitum.* Quod ut ſervaretur tum ob utilitatem, cum ob ornatum, & ne in civitate domus eſſent ruinoſæ, vel inordinate poſitæ, conſtituti erant Ædiles plebis in urbe ad ædes ſacras & privatas procurandas, quemadmodum fidem facit incertus quidam ac vetuſtus juris civilis epitomes, à *Petro Fabro* adductus *in comment. ad tit.ff.de reg.iur.l.domum 65.* In provinciis vero id ut fieret, curabant Præſides atque Proconſules. Emanarunt quoque Imperatorum vetuſtorum conſtitutiones, ſcilicet Arcadii, Honorii, ac Theodoſi ad ædificiorum ambitus ab horreis publicis pertinentes, ut centum pedi-
6 bus privatorum ædes diſtarent; ſed à publicis ædificiis 15 pedum ſpatio removeri Conſtantino primum placuit. *Text.in l.4. & l.46.de oper. publ. in C. Theodoſ.* Poſtmodum verò ſatis viſum eſt Theodoſio ab horreis quoque publicis privatorum ædificia 15. pedum intervallo disjungi *l.ſicut l.Mæniana C.de ædific.priv.*& materiam ſuppeditat *Briſſon. ſelect. iur.civ.antiq. eod.loco Gelganett. de ju.publ.l.4.tit.41.n.1.*
7 Poſt Solonis autem leges, initium Romæ ſumpſit,& obſervari fuit mandatum prædictum duorum pedum interſtitium,Neronis præcipuè temporibus, ſequuta immani illa ignium violentia: tunc etiam cautum fuit, ut ſubſidia reprimendis ignibus in propatulo quiſque haberet: atque, non communione parietum,ſed propriis, ædes quæque muris ambirentur, egregio Fabii teſtimonio loco citato poſt *Tacit. lib.15. annal.* quod prudens conſilium Gejus in lege fuit ſequutus. Ædes profecto hujuſmodi
8 hodiernis temporibus appellarentur *Inſulæ*, cum tamen ævo illo quædam inter utraſque differentia verſaretur:Quod,ut intelligi valeat, verba ipſiuſmet Panciroli in *comment. de 14. V.R.* adducere oppoitet. *Erant* (ſic ait) *propriæ Inſulæ faſtigiatæ, à duobus lateribus pluentes, quæ ab utroque latere hinc inde itinera habebant, fronte in faſtigium deſinente; Domus vero erant ampliores & teſtudinatæ, à quatuor partibus pluentes, ut in marmoribus Romæ viſitur.* Quod aliis verbis repetere videtur *l. 1. memor. 22.& ibi in not. Heinric. Salmuth.* ſequitur *Caraſ.ad l.3.§.2.de offic.Præf.vigil.* atque fuſe eruditiſſimus Phylologus *Ja: Gryphiander in tract. de Inſul.cap.1. num.37.* Et propterea Inſularum crebrior quam domorum in jure civili mentio fit, ut *l.91.§.ult.de leg.3.& l.15.§.24. de damn. infec.* Tacitus vero de incendio Neronis agens: *domum*, inquit, *& inſularum, & templorum, quæ amiſſa ſunt, numerum inire, haud promptum fuerit.* Optime etiam *Sueton. in Nero. c.38.tunc, præter immenſum numerum Inſularum, domus priſcorum ducum arſerunt.* At nos Inſulam in jure plurium domorum ædificium undequaque iter habens eſſe autumamus; quapropter *Sext. Aurel. Victor in libello de Urbis Regionibus*, paucas profecto Romæ Inſulas temporibus præclaris enumerat.

Uſitatus fuit quoque, Imperialibus conſtitutionibus, apud veteres Romanos, ædificio-
9 rum altitudinis modus, decoris & ſalubritatis urbis cauſa, ne publicus deformaretur aſpectus,ne vicinorum diſparitas ædificiorum oculis intuentium foret ingrata, & præſertim ne eximia altitudine liberior aer & lumen, ſoliſque ac diei fulgor arceretur, *Ad tex. in l. 8. in fin. C.de ædific.priv.* ut referunt *Id. Faber ad d. l.51.de reg.iur.& Jacob.Ravard.coniectan lib.3. cap. 12.* quorum poſtremus tàm in civitatibus, quàm in agris hoc inquit obſervari ævo illo conſuetum. Hujuſmodi enim ædificiorum altitudinem, quam modicam fuiſſe *Ariſtidis Rhetoris oratio* (qui ſub Hadriano vixit) oſtendit, & coegit ipſa neceſſitas, ne ſcilicet innumerabiles forent habitationes, veluti ex Vitruvio, ac Plinio egregie libat *Jo: Bapt. Donius de Reſtitut. Salubrit. Agri Romani pag. 19.* Ad crebras ruinas & incendia præcipuè evitanda oportuit cohiberi. Sic Auguſtus, Nero, ac Nerva Trajanus præſtitere. Quem altitudinis modum qui deinde ſuperare contendebat,gravi afficiebatur mulcta, ut auctor eſt *Valer. Max. lib.8.* ſcribens de Æmylio Porcina: & deſtruendum erat ædificium, aut ſi audacter fuiſſet extructum, cum ſolo cedebat fiſco.
10 Igitur ab Auguſto Cæſare primum ſtatutum fuit, ne altius pedes 70. ædes tollere lice-

ret,

Digitized by Google

ret, ut *Val Max. lib.2. cap.3.* atque *Sueton. in Octavion. cap.* 89. indicant, & melius *Strabo lib 5.Geograph.* cum *Tacit. annal.5.* Quanquam libera Republica de hoc habita fuerit oratio à Rutilio Floranti, id narrante *Briſſon. in tract. cit. lib.1. c.1.* Quam conſtitutionem Trajanum reduxiſſe *Sext. Aurelius* affirmat ita ſcribens: *quibus omnibus Trajanus per exquiſita remedia plurimum opitulatus eſt, ſtatuens ne domorum altitudo 60. ſuperaret pedes, ob ruinas faciles & ſumptus, ſi quando talia contingerent, exitioſas.* Deinde vero, populo multiplicato, altitudinem ædificiorum augere oportuit in ſententia *Vitruv. lib. 2. cap. 9.* ad quod facit Senecæ meus *lib.3. controver.*: atque Zenonis Imperatoris Conſtitutione (de cujus legalitate modo diſputare non queo) relata in *Cod. tit. de ædific. priv.* ad centum uſque pedes altitudinis modum permitterent.

11 Hæc ad materiæ tantum exornationem, quæ ad plurium tamen in jure intellectum magnoperè conferunt; Sed modo ad rem noſtram. Ex juris ergo diſpoſitione in hac *l. fin.* in utriuſque prædiis, ruſticis ſcilicet atque urbanis, relinquendi ſunt duo pedes interſtitii ad vici domum; ut antea diximus, *& poſt gloſs. in l. quidam Hiberus*, probant *Cæpolla de ſervit. cap.40. & c.61. Hieron. de monte de Fin. Reg. cap.97 n.5. aliique apud Andreol. controver. for. 295. p.4. nu.* 18. quo dimiſſo ſpatio nemo impeditur juxta vicini domum ædificare. *Tondut. Senleger. quæſt. & reſciv. tom.2. cap.*140. *n.5.* & hi pedes à loco, ubi ſtillicidium cadit, ſunt menſurandi juxta tradita per *eund. Cæpoll. c.28. in 8. quæſt.* ſeu potiùs à pariete, de mente *Ludov. Bell. conſ.* 100. *n.2.* cui nititur idem *Tondut. d. tom.2. cap.88. nu. 33. p.2.* Senſus autem Legislatoris ex Conſtitutionismet fonte hauriri poſſet, quia ædificia, quæ domus cauſa fiunt, ad ſuſtinenda onera utpote deſtinata, ſolidiora eſſe debent, atque adeo profundiora & latiora ſunt eorum fundamenta excavanda, quemadmodum in Architectonica ſit compertum, & Pinacotheca illa juris animata, *Tholoſan.* ſcilicet conſideravit in ſuis *ſyntagm. lib.4. cap.7. n.18.* Quod non eſt neceſſe fieri in muro, in quo fundamentum minus latum, immo arctiùs requiritur, ac per conſequens minori indiget ſpatio.

12 Verumtamen ſi perſpicaci mentis obtutu rem perpendamus, aut lex in ruſticis tantum hodie procedit, cum ſuo prorſus reſpondeat titulo de finibus regundis, ita ratiocinante *Surd. conſ. 74. n.1. & ſeqq. vol.1.* in quibus, ſi juxta vicini fundum ædificatur, ejus debili ædificio facillime ob fundamentorum foſſionem nocetur, obſtat enim fragilis terra, & facile decidua, qua fines etiam ejus lædi & minui poſſent. Quæ nullo modo locum habent in urbanis, in quibus fundamenta latiora & adhærentia parieti vicini, ipſi non levem tribuere poſſunt utilitatem, cum novi parietis materia valeat illi addere novum robur, quocumque præciſo periculi impedimento. Adde quod non clare ſermonem de urbe exprimit Gajus, & ſtare poſſunt etiam muri vel domus in jure, ut patet, & notat *Hippol. Riminald. conſ. 367. nu. 30. vol.4.* Vel ſpatium duorum pedum, ſecundum alios, minime relinquendum eſt ex diametro, ſed à fronte tantum ſeu anteriori parte, qua eſt objectum domus, ut poſt *Angel. in l. Maniana in fin. C. de ædific. priv.* diſtinguunt ac declarant *Bero. conſ. 134. n. 28. vol.2. & Surd. d. conſ.74. num.3. Theſaur. deciſ. Pedem 116. per tot. Camuncula deciſ. Bonon. 51. n.11.* qui noſtram procedere declarat in conſtituentibus novas fabricas; ſecus vero in continuantibus antiquum ædificium.

Aut nullatenus obſervari debet, cum adverſa praxis reſiſtat, qua contiguas multiplices do-
13 mos videmus. Unde in iſto caſu Legislatoris ſenſus non erit attendendus, cum fuerit noſtris temporibus uſu receptus, juxta doctrinam *Surdi* (quæ bene applicari poteſt) *conſ. 57. n.9. & ſeqq. Leotard. de uſur. quæſt. 44. n.6. & 8. Sperell. deciſ. 15. à num.5. ad 16. & num.39. & ſeqq.* aliorumque *in deciſ. 373. num.13. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Celſo.* Et optima quidam ratio ineſt (quam *Tholoſan.* acute *loc. præcit.* adnotavit) cum, ſi talia relinquerentur ædificii urbium interſtitia, frequentiſſimi eſſent in civitatibus vici, non ſine publicarum viarum damno, ac totius civitatis deformitate: iique immunditiarum receptacula ræpræſentarent, publicaſque cloacas, quæ ſuis immunditiis cœlo peſtilentiam, ac per conſequens gentibus ruinam minari poſſent; Immo, non modo contra conſuetudinem ſpatium iſtud, verum & pæne ridiculum conſideratum fuit à *Muta in cap. Regni Siciliæ tom.2. c.136. num.113.*

Hæc tamen extenduntur favore feneſtrarum in ſchalis vicini, prope quas ædificare non licet relicto etiam duorum pedum ſpatio, idque ob publicam utilitatem, ne ſcilicet luminibus officiatur, ut *ad tex. in l. fin. §. fin. C. de ſervit. conſuluit Urceol. conſult. forenſ. cap.75. n.2. vol.2.*

14 Quod ſi per accidens in quibuſdam civitatibus inveniatur, uti ſe vidiſſe affirmat *Tholoſan.* ubi ſupra: & olim de Germaniæ populis *Tacit.* exaravit in libro *de morib. German.* & nuperis temporibus ſcripſit *Alex. ab Alex. Genial. lib.5. cap. 24.* Ejus profecto dominium ad illum ſolum ſpectabit, qui relinquit, dùm ſignis in præced. capite de proprietate muri adductis, probari potuerit, inſtrumentis publicis, aut alio modo. Sin autem non conſtet, ad inſtar inſularum inter duas ripas natarum, ſpatium hujuſmodi commune cenſebitur inter vicinos, *ex eod. Tho-*
15 *loſ. ibid. n.19. & 20.* Alia vero in hac materia (ſi percunctari cupis) vide apud *Jo. Bapt. Alberic. lib. de re ædificatoria cap.10. Crinit. de quinque pedibus. & Coſtam de fact. ſcient. cap.1. diſ.1. n.24. & 26.* Quibus adjungo celebrem Leonis Imperatoris conſtitutionem *in l.12. C. de ædific. priv.* ubi inter cætera ſancitur *duodecim pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificaturus eſt inter propriam & vicini domum.* Cæterum omninò dicendum hæc neque in praxi ullatenus recepta eſſe, cum civitates quodammodo repræſentarent ambitus provinciarum contra rationis dictamen ac ſententiam *Mutæ in cap. proximo citato* communi Doctorum calculo approbatam. Quod etiam dici poteſt de ea, quæ etiam legitur ex eadem Solonis lege in *Eclogis Baſilic. Si quis in fundo ædificare velit, à fundo vicini ad arcus uſque jactum abeſto*, ſcilicet ut quota eſt altitudo arcus oſtii domus, eadem debet eſſe diſtantia ab agro vicini. Neque enim iſta in praxi ullo modo locum habet.

ADNOTATIO.

QUod Magiſtratus Ædilium, de quibus *noſter Author poſt n.5.*, fuerit ſemper in Republi-

ea neceſſarius, & quod ipſius munus fuerit cu-
16 rare, ut ædificia publica, & privata legitimè,
& rectè fierent, utque Templa, Theatra, Stadia
Fora, Porticus, Curia, Baſilicæ, atque Mœnia
magnificis operibus reficerentur, exornaren-
turque, aliis relatis docet eximiæ doctrinæ, &
indefeſſi laboris vir *Eminentiſſim. D. Card. Pe-
tra ad Conſtit. Apoſtolic. Conſtit. 9. Martini V.
n.4. & 6. to.4. pag.mihi* 443. ubi tradit, quod
Magiſtratum hunc in deſuetudinem prolap-
17 ſum, primo reſtituit in Urbe Martinus V.anno
1425. Et propterea ſuper hoc non nimis eſt im-
morandum cum de facultatibus Eminentiſſimi
Camerarii, R. P. D.Præſidis, Maſtigrorumque
viarum latè apud *Eum*, & diligentèr diſſeratur
*loc.cit. & in Commentar. ad Conſtitut.*20. *Sixti
IV. fol.*576. *to.* 4. ubi ad rem allegantur *Rovit.
conſ.* 58. *lib.* 1. *Bruggiott. in Epitom. & prax.
viar.& flumin.cap.*3. *Card.de Luc.de regal. diſc.*
97.136. & 241. *Zaul. ad Statut.Favent.lib.*9.
*rubric.*37.*Conſtantin.ad Statut.Urb.*to.1. *annot.*
22.*artic.*3.*n.*148. *aliiqua.*

Ad ornatum eorum, quæ dicit de Inſulis *Pa-
cichell. n.* 8. addendum, eſt quod etiam *Feſtus*
Inſularum nomine intellexit domos, quæ vici-
norum communibus parietibus non conjun-
guntur, ſed quoquo-verſum, vel privata, vel
publica area ambiuntur. Quæ explicatio licet
aliquibus non arrideat, quia ex P.Victore con-
ſtat longè plures Romæ Inſulas quam domos
fuiſſe, quod veriſimile non eſſet, ſi Inſulæ in hoc
Feſti ſignificatu acciperentur, & propterea ipſi-
18 met Authores interpretentur Inſulas eas ædes,
quæ Inquilinis locari ſolerent; attamen cum
nulla ethymologiæ ratio hanc interpretationem
ſuadeat, opinionem *Feſti* ſequitur *Alcia.in L.
Urbana* 169.*num.*5. *ff.de verb.ſignif.* idque com-
probat ex auctoritate *Cornel. Tacit. l.* 15. qui
tradit, quòd propter incendia fuit à Nerone
permiſſum, ut ex publicis aquæ ductibus aqua
non ampliùs interciperetur à privatis, ſed in
publicum flueret, & ædificia non communione
parietum, ſed propriis quæque muris ambiren-
tur, canalibus (ut opinatur *Alciat.*) in parieti-
bus additis, ut reprimendis ignibus aqua faci-
liùs deflueret; atque hinc Inſulæ nomen dedu-
ctum; quæ opinio non caret ſuis difficultatibus.

Circa permiſſam, vel prohibitam elevatio-
nem ædificiorum, de qua habetur in *præſente
capit. num.*10. animadvertendum occurrit, quod
Romæ Hæbrei poſſunt melioſare, & extollere
domos, quas inhabitant, prævia licentia præſti-
ta à Dominis, vel ſuppleta à Judice in caſu re-
19 nuentiæ eorundem, non immutato tamen ipſa-
ſum Domorum aſpectu, quæ facultas inter ipſos
vocatur jus *Gazabà* juxtà *conſtitutionem Cle-
mentis VIII. Bullar. nov.in orden. lo* 65. de qua
*Card.de Luca de Locat. diſc.*53. *per tot.Rota de-
ciſ.*388.*p.*17. & *dec.*44. *p.*18. *recent. pariter per
totas*, in quibus locis habetur, quod licentia
Dominorum ad d.effectum præſumitur ex tem-
20 poris diuturnitate cum acquieſcentia illorum,
qui eandem licentiam concedere debuerant.

Ulteriùs circà prædictam elevationem vi-
detur obſervatione dignum, quod Liburni in
Etruria practicari ſolet quidam contractus ini-
bi vulgo appellatus *venditio aeris*, quia ob fre-
quentiam Populorum, & anguſtiam ſitus Ci-
21 vitatis, ad eam reddendam magis habitabilem,
Domini domorum conſueverunt vendere alteri
jus ædificandi ſuper domum propriam, & ele-
vandi ſuper ipſam unum, vel plura apparta-
menta, cujus juris venditio à libero aere, qui
debet occupari ſupra domum, appellatur *aeris
venditio*, & in iſto contractu proceditur cum
regulis ædificare volentis ſuper muro commu-
ni, vel potiùs habentis jus appodiandi, ut ſci-
licet talis ædificatio, vel appodiatio intelligatur
22 conceſſa ea lege, ut novus ædificans caveat de
damno infecto, & firmet ita fundamenta, & pa-
rietes præexiſtentis domus, ut hæc apta fiat ad
onera novarum manſionum ferenda, *Sabell. va-
riar.reſolut. cap.* 15. *n.* 20. *verſic. ad evitandum
Gratian. diſcept.forenſ. cap.*572. *nu.*54. *Paulut.
diſsert.*22. *artic.*1.*n.*197.*to.*1. *Rot.deciſ.*153.*nu.*
12.*p.*19.*rec.*

Hinc evenire ſolet, quod in eadem domo
plures adſint Domini reſpectu diverſorum ap-
partamentorum; quod idem in venditione, &
aliis contractibus perfici ſolet; Unde provenit
regula, quod dominium domus verificari po-
teſt etiam in illo, qui eſt Dominus unius tan-
23 tum appartamenti, & non ex eo, quod quis
enuncietur Dominus domus, dicatur eſſe Do-
minus totius, ut advertit *Rota dec.*44.*n.*2. & 3.
*p.*18. *rec.*

Quando itaque domus eſt diviſa per ſolaria,
24 tunc accipi debet pro duabus domibus, *Rot.
dec.*853.*ex n.*12.*p.*4. *diverſ.* & *dec.*386.*n.*29. &
ſeqq., *et dec.*411.*n.*7.& *ſeq.cor. Merlin.*cum aliis
per eandem *Rotam in dec.*388.*p.*17.*rec.*

Dominus autem partis inferioris poteſt co-
gere Dominum partis ſuperioris, ne eius pueri
25 ſaltent, vel currant, vel pulſent in deſpectum
*Paulut.diſsert.*22.*art.*3. *poſt.n.*103. Poteſt etiam
26 cogere eundem ſuperiorem, ut reficiat tectum
fractum *Conciol.ad ſtatut.Eugub.lib.*2. *rubr.*69.
à *n.*3.& *ſeq.Conſtat.ad ſtat.Urbis annot.*22. *art.*
2.*n.*234.*tom.*1. poteſt denique aperire portam in
ſuo appartamento, etiam contradicente Domi-
no Solarii ſuperioris, dummodò nullum inde
reſultet præjudicium, ut quando ageretur de
27 muro ſubtili, & ibi ſubſtinenta tignum vel for-
nicem, aut aliàs periculum ruinæ adeſſet, *Card.
de Luc.de ſervit.diſc.*10.*nu.*8.

Dominus verò ſolarii ſuperioris non poteſt
28 propria auctoritate fulcire, & reficere, in in-
feriori ſolario versùs ſolum *Paulut. diſsert.* 22.
*art.*3. *n.*104. Nec cogere Dominum inferiorem
ad reficienda omnibus ſuis expenſis fundamen-
ta Domus, cum uterque debeat ad ratam con-
29 currere, niſi adſit impoſita ſervitus oneris fe-
rendi, *Conſtant. d.annot.* 22. *art.*2. *ſub n.* 237. &
ſi velit ipſe reficere fundamenta inconſulto Do-
mino partis inferioris, atquè in eorum excava-
30 tione Domus corruat, tenetur eidem ad refe-
ctionem damnorum, *Paulut. d.diſsert.*22. *art.*3.
*poſt num.*105.

Diruta poſtremo tota domo, deſtruitur jus
habentis ſolaria ſuperiora; nec Dominus partis
inferioris tenetur concurrere ad illius refectio-
31 nem, ſed remaneat unicus Dominus ſoli, &
ſuperficiei, *Conſtant. in præcit. annot.* 22. *art.* 2.
num. 140.

Aggredientes modò cum *Noſtro Authore
num.* 11. materiam diſtantiarum circa privata
ædificia, variæ ſuper hoc reperiuntur *DD.* opi-
niones; alii enim ſentiunt, quod diſtantia duo-
rum pedum requiſita in hac *Lege finali* habeat
32 locum tàm in prædiis Ruſticis, quàm in Urba-
nis,

nis *Capoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 40. poſt n. 2. Sard. conſ. 74. ex num. 5. cum pluribus ſeq. to. 1. Ciarlin controver. 30. num. 38. to 1. Paulut. diſſert. 22. art. 1. num. 195. to. 1. Mont. de finibus cap. 97. num. 4. & 5. Caſt. de jur. & fact. ſcient. & ignor. diſt. 1. num. 14. Ruginell. de arbor. cap. 12. ſub num. 2. verſ quod lex fin. Card. de Luc. de ſervit. diſc. 5. n. 5. ſub verſ. dicebam, diſc. 15. n. 2. & in ſumma §. 2. num. 19. Rot. Lucen. apud Palm. Nepot. allegat. 226. n. 2. & 3.*

Quod verò habet locum dumtaxat in prædiis
33 Ruſticis (& hæc eſt ſecunda opinio) non verò
in Urbanis videtur ſentire *Gloſſ.* ad hanc ipſam
legem in *verb. domum*, dum explicat - *juxta
agrum alterius* - *Florian. in hac ipſa Lege fin.
verſic. Regionem*, ubi dicit, quod hic eſt verior
intellectus *Riminald. jun. conſ. 367. num. 22. &
ſeq. vol. 4.*

Quo loci ad *gloſſ. præd.* obiter eſt advertendum,
ut notavimus ſupra *cap. 3. poſt. num. 17. fol.*
10. quòd græca vox Χωρίον propriè vertitur in
34 *Locum*: Loci autem appellatione reſpectivè ad
fundum iure ligitur de portiuncula ejuſdem
fundi, & in Ruſticis propriè dicitur, quod locus
ſit Ager *ſine ædificio*, ut inquit, *Alciat. in L.
Locus 60. n. 1. ff. de verb. ſignif.*; & proindè tam
attenta natura Græci ſermonis, quàm verſione
facta per DD., videtur in hac ipſa noſtra Lege
excludi Urbana ædificatio.

Alii autem juxta tertiam opinionem, nil ſtatuentes:
an Lex noſtra comprehendat prædia
35 Urbana, nec nè, dicunt hodiè ipſam legem de
conſuetudine non ſervari. *Alberic. in d. L. fin.
Bald. conſ. 348. num. 5. vol. 2. Corn. conſ. 282.
col. 3. verſ. poſſet etiam dici lib. 4. Bero. conſ. 134.
in fin. vol. 3. Nevizan. conſ. 58. num. 2. Andreol.*,
qui plures allegat., *controv. 296. num. 15. Palm.
Nep. allegat. 261. num. 2. to. 3. Adden. ad Theſaur.
dec. 115. per tot. Card. de Luc. de ſervit.
diſc. 5. num. 9. ſub verſic. dicebam diſc. 15. num. 4.
& in Summ. §. 2. num. 19. Paulut. diſſert. 22. art.
1. num. 195. to. 1.*

Alii aſtruunt habere tantummodò locum,
quando quis vult ædificare ex oppoſito domus
velè ragione, & fronte illius, non verò quan-
36 do ex latere, ſeù ex objecto ejuſdem domus,
nàm tunc nullum ſpatium relinquitur *Bald. in
L. Mæniana 11. C. de ædificiis privatis Bero. d.
conſ. 134. num. 28. lib. 3.* quorum aſſertio comprobari
poſſet ea generali ratione, quod non eſt
habenda ratio vicinitatis domuum, niſi ab anteriori
parte earundem, quæ januam habent prin-
37 cipalem, etiamſi ratione parietum conjunctæ
ſint, ut poſt alios ab ipſo citatos firmat *Antonell.
de loc. legal. lib. 1. cap. 4. num. 19.* Et huic
aſſertioni licet obſtare videatur *Rot. in deciſ. 9.
de ſervitut. num. 2. coram Eminentiſſ. D. Card.
Falconerio confirmata in Bononien. Fabricæ 1.
Jul. 1716. §. verùm etiam in fin. cor. Eminentiſſ.
D. Card. Altbann.* ubi ait, quod quando agitur
de parte poſtica Domus ſufficiat relinquere ſpatium
duorum pedum: Nihilominus eſt advertendum,
quod ibi eadem Rot. nihil firmat ſuper
38 neceſſitate relinquendi præd. ſpatium, quia hæc
non erat controverſia illius Cauſæ, nam domus
erat ædificata in diſtantia trium pedum &
unius unciæ, undè ex facto ceſſabant omnes
quæſtiones juris.

Aliorum opinio eſt, quod nullum ſpatium re-
39 linquendum ſit, quando ædificatur juxta murum
communem, *Simon. de Prætis conſ. 73. num. 22. Grat. diſcept. forenſ. cap. 472. num. 53. Merend. controver. jur. lib. 7. cap. 37. Palm. Nep. allegat. 61. poſt num. 2. verſ. quidquid. Paulut. diſſert. 22. art. 1. num. 196.* ubi citatur *Noſter Author. Antonell. de loc. legal. lib. 2. c. 23. q. 2 num. 27. Andreol. in addit. ad Capoll. de ſervit. in verbo ædificare volens pag. 243. Adden. ad Magon. dec. Lucen. 29. lit. B. verſic. licet alteri Theſaur. dec. 115. num. 3. ibiq. adden. per tot.*

Nonnulli demum nova, & ſubtili interpretatione
dicunt, quod ſpatium duorum pedum,
tunc ſolum ſit relinquendum, quando vicinus
vult tectum ſeù aquam ſtillicidii, vel ſubgrun-
40 dæ flectere erga domum vicini; At quando vicinus
vult flectere tectum ſui ædificii erga proprium
ſitum, ita ut aquæ ſubgrundæ caſſitent
in propriam aream, tunc nullum ſpatium ſit relinquendum:
Adeout *Lex noſtra fin.* ſit inducta
ad commoditatem novi conſtruentis ad effectum,
ut habeat in duobus pedibus per eam præſcriptis
ſufficiens ſpatium pro ſtillicidio; Non
autem ad commoditatem antiquioris vicini, qui
ex humiditate aquæ ex novo ſtillicidio aſſiſtantis
potiùs habet non leve incommodum *Paulut. diſſert. 22. art. 1. num. 212.*

In hac opinionum varietate crederem veriorem
opinionem Noſtri Authoris poſt *num. 12.*
ut ſcilicet *Lex Noſtra fin.* procedat tantummodò
in prædiis Ruſticis; non ſolùm propter rationem,
quam ipſa deducit poſt *d. num. 12.* ex rubrica,
ſub qua eſt poſita, nimirum Finium Regundorum,
quæ denotat leges ſub eadem Rubrica
poſitas loqui de prædiis ruſticis non de
Urbanis, & propter alias rationes deductas ſuperius
num. 33. & 34.; ſed etiam quia pro Urbanis
ædificiis adeſt diſpoſitio præciſa, & ſeparata
in *d. L. Mæniana 11. Cod. de ædificiis privatis*,
in qua Honorius, & Theodorus Imperatores
ſanxerunt, ne quis ſub pœna demolitionis,
& confiſcationis ædificaret propè vicinum,
niſi relicto ſpatio decem pedum: ibi - *quem inter-
41 capedinis modum ædificaturis quoquè proponimus,
itaut ſi quis intra diffinitum ſpatium, ideſt
decem pedum menſuram, ædificare tentaverit,
ſciat non ſolùm fabricata demolienda, ſed etiam
domum Fiſco noſtro adſcribendam* - cujus meminit
*Rot. apud Paulut. diſſert. 22. dec. 5. num. 4. &
in Leodien. Nunciationis novi operis §. nec præjudicium
verſic. potiſſimùm, quià 5. Febr. 1725.
cor. R. P. D. Nuñez*, ex quibus verbis *Textus*
corruit fundamentum potiſſimum *DD.* aſſerentium,
quod eadem *Lex fin.* procedat etiam in
Urbanis, quia nimirum poſterior *Lex Mæniana*
11. loquatur ſolùm de Mænianis, non autem
de domibus; Nam, licet verum ſit, quod in
principio diſponit de Mænianis, eorumque occaſione
emanavit, nihilominus in fine apertam
habet mentionem cujuſvis generis ædificii, &
præſertim domorum, in diſpoſitione ſuperius
tranſcripta.

Patet etiam ex præmiſſis veritas tertiæ opinionis
aſſerentis diſtantiam duorum pedum non
ſervari: impoſſibile enim eſt, ut in ædificiis Urbanis
ſervetur eadem Lex, quando in ipſa Lege
ædificia prædd. non comprehenduntur.

Sed quis poſſet eſſe dubium: an debeat ſervari
d. *Lex Mæniana 11.* requirens ſpatium decem
pedum, de qua aliqui ex præcitatis *DD.*
promiſcuè loquuntur cum *Lege noſtra final.* fir-

mantes indiſtinctè nullam hodiè ſervari diſtantiam, ideò ad materiæ dilucidationem dico, quod juxta ſenſum *DD.* relatorum in quarta opinione *num.* 36. quando ædificatur in partibus lateralibus non ſuper muro communi, ſed ſupra murum in totum proprium, tunc verè
42 nulla de ſtricto rigore ſervari debet diſtantia, cum quotidie videamus d. *L. Mæniana* non eſſe in dd. partibus lateralibus uſu receptam, & in hoc ſenſu intelligenda eſt *gloſſ. in ead. l. in verb. hæc tamen lex non ſervatur* - una cum *DD.* relatis *num.*35. *& duob. ſeqq.* & totum remitten-
43 dum Judicis arbitrio, à quo plurimum hæc ædificandi quæſtiones dependent, *ut per text. in l. Binas ædes §. ſed ita l. cum autem verſ. ſancimus C. de ſervit. & aqu.* advertunt relati per *Rot. in Leodien. Nunciationis novi operis* 5. *Februarii* 1725. *§. Nihilominus verſic. coercetur, & moderatur arbitrio Judicis coram R. P. D. Nuñez.* qui ſi videat intolerabile vicini præjudicium
44 debet novum opus prohibere, vel non aliter, quam ſub certa lege, & forma permittere, *Barboſ. ad l. altius num.*4. *ff. de ſervit. & aqu. Cyriac. controv.* 462. *num.*6. *Gob. de aquiſ. quæſt.* 15. *num.* 18. *Sot. coram Ninot. deciſ.*71. *num.*3. cum aliis in d. *Leodien. Nunciationis novi operis* 2. *Decembris* 1720. *§. hæc & ſimilia coram R. P. D. Criſpo &* 29. *Aprilis* 1722. *§. ex laſtrationes coram R. P. D. de Herrera &* 6. *Martii* 1724. *§. recollectivæ coram R. P. D. Calcagno*; unde ſi ſtillicidium caſſitas propter ſuam humiditatem nimium afferat incommodum vicinis
45 ædibus, non contentabitur ſpatio duorum pedum, ut videtur ſentire ultima opinio *num.*40., ſed vel majorem præſcribat diſtantiam, non plus tamen quam decem pedum aſſignatorum in *d. L. Mæniana*, vel alio opportuno remedio ſuccurret.

Sin autem agatur de dd. partibus lateralibus, & ædificatio facienda ſit adhærenter, vel ſupra murum communem, eo caſu juxta authoritates relatas in quinta opinione nulla debet re-
46 linqui diſtantia, ſed poteſt ſuper ipſum elevari domus, non obſtante præjudicio ejuſdem vicini, in totali clauſura ſuæ feneſtræ, ut decidit *Rot. in deciſ.* 458. *per tot. coram Durano*, & ipſius do-
47 mus depreſſione, in qua permanſerit per longiſſimum tempus, *Franc. Severin. poſt Novar. de gravamin. Vaſſallor. allegat.* 4. *num.*25. *& ſeqq. Paulut. diſſert.* 22. *artic.* 2. *num.*57. *& num.*167. ubi ampliat, etiamſi vicinus viderit ſocium facere feneſtras in muro, & tacuit, nam adhuc eas per novam elevationem claudere poterit, non obſtante d. longi temporis intercapedine, cum ſolus temporis lapſus ſervitutem altiùs
48 non tollendi nequeat inducere juxta ea, quæ latè comprobat *Rot. in Beneventana Fabricæ* 11. *Julii* 1725 *§. quandoquidem coram R. P. D. Coria.*

Quando verò agitur de ædificando in fronte vel è regione domus, tunc crederem non tantum eſſe relinquendos duos pedes præſcriptos in noſtra *Lege finali*, ſed etiam diſtantiam majorem, prout fert domus antiquioris nobilitas, juxta *d. Text. in L. Mæniana*, quæ litteraliter diſponit de domibus, & quæ in reſpicientibus partes anteriores domus non reperitur præcipuè in Civitatibus contrario uſu abrogata: dum nullam, aut ferè nullam videmus domum, quæ
49 in ſui parte anteriori non habeat diſtantiam ſaltem dd. decem pedum: Et ideo, niſi eſſemus in ignobilibus vicis, in quibus poſſet probari uſus contrarius eidem *Legi Mænianæ*, ea debet omnino ſervari.

Et cum hac declaratione intelligenda videntur ea, quæ aliis relatis tradit *Paulut. diſſert.* 22. *art.* 2. *in fin. n.* 212. ut ſcilicet novo ædificanti, qui reliquit legitimam diſtantiam, licitum ſit aperire oſtium in fronte domus vicini, & apponere ſpecularia proprium parietem ex-
50 cedentia: Nam hæc declaranda ſunt, ut procedant, quando relicta fuit diſtantia decem pedũ præſcripta in ſæpecitata *Lege Mæniana*; non verò in ſimplici diſtantia duorum pedum: Quoniam ſi novus ædificans intelligeretur hæc poſſe facere in ſola diſtantia dd. duorum pedum præſcripta à noſtra *Lege finali*, nimis arduum eſſet, ut vicinus antiquior haberet incommodum videndi in fronte ſuæ domus novam januam vicini à conſpectu ſuæ januæ antiquioris non ampliùs diſtantem, quam duos pedes, & ſpecularia excedentia parietem, & versùs eundem vicinum prominentia, & ferè tangentia ſuas feneſtras ob dd. ſpecularium protenſionem, & nimiam proximitatem ultra totalem fermè luminum obſcurationem, & proſpectum in nobiliorem partem ſuæ domus, & ideò in tàm arcta diſtantia recurrerent auctoritates relatæ ſuperius *n.*44. probantes, quod elevatio domus non debet permitti, quando vicino affertur damnum nimis grave.

Advertendum tandem occurrit, quod *Rota*, *& DD.* agendò de ædificiorum privatorum diſtantia, una cum prædd. duobus legibus addu-
51 cunt Conſtitutionem Zenonis, de qua *in L.* 12. *C. de ædif. priv.* ut ſignanter videre eſt in *dec.* 9. *n.* 3. *de ſervit. cor. Eminentiſſ. D. Card. Albano.* verùm cum de hac lege latiùs differat inferius *Noſter Author cap* 6. *membr.* 4. *num.* 11. occaſione agendi de lumine, & feneſtris, ideò tunc Deo dante, de hac etiam nos agemus.

MEMBRUM II.

ECCLESIARUM, SACRORUMQUE COENOBIORUM INTERVALLUM DIFFINITUR.

SUMMARIUM.

1 *Ob nimiam diſtantiam nova erigitur cathedralis, quæ ſit etiam Metropolitana n.*3.
3 *Ibi arbitrium Pontificis eſt pro regula.*
4 *Idem in diſtanti Parochia.*
5 *Regulæ pro Monaſteriorum diſtantia.*
6 *Cannarum vulgò menſura quæ ſit.*
7 *De leuca quæ ſit, & quomodo computetur in praxi.*
8 *Monialium clauſtra longè collocanda à clauſtris virorum.*
9 *Quæ in iis nimia dicatur Diſtantia.*
10 *Privilegium* 140. *cannarum diſtantiæ, quibus, & a quo fuerit conceſſum.*
11 *Praxis in hoc adducitur.*
12 *Eorundem privilegiorum extenſio & n.* 14.
13 *Procedunt quoque monialium favore.*
15 *Abſque eadem diſtantia non poſſunt monaſteria mutarè, aut transferri.*
16 *Quomodo hæc ſint uſu recepta.*
17 *An diſtantiam requirat eccleſiarum Immunitas.*
18 *In Eccleſiis olim feminæ diſtantes à viris, & laici à clericis.*

19 *Ab ingreſſu etiam heretici, lugentes, & pauperes.*
20 *Hodie fœminæ à nonnullis in urbe ſacris locis diſtare debent.*
21 *Locus erat (qui & hodie apud Græcos) prope altare, cancellis circumſeptus, à quo populus diſtabat.*
22 *An, & quam ſacræ proceſſiones admittant diſtantiam.*
23 *De diſtantia in domorum coactis venditionibus requiſita.* Et n. 69.
24 *Conventus Religioſorum de jure antiquo erigi non poterant abſque Beneplacito Apoſtolico.*
25 *Poſt Concilium Tridentinum de hoc dubitatum fuit, & probabilior opinio eſt ipſum requiri.*
26 *Poſt decretum Clementis VIII. non poſſunt erigi, niſi vocatis Procuratoribus Conventuum præexiſtentium, & abſque ipſorum præjudicio.*
27 *Gregorius XV. voluit requiſi conſenſus Conventuum, etiam diſtantium per quatuor millia paſſuum.*
28 *Urbanus VIII. revocavit Privilegia omnium Regularium, & voluit ſervari formam prædictorum decretorum.*
29 *Poſt Conſtitutionem ejuſdem Urbani ceſſant omnes quæſtiones ſuper impetratione Beneplaciti Apoſtolici, quod eſt omninò neceſſarium.*
30 *Et loquitur de omnibus Religionibus.*
31 *Contra, quod privilegium prædictum ſe opponendi novæ erectioni competat ſolis Mendicantibus per veritatem, ſentit Card. de Luca, & n. 43. Et de ratione n. 32.*
33 *Menſuratio ad dictum effectum debet incipere non à Conventu, ſed à muris Oppidi.*
34 *Et per vias publicas, & magis frequentatas.*
35 *Et milliaria debent ubiquè intelligi more Romano.*
36 *Enumerantur requiſita pro fundatione novi Conventus.*
37 *Atteſtatione Ordinarii Loci plurimum deferendum eſt in materia novæ erectionis.*
38 *Conſilium publicum totum Populum repræſentat.*
39 *In erigendis novis Conventibus ſolent attendi inſtantiæ Populi.*
40 *Conſenſus Conventuum vicinorum non requiritur pro forma.*
41 *Et ipſis diſſentientibus ſufficit, quod non adſit eorum præjudicium.*
42 *Teſtes numero plures plenam faciunt probationem.*
44 *Diſſenſus vicinorum Conventuum non attenditur, quando opulentia loci ſufficit ad omnium ſuſtentationem, & n. 45.*
46 *Et tali caſu conſenſus ſuppletur per Sac. Congregationem.*
47 *Amplia etiamſi Conventus præexiſtentes aliquod leve præjudicium ſentiant, quod compenſatur ab augumento cultus Divini.*
48 *Privilegium diſtantiæ 300. cannarum conceſſit Fratribus Minoribus Clemens IV.*
49 *Poſtea illud reduxit ad cannas 110.*
50 *Quinam Religioſi gaudeant hoc privilegio.*
51 *Societas Jesu habet privilegium ædificandi, non relicta d. diſtantia.*
52 *In ædificando Hoſpitio non habet locum diſtantia 110. cannarum.*
53 *Declara id procedere quoties Hoſpitium non habent ulla ſigna veri Conventus. Et quænam ea ſint ibid.*
54 *Concurrentibus talibus ſignis debet ſervari d. diſtantia, & reliquæ ſolemnitates etiamſi denominentur Hoſpitia.*
55 *Erectione legitimè facta non requiritur alia nova ſolemnitas, nec diſtantia in fabricæ dilatatione.*
56 *Menſuratio ad effectum Immunitatis Eccleſiæ Ruralis per 30. paſſus facienda eſt ab illa parte muri Eccleſiæ, quæ reſpicit locum capturæ.*
57 *Et in iſta diſtantia connumeratur etiam via publica intermedia.*
58 *Amplia, etiam ſi Reus ibidem ſteterit occaſione negotiandi.*
59 *Ambitus 30. paſſuum Eccleſiarum in Caſtellis vel Urbibus non gaudet immunitate.*
60 *An etiam in Eccleſiis Ruralibus conſuetudine ſublata ſit d. Immunitas.*
61 *Admittitur, ubi adhuc viget conſuetudo eidem favens.*
62 *Concilium Romanum ſub SS. D. N. BENEDICTO P. XIII. prohibet Laicos à Presbyteriis, & ſeptis Altarium.*
63 *Concilium Tridentinum demandat acceſſum ad publicas Proceſſiones.*
64 *Et omnes exempti tàm Clerici Sæculares quàm Regulares per Epiſcopos compelli poſſunt.*
65 *Excuſantur tamen ob diſtantiam dimidij milliaris ab Urbe. Et menſuratio ad effectum prædict. fieri debet per viam publicam, ibid.*
66 *Prædicatorum Religio habet Privilegium, ducendi Proceſſiones Dominica infra octavam Corporis Chriſti.*
67 *Nec amittitur per non uſum.*
68 *Parochus non poteſt ab eadem Religione impediri in ſua Proceſſione, & ad ipſum ſpectat temporis electio.*

EX profanis ædificiis jure, ac meritò Tractatus noſter creſcit ad ſacra veluti ad digniora, in quibus materia propoſita ſæpe revocatur in dubium. Agimus autem hic de Eccleſiis Cathedralibus, nec non de Parrochialibus, quæ inter ſe minime differunt, tanquam ſpecies à genere, ſed tantummodo (maximè ad rem, de qua ſcriptura exaratur) in Juriſdictione, quæ in parrocchiali minor eſt, quàm in Cathedrali: Unde hæc efficitur illa præſtantior: & in cæteris quodammodo ambæ videntur æquiparari.

5 Eccleſia igitur Cathedralis, quæ ſponſa eſt Antiſtitis, in Epiſcopatuum novis erectionibus, hæc potiſſimum patitur altercationes. Eo namque temporis, ſpectatis pro parte Præſulis ad ovium regimen, præcipuè in Juſtitiæ longo & nimis populato territorio adminiſtratione, ſucceſſivis impedimentis: iiſque ſubditorum reſpectu, qui non commode ob itineris longitudinem, atque moleſtiam adire poſſint ejus Tribunal, ſeu ejus perſonam pro chriſmate & pro aliis, eſt cauſa novæ erigendæ Cathedralis. *Tex. in cap. & temporis 16. quæſt. 1. cap. audientiam el 1. de Eccleſ. ædific. & ex Rota deciſ. 484. verſ. tamen non quælibet diſtantia p. 1. rec. Franceſ. in ſuo noviſſ. de Eccleſ. Cathedr. tract. cap. 5. n. 93.* qui vulgatæ ſubſcribit regulæ, neceſſitatem ſcilicet ibi, ſicut alibi, eſſe loco legis, & optimum affert exemplum *n. 89.* de Epiſcoporum electione, quæ quanquam de jure ad provinciales pertineret: ob difficultatem attamen

men conveniendi in Hyſpania, ad Toletanum Epiſcopum fuit tranſlata, ut *ad tex. in c. cum longe 36. diſ.* conſtat ex *Conc. Tolet. 12. cap. 6.* & notat *Covarr. in reg. poſſeſſ. p. 2. §. 10. in n. 5.* Maximè verò id procedit, ſi conſcientia ſubditorum periclitetur, quo caſu eſt ſuccurrendum *ad tex. in cap. Petrus 30. diſ. Clem. un. in ſui ratione verſ. aut talis de Baptiſ. Mandoſ. de ſignat. gratiæ verb. erectionis verſ. inſuper mortis periculum*. Undè caſus erectionis novi Epiſcopatus à diſmembrationis caſu ita diſtinguitur à DD. ita ut in primo, damno tertii non exiſtente, ut in Indiarum partibus accidit, vel quia populus magna multitudine creſcit, vel quia plura loca veritatem Sacræ Catholicæ Fidei agnoverint, tunc eriguntur. Secùs verò eſt, quando petitur diſmembratio, quia tunc per idoneos miniſtros ſuccurritur, ut ex *cap. plur. ſque offic. ordin.* probat idem *Franceſ. var. jur. utriuſque reſol. cap. 44. à n. 92. & ſeqq.* ubi tamen dicit duodecim leucarum diſtantiam ſemper eſſe parvam, niſi difficultas itineris difficilem reddat gubernationem, vel ſubditorum acceſſum ad ſuum Prælatum. Optimè *Cancer. tom. 3. var. cap. 3. ex n. 420. cum ſeqq. & Bombadill. in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 110.*

2 At quis poterit in hiſce controverſiis æquum profectò judicium adhibere? Hinc nonnulli arbitrio judicis id totum dixere deferendum; In qua ſententia numerantur *Rebuff. in praxi benefic. p. 1. tit. de erect. in curat. & parroch. nu. 9. Menoch. de arbit. caſu 497. per tot. Ricc. in praxi fur. Eccleſ. reſolut. 476. nu. 5. Barboſ. in Poſt. alleg. 68. num. 2. Solorz. de Ind. ju. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 9. & in Polit. Ind. lib. 4. cap. 5. ſtatim poſt princ.*: Nos veruntamen (hac ſententia non neglecta) magis individualiter reſpondemus, ipſummet Summum Pontificem (qui exemplo Patrisfamilias Divini, qui quando magnam meſſem, paucos verò operarios conſpexit, iſtos auxit: ita etiam Eccleſias Cathedrales augmentat, quando populus incrementum accipit (ut fuſe *Bombadil. ubi ſupra*) debere in tanta re arbitrari, penſatis cunctis circumſtantiis, & non quacumque diſtantia conſiderata. Utrum ſcilicet talis erectio nova pro communi bono expediat. Ita cum eodem *Franceſ. d. cap. 6 num. 82. & 98.* plures, & quidem claſ-
3 ſici Doctores. Ex qua cauſa Cathedrales antiquæ benè valent ad Metropolitanæ faſtigium evehi, *jux. tex. in cap. 3. de Eccleſ. ædific. & in c. nulli 99. diſ.* Quos optimè amplectuntur & citant iidem *Solorz. d. cap. 5. n. 1.* ubi innumeros DD. refert, *& Franceſ. n. 84.*

4 Immò eadem Diſtantiæ ratio, ob Parrochianorum incommodum, permittit, ut novis erectionibus animarum ſaluti conſulatur. Ità ſentiunt *Ant. de Butrio in cap. vacante num. 5.* ubi *Abb. num. 2. & 5. in cap. conſequens num. 2. de Cler. non reſid. cap. Petrus 39. diſ. tex. in Clem. un. verſ. aut talis neceſſitas de Baptiſ. Mandoſ. in tract. de Signat. Gratiæ verb. erectionis verſ. inſuper mortis periculum Franceſ. ibid. nu. 92. & Rota in Aquilana nullitatis erectionis 24. Maii 1610. quæ eſt poſt Tamburin. de ju. Abbat. deciſ. 32. n. 5.* Semper autem cavendum eſt ne Eccleſia in loco, qui aliis jam conſtructis præjudicium afferat, conſtruatur: quod tam ex juris diſpoſitione, quam vigore Apoſtolici reſcripti poſt *Scroph. dec. 847. nu. 1. & ſeqq.* dixit Rotæ *in (a) Januen. privilegiorum 28. Junii 1649. §. quoniam eſt advertendum coram Cardin. Corrado*.

(a) Deciſ. 337. pag 10. recens.

5 Verùm aliud impedimentum obſervatum eſt in diffinienda Conventuum, ſeu Monaſteriorum Regularium diſtantia; nimirum, ne præjudicium Eccleſiis jam conſtructis inferatur, juxta diſpoſitum *in can. Eccleſiæ & can. quicumque 16. quæſt. 1.* in quorum utriuſque ſancitur, quod antiquiores Eccleſiæ propter novas, juſtitiam aut decimam non perdant, quemadmodum *in cap. 2. ibi: ad aliorum injuriam volumus redundare: de Eccleſ. ædific.* & reſolutum fuit à Rota Romana *coram Card. Scraph. deciſ. 847. num. 2. & coram Royas deciſ. 365. num. 18.* Quia ex vicinæ Eccleſiæ conſtructione facillimè populus in veteris concurſu diminuitur, & per conſequens eleæmoſynarum ſequitur quædam reductio, quæ iis, qui altari ſerviunt, ſe habent ad inſtar alimentorum. Unde cum jura hoc vehementer abhorreant, *ad text. in l. ſolent ff. de alim. & cibar. legat.* & notat *Bart. in l. cum hi §. vult. igitur ff. de Tranſact.* Privilegia in hac re, ad evitandas inter Religioſos æmulationes, atque rixas, ſano quidem conſilio fuere promulgata. Sic *Roxas in præd. deciſ. num. 10. & 21.*

6 Quoniam autem hujuſmodi intellectus diſtantiæ, aliquarum menſurarum notitiam præmittendam expoſcit, illarum ſcilicet, quæ magis uſitatæ ſunt. Dicimus *Cannas* accipi in hac materia pro menſura octo palmorum in longitudine, quæ in Italia menſura eſt conſueta; Quemadmodum eadem quatuor palmorum eſt menſura Hyſpanica, per auctoritates relatas à *P. Lezzana in Summa Regul. tom. 1. verbo Monaſteria Regularium n. 20.*

7 Leuca, qua Hyſpani & Galli, inæqualiter, ac frequenter utuntur teſte *Cluver. Introd. in Geograph. lib. 1. cap. 9.* ejus primæva origine inſpecta, dictio eſt Gallica ſecundum *Alciat. in l. mille paſſus 154. ff. de verb. ſignific. num. 6. & Covarr. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 5.* cujus meminit Ammianus Marcellinus; Et ex *Anton. in itinerar.* mille & quingentos paſſus habet. Apud Hyſpanos ex lege Caſtellæ, & ſecundum Doctores relatos à *Covarruv.* tribus milliaribus conſtat: quanquam, ſecundum Barrejos, ad quatuor paſſuum millia extendatur. Sic referunt *Florian. de Campo in Chronico generali Hyſpan. cap. 2.* dilucidè *Eduard. Nonius in diſcript. Regni cap. 87.* atque *Almeida in Analiſi Excellentiarum in Jure numeri Quinarii cap. 17. num. 11. & 14.* (poſt *Cabed. p. 1. deciſ. 13. n. 4.*) qui ex aliis, inquit: menſuram leucarum fieri debere per viam conſuetam & frequentiorem. Quod ſi Leucæ referantur ad Dietas, nempe ad dierum computa, quæ de jure civili unius diei itineri 20. milliaria tribuit ex *tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis caut.* & tradit *Decius in cap. olim num. 2. de except. & in cap. cum ſit Romana de appellat.* Quinque Leucas contineri viginti milliariis auctor iſte advertit, ſi unicuique tribuantur quatuor milliaria, prout debent, ac per conſequens duas Dietas comprehendere decem Leucas: & hæc de eodem jure communi. Sed de jure & conſuetudine Caſtellæ octo Leucæ per ſingulos dies peragendæ ſunt, quæ comprehendunt tantummodo 24. milliaria, ſeu ſex Leucas Luſitanas, quæ totidem milliaria continent,

tinent, tribuendo quatuor unicuique Leucæ; & ſic oſtendit quæcumque jura inter ſe convenire. At computatio, quæ facienda eſt, incipere debet à capite loci, in quo pars adverſa commoratur, ſeù à fine Diœceſis, in qua Deo domicilium eſt conſtitutum, juxta diverſam (utramque tamen probabilem) plurium Doctorum ſententiam, de qua *Almeida*, ubi ſupra à *n.16, uſque ad* 21.

8 Breviter etiam ſupponendum eſt Sanctimonialium clauſtra collocari debere longiùs à Monachorum Monaſterio, ne homines vulgares murmurent, & malè loquantur de hujuſmodi promiſcuis aſpectibus *ex cap. Monaſterium 8. de vita & honeſt. cler. Roccus reſponſ.* 18. *n.* 4. *vol.*2. Unde ed hoc, ut earundem confeſſariis (attenta ipſorum qualitate, qui ut plurimum eliguntur ſenes) aliquandiu ſe ibi ſiſticere ſit permiſſum, noto nimiam monaſterii diſtantiam
9 eſſe unius milliarii intervallum, immò quandoque dimidium tantum milliare. Sic explicat *Bordon. var. reſol. tom.* 1. *reſol.* 7. *n.* 75.

10 Quibus præhabitis ad ſpecialem deſcendo Clementis V. (vel IV. ut nonnulli forſan erronee exiſtimant) Conſtitutionem indictivam cunctis mendicantibus, cæteriſque aliis ordinibus in paupertate fundatis, ne conſtruere poſſint Monaſteria, Eccleſias, vel Oratoria infra ſpatium 300. cannarum ab Eccleſiis fratrum Minorum per aerem menſurandarum, ubi alias rectè menſurari ratio loci non permitteret; Quod de translatione Monaſteriorum, & Eccleſiarum ſæcularium voluit intelligi. At deinde idem Pontifex ad 140. cannas illud ſpatium reduxit, quod à janue veteris Eccleſiæ ad alteram recens ædificatæ menſurandum in caſu quodam Burdigalenſi, fuit declaratum, teſte *Chaſſonag. de privil. tract.* 4. *cap.* 6. *prop.* 13. cum ibi fiat populi concurſus. Supradictum 140. cannarum privilegium aliis quoque Religionibus ab eodem Pontifice fuit conceſſum, & ab aliis confirmatum, ut conſtat *ex P. Lezzana* (auctore profecto in Pontificum Bullis, & Sac. Congregat. decretis avulgandis accuratiſſimo) *in ſumma ubi proxime n.*19. Quod etiam privilegium refertur à Roderico *quæſt. Regul. to. n.* 2. *quæſt.* 49. *a* 50. & confirmatum fuit à Sixto IV. teſte *Sorbell. in compend. privil. regul. verb. ædificare n.* 29. & à Clemente VII. Papa Theatinis communicatum eſt, juxta alia mendicantium privilegia, ut dixit *Rota deciſ.* 87. *num.* 5. *par.* 4. *rec.*

11 Dum igitur evenit fundationis caſus, primum adeundus eſt Epiſcopus, qui conſenſum ita ad id præſtere debet, ut abſque illa Regulares quicquam agere non poſſint: quemadmodum ex *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 3. *Clem. VIII. Bulla incip. quoniam ad Statutum, & à Sac. Congregat. ſub Greg. XV. in* 67. *Bulla cum aliàs*, infert *P. del Bene* in ſuo doctiſſimo *tract. de Immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 4. *dub.* 2 a. *n.* 1. ubi dicit poſſe Ordinarium vocare, & audire Priores, & alios intereſſe habentes aliorum Monaſteriorum, non ſolum in illis locis, in quibus erigi curantur, ſed in aliis per quatuor millia paſſuum circumvicinis, niſi aliàs ſibi conſtiterit Religioſos in numero duodenario, ut in præd. Conſtitut. eſt ſtatutum, abſque aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe.

12 Extant quoque ſimilis privilegia, nempe Innocentii IV. pro Carthuſienſibus, ne infra dimidiam Leucam à poſſeſſionis ipſorum terminis alicui Religioſo liceat ædificium conſtruere vel poſſeſſiones acquirere. Urbani IV. ut nulla funderi poſſint ædificia infra unum milliare ab Abbatis, & locis Religioſis. Julii II. pro Minimis ad Monaſteria conſtruenda, etiam abſque diſtantia ab aliis aliorum ordinum per ſupradictas 140. cannas; Quemadmodum PP. Societatis eadem fruuntur facultate domos erigendi, etiam infra 140. cannas ab aliarum Religionum conventibus, prout à Gregor. XIII. Beneficentiſſimo ſemper in ipſos Principe, ſunt conſequuti. *Caſſabrun.* hæc recitat *in compend. privil. mendic. verb. ædificare, aliique* apud Lezzanam *n.*19. *& in Mari Magno Carmelit. ſeu in ead. ſumm. tom.* 5. 2. *circa §.* 25. qui præciſa dicti privilegii verba refert poſt Rodericum. Immò confirmatio prodiit ampliſſima, ex munificentia Sixti IV., & extenſio ad alios Ordines tam mendicantes, quàm non mendicantes utrinque ſexus *Id. Lezzana in eod. tom.* 5. *circa §.* 79. Unde falſiſſimum eſt, quod à nonnullis Doctoribus (in privatis eorum colloquiis) audivi, nempe Monialium clauſurarum diſtantiam jure non eſſe præciſe diffinitam, cum in iis utpote alimen-
13 tum ex dotali ſubſidio ſumentibus non militet eadem, quæ in viris Religioſis, eleemoſynarum ratio: Quia Bulla Clementis VIII. procedit etiam in ipſarum Monaſteriis, uti *Sacra* declaravit *Congregat.* 19. *deciſ.* 1620. teſte *Barboſa de ju. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 7. *Tambur. de Ju. Abbat. diſput.* 33. *quæſt.* 1. *n.* 4. *& P. Del Bene*, qui docet de praxi, ubi paulo ante *n.*6.

14 Item extenduntur prædicta ad presbyteros Regulares & ſæculares, & ad collegium & communitatem ſeu Univerſitatem, in quibus etiam degant perſonæ ſolo charactere clericali inſignitæ, *ad tex. in cap. cum conſignat. de ætat. & qualitat. ubi DD. Rota in Veronenſi Penſionis* 23. *Februarii* 1600. *cor. Lancellotto, &* (a) *Ferrarienſi Penſionis* 14. *Junii* 1614. *coram Rembolbo. Barboſ. de appell. verbo Jur. ſignific. appellat.* 198. *n.*13. quas citat *Lezzana in præcit.* 579. *n.* 433.

15 Important verò hujuſmodi privilegia, ut mutari quoque ſeu transferri non valeant Monaſteria, dum afferri poſſit aliis jam conſtructis præjudicium; Quod fundatur in jure communi *can. quæcumque can. Eccleſiæ* 17. *qu.* 2. *cap.* 2. *de Eccleſ. ædific. Cardin. conſ.* 8. *n.* 13. *& poſt Rotam Romanam in una* (b) *Civitatenſi Conſtructionis Cappellæ coram Seraphino de anno* 1588 *Id. Lezzana ubi proximè*.

16 Quæ privilegia, & ſi non videantur uſu recepta in aliquibus magnis civitatibus, in quibus viciniſſimè reperiuntur ædificata plura Monaſteria, ut Romæ, Neapoli, ac ſimilibus, idque aſſerat *Sarbus* ſæpius deciſum ab Apoſtolica Sede; Nihilominus aſtruit idem *Lezzana* in praxi ſe Romæ didiciſſe quod, quando Regulares reclamant prædicta privilegia oſtẽdentes, de ea re audiuntur: in biſque privilegiis reperiri communicationem privilegiorum. Ideoque penitus inutilia nequaquam ſunt, præcipuè in caſu abrogationis, diſpenſationis, vel arbitramenti ab Epiſcopo faciendi juxta decretum Sacræ Congregat. citatum ſub Gregor. XV. Eſſe verò in uſu etiam in magnis civitatibus ſcripſere, *Confect. in lib. de privil. mendic. tit.* 3.

(a) Deciſ. 450. p. 5. l. 2. recent.

(b) Inter vjus Impreſſ. deciſ. 847.

tit.3.cap.3.& Companil.diverſ.Jur.Can.rubr.12 cap.13.n.18. verſ. Sorbus autem, & verbo attamen: & dixit *Rota cit.deciſ.327.n.5. coram Ruyas n.5.*in qua *n.9.*cunctis locis prodeſſe firmatur.

Alia Eccleſiarum diſtantia, quam olim fas
17 non erat tranſilire, & modo vacuum hunc tractatus locum nequaquam vult relinquere, illa erat, ex Immunitatis educta privilegio, 40. ſcilicet paſſuum pro Cathedrali Eccleſia, cui maximus honos debetur, 30. verò pro aliis, *ut in cap.ſicut antiquitus 17.q.4 cap.definivit ead. cauſ.& quæſt.* docentque *Covarruv. lib. 2. var. reſolut.cap.20.Navarr.cap.55. n.18.c.t. à P. D. Thom.Del Bene tom.2.de Immun.Eccleſ. cap.16. dub.11.ſect.8. n.2.* Qui paſſus ab oſtio ſeu muro Eccleſiæ, aut cœmeterio, ſi adfuiſſet, erant numerandi, ut ſcribunt *Decian.in tract. crim. lib. 9.cap.22.& Farinacc.in append.Immun. cap.18. n.285.& 286.* Verùm ſpectata nimia Eccleſiarum frequentia (& fortaſſe impiorum quoque hominum exuberantia, quibus non ita facilitèr eſt indulgendum) privilegium prædictum ad Eccleſias extra murorum ambitum coarctatum fuit; quod colligitur *ex cap.quiſquis 17.quæſt. 4. & innuit. gloſſ.in cap. ſicut antiquitùs verb. paſſus etiam 17.quæſt.4* Deinde verò ad cœmeterii tantùm ambitus ab Epiſcopo deputatos ex *Navarr.ubi proxime*; cujus fundamentis inquit *Sanchez lib.5.conſil.moral.cap.1.dub.7.*cœmeterium, clauſtrum & pavimentum cum Eccleſiæ porticu gaudere immunitate, etiam ſi ſpatium 30. paſſuum limites excedat. Hodie verò prædictæ diſtantiæ non ſunt uſu receptæ, ideoque intra illos paſſus immunitas minimè proficit. Sic *DD.* quamplures teſtantur, nec non de variis provinciis exempla referunt apud *Cortiada tom.2.deciſ.47.n.5.& dec.63.n.15.& ſeqq.* Quare prudenter equidem & acute ſcribit *P. Del Bene ubi ſupra n.17.*hujuſmodi privilegium ſibi videri ſervandum ſaltem quo ad adhærentiam parietibus Eccleſiæ, eo quia immunitatis beneficia non modo reſtringenda non ſint, ſed potiùs amplianda, & in dubio favendum ſit reo. Notatque *Cortiada dec.58.n.15.* quod cœmeteria intra limites tantùm, in quibus conſtituta ſunt, fruuntur: non verò extra per duos adhuc paſſus poſt ſcalas, januam, & parietem: quam ſententiam ad unguem ſequitur *Francſ. in tract.de Competent. juriſd. inter Curias quæſt.76.n.15.& 16.*

Quod ſi etiam lubeat eruditionis gratia Eccleſiarum fores tranſgredi, priſca in mentem
18 venit fidelium conſuetudo, à ſuperioribus etiam deducta, maxima equidem digna commendatione, qua fœminis, & viris cum quadam diſtantiæ forma diverſus erat locus delectus, ne mutua eorum proximitas, animos à piis meditationibus ſacriſque miniſteriis averteret: qua de cauſa oſtia quoque ad ingreſſum utrique ſexui erant peculiaria: ſcribit enim *Romanus Clemens conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap 61.* in Eccleſia mulieres à viris invicem diſtinguendas, qua ratione utriſque peculiaris pateret porta, ad quarum alteram cuſtodiendam Diacono pro virorum introitu, ad alteram Diaconiſſæ pro ingreſſu fœminarum. Clare *Procop.* etiam *de ædific.Juſtin. Imperat. lib. 2. ſunt duæ utrinque porticus, quas faſtigiata teſtudo, & aurum venuſtant: harum una viros orantes, altera mulieres admittit, alias nulla re differentes.* Immò populus quoque à Sacerdotibus diſtabat, quemadmodum olim in Hieroſolymitano templo, ubi & nuptæ à virginibus ſejungebantur, ut poſt *Philon.lib.de vita contempl. & Joſeph. belli Judaici lib.6. cap.6.* ubi hæc habet: *neceſſariò namque proprius locus Religionis cauſa mulieribus deſtinatus, muro diſcernebatur, altera quoque porta fuiſſe videbatur contra primam: verò ſecreta erat; ex aliis regionibus una porta meridiana, & una ſeptentrionalis, quibus ad mulieres introibatur, per alias enim tranſire ad mulieres non licebat, ſed nec ſuam portam interjecto muro tranſgredi licebat, patebat enim locus ille pariter indigenis & hoſpitibus fœminis Religionis cauſa venientibus.* Probat concludenter vir ſanctitate ac doctrina æquè venerabilis *Cardin. Baronius ad ann. Chriſt.57. annal.tom.1.* Immò ſeorſum à mulieribus, more Judaico, ad Paſchæ ſolemnitatem viros ambulaſſe dicunt *Beda & Lyran.in gloſſ. ordin.ad 2.Lucæ*: 43. Ab ingreſſu vero Eccle-
19 ſiæ ad diſtantiam coactos perpetuam hæreticos recidivos refert *Spondan. ad ann. Chriſti 427.* temporaneam autem lugentes, de quibus ſic *Philo in de Moſis vita 3. luctus in cognatorum obitu dolor neceſſarius; attamen ad certum tempus à templo arcentur lugentes, quo non patet aditus niſi immunibus ab omni inquinamento, tum fortuito, tum voluntario*: & quodammodo pauperes, ut ſtarent in porticu, quibus nefas erat in Eccleſiam ingredi ad ſtipem captandam, *D.Lucæ teſtimonia, aliiſque auctorit. Id. Baron. aſtruit loco jam cit.* Utinã hodie ita uſitaretur, quamplures certè culpoſi pauperes, nimia pios fideles moleſtia in eorum precibus non vexarent. Verùm ne à via nimis deflectatur, dico & ad nonnulla ſacra loca, ubi ad inſignes reliquias colendas maximus jampridem erat populi conſenſus, ex vetuſtiſſima traditione fœminis tranſitum fuiſſe indictum: ut ſacræ cappellæ, quam
20 Romæ *Sancta Sanctorum* appellant, qua ſanctiorem in urbe locum non eſſe fertur, ibi enim & hodie mulieres perpetuò ingredi non poſſunt; in aliam verò, quam *Sacræ Columnæ* cappellam vocant, in Divæ Praxedis Eccleſia, & *Sanctæ Helenæ* in illa *Sanctæ Crucis in Hieruſalem in Urbe*, paucis vicibus in ſingulos annos ingreſſus permittitur.

Sed non modo hanc ſexuum diſtantiam in Eccleſiis olim reperio conſtitutam, verum &
21 aliam inter clericos & laicos, loco ſcilicet cancellis circumſepto veliſque obducto, ubi in altari panis conſecrabatur, iiſque apertis populo deinde oſtendebatur: quo, exceptis clericis, neminem de populo nec virum nec mulierem licitum erat accedere, ideoquè iſti ob reverentiam ab illo quodammodo etiam compellebantur diſtare. In hoc autem maximus fuit conſenſus utriuſque Eccleſiæ, Græcæ ſcilicet, ac Latinæ, quia fortaſſe pluribus de cauſis, quas hic recitare non oportet, laicos à clericis dirimendos eſſe oſtenderet, & mundi hujus caduci, ac perituri ab alio certo & ſempiterno diſtinctionem ſignificarent. De Latinis hoc patet ex *Synodo Turonenſi 2.can.2.de vit. & honeſt. cleric.* ibi: *ſed pars illa, quæ à cancellis verſus altare dividitur, choris canentium pateat clericorum* Hinc *Theodoret.in Hiſt.Tripart. c.30.* hanc locorum differentiam edocet, dum de pœniten-

tia

tia Theodoſii meminit, quem Ambroſius conſtanter noluit cancellos ingredi. De Græcis eſt *S. Dionyſ. Areop.* teſtimonium *cap. 3. Eccleſ. Hierarch.* ubi prædictum locum, *Sancta Sanctorum* appellat. Item aliud *Jo. Chryſoſt. homil. 61. ad Pop. Antioch.* ubi ait: *cum velo videris retrahi, tunc ſuperne cælum aperiri cogita, & deſcendere Angelos.* Pluries etiam de hac diſtantia ſacri canones loquuntur: & præcipuè *in ſynod. Laodicenſ. can. 19.* ubi legitur: *ſolis miniſtris altaris liceat ingredi altare, & ibidem communicare; & can. 44 non oportet mulieres ingredi ad altare.* Item in *ſyn. 6. can. 69. nulli hominum liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra ſacrum altare ingredi.* Quæ pluribus additis refert *Corteſ. Brana in opuſc. de Græcæ & Latinæ Miſſæ conſenſu pag. 14.* Porro in Græcorum Eccleſiis hujuſmodi cancellorum circumductio huc uſque viſitur: verùm apud Latinos jam obſolevit; Unde hos merito *Balſamon* Græcus Interpres reprehenderet, dum laici non ſolum, ſed & mulieres abſque pudore ullo, & rationabilem diſtantiam flocci facientes, altare ſacrum ingrediuntur, & ſæpe iis, qui ſacrificium offerunt, præſentibus ſedent, quemadmodum ipſe olim increpavit, *ad can. 44. ſynod. Laod. & 69. ſynod. 6.* Veruntamen imbecillum hunc ſexum ne indefenſum damnemus, illuc tranſmeare dicimus audiviſſe conſuetum, ut ab improba ac nimis frequenti virorum licentia, qui foveam ad animæ lapſum videntur quærere, conſulto atque callide aufugiant.

De proceſſionibus, quibus ab Eccleſia fideles ad Divinam expetendam opem foris pro-
22 grediuntur, multa poſſumus adnotare; ſed brevitatis gratia dicere ſufficiat, quod per Eccleſiæ campos faciendæ non ſunt, verum intra ejuſdem ſepta ex *Concil. Colon. 2. p. 9. cap. 2. & Colon. 3. tit. Cenſura cap. 25.* Quod tamen minimè intelligitur juxta terminos ambitus, quemadmodum olim ad 30. vel 40. paſſus cauſa immunitatis: in qua ſententia notantur *Graſſis conſ. 20. de Regul. & Portel. in dub. regul. verbo proceſſio.* Verum ſtrictè, ut duci poſſint intra Monaſterii clauſtra, ſi adſint, vel ubi non ſunt, prope Eccleſiæ muros, exeundo ſcilicèt ab una porta, & per aliam intrando abſquè ulla ab Eccleſiæ parietibus elongatione, niſi contraria obſtet conſuetudo, vel privilegium, ſeu Parochi adſit licentia. Egregie declarat *P. Paulus Maria Quarti in tract. inſcript. Biga ætherea rapiens in cælum animos, ſeu de Proceſſionib. punt. 1. quæſt. 5.*

23 Expedita univerſa diſtantiæ Eccleſiarum materia, reliquum eſt, ut ſummatim de caſu domorum venditionis agamus, (quæ quandoque requiritur in Eccleſiarum diſtantia, unde huic membro exquiſite adjungitur), ad quam coguntur vicini ſæpiſſime, etiam ſi de jure ex univerſali concluſione ad id nemo teneatur, *tex. in l. invitum C. de contrah. empt. l. nec emere C. de jur. delib.* latiſſimè *Giurba decif. Sicil. 86. in princ. & Gaſ. Carena reſolut. 2. art. 1.* Quia hoc fallit publicæ utilitatis favore, puta pro Eccleſia amplianda vel reſtauranda; Item pro clauſtro, Monaſterio, Viridario, & Scholis erigendis: Immò pro amplianda via ad Populi recreationem, & platea facienda vel extendenda ante fores Eccleſiæ. *Giurba d. decif. Grat. diſc. for. cap. 896. num. 27.* Optimè *Ant. Merenda in ſuis controver. jur. lib. 1. cap. 30. Rota decif. 213. num. 5. p. 1. rec.* & noviſſime *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 10. num. 150. cum plurib. ſeqq.* Et pro ampliando palatio Principis. *Carena d. reſolut. Fritſchius de palat. Princip. & Franceſ. ibid.* In eo tamen caſu non ſufficit quæcumque diſtantia, unde nec ſatis eſt contiguitas, neque domorum electio ab ædificantium voluntate pendere valet; Et cum Rota *decif. 676. ex nu. 4. ad 7. & d. decif. 213. num. fin. p. 3. rec.* dixerit viciniores domos deſtrui debere; Alii vero privilegium hoc vigere, etiam ſi inter domum & Eccleſiam media exiſtat, via, inter quos citantur *Padilla in l. altius num. 19. verſ. neque juris C. de ſervit. & aqua. Vinc. de Franch. decif. 223. n. 3. & Rota in rec. d. decif. 213. num. 5.* Cenſemus etiam in hoc plurimum deferendum eſſe Judicis arbitrio, qui ſpectata facie loci, & conſideratis circumſtantiis, juxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, deſignet, quæ domus ſit vendenda, Et hoc debet fieri juſto ſemper ſoluto pretio, adeunte neceſſitate, præciſo vicini damno, & ut domus vendenda pro eo tantum fine inſerviat, pro quo emitur; aliàs neſas erit id petere *ad tex. in l. ſi quis ſepulchrum verſ. ſi Præſes ff. de Relig. & ſumpt. funer. lib. 1. §. ſunt qui petant ff. ne quid in loco publ. Grat. & Franceſ. loc. dd.*

ADNOTATIO.

Facultas impertiendi licentiam pro erectione
novorum Monaſteriorum, & Conventuum
24 fuit primitus per Bonifacium VIII. Sedi Apoſtolicæ reſervata *in Cap. 1. de exceſſibus Prælatorum*, ubi Religioſis Mendicantibus interdicitur, ne loca quæcumque de novo recipere; ſeù hactenus recepta mutare præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali.

Poſtquam verò fuit publicatum Concilium Tridentinum *cap. 3. de regular. & Monialib. ſeſſ. 25. in fine*; ubi demandat, ne de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cujus Diæceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta; Nata eſt quæſtio inter Doctores, utrum dicta ſola licen-
25 tia ſufficeret abſque Apoſtolico Beneplacito; ſtantibus multis pro affirmativa, præſertim Theologis, & Moralibus; pluribus verò, præcipuè Canoniſtis negativam tuentibus, & firmites aſſerentibus Apoſtolicum Beneplacitum una cum Ordinarii conſenſu copulativè requiri. Quæ ſententia probabilior exiſtimata fuit, Teſte *Card. de Luc. de Regularib. diſc. 29. num. 8. & 9.*

Licet autem tunc temporis dicta opinio non requirendi Apoſtolicum Beneplacitum & favens Ordinariis, eſſet fortaſſe probabilis, attamen facultates eorumdem Ordinariorum reſtrictæ fuerunt per Clementem VIII. in ſua Conſtitutione, ſeù Decreto *Quoniam ad inſtitutam Bullar. nov. 99.* ubi voluit non poſſe per Ordinarios concedi licentiam, niſi vocatis Procura-
26 toribus Conventuum in iiſdem locis præexiſtentium, & poſtquam cauſa cognita conſtitiſſet, ex nova erectione nullum antiquioribus Conventibus præjudicium irrogari.

Quia tamen Decretum prædictum non omnimodè ſervabatur, ideò Gregorius XV. in ſuo Decreto *Cum alias 31.* Clementinum confirmando, & ampliando declaravit, ultra alia,
27 debere requiri conſenſum Conventuum præexiſtentium non ſolum in locis, ubi nova ere-

ɛ̃tio fiari prætenditur, ſed etiam in circumvici-
nis per quatuor millia paſſuum.

Et quoniam tempore Urbani VIII. Regula-
res multa privilegia obtinebant ad evaden-
dam dd. Decretnium obſervantiam, idcircò
28 d. Pontifex in ſua *Conſtit.* 27. *Romanus Pon-
tifex cui*, omnia revocat, & vult ſervari for-
mam prædd. Decretorum. Cumque præd. Con-
ſtitutio ſit ampliſſima, & moveatur, etiam quia
regulares erigebant Monaſteria de ſola licentia
Ordinarii, idaò poſt Bullam præd. ceſſant
29 omnes quæſtiones ſuper impetratione Apoſto-
lici aſſenſus, quem eſſe omninn neceſſarium
firmat idem *Card. de Luc. de Regular. diſc.* 1. *nu.*
67. *& ſeqq. & diſc.* 29. *num.* 10. ubi alii, *& diſc.*
30. *num* 3. *Monacell. Formul. Legal. tom.* 1. *tit.*
6. *formul.* 19. *num.* 31. & pleuè materia diſcuti-
tur in *Eyſtetten. Fundationis Hoſpitii* in. *Maii*
1726. *& Aprilis* 1728. *coram R.P.D. de Gama-
ches, per totas*, & præcipuè *in prima §. Contra-
rium*, ubi congeruntur plurimi videndi ad banc
materiam, quibus addo. *Fatinell. reſponſ.* 43.
tom. 1.

Decratum autem Clementis VIII. reſpectu
requiſitionis conſenſus vicinorum, videtur lo-
qui de ſolis Mendicantibus, Decrata verò tam
30 Gregorii XV. quam Urbani VIII. loquuntur
apertè de omnibus religionibus, ut conſtat ex
ipſorum lectura.

Verùm *Card. de Luc. d. diſc.* 1. *de Regular.
num.* 67. dicit quod oppoſitio Raligioſorum
unius loci, ne fiat erectio in altaro contigun
poteſt fieri ſolùm per Religiones Mendicantes,
per veritatem, non autem per fictionem ſeu
privilegium, quia nempe ax actuali diurna
oſtiaria mendicitate omninò vivant; ſive atiam
ubi bonorum, ac reddituum capaces, eis ta-
31 men non ſufficienter provifis, pro conſuetu-
dine ex mendicitata victum in notabili parte
obtineant, tunc etenim ultra alia requiſita, quæ
aſſumptum noſtrum non reſpiciunt, requiritur
etiam conſenſus Raligioſorum habentium
Conventus, vel domos in aliis locis adjacenti-
bus intra ſpatium quatuor milliarium, idque
rationa præjudicii, quod ita eis infertur ſuper
32 quæſtuatione, ac eleæmoſynis, aliiſque obla-
tionibus, & emolumentis.

Quatuor milliarium prædd. menſuratio de-
33 bet incipere non à Conventu, ſed ab Oppido
in quo Conventus exiſtunt: & debet fieri, ſi po-
teſt, non per aerem, neq; recta via per Campos,
34 ſiva per Sentos, ac Semitas parùm uſitatas,
ſed per vias publicas magis frequentari ſolitas;
35 debentque milliaria prædd. ubique intelligi
more Romano de *Luc. de Regular. d. diſc.* 1. *nu.*
71. *& diſc.* 29. *&* 31. *per tot.* ubi in fina habe-
tur mentio *noſtri Authoris* tamquam ſtudioſi
Juvenis Romani.

Super hoc habui de facto quæſtionem in Sac.
Congregatione Epiſcoporum, & Regularium
occaſione petitionis Beneplaciti Apoſtolici in-
ter PP. Cappuccinos, & PP. Auguſtinianos
Oppidi Tortula Calaritanæ Diœceſis, in qua
cauſa omiſſis ad rem non facientibus, ſcripſi
ut infra.

Calaritana Fundationis Conventus.

Eme, & Rme Dñe. PAtres Auguſtiniani Ad-
verſarii audiendi non
ſunt, quia in noſtra fundatione concurrunt
omnia requiſita, quæ in ſimilibus per Apoſto-
36 licas Conſtitutiones demandantur; licentia
nimirum Ordinarii Loci; ſecundò, approba-
tio Parochi; tertiò, Populi acclamatio; quar-
tò, deficientia præjudicii aliorum Regularium;
quibus concurrentibus Apoſtolicum Benepla-
citum denegari non debet, *Ventrigl. in prax.
part.* 1. *§.* 18. *de novis Monaſteriis ædificandis
per tot., Carol. Anton. de Luc. in addit. ad Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 4. *cap.* 1. *à n.* 159., *An-
ſald. in addit. ad deciſ.* 68. *num.* 89. *Card. de Luc.
de Regular. diſc.* 31. *num.* 16. *in fin.*

Quod enim ſpectat ad primum requiſitum,
licenriam ſcilicèt Ordinarii Loci, in quo Con-
ventus fundari debeat, babemus Relationem
ejuſdem Ordinarii, de qua *in Summar. num.* 5.
ubi loculentiſſimum perhibetur Teſtimonium,
quod ex ipſius Conventus fundatione uberri-
mi fructus, nedùm in noſtro Oppido, ſed etiam
in finitimis Pagis honeſtatis, ac Chriſtianæ
pietatis prò certo ſperari poterunt, nullumque
inconveniens, aut præjudicium indè poterit
37 raſultare, *ut in Summario dicto n.* 5. cui atte-
ſtationi Ordinarii Loci plurimum in propoſito
deferendum eſſe monent *Urſaya diſcept. Eccleſ.*
9. *num.* 7. *tom.* 2. *part.* 2. *& diſcept. Eccleſ.* 1. *§.* 12.
num. 10. *tom.* 3. *par.* 2. *& diſcept.* 5. *num.* 99. *d. tom.*
3. *d. part.* 2.

Concurrit ulteriùs alterum requiſitum con-
ſanſus Parochi, & aliorum Clericorum Sæcu-
larium ejuſdam Loci, ut apparet ex *Summa-
rio num.* 4. *lit. A.*, ibi: *Primo vota il Molto Rev.
Domenico Cabras Rettore della Parrocbiale,
& altre Chieſe di queſta Villa afferma, che vuo-
le detta Fondazione di detto nuovo Convento de'
Cappuccini*:, & rurſùs, ibi: *Il Molto Rev. Do-
menico Cabras offeriſce per la Fondazione del
nuovo Convento delli Cappuccini ſcudi* 50.:
eumdemque ſenſum, tam circa approbationem,
quàm circà eleæmoſynarum oblationes habue-
runt alii Curati, & Eccleſiaſtici ejuſdem Oppi-
di *Summaria dicto num.* 4. *litt. B.*

De Populi acclamatione non reperietur for-
taſſe aliud exemplum ſimile, ſeù æquale in qua-
vis Conventuum Fundatione: Videmus enim,
quod ſpirituali quodã certamine omnes Homi-
nes Incolæ, & Accolæ Oppidi ſtuduerunt huic
novæ erectioni favera, nam ultrà Conciliarem
approbationem unanimi, & univerſali ejuſdem
Populi conſenſu roboratam, & conceſſionem
publici ſitus prò Conventus, & Eccleſiæ con-
ſtructione factam in Conſilio, quod totum po-
38 pulum repræſentat, ut omiſſis generalibus, in
noſtris terminis advertit *Fatin. reſp.* 42. *n.* 1 a 10. 1.
privati etiam homines ſeſe uti ſingulos ſpontè
obligavarunt partim pecunia, partim laboribus,
partim bonis pium opus promovere, ſuamque
fidem obſtrinxerunt ſuper eleæmoſynis in di-
ctos Patres Cappuccinos conferendis, *ut in
Summario dicto num.* 4. & modò idem Populus
inſtat in eadem Sac. Congregatione pro Bene-
placito Apoſtolico, cujus enixæ Inſtantiæ ſo-
39 lent haberi per hanc Sac. Congregationam in
magna conſideratione, ex animadverſis per *Fa-
tinell. de reſponſ.* 42. *num.* 12. *in fine §. Ad hæc, &
per Anſald. in addit. ad deciſ.* 78. *num.* 89.

Difficultas igitur videtur poſſe reſtringi ad
conſenſum Religioſorum habentium præcedan-
ter fundatos proprios Conventus, quod una
cum præcedentibus requiſitis neceſſarium eſſe

tepu;

reputatur; Verùm in hoc eſt reflectendum,
40 quod Conſtitutiones Apoſtolicæ eundem conſenſum non requirunt prò forma, ſed permittunt novas Erectiones dummodò Religioſi *In illis per quatuor millia paſſuum circumvicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali Erectioni conſenſerint, VEL ALIAS Ordinariis locorum conſtiterit Religioſos Conventus ſic erigendi abſque detrimento Religioſorum in Monaſteriis antea in Civitatibus, ſeù locis hujuſmodi erectis degentium in numero duodecim commodè, & congruè manutaneri, & ali poſſe* ; ut ex *dicta Bulla Gregoriana* 31.*dicto* §.3. per quæ verba prænotata, manifeſtum fit Summum Pontificem duo alternativè circa hoc voluiſſe, nimirùm, aut conſenſum eorumdem Religioſorum anteriorum in Erectione, aut eo non accedente, indulſiſſe, ut facultas novorum conſtruendorum etiam abſque ipſo conſenſu concedi poſſet, dummodò Locorum Ordinariis, aliàs conſtaret, recentiorem Conventum abſque antiquioris præjudicio conſtrui poſſe, & in præſcripto competenti Religioſorum numero decenter conſervari, ut perbellè dictam Conſtitutionem explicat *Pignatell. conſul.*179. *tom.*1. *juxtà Venetam impreſſ n.*29.ibi: *Quod ſi Ordinariis conſtiterit novos Conventus erigendos commodè, & ſinè aliorum detrimento poſſe ſubſtentari, impertiri valeant licentiam, quantumvis alii diſſentiant, ut in Bulla Gregorii XV* §. 2. *Illa enim dictio ALIAS denotat caſum diverſum à primo, quod*
41 *pariter importat dictio VEL, quæ inducit alternativam, ita ut ſufficiat, vel conſenſus aliorum Regularium, vel quod Epiſcopo conſtet de ſufficienti, & commoda ſubſtentatione, in quo manifeſtè patet, quod, conſtito de ſufficientia ſit in verbis permiſſa nova Monaſteriorum Erectio*, & conſentaneè firmant *Lezzan. in verb. Monaſteria n.*7. *Jo: Maria Novar. in prax. Jur. Pontific. concluſ.* 2. *aliàs* 12. *Ceſpedes de Exempt. Regular. cap. primo dub.*4. *n.*2. & *dub.*8. *n.*2.& 7., *Donat. in prax. Rer. Regular. part.*2. *tract.* 1. *quæſt.* 27. *n.*4. & *ſeqq. Paſqualig. ad Laurent. de Franch. tit. de Convent. nov. Fundat. quæſt.*4. *n.*419. & *ſeq.* quod antè eos dixerat *Rot. in Cæſaraugustana Domus coràm Manzaned. in Recen. part.*2. *deciſ.*745., & *deciſ.*657. *n.*3. *part.* 3. *relat. per Fattinell. reſponſ.*42. *n.*6. & 7.

Applicando præmiſſa ad præſentem hypotheſim, Hoſpitiùm Patrum Adverſariorum irrationabilitèr diſſenſum oſtendit; Nam pro eo, quod attinet ad præjudicium ipſius, nullum ex nova erectione poteſt reſultare, quia, ut ſupra notatum eſt, in eodem non degunt pluſquam quinque Religioſi, comprehenſis tribus Laicis *Summario num.*3. *litt.C.*, ad quorum manutentionem ſatis eſſe annuos introitus ad eoſdem ſpectanter unanimitèr deponunt quamplurimi Teſtes examinati ſuper articulis exhibitis ex parte Communitatis, quorum aliquorum dicta dantur in *Summario num.* 1., nec ad ſolam commodam dumtaxat ſubſtentationem prædictorum Religioſorum redditus præfati ſufficiunt, ſed cum etiam ſint ſuperflui, erogantur ab ipſis, tùm in plurium Cauum alimonia, tùm etiam in gubernandis equis ad equeſtria exercitia per Magiſtrum edoctis vulgò *de Cavallerizza*, tùm denique in aliis oblectamentis, ut apparet in *Summario dicto n.*3. *litt.D.*, adeòut ſi quando pro conſervatione privilegiorum ad mendicantes pertinentium in quærendis eleæmoſynis aliquis eorum Laicus interdum ambulans conſpiciatur, eleæmoſynæ ipſæ, vel in alias perſonas gratis ab Auguſtinianis diſtribuantur, vel etiam convento pretio vendantur, ut apparet ex dictis Teſtibus in Curia Eccleſiaſtica examinatis, & exhibitis originalitèr cum toto proceſſu in manibus Eminentiſſimi Domini Ponentis, qui teſtes in hac materia plenam faciunt
42 probationem, ut in terminis Conventus Cappuccinorum fundandi in Inſula Majoricen. docet *Fattinell. reſponſ.*42. in verb. per depoſitionem plurium Teſtium *Summ. d. n.*3.

Subintrante propterea vulgata Juris concluſione, quod privilegium ſe opponendi erectioni novorum Conventuum competit Religioſis Mendicantibus per veritatem, quia nempè actuali diurna Oſtiaria mendicitate omninò vivant, ſivè ſaltèm ex dicta mendicitate obtineant victum in notabili parte, non verò competit illis, qui redditibus ad ſufficientiam proviſi
43 ſunt, cum ceſſat in Ipſis ratio præjudicii, quod ex nova fundatione inferri poſſet ſuper quæſtuatione, ac eleæmoſynis, aliiſque oblationibus, & emolumentis, ut per totidem ferè verba concludit *Card. de Luc. de Regular. diſc.* 1 *n.*67.

Excluſo præjudicio Hoſpitii Adverſarii, facilius aſſequimur comprobationem congruæ manutentionis pro neceſſario numero Religioſorum in novum Conventum introducendorum: Nàm in Oppido Tortoly Capite totius Judicatus de Ulliaſtre omnia ad victum opportuna continentur non ſolùm, quæ ſuppetunt pro ipſomet Oppido, ſed etiam pro omnibus viginti duobus Villis, quæ totam Regionem, ſeù Judicatum componunt, & affluit omni genere negotiationis, & mercaturæ, *Summario dicto n.*1. *litt. E.* abundatque plurimis perſonis Nobilibus, & prædivitibus, quæ ad eleæmoſynas elargiendas adeò ſunt proclives, ut non tantum pauperibus Localibus eaſdem diſtribuant, ſed etiam Religioſis, qui illùc confluunt ad quæſtuandum ex ipſamet Civitate Calaritana, & a Mari de Ulliaſtre, dum tranſeunt ad dictum Oppidum di Tortoly pro conquirendis dd. eleæmoſynis, quæ tanta liberalitate fiunt, ut duo, vel tres Perſonæ dd. ſuis eleæmoſynis, quas erogare ſolent, capaces eſſent præſtandi abſque ullo incommodo neceſſariam ſubventionem novo Conventui erigendo PP. Cappuc-
44 cinorum *Summario dicto nu. primo litt. F.* Atquè ideò locum ſibi vindicat regula, quod quando opulentia Loci ſatis eſt ad omnium ſuſtentationem, tunc diſſenſus Regularium non attenditur, ut firmat *Lezzan. quæſt. Regular. verbo Monaſteria n.*7. *Donat. in prax. Rer. Regul. tom.*1. *par.* 2. *tract.*2. *quæſt.*17. *per tot, ubi pleniſſimè Ceſped. in Exempt. Regular. cap. primo dubio* 8. *n.*3.

Quæ tanto fortiùs admitti debent in noſtra hypotheſi, in qua agitur de fundando Conventu Pauperum Cappuccinorum, qui pauco, & rudi victu contenti (ut docet praxis univerſi Ordinis ſuper hanc ſtrictiſſimam Religionem) faciunt exulare quamcumque veriſimilitudinem, ut integrum Territorium 22. Villarum non ſit capax alendi paucos Religioſos ex ipſis Cappuccinis abſque detrimento Hoſpitii præ-
45 exiſtentis, ut in debilioribus terminis conſuluit *Fattinell. reſponſ.*42. *n.*9. ibi: *Incivilis, ne dicam fatua, eſt aſſertio, quod Civitas, &c. non*

habeat tot panis fruſta ſufficientia victui 12.
Cappuccinorum, quod ſummæ prudentiæ, & Re-
ligioni EE.PP.animadvertendum reverentè pro-
ponitur, ut indè cognoſcant contradictionem Mi-
noriſtarum ex non bona voluntate procedere.

Ceſſante igitur intereſſe dicti Hoſpitii Ad-
verſarii ex eo, quod nullum probetur obven-
turum eſſe damnum ſuis Religioſis, injuſtè, ac
irrationabiliter diſſentitur, ideò quatenùs eo-
rum conſenſus requireretur, prout non requiri-
tur per ſupradicta, poteſt Sacra Congregatio
eundem conſenſum ſupplere, ut per *Text. in*
leg. Si cum dotem §. Ea autem tempore ff. ſolut.
Matrim. docet *Alex.conſ.57.n.6. lib.2. Gregor.*
deciſ. 520. *n.*4. & in ſpecie advertunt *Lezzan.*
dicto verbo Monaſterio, & Caſped.de exempt.Re-
gular. cap. primo dub. 8. *n.* 3. & de praxi Sacræ
Congregationis teſtatur *Card.de Luc.* de *Regu-*
46 *lar.diſc.primo n* 70. ibi: *Hlerumque conſenſum*
ſupplere, quando ſcilicet juſta Cauſa ſuadeat,
quia nempè oppoſitio ex parum rationabili moti-
vo ſequatur, ſive etiam ubi juſtum habeat moti-
vum, adhuc tamen judicetur; quod præponde-
rent alia motiva, quæ novam fundationem exi-
gant.

Atque iſtiuſmodi ſuppletionem tanto fortiùs
concedendam eſſe credimus per EE. PP., quia
ex fundatione noſtri novi Conventus maxi-
mum Spirituale incrementum proveniet inha-
bitantibus totam Regionem, non ſolùm ab
optimo exemplo horum Religioſorum exactiſ-
ſimæ obſervantiæ, & ex prædicatione Verbi
Dei; ſed etiam ex aſſiſtentia Infirmis, & admi-
niſtratione Sacramentorum Euchariſtiæ, & Pæ-
nitentiæ, ad quam in illis partibus incumbere
ſolent, RR. PP. Cappuccini, non ſecùs, ac re-
liqui Eccleſiaſtici, unde quatenùs etiam ali-
quod præjudicium reſultaret antiquiori Con-
ventui, vel Hoſpitio, attamen habito reſpectu
47 ad augumentum Cultus Divini ex novo Pio
opere reſultans, Eccleſia antiqua læto animo
aliquod leve præjudicium ſupportare poteſt, ut
in ſpecie obſervavit *Card. de Luc. de Regular.*
*diſc.*31.*num.*16.ibi: *Et conſequentèr prorsùs im-*
probabile dicebam, ut ob adeò modicum remotum
intereſſe quæſtuationis Religioſorum, iſtius Po-
puli adeò neceſſarium publicum bonum negligi
deberet: Rot. *in Romana Oratorii* 26. *Junii*
1696. §. *In erectione coram Card. Priolo* ibi: *in*
erectione verò iſtarum Eccleſiarum pro juſta
cauſa conſideratur favor Pii Operis, & augu-
mentum Cultus Divini, in quorum gratiam
Eccleſia antiqua poteſt ſupportare aliquod præ-
judicium.

Univerſa itaque argumenta pro gratiæ con-
ceſſione inſimùl colligendo, videmus, quod Ad-
verſarii non habent in controverſo Loco ali-
quem formalem Conventum, ſed ſimplex Ho-
ſpitium, nec vivunt ex mendicitate, ſed ex
pinguibus redditibus, qui ad delicias uſque
ſufficiunt, & proindè ipſorum conſenſus non
eſt neceſſarius: Videmus inſuper, quod quate-
nùs requireretur, ſupplendus eſſet per Sacram
Congregationem, quia ex introductione pau-
perum Cappuccinorum in Regionem prædivi-
tem, & Populo refertam nullum præjudicium
irrogatur PP. Adverſariis, & quatenùs aliquod
irrogaretur, non eſſet comparandum cum Spi-
ritualibus uberrimis fructibus proventuris in
omnes Villas de Ulliaſtre, de quibus teſtatur
Ordinarius, & quos confidunt percipere Paro-
chi, cæterique Clerici, & Populus Oppidi
Tortoly, qui omnes, dictam fundationem una-
nimi conſenſu decreverunt, & labore, impen-
ſiſque promoturos eſſe polliciti ſunt, pro qua
fundatione una cum PP. Cappuccinis humilli-
mas EE.VV. preces iterum porrigunt.

Quare &c.

Prædd. omnia procedunt inter Religioſos,
qui ſint in diverſo loco; quo verò ad Religio-
ſos in eadem Civitate, ſivè in eodem loco exi-
ſtentes adeſt ſpecialis Conſtitutio Clementis
IV. enunciata à noſtro Authore *num.* 10. con-
cedens Patribus Minoribus, ne prope ipſorum
48 Eccleſias ab aliis Regularibus in paupertate
fundatis conſtruatur Eccleſia, Oratorium, vel
Monaſterium, intra ſpatium tercentum canna-
49 rum, quod privilegium fuit poſtea redactum
ad cannas centum quadraginta. Super qua
Conſtitutione, omnia, quæ ad noſtram diſtan-
tiarum materiam faciunt, diligentiſſime enu-
cleavit *Emus D.Card.Petr. add. Conſtit.*7. *Clem.*
*IV.*10.3. *fol.*421. *& plurib.ſeqq.* omninò videun-
dus, ubi allegantur Authores, & Deciſiones
Rotales ad rem facientes; & enunciatur gau-
dere hoc privilegio Minores, Theatinos, Car-
50 thuſianos, PP. Congregationis Oratorii, Domi-
nicanos, Auguſtinianos, Carmelitas, Diſcalcea-
tos, omnes Mendicantes, & PP. Societatis Jeſu,
qui etiam ulterius habent privilegium con-
51 ſtruendi ſuas Eccleſias non relicto d. ſpatio; Et
nonnulla alia particularia ſuper hoc privilegia
recenſantur ibidem à præd. doctiſſimo Authore,
cui nihil addendum ſupereſt, niſi duabus con-
cluſionibus, quas firmat; quarum altera eſt, *nu.*
18.*in fin.ver. ſi verò agatur*, quod, ſi agatur de
52 domo conducta ad inſtar Hoſpitii, tunc non
habent locum prædd. privilegia 140. cannarum
ſuper qua concluſione videnda eſt *Rota in d.*
Yſtetten. fundationis Hoſpitii 10. *Maii* 1726.
§. *Reſpectu verò cor. R. P. D. de Gamaches*, ubi
dicitur, quod Hoſpitium debet deſervire tan-
tummodò pro recipiendis Religioſis itineranti-
53 bus, nulla debet ibi ſervari forma Regularis, &
erigi tantummodo Oratorium internum, non
autem Oratorium formale cum Janua in via
publica, nec debent ibi adminiſtrari Sacramen-
ta, nec haberi publicæ conciones, nec tumulari
cadavera, nec retineri Campana, aut aliquod
Signum, quod vero Conventui adaptetur. Qua-
propter etiamſi juxta morem Regionis hujuſ-
modi Religioſa loca denominentur Hoſpitia,
non ideò tamen exempta ſunt à diſpoſitione
juris, & ſanctione Apoſtolicarum Conſtitutio-
54 num demandantium obſervantiam debitorum
requiſitorum in conſtructione Conventuum, ut
tradunt plena manu congeſti in *d. Eſtetten.*
fundationis Hoſpitii 10. *Maii* 1726. §. *nec adver-*
ſis cum duob.ſeq.cor.R.P.D.de Gamaches.

Altera concluſio, quam firmat præcitatus
Eminentiſſimus Doctor, eſt *ſub n.*19. *verſic.du-*
*bitaré, & n.*20. ubi tradit, quod ſuppoſita ere-
ctione legitimè facta, parùm refert, quod poſtea
55 dilatetur fabrica, ſuper qua concluſione adeſt
plena deciſio in *Neapolitana Fabricæ* 22. *Junii*
1708. *impreſſ.cor.Emo Falconer.dec.*2.*per tot.tit.*
35.*de ſervitut.*3.

Abſoluto tractatu diſtantiæ inter Cænobia,
tranſit *Pacichel.n.*7. ad diſtantiam præſcriptam
à jure pro ambitu Eccleſiaſticæ Immunitatis,
qua

qua deſuper re videnda *Additio bo: me: de Zau-*
lis ad ſtat.Faventin.Rubrica 30.*lib*.5.ubi quod
56 menſuratio, an quis captus fuerit intra trigin-
ta paſſus ab Eccleſiis Rurali, facienda eſt ab illa
parte muri Eccleſiæ, quæ reſpicit locum captu-
ræ, ſecundum veriorem opinionem, quam re-
fert & ſequitur *Raynaldus in ſupplem. ad ejus*
*obſervation.ad cap.*1. *ſuppl.* 7. *n.*17. *cum ſeq.* Et
in iſta diſtantia 30. paſſuum connumeratur
57 etiam via publica intermedia, adeoùt, ſi in ea
captus fuerit aliquis,debeat ibidem reſtitui,tan-
quàm gaudens Eccleſiaſtica Immunitata, ut
reſpondit Sac. Congregatio Immunitatis in
quadam cauſa *Tiburtina* relat.in *d.addit.ad ru-*
*br.*30.*lib*.5.*a*.6. *ad ſtat. Favent. to*.2. quod am-
pliatur, etiamſi reus ibidem ſteterit, non tan-
58 quam in loco confugii, ſed tanquam negotia-
tor occaſione Mercatus aut nundinarum, juxta
reſolutionem ejuſdem Sac. Congregationis in
cauſa *Verulana* relat.*ab eod.Zaulo Rubr*.30. *n*.
56. *uſq.ad n*.59. Quibus poſitis Sac. Congrega-
tionis Immunitatis reſolutionibus, relinquo
cogitandum ſuper opinione noſtri Authoris,de
qua *d.n*.15. *verſ. hodie verò*, ubi quod etiam in
Eccleſiis Ruralibus (nàm in Eccleſiis poſitis in
59 Caſtellis, vel Urbibus certum eſt d. ambitum
30. paſſuum non gaudere Immunitate, quia à
communi conſuetudine ſublatus eſt, quàm opi-
60 nionem refert etiam Eminentiſs. Lambertinus
in ſuo diſcurſu impreſſ. In addit. ad eundem
Zaul.*ad ſtat.Faventin.d.Rubr*.30. *lib*.5.*n*.52.&
61 53. ubi aſſerit,quod ad ſummum eadem Immu-
nitas admitti poteſt, ubi adhuc viget conſue-
tudo favens d.Immunitati.

Ad *n*. 21. in quo noſter Author dicit adeſſe
conſtitutam diſtantiam inter Clericos, & Lai-
cos occaſione ingreſſus, & permanentiæ in Ec-
cleſiis, non eſt omittendum, quod in Concilio
Romano celebrato ſub SS. D. BENEDICTO
62 PP. XIII. Laici Divinorum Officiorum tem-
pore in Eccleſiis etiam Regularium intra Preſ-
byteriorum, & Altarium ſepta ingredi, ibique
manere ſub interdicti pœna Romano Pontifici
reſervata prohibentur, & mandatur, ut ſedes,
ſcamma,& genuflexoria pro Laicis illinc omni-
nò removeantur *tit*. 28. *cap*. 4. ubi indicantur
Decreta Sac. Rit. Congr. quæ per extenſum
apponuntur in fine ejuſdem Concilii in *Appen-*
dic.cap.26.*pag*.285.

De proceſſionibus, de quibus nonnihil tan-
git *Pacichell. n.* 22. dicendum occurrit; quod
63 obligatio ad ipſas accedendi apertè injungitur
in diſpoſitione *Sac.Concilii Tridentini ſeſſ*. 25.
cap. 13. *de Regular.* qua demandatur omnibus
exemptis tam Clericis Sæcularibus, quàm Re-
gularibus, ut ad publicas Proceſſiones acce-
64 dant, & ad id per Epiſcopos compelli, ac con-
ſentaneè firmant *Barboſ. ibid. n.*17.& 18. & *de*
*Poteſtat. Epiſcop.p.*3. *alleg*.78.*n*.8. & *ſeq. Fa-*
gnan. in cap. nimis prava n.50. *de exceſſ. Franc.*
Leo in Theſaur. For.Eccleſ. p.1.*cap*.8.*n*.57. Ex-
cuſantur tamen ab hujuſmodi acceſſu ad Pro-
65 ceſſiones illi, qui ſunt diſtantes ab Urbe per
dimidium milliare, *Barboſ. ad Sac.Conc. Trid.*
ſeſſ.25.*d.cap*.13.*n*.20. *Tamburin. de Jure Abbat.*
tom.1.*diſp*. 24.*quæſt*.8.*n*.4. *Ricc.in prax. for.Ec-*
cleſiaſt.p.1. *reſolut*.308. *n*.3. *Lara de Anniverſ.*
cap.24.*n*.15. Et menſuratio ad effectum præ-
dictum fieri debet per viam publicam, *Rot. de-*
ciſ.253. *num*.8. *coram cl.me.Card.Caprar*.viden-
da per totam.

Addendum ſupereſt circa Proceſſiones, quod
S.Pius V. conceſſit Religioni Ordinis Prædica-
torum jus faciendi Proceſſionem Dominica in-
66 fra octavam Corporis Chriſti, illamque diri-
gendi per vicos, & plateas illius loci, in quo
ejuſdem Religionis Domus exiſterent, vel in
futurum ædificari contingeret; Quod Privile-
67 gium confirmatum fuit à Clemente VIII. nec
amittitur per non uſum alicujus Domus iſtius
Religionis. Parochus tamen haud impediri
debet, quin intra limites propriæ Juriſdictio-
nis peragat etiam ipſe Proceſſionem; debet au-
68 tem eam ducere vel mane, vel in Veſperis
tempore diſtincto à dd.Religioſis, & ad ipſum
ſpectat electio. *Rota in Neapolitana Proceſſio-*
nis 22. *Junii* 1707. *per tot.coram Omaña.*

Poſtremo loco *nu*.23. ſuperius agitur de coa-
ctiva venditione facienda favore Eccleſiæ pro
ipſa amplianda, vel inſtauranda, circa quod,
69 rem funditùs examinatam videre poſſumus *in*
Romana retractus 27.*Junii* 1707. *coram eodem*
Omaña, ubi plures authores, & Rotæ Deciſio-
nes allegantur, & explicantur.

MEMBRUM TERTIUM

Tabernarum ſeu Apothecarum quidditas ac diſtantia deſcribitur. In nundinis utrum hæc ſervanda ſit diſſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Janua quatenus in publico aperienda.*
2 *Præcipuè olim de Republ.benemeritis.*
3 *Tabernæ quid ſint, atque earum ſynonima, & ſpecies apud Romanos n.*4.
5 *Earum differentia ab apothecis, ubi & de officinis n*.6.
7 *Cuique generaliter eſt licitum vendere ubicumque.*
8 *Sed diſtantia alicubi eſt ſervanda.*
9 *Maximè in locis Nundinarum.*
10 *Bononienſe ſtatutum de Apothecarum diſtantiis.*
11 *Ejus ratio quæ ſit.*
12 *Quod comprehendat; minimè de plateis intelligi.*
13 *Statutum laicale Eccleſiaſticos non ligat.*
14 *Menſura deſumenda eſt à raſtris & ſcamnis.*
15 *Hujus diſtantiæ rationes & n. ſeq.*
17 *Dictio juxta totum comprehendit, & hoc partes.*
18 *Poſtbi cujuſdam voti parva ſubſiſtentia.*
19 *Conſuetudo ſtante ratione non prodeſt.*
20 *Ad illam judicio obtenta requiruntur.*
21 *In Urbe ſtatutum vigens pro conficientibus vermicellos, ubi de ejus uſu.*
22 *Statutorum non uſus qualiter probandus.*
23 *Derogari quomodo valeat ſtatutis.*
24 *Exercentes duas artes utriuſque earum ſubſunt ſtatutis.*
25 *Artifices poſſunt ſub ſuo ſtillicidio retinere venales ſuas merces.*
26 *Amplia etiamſi alteri fuerit conceſſum privilegium, ne merces vendantur abſque ejus licentia.*
27 *Declara primò, quando res venales non ſunt diverſi generis ab exercitio dd. Artificum.*
28 *Declara ſecundo, dummodò non agatur de via anguſta, quæ per retentionem dd. mercium notabiliter occupetur.*

29 *Declara tertio, dummodò retineantur ſuper banca amovibili.*

30 *Nundina nequeant eadem die permitti in diverſis locis intra decem milliaria.*

31 *Statutum Urbis prohibet Univerſitatibus præſcribere aliquam diſtantiam inter Apothecas.*

32 *Idem procedit de jure communi.*

33 *Emptor aviamenti nequit impedire ſuo venditori, quin aliam vicinam Apothecam aperiat.*

34 *Caupo, ſecluſo privilegio, vel conſuetudine, nequit prohibere, ne alia vicina caupona conſtruatur, quomvis eidem præjudicetur.*

35 *Nec poteſt prætendere à Domino ullam compenſationem propter majus aviamentum ab ipſo factum ſuis diligentiis & ſuavibus moribus.*

Idem dic de aliis *Artificibus.* ibid.

36 *Univerſitates Artificum ſunt Collegia laicalia, & in Urbe ſubjiciuntur Senatori.*

37 *Etiam ejuſdem Senatoris auctoritate accedente, nequeunt condere ſtatuta reſtrictiva libertatis.*

38 *Aliqua ex dd. Univerſitatibus auctoritate Pontificia dd Statuta condiderunt.*

39 *Armatorii, & Lardarii Bononiæ, & vermicelarii Urbis condiderunt Statuta ſervanda circa diſtantiam.*

40 *Candelottarii præſcripſerunt certam diſtantiam ſervandam à Revenditoribus candelarum.*

41 *Artifices nequeunt ſubjacere Statutis duorum, vel plurium Univerſitatum.*

42 *Candelas emere non ſervata diſtantia, quænam perſonæ mercimonii cauſa in Urbe prohibeantur?*

43 *Salſamentarii an ſubiaceant d. prohibitioni? An potiùs debeant attendi Statuta earum Univerſitatis n.46. & n.49.*

44 *Actus, qui dederunt cauſam litì, non debent attendi.*

45 *Monopolium continetur ſub prohibitionibus reſtringentibus commercium, & coercentibus naturalem libertatem contractuum.*

47 *Regatterii exercent artem mixtam ex aliis, nec proinde ſubiaceant aliis Univerſitatibus.*

48 *Diverſum eſt habere in negotio merces alicuius Univerſitatis, & illius artem ex profeſſo exercere.*

50 *Obſervantia eſt Statutorum interpres & n.54.*

51 *Confecterii non ſubiaceant Statutis Droghetiorum.*

52 *Statutum imponens aliquod vinculum, cenſetur alia vincula excludere.*

53 *Sententia inter diverſas partes emanata non nocet.*

55 *Statutum non comprehendit caſum mixtum.*

56 *Statutum reſtringens libertatem eſt odioſum, & ſtrictiſſimam recipit interpretationem.*

57 *Quod directè prohibetur, nequaquam indirectè fieri permittitur.*

58 *Barbitonſorum Statutum præſcribit inter Apothecas diſtantiam 50. cannarum.*

59 *Et fuit confirmatum per Paulum V., & Alexandrum VII.*

60 *Conſules Barbitonſorum poſſunt ex legitima cauſa concedere tranſportationem Apothecæ intra ſpatium 50. cannarum.*

61 *In tali conceſſione poſſunt apponere juſtas conditiones.*

62 *Menſuratio in Apothecis Barbitonſorum ad effectum diſtantiæ debet fieri à medio unius ad medium alterius.*

63 *Referuntur verba Statuti Barbitonſorum ſuper modo faciendi menſurationem.*

DEbebant primo loco ædes ſacræ ex univerſa ædificiorum materia ad intervallorum trutinam vocari antequam de Tabernis, quibus infimus convenit ſitus juxta ſumptum argumentum, quicquam decerneretur. Sed iis jam ſupra examinatis, ad hæc jure procedamus. Quis verò earum latitudo, aperta janua, quæ magnitudinem illuſtrare conſuevit, tota ad proſpectum objicitur, ibique omnimoda non deeſt Diſtantiæ ratio: non erit abs re genera-
1 liter hic advertere de jure civili eſſe licitum januam in publico aperire, modò dum aperitur, intra ſtillicidii caſum conſiſtat, quia tunc vicinis nequaquam officitur; & locus, quem aquæ caſus complectitur, viæ publicæ minimum videtur obeſſe, jamqua ob comparatum jus illud immittendi in publicum ſtillicidii, jus quoqua aliquod in ſolum ſubterpoſitum habere videamur: Ita agregiè differit *Jo: Robert. Aurelius ſentent. Jur. lib. 4. cap.6.* ex Scævolæ reſponſo *in l. ult. §. fin. ff. de ſervit. urb. præd.* Ultra quem modum benemeritis olim de Republica januam aperire decreto honoris cauſa emanato
2 concedebatur; cujus teſtimonia ſunt apud *Aſcon. in Orat. Cicer. in Piſon. & Plin. lib. 36. cap. 15.*; iiſque publico ſumptu ædes quandoque cum exitu inſigniori & janua in publicum rejecta (quod aliis nefas erat) conſtruebantur. Et conſtat *ex præd. l. ult.* ædium hujuſmodi januam potuiſſe modum illum intra ſtillicidii caſum conſiſtentem agredi, cujus ſenſum ſic *Hermenop.* illuſtrat in ſuo compendio. *Non rectè quis prohibet, ne vicinus januam ſuam in publicum verſus aperiat, modò ſtillantis à tecto aquæ caſum, apertura non prætergrediatur*, & recitat *loc. cit. Aurelius.* Video tamen hæc nimis generalis eſſe de Januis; at hic notare lubuit, ne in minimas particulas membra quoque dividamus.

Tabernas (de quibus ſcribere fuit propoſitum) placuit nonnullis ædiculas eſſe, ita olim nuncupatas, quod ex ligneis tabulis eæ eſſent conſtructæ, ad ſimilem fortaſſe modum, quo
3 Romæ viſuntur ævo noſtro in acie Campi Floræ. *Tabernæ (ſic Iſid. habet lib. 15. etbym. cap. 2.) olim vocabantur ædiculæ parvæ & ſimplices in vicis, antibus & tabulis clauſæ*: ex quo textu idem tamen circa materiam nequaquam apparet; Ideoqua cum *Tabernam* dicimus, locum tantum & ædificium ſignificamus, quod tabulis clauditur, *l. taberna ff. de verb. ſignific. l. quì tabernas ubi gloſſ. de contrab. empt. & latiùs Jo: Philippus reſponſ. 37. n.4.* Cujus appellatione omne utile ad habitandum ædificium demonſtrari, ex eo quia tabulis claudatur, ſentit *Calvin. in ſuo Lex. jurid.* Generaliter veruntamen eas omnem locum illum ſignificare tabularum tectum ædificio, quo & merces vendi, & opera quæcumque conſtrui ſolent, ſicut in officina, auctor eſt *Brecb. in d. l. taberna ff. de verb. ſign.* In jure Romano appellantur quoqua hujuſmodi ædificia *Officinæ*, *Pervulæ*, *Ergaſteria*, immo & *Horrea*, & apud nonnullos *Apotbecæ*, ut ſcribit *Alciat. 4. parerg. 27.* & a quibuſ-

buſdam *Stationes*, teſte *Fritſcho in tract. de*
Nundin. cap. 5. *num.* 53. Hinc *Sueton. in Nerone*
cap. 37. *Salvidieno*, inquit, *objectum eſt, quod*
tabernas tres de domo ſua circa forum civita-
tibus ad ſtationem locaſſet. Porro erant in Ur-
4 be, & per diverſa Urbis loca, nec tantum in
foris, tabernæ omnis generis. De lanionis ta-
berna, in qua carnes laniatorum pecorum ven-
debantur, *Zaſ.* meminit *l.* 2. *ff. de orig. jur.* Item
Argentariorum, quæ circa forum erant, ibi à
Rege Tarquinio conſtitutæ, adeſt *l.* 36. *ff. de con-*
trah. empt. & ſcribunt *Livius lib.* 26. *ac Dionyſ.*
lib. 3. De Cauponia, caſearia, ferraria, mer-
catoria, negotiatoria, & purpuraria exempla
ſuppetunt, ſeù teſtimonia, *l.* 43. *ff. de ritu nupt.*
l. 2. *ff. de inſtitor. l.* 19. *§. pater de leg.* 3. & aliæ. De
bibliopolarum frequens eſt mentio apud Mar-
tialem in ejus librorum initiis. Species demum
pene multas enumerat *Gaypbeand. in tract. de*
Inſul. l. 1. *cap.* 22. *n.* 83.

Dubitari autem poſſet hic, utrum pro iiſdem
5 ſumantur Apotheca ac Taberna? & ſi nominis
tantum ratio notaretur, crediderim apothecas
uti à ſervando (quod ex græca radice exugo)
ſic appellatas eas eſſe, in quibus aliquid tan-
tum ſervandi cauſa ponitur: quare apothecæ
nomine comprehendi remiſſas (ut vulgo dici-
tur) manſiones, repoſitaria, aliaque ſimilia
loca pro rebus ad tempus reponendis idonea, *ex*
l. ſi quis intra 7. *C. de bon. præſcript. l. quæſi-*
tum 12. *§. inſtructa* 34. *ff. de fundo inſtr.* ſuſe ac
magiſtraliter fuit deciſum à Rota (a) *in Roma-*
na executionis Laudi 17. *Maii* 1649. *coram Ar-*
guelles. Tabernas vero, ex recentiorum praxi,
dici ſolummodo de iis, in quibus vinum eſt
vendibile: & ſic inter ſe quodammodo eas dif-
ferre. Verum promiſcue accipi utraſque, &
pro eodem autumare poſſumus moti ex *Vitru-*
vio, qui *lib.* 6. pro Oenopolis & cellis vinariis,
ubi vinum ſervari & vendi ſolet, apothecas ac-
cipit, quanquam improprie id ex Grammati-
corum placito. Apud *Ulpian.* quoque *in l.* 12.
§. inſtructa autem ff. de inſtrum. leg. mentio eſt
de apotheca librorum, quæ ibi fere idem ſonat
ac *Taberna*. Sic apotheca locus dicitur, in quo
pecunia reconditur. *Gloſſ. in l. ſi quis intra*
verb. apothecis C. de bon. præſcript. ſeu in quo
merces reponuntur & venduntur, prout accipi-
tur Taberna, *in l. cum tabernam ff. de pignor. &*
l. inſtrumenta ff. de verb. ſign. probat. *Alciat. in*
l. inde tabernacula ff. eod. ſequitur *Bertazzol. de*
clauſul. clauſ. 19. *gloſſ.* 7. Priori attamen ſenten-
tiæ accedimus uti potiori fundamento robora-
tæ; unde advertimus & in jure (quemadmo-
dum in aliis ſcientiis) nominis ethymon magni
faciendum eſſe. Ratio quoque, optima quidem,
auctoritatibus ipſis ineſt, cum *Tabernam*
cauponiam, ex Paulo l. 13. *ff. eod.* notet *gloſſ.* dici
ubi vinum & ſimilia ad vendendum parata
ſunt, ſed non venduntur, ut ſimpliciter diffe-
rat à caupona, in qua vini negotiatio jam exer-
cetur, et à taberna in genere, quæ eſt ubi-
cumque negotiatio exercetur, *ad l. cum quæri-*
tur ff. eod. Quod verò officina, de qua *in l.* 4. *§.*
ait Prætor, de his qui not. infa. & in l. 12. *C.*
6 *de ædific. priv.* in qua forma & locus eas ædifi-
candi olim in Urbe præſcribebatur, ſit locus,
ubi res venalitiæ fiunt, variiſque artificiis con-
ficiuntur; taberna autem, ubi venum expo-
nuntur, & nundinationi proſtant, dixit *Jo.*

(a) Eſt deciſio 43. cor. eod.

Philip. in cit. reſponſ. 37. qua ratione ex tabulis
confectas, ideoque amovibiles opinarer taber-
nas eſſe ad nonnihil vendendum: officinas ve-
rò, ſeu apothecas, ædes ſtabiles ad conficien-
dum. Ubi noto officinas publicas olim fuiſſe
etiam tabernas ſacroſanctæ majoris Eccleſiæ
Conſtantin. diſtinctas in officinas cupri, ferri,
lignorum, papyri, laterum, &c. quas regulari-
ter ſibi Princeps reſervat. *Fauſtin. Ærar. claſſ.*
10. *ord.* 772. & monetarum, in quibus ſolum cu-
ditur moneta, *l.* 2. *cum gloſſ. C. de falſ. monet.* Lo-
care autem eas ſolebat Eccleſia, inter quas mil-
le & centum liberæ erant ab omni vectigali.
Nov. 43. *cap.* 1. *Sprenger. tradit de jur. ædific. cap.*
11. *§. computantur n.* 4. Nec prætereo Mercato-
rum officinas à metatis & apidemeticis immu-
nes eſſe, *tex. in l.* 2. *ibi ergaſteria C. de metat. lib.*
12. Ante quas nil protectum vel propoſitum
eſſe debet, excepto caſu, in quo fullo veſti-
menta ſiccet, aut faber currus exterius ponat, *l.*
un. §. 4. *de via publ. & ſi quid in ea fact. atque*
Sprenger. add. loc. Hoc apparatu eruditionis
gratia ita protracto, alia ſpeculabilia relinqui-
mus lectori, & ad diſtantias in Apothecis con-
ſiderandas, magis ſtricta devenimus.

Etſi igitur unicuique licitum ſit in quocum-
que loco vendere, artem ſuam exercere, & ha-
bere apothecas, banchas, & barachas (ita DD.
noſtri aperte loqui & ſcribere conſuevere) pro
mercibus vendendis ad ſuam artem ſpectanti-
bus. *Luc. de Penna in l.* 1. *num.* 3. *verſ. e contra*
quia, & n. ſeq. & n. 3. ubi quod eſſet iniquum, ſi
7 prohiberetur quis in quocumque loco mercari
vult, & *num.* 8. *C. ne ruſticani ad nullum obſe-*
quium l. 11. *Roſſental. de feud. cap.* 5. *concluſ.* 21.
n. 3. *& ibi gloſſ. cit. C. Sixtin. de Regalib. cap.* 2.
n. 28. *&* 29. *& magis præciſe Bald. in l. Baſili-*
cam in fin. C. de operib. publ. Avendan. de exequen.
mandat. p. 1. *cap.* 30. *in fin. verſ. item limitat. cap.*
de Regim. Reipub. caſſ. §. 16. *num.* 13. *verſ. debet*
etiam impertiri. Riminald. jun. conſ. 626. *n.* 6. *&*
53. *uſque ad fin atque Ernest. Cothman. conſ.* 93.
n. 66. *in fin. vol.* 3. Unde in prædictis tabernis, &
quandoque in Apothecis, in Emporiis, ſeu in
Civitatibus mercatoribus elocatis, merces ve-
num exponuntur vel conſervantur, *arg. l.* 7. *ff. de*
ſupell. leg. ibique, majoris commoditatis & ſecu-
ritatis gratia, Nundinæ majores exercentur,
quæ ſolemnes dicuntur, ac privilegiatæ: eaſ-
que non poſſe nec debere in vicinorum inju-
riam Principem concedere vicinis civitatibus
ante earum erectionem, vel confirmationem
inauditis, per quam docte ſcribit *Fritſch. in d.*
tract. de Nundin. cap. 4. *n.* 87.

Loci tamen diſtantia in hiſce commerciis
omninò eſt ſervanda: Unde in Longobardo-
rum legibus, ut nullo loco mercatum habere-
tur, cautum erat, niſi ubi antiquitus fuerit, &
legitimè eſſe deberet, ut conſtat *ex lib.* 3. *tit.*
18. Quod ſi novi erigendi forent, obſervan-
dum eſt hodie, ne ad vicini æmulationem, aut
ſibi nocendi ſtudium inſtituantur: id tamen in
dubio nequaquam præſumitur *arg. cap. qui libet*
ext. de reg. jur. in 6. *& l.* 12. *§. facti ff. de re milit.*
nec non l. 9. *ff. de ſervit.* cum ſit quid facti.

Veruntamen, quanquam nundinas in pro-
prio territorio, ſeu anniverſarias, ſeu hebdo-
madales (ut J.C. eas appellare placuit) Prin-
ceps inſtituat, vel permittat, ne copiæ deſit
annona, atque ob fiſci emolumentum; Semper

tamen

tamen aliquo intervallo videntur conſtituenda,
maxime ſi ab utriſque vicinis eodem die fiant.
Optima eſt praxis Gallica in hoc magiſtra, quæ
noxium vicinorum concurſum vetat, binum-
que venale forum, niſi denis ſaltem paſſuum
millibus interpoſitis, ſtatuit, ut admittatur.
Refert hæc eleganter *Choppin. de domin. Franc.
lib. 3. tit. 27. n. 25.* Inhiberi autem hoc poteſt à
ſuperiori, ne vicinis etiam indirectè feratur,
diviſis mercatis, nocumentum. Et ad caſus no-
viter productos bene applicari poſſet, *Ant. Theſaur.*
doctrina *deciſ. Pedemont. 265. n. ult.* ubi,
inter Carignanenſes & Carmagnolenſes Mar-
chionatus Saluciarum, volentes ambos eodem
Mercurii die in oppido mercatum habere, de-
ciſum refertur per arbitros favore Carmagno-
liæ impediri non poſſe, quin eo die omnes ſub-
diti Ducis illuc accedere poſſent: Et adducun-
tur hæc magiſtralia verba. *Advertendum eſt,
ne ſimiles mercatus, aut Nundinæ fiant eodem
vel eiſdem diebus in duabus civitatibus vel op-
pidis vicinis ad decem milliaria, quia alter al-
teri per concurſum noceret, & id contingere
poſſet, qui prior eſt tempore, alteri inhiberi fa-
ceret a Principe, vel ſuperiore magiſtratu per
regulam: qui prior ff. de judic. argum. eorum,
quæ dicit Joſeph. de Ruſticis in tract. de filiis
in condit. poſit. cap. 6. n. 74. Add. Renat. Choppin.
de Legibus Andium lib. 1. cap. 43. num. 8. verſ. in
antiquis regeſt. Gaſpar Klocb de contrib. cap. 3.
n. 85. & Fritſch. ubi ſupra n. 92.* De jure com-
muni tamen ſancitum nil reperiri advertit *Zo-
bel. diff. jur. civ. & Saxon par. 1. diff. 44.* Sed
quandoque Statuto cautum eſt recte, ne intra
unum, vel duo milliaria, novi mercatus in vi-
cinorum damnum erigantur, quod repetunt
Klocb. & Fritſch ibid. Quæ tamē ſtantibus ban-
nimentis, & ſalviconductus conceſſionibus de-
ſtituta non cenſentur, quia per id ſervatur juriſ-
dictio, *ad tex. in l. 1. ff. de nov. op. nunc. & l. ſi uſuſ-
fr. civitati ff. quib. mod. uſufr. amitt.* & per ea, quæ
tradit *Caſarus in ſpecul. peregrin. qu. 31. §. 1. n. 24.*

Notandum quoque hic proponitur vetus
Bononiæ ſtatutum diſponens *rub. 21.* quod ne-
20 mo poſſit ſcrignum, Diſchum, vel rem po-
nere, in qua & ſuper qua poſſit vel debeat oleum
vendi, & lardum, caro, caſeus, cum ſimilibus,
vel aliquæ res ſpectantes, aut ad dictum mem-
brum juxta aliquam ſtationem pertinentes, ſu-
per qua fuerit venditum, & operata ars prædi-
cta, per tres perticas, nempe 30. pedes diſtan-
tes ab apotheca, in qua ſimilis ars exerceatur:
quod ſtatutum fuit noviter declaratum & à S.
mem. Clemente IX. confirmatum. Simile etiam
ſtatutum in eadem civitate pro arte Aromata-
riorum viget, ſub Eugenio IV. emanatum, ita
ut ſimilis ſervanda ſit diſtantia: de quo loqui-
tur *Grat. reſponſ. 112. lib. 1.* qui uti patronum
perpetuum illud ſervari ſe feciſſe, & in illo ju-
dicaſſe teſtatus eſt. Alia quoque in eundem ſen-
ſum in aliis civitatibus ſunt ſtatuta, puta in
Pratenſi Tuſciæ civitate, quod cauponæ tot
paſſibus inter ſe diſtent, & alibi ſimilia, quæ
hic referre parum intereſt.

21 De hujuſmodi ſtatuti rationabilitate minime
dubitandum eſt, valet enim ad rixas, damno-
ſaſque tollendas æmulationes, quemadmodum
tradita ſatisfaciunt à *Comaccula deciſ. 12. n. 3.
& deciſ. Rotæ Bononienſ. recollect. per Gipſiam
deciſ. 79. n. 19.* ubi, quod menſura debet relinqui
& diſtantia, ne tollatur avviamentum & ho-
minum concurſus primæ apothecæ per novæ
aperitionem: & ſentit *Cephal. conſ. 328. n. 24.*
has rationes bene conſiderans.

Verùm ſtatutum hoc, etiam ſi indefinite lo-
quatur per dictionem *quocumque loco*; Non ta-
22 men per hoc ſequitur, ut apothecas comprehen-
dat in platea exiſtentes, quemadmodum dixe-
rat *Alex. conſ. 125. n. 1. lib. 5.* Quia in dubio illa
tantum extenſio fieri valet, quæ minus lædat
jus libertatis omnibus commune; attento ma-
xime quod plateæ ad hoc inſtitutæ ſunt, ut in
illis omnes publicè morentur & vendant abſque
ullo intervallo pro majori publica utilitate.
Quare neminem poſſe ſuper publico hoc jure
vendendi (quod eſt de jure gentium & regale)
ſtatuere, neque publicum hujuſmodi commer-
cium impedire tàm directe, quàm indirecte, niſi
auctoritate expreſſa & poſitiva ſummi Princi-
pis, ſentiunt *Borell. de præſtant. Reg. Cathol.
cap. 7. n. 5. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 10. n.
270. & ſeqq. & n. 273. Bertazzol. conſ. criminal.
193. n. 3. Rovit. conſ 58. n. 2. & ſeqq. & per tot.
lib. 1. & Cyriac. controver. 178. n. 10.* qui dicunt
quoque hoc jus neque præſcribi, neque con-
ſuetudine immemorabili abſque ſupremi Prin-
cipis titulo acquiri poſſe; & ſequitur *Riminald.
jun. conſ. 626. n. 35. & ſeqq. n. 47. cum ſeqq.* Nun-
quam autem comprehenduntur regalia jura,
quæ non ſunt expreſſa in ſtatuto, ut latiſſime
firmat *Maſtrill. de Magiſtrat. l. 1. cap. 14. à n. 3.
ad 10. Roſſental. de feud. cap. 5. concluſ. 14. num. 9.
Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. n. 10. Ripol. eod. tract.
cap. 40. n. 19. Rota diverſ. deciſ. 34. num. & 2. p. 1.*
qui ampliant procedere etiam ſi conceſſio eſſet
facta verbis indefinitis & univerſalibus. Quæ
cuncta bene ponderavit *Rota* in cauſa inſcripta
Bononien. Diſtantiæ de menſe Decembris 1670.
cor. R. P. D. Taja, ut infra. (a)

(a) Sunt dec. 40. 50. et 55. poſt tractat.

Quia verò ſtatutum prædictum eſt laicale,
nullo modo comprehendit Eccleſiaſticos, & ſic
de eorum apothecis nil novi decernit ex defe-
23 ctu poteſtatis, quam laici habent ſtatuendi &
judicandi in Eccleſiaſticos, & in bona ad illos
ſpectantia, ſive directè ſive indirecte hoc pera-
gatur, ita quod neque iis Pontificia confirma-
tio ſuffragetur, niſi fiat ibi ſpecifica Eccleſiaſti-
corum mentio, cum tunc non ut Papa, ſed uti
Princeps temporalis diſponere videatur, *Tex.
eſt vulgat. in cap. Eccleſia Santæ Mariæ de con-
ſtitut. cum aliis concord.* quæ latè in terminis
Bononienſium ſtatutorum adducit *Rota in rec.
deciſ. 293. n. 1. 12. & 13. p. 11.* Præcipuè quando
ſubjecta materia eſt merè temporalis, & ad
temporale gubernium, non verò ad Eccleſia-
ſticum regimen pertinet. *Rota in rec. deciſ. 682.
n. 28. & 29. p. 4. tom. 3.* Immò apparet ſtatutum
Eccleſiaſticis valde læſivum, quibus magis de-
bet eſſe hoc permiſſum, quod aliis vetitum non
eſt, ut egregie atque in puncto, multis addu-
ctis, late firmat *Sperell. deciſ. 12. n. 40. & ſeqq.
& n. 43. & 44. ac per tot.* qui videri poteſt; nec
non ſequitur *Rota in cit. Bononien. Diſtantiæ.*

At diſputatio acerrima fuit in ſacra Romana
24 Rota ad ſciendum, ex qua parte menſura præ-
dicta ſumenda ſit: unde in eadem *Bononien. Di-
ſtantiæ* deciſum fuit *die* 17. *Junii* 1669. quod
fuit confirmatum 23. *Junii* 1670. *coram eod. Taja*
deſumendam eſſe menſurationem ab ea parte,
quæ damnificatur, hoc eſt à caſtris & ſcamnis,

aliiſ-

aliiſque rebus, ſuper quibus res venales exponi poſſunt, quod priùs ita ſenſere, *Alciat. in pracit.conſ.161. num.1.lib.5.Grat. reſponſ.112. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 36. num. 166.* Non autem ab apothecarum angulis, quemadmodum nonnulli voluiſſent de conſuetudine, quæ non probata, nil ad rem facit ex prædicta recenti deciſione, in qua pro hac ſententia innuitur Maſſariorum declaratio, quorum dictum pro lege eſt habendum, cum ii æque poſſint in his, quæ artis reſpiciunt exercitium, ſtatuta concedere. *Tex.eſt in l. fin.cum ibi not. C.de juriſd.omn.judic.* & conſequenter multo magis ea declarare & interpretari ex *Bart. in l. omnes populi ff.de Juſt.& Ju. num.6. & Alex.conſ.217. num.13.verſ.ad ſtatuentes lib.2.*

15 Rurſus hæc admittunt expreſſa verba ſtatuti diſponentis intra tres perticas ſtationem fieri non poſſe, nec poni terinium, neque rem aliquam adeſſe in & ſuper qua vendi poſſit; Illud enim verbum *ſtationem* dicitur à ſtando, ideoque ſpatium excludit, in quo ad vendendum ſtari poteſt, & conſequenter etiam januæ ſpatium & liminum. *Alciat. in puncto in cod. conſ. 161.num.2.lib.5.* & verba illa *res aliqua*, in qua vendi poſſit, excludunt generaliter omnia, in quibus venditio fieri poſſit. *Grat.num.20.idemque Alciat.lo.cit.num.1.* quæ bene ponderantur in poſtrema adducta *deciſ.Bonon.coram Taja.*

16 Additur ſtatuti ratio pro diſtantia, quæ ad certum eſt affectum, nempè ut ſtationes vendentium, & res, ſuper quibus venalia exponi poſſunt, trium perticarum ſpatio à ſtatione abſint, & rebus venalibus alterius vicini: & nihil refert, an aliqua interſint, quæ viſum impediant ex his, quæ bene diſtinguendo, tradit *Alex.conſ.22.num.5.lib.4.*

17 Unde fruſtranea ſunt adverſantium objecta pro dictione *juxta* deſignanti confines, qua utitur præfatum ſtatutum ex *Gregor.XV.deciſ. 355.num.1.* quaſi videatur indicaſſe, ut diſtantia requiratur à tota apotheca & tota re, quia ejus appellatione venit tota *Dec.in l.id quod noſtrum num.8.ff.de reg.jur. Roland. conſ.62. num.15.& ſeqq.lib.3.Cyriac. controver. 192. num. 8. Grat. diſcept.829.num.6.Sard. deciſ 263.num.3.* & in toto integrali certum eſt, quod quælibet illius pars comprehenditur, *l. 2. §. ſtipulanti ff.de verb. oblig. l. ſi alii ff. de uſucap.* aliiſque adductis in quodam voto *Ludovici Peſtis impreſſ. Bononiæ anno 1652.*

18 Huic enim voto, quod fuit adverſæ partis aſylus, contrariatus eſt Severus tunc temporis Prolegati Auditor, & deinde ſibimet Poſtin reſpondet idem *Peſt. in reſolut. 150. in §. quo ſtante circa fin.* ubi refert, quod ipſe intendebat confirmare præceptum & inhibitionem datam ab Auditore generali adverſus Angelinos, ne auderent lardarii artem exercere in apotheca ab alia per tres perticas non diſtanti juxta formã ſtatuti, cujus obſervantia & uſus abrogatus non apparet obſervantia: & ſic fruſtra ad conſuetudinem moderniorem habetur recurſus: atque doctrinæ allatæ ex adverſo, in re, de qua agitur, nullatenus applicantur.

19 Præterea nil facit conſuetudo oppoſita, dum clariſſima adeſt ratio *cas.7. diſ.8.* & tradit *Rota in cit. Bononien. Diſtantiæ 17. Junii 1669. in princip.* præſertim, quia ſi actus contrarii darentur, ad probandam conſuetudinem non prodeſſent, cum ex Maſſariorum licentia provenire poſſent. *Gregor.deciſ.162.num.9. verſ. unde forſan., & num.10.* & per vicinorum patientiam, ſi fortaſſe ſuper iis litem movere non curaverint; unde ad conſuetudinem probandam non concludunt, quia plerumque multa tolerantur, quæ ſi fuiſſent in judicium deducta, juſtitia exigente non tolerarentur, ut propterea

20 ad effectum conſuetudinis merito requiratur, ut ſuper ea fuerit in judicio obtentum, *cap. jamdudum de prob.Cravett. conſ. 96. num.7. optime Gregor.d.dec.162. n.11.cum ſeqq.*

Emanavit etiam in Urbe ſtatutum tempore San. Mem. Urbani VIII. favore exercentium artem Vermicellariorum, ut vulgò dicitur, in forma ſpecifica confirmatum, in quo mandatur ſervari diſtantiam quadraginta cannarum, ut

21 patet *ex cap. 12. 13. & 14.* Hoc autem uti juſtum, favorabile, ac tollens æmulationes & rixas, omnino eſſe ſervandum inter illos artifices patet ex doctrina *Alciat. d. conſ. 161. num.5. verſ. 6. quia iſtud ſtatutum lib. 5. Rota quoque Bononienſ. jam cit. deciſ. 79. num. 22. Cannacul.deciſ.12. per tot.& præſertim num. 9. verſ.quinimo cum ſtatutum & nu.11.* ubi quod dictum ſtatutum eſt adjuvandum interpretatione, & revocari non poteſt. Atque inſimili eſt *dec.332. num.16.p.10.rec.* De quo non uſus allegari minimè poteſt, tum quia de jure non præſumitur, & id prætendenti, eſt probandum ex *Rota deciſ.97.num.2.p.1. diverſ.: coram Seraph. deciſ. 153. num. 2. & coram Penia deciſ. 305. num. 1. & 2. atque in rec. deciſ. 22. num.*

22 *30. p. 9.* Tùm etiam quia præciſum hoc ſtatututum apothecarum aperitionem concedit cum conſenſu vicini, ideoque hujus diſſenſus in caſu controverſiæ probandus eſt, & quod ipſo contradicente fuerint apertæ, idque obtentum in contradictorio judicio; non enim ſufficit probare non uſum, ſed contrarius uſus eſt probandus cum actuum frequentia ab habente poteſtatem *ex Maſcard. ubi ſupra & cumulat. in d. Bononien. coram R.P.D.Taja.* Et hoc maximè quando, ut in præſenti caſu, confirmatum eſt à Papa cum clauſula ſublata & decreto irritanti, quæ duo operatur, alterum nempè quod uſus contrarius ſubditorum non relevat abſque ipſiuſmet Papæ conſenſu, ut *Maſcard.* inquit *d.concluſ. 8. num.9.* Alterùm verò, quod decretum irritans, irrat & inficit omnem adverſam conſuetudinem, atque vim non uſus, vel contrarii uſus tàm in præteritum, quàm in futurum penitùs enervat. Ita *Barboſ. clauſ. 40. per tot.Rota cor. Merlin.deciſ.814. num. 5. & coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ.39. num. 14. coram Eminentiſſimo Celſo deciſ. 200. num. 6. in rec.deciſ. 574. num.27. p.4. tom.3. & deciſ.217. num.6. p.7. & in Placentina Archidiaconatus 5. Aprilis 1658. coram Reverendiſſimo Albergato nunc Sacræ Rotæ Decano impreſſ. poſt Bonden. collect. legal. deciſ. 44. num.fin.* Et iſta locum habent præcipuum in hoc ſtatuto toti univerſitati conceſſo; unde tunc unius vel paucorum non uſus, ſeu contrarius uſus non valet Univerſitati integræ præjudicium inferre: nec ſtatuto ac decreto irritanti quit in aliorum detrimentum renunciari. *Felin. in cap. ſi diligenti num.16. verſ.4. fallit de foro compet. Gabr. conſ. 161.num.7. & ſeqq.lib.2.Galerat.de Renunciat. centur.1.in proben.num.11. verſ.infertur 4. Mo-*

nita de commut.altern.calunt.cap.8. num.745.& Rota in rec deciſ.109.n.6.& ſeqq.p.9.

Et ut omnem dubitationem diſſolvam, adverto, quod per breve Sac. Mem. Innocentii X.
23 ad ſavorem Piſtorum de anno 1643. prædicto ſtatuto fuit derogatum. Verùm non integre, ſeù cunctis ejus partibus, quia, cum in Vermicellariorum ſtatutis adſit non modo prohibito conficiendi Vermicellos, ſed & diſtantiæ præſcriptio unius apothecæ ab alia per 40. cannarum ſpatium; Derogatio primæ partis non operatur alterius derogationem, ſed ad id tantum, de quo loquitur, reſtringitur, vocaturque partialis derogatio. Habemus autem concluſionem in jure, quod hujuſmodi partialis derogatio valet, & operatur ſolummodo quoad illum caſum, & quoad cætera ſtatutum in ſuo relinquit robore. Teſtantur *Maſcard.jam cit. concluſ.8.de general.ſtatut. interpret. nu.99 & ſeqq.& concluſ. 11. num.20. Ferdinand. de Caſtropalao oper.moral. p.3. tract.3. diſp. 5. pun. 2. in princ.poſt Bald. in l.ſed & milites 10. §.queritur num.1. & in fin.ff.de excuſ. tutor.Decian. tract.crimin. cap.36. num.5.Pariſ.conſ.56. num. 23. & 24. lib.2. aliiſque ab iſtis allegat.* Immò viget regula generalis, quod derogatio eſt interpretanda ſtrictiſſime, ac tantum derogat, quantum loquitur: & ſi ſunt plura obſtacula, non ſufficit derogatio unius, ſed tot requiruntur derogationes, quot ea ſunt. *Gemincon. conſ.35. n.2.Barboſ.vot. 52. n.30.31. lib.2.Rota poſt Piſth. de monut. deciſ.212. num. 14. & 15. & coram Durano deciſ.48. n. 17. & 18. Et ſemper tanquam limitata ad limitatos actus reſtringitur, nec ad alios extenditur. Rota deciſ. 437. num.& 9.p.4.tom.2.rec.*

Neque poſſunt ſe excuſare Piſtores aſſerendo prælatum ſtatutum ad ipſos minimè extendi.
24 Quia indiſtinctè de omnibus loquitur dictam artem exercentibus; Et indubitatis juris eſt, quod ſi unus geminas artes exercet, utriuſque ſtatutis ſubiicitur, cum in earum qualibet, perſona diverſa & diſtincta reputetur, ut in terminis *Bartol.in l.fin.num.18. ante fin. ff. de colleg. illicit. Maſcard. concluſ. 6. num. 187. & 189. & Kloch. de contribut. cap. 11. num. 8. & ſeqq. in fin.*

Quare cùm apertè à juris communis viſceribus hæc eruta conſpiciantur, ad declaranda aliorum locorum ſtatuta, ſeu ad pleniorem tractatus noſtri materia præterite propemodum noluimus.

ADNOTATIO.

IN hoc *tertio Membro Capitis ſexti nu.* 1. adducuntur aliqua reſpicientis jus Domini domus ſub ſuo ſtillicidio, & præcipuè aperitionem Januæ, dummodo conſiſtat intra caſum ejuſdem ſtillicidii, cum jus aliquod habere videatur idem Dominus in ſolum ſubterpoſitum. Ad hujus concluſionis ornatum adnotaſſe libeat, quod Aromatarii, Dardanarii, Laniones, aliique Tabernarii extra ſuas Tabernas, ſeù apothecas
25 intra ſpatium à ſtillicidio coopertum retinere poſſunt venales ſuas merces, neque in hoc debent impediri, *Card.de Luc.de Regalib. diſc.135. diſc.135. ſub num.6. verſ.Urbis obſervantia docet, & in Annot. ad d.diſc. in fin.* Adeòut conceſſo per Principem privilegio, ne in platea vendantur carnes, piſces, fructus, olera, &
26 alia, niſi de licentia certæ determinatæ perſonæ vel Collegii (ut in Urbe obtinuerunt à Sixto V. Capitulum, & Canonici Eccleſiæ *Rotundæ* ſuper totam plateam, ſeu aream exiſtentem ante ipſam Eccleſiam, atque Hoſpitale S. Sixti (in platea Judeorum) non per hoc cenſentur prohibiti venditores retinere ſub ſuo ſtillicidio res venales, ut in ſpecie tradit idem *Card. de Luc.d.diſc. 135. & 142. cum ibi notat. per tot.*
27 *de Regalib.* dummodò tamen res venales non ſint diverſi generis ab exercitio artis per eoſdem Tabernarios exercitæ, ut limitat *idem Author ubi ſupra*, cui addenda eſt altera limitatio
28 quod hoc non procedit in ſtillicidio exiſtente in via adeò anguſta, ut per d. retentionem rerum venalium ea notabiliter occupetur, quemadmodum tradit infra *noſter Author hoc eod. c. membr. 6. num. 10.* quem allegat. *bo. me. Brichett. poſt Calderan. reſolut.60. num.47. tom. 1.*
29 quæ omnia ſunt intelligenda ſi dd. res promercales, vel in nudo ſolo retineantur, vel ſuper ſcamno, aut tabula amovibili, cum de cætero occupare viam publicam murellis, aut fabrefactis fixis ſuſtentaculis non ſit permiſſum latè *Calderon. & Becchett. apud eum d. allegat. 60. per totam.*

De nundinis, de quibus *num. 7. & ſeq.* Vide *Giballin. de negotiat. tom.1. lib.2.cap.3.& Paulucc.diſſert.31. vol.1. num. 1.* quem refert *Zaul. ad ſtat. Favent. rubr. 2. lib. 7. poſt. num. 1. in Addit.* & quod nequeant permitti eadem die
30 in duobus diverſis locis vicinis intra decem milliaria reſolvit *Cobell. ad Bullam Boni regimin. cap.31. ſub num.252. aliiq. relat.per Zaul. d.rubr.2.lib.7. poſt. n.11.10.1.*

Aggredientes modo Apothecarum, ſeù Tabernarum diſtantiam, de qua hic principalitèr agitur ex *num.10. uſque ad finem*, illud videtur præmittendum, quod ſtatutum Urbis *lib. 3. c.143.* de quo apud *Fenzon.pag. mihi 576.* prohibet omnibus Conſulibus, & Univerſitatibus Artium condere ſtatuta vetantia aperitionem
31 novæ apothecæ, niſi diſtet ab antiquiori certo cannarum numero, vel ſpatio, & omnes ordinationes ejuſmodi reſtrictionem libertatis facientes, ibi caſſantur, & irritantur. Quod ſtatutum conſonat cum jure communi juxta quod licet unicuique in loco, qui opportunior vi-
32 deatur, Apothecam aperire, & ibidem propriam artem exercere, non attento damno vicini reſultante ex tali aperitione, quia unicè ſpectatur utilitas facientis, non autem intereſſe, aut præjudicium eventuale tertii; plenè *Rota in Romana Apothecæ. 25. Junii 1706. §. Aſſiſtit, & ſeq.cor. cla.me. Card: Sacreo* ubi ulterius reſolvitur, quod emptor avviamenti,
33 non obſtante d. emptione, impedire nequit venditori ejuſdem aviamenti quin aliam vicinam Apothecam aperiat; nam avviamentum fuit ſemper habitum quid accidentale, ac diverſum ab Apotheca, & proindè Cauponam exercens in aliquo loco nequit prohibere, ne
34 ibidem alia vicina Caupona conſtituatur, licet ob id concurſus hominum diminueretur, niſi haberet privilegium, vel conſuetudinem prohibendi, *Bald. conſil.463. quatuor ſunt num. 5. verſ. & notandum lib. 4. Gratian. diſcept. forenſ.cap.898.num.26.Sabell.variar. reſolut. cap. 37.num.18.* Et ulterius, ſi ob ejus diligentias,
35 & ſuaves mores fecerit majus avviamentum, non poteſt finita locatione, prætendere à Domi-

Digitized by Google

mitio ullam compenſationem, vel refectionem, *Card. de Luc. de Feud. diſc. 27. ſub num. 11.* & idem dicendum de reliquis artificibus.

Redeuntes ad univerſitates dd. Artificum li-
36 cet tanquam Collegia Laicalia ſint in Urbe ſubjecta Senatori, *Card. de Luc. diſc. 8. de alienat. prohibit. num. 6.* quem refert *Eſtius Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Conſtit. 5. Pauli II. ſect. 3. poſt nu. 30. tom. 5. pag. mihi 443.* attamen cum etiam ipſe debeat ſervare tàm jus commune, quàm Statutum Urbis, hinc nequit diſpenſare
37 ut tales reſtrictivæ ordinationes per eaſdem Univerſitates promulgentur, cum id pertineat ad ſolum Supremum Principem.

Videmus proindè, quod ex approbatione Summorum Pontificum in ſtatu Eccleſiaſtico
38 nonnullæ Univerſitates ſtatuerunt, ne intra certum ſpatium apertio permitteretur, ut ul-
39 tra Lardarios, & Aromatarios Bononiæ, de quibus ſupra *noſter Author num. 10.* qui allegatur à *Zaul. rubr. 30. lib. 5. num. 54.* & Vermicellarios Urbis, quorum habetur mentio ſuperius *num. 23.* adeſt itidem in Urbe Statutum Artis Candelottariorum, quo inter cætera cavetur: „ Che neſſun Maſtro di Bottega de „ Candelottari, uomini dell'arte, e qualſivo-
40 „ glia perſone per rivenderle, la quale per„ ſona ſtia vicino alla bottega di un'altro „ Candelottaro per lo ſpazio di seſſanta can„ ne; ma a quelli rivenderle, che ſaranno „ dentro lo ſpazio ſudd. di canne seſſanta vici„ no alla ſua bottega. Il quale ſpazio di canne „ 60. s'intenda d'ogni parte della bottega: In cujus Statuti ſequelam emanavit Bannimentum Excellentiſſimorum Urbis Conſervatorum demandans: „ Che ciaſchedun rivenditore di „ candele debba prendere le candele da quel „ Candelottaro, o Fabbricator di candele più „ vicino al luogo, a bottega, dove vorrà ritenere per vandere dd. Candela, cioè dentro „ la seſſante canne attorno il luogo o bottega „ di d. rivenditora in conformità dello ſtatuto „ di dd. Candelottari. Super prædd. orta fuit controverſia inter Univerſitatem Salſamentariorum, qui ſolent revendere candelas, & Univerſitatem Candelotteriorum, utrum ſcilicet Salſamentarii ligerentur dd. ſanctionibus, & diverſæ hinc inde emanarunt ſententiæ: ſed tandem cum Camera inclinaret pro Candellottariis, Salſamentarii liti renunciarunt. Scripſit in cauſa, dum eram ejus ſtudiorum adjutor, celeberrimus S. Conſiſtorialis Aulæ Advocatus bo: me: Petrus Pomponius de Vecchis, pròut ſequitur.

Romana prætenſæ ſubjectionis Statuti.

Stantibus &c. - Dubium - *An ſententia R. P. D. Palaggi ſit confirmanda, vel infirmanda in caſu, &c.*

Illme, & Rme Dñe. Revidetur præſens Cauſa in Tertia Inſtantia adverſus Sententiam Illuſtriſſimi Domini Palaggi, revocatoriam alterius Illuſtriſſimi Domini Graſciæ Præſidis in prima inſtantia favore Univerſitatis Salſamentariorum Principalis, latæ ſuper manutentione in libertate emendi candelas ſine ulla limitata diſtantia 60. cannarum ut perperam ab Univerſitate Candelottariorum obſervari prætenditur; hinc ad eliminationem hujuſmodi contrarii aſſumpti occurrit ad memoriam revocare, & Factum a ſui exordio repetere.

Habet Univerſitas Principalis proprium Statutum, à ſeculis conditum, & à Summis Pontificibus ſpecialiter confirmatum, uſuque receptum, atque pluries ad hoc Supremo Tribunali executioni demandatum, ſemperque Principalis in pacifica poſſeſſione conſervata extitit, ſicuti de præſenti reperitur. Ab anno verò 1720. quia Univerſitas Candelottariorum Adverſaria ſe jactabat reſtringere libertatem noſtris Salſamentariis, eos nempè teneri emere candelas à vicino Candelottario intra ſpatium 60. cannarum, præſentium Monitorium ex hac Parte ſuper manutentione expeditum fuit *Summario num. 1.*, & poſtea diſcuſſa Cauſa favore noſtræ Univerſitatis emanavit Sententia ſuper manutentione, & libertate emendi abſque ulla limitata reſtrictione *Summario nu. 2.*, quia in noſtro Statuto *Cap. 35.* emptio candelarum eſt omni jure permiſſa, *Summario nu. 3.*, ſicuti ipſi quoque Candelottarii uſque ad numerum novem ex Apothecariis eandem libertatem conteſtati fuerunt *Summario nu. 4.*, & de pacifica poſſeſſione noſtræ Univerſitatis effertur declaratio quinque Teſtium *Summario nu. 5.*, ac inſuper eandem noſtram Univerſitatem conſueviſſe quoque fabricare Candelas reſultat ex ore aliorum quinque Teſtium *Summ. num. 6.*

His igitur ſtantibus palmaris reddebatur Juſtitia noſtræ Sententiæ, utpotè præſervativæ noſtræ Univerſitatis in libertate emendi candelas à Candelottario beneviſo, & notoria exindè profluebat Injuſtitia contrariæ Sententiæ illius revocatoriæ, & conſequenter revocandæ, & infirmandæ.

Ratio ſic decidendi plana deſcendit ab ea Juris regula, quod ſicuti Salſamentarii Artem, & Mercaturam diverſam à Candelottariis exercent, ità non poſſunt ſubiacere, prout non
41 ſubiacent Statutis Univerſitatis Adverſariæ, ut egregie probat *Card. de Luc. de Regal. diſcurſ 89. n. 3. verſ. Opponebant obligati*, ubi ſubdit, quod non debet quis pro ſuo exercitio duplici onera gravari, ac duabus Univerſitatibus ſubjici.

Indubitantiùs quia Salſamentarii, & ipſa Univerſitas titulum undique validum deſumunt à propria lege municipali, quoniam uti magis antiqua, & auctoritate Papali roborata, prævalere debet recentiori invalidæ Diſpoſitioni Statuti Univerſitatis Adverſariæ, munimine Confirmationis Pontificiæ carentis, ex notis Juris Regulis.

Adſtipulante præſertim concomitantia inviolabilis legis, cum qua omnes Candelottarii, & Revenditores Candelarum vivunt, indictæ in Bannimentis ab Excellentiſſimis Conſervatoribus cum participatione Illuſtriſs. Domini Graſciæ Præſidis publicari ſolitis ibi: *Bando ſopra gli Candelottari, & altri, che vendono Candele*; Quoniam in eis fit diſtinctio Perſonarum, quibus non eſt permiſſa venditio Candelarum
42 ſub ea deſignatione ibi: *Che Oſti, Camere locande, Paſticcieri, nè meno altri non ſoliti à vendere non poſſono rivenderle*: Et inferiùs per aliud caput ſeparatum, quoad alios de genere non prohibitorum præſcripta extitit cautela, ut

declarare debeant ibi; *Che volendo li Revendi-
tori non prohibiti vendere le Candele, devono
dichiarare, in che bottega pigliano le Candele,
e farſene far Poliza dal Candelottaro fabricato-
re delle medeſime, che glie le dà, a vende, e non
da' Garzoni, ò da Altri ſotto Penſraſcritte pene*
& originaliter in manibus Illuſtriſſimi D. Po-
nentis.

Conſequitur propterea, ut hæc indicta Lex
prævalere debeat cuicumque alteri, quia in
Urbe inviolabiliter exequitur, & in caſum con-
traventionis contraventores puniuntur pœnis
pecuniariis, & corporalibus, ex quo Excellen-
tiſſimi DD. Conſervatores, & Illuſtriſſimus D.
Graſciæ Præſes pro tempore habent plenariam
facultatem, & privativam Juriſdictionem pro-
cedendi abſque ulla reſiſtencia legis, eodem
modo; quo Illuſtriſſimus D. Riparum Præſes
procedit in ſua Superiori privativa in conſu-
lando œconomicæ Directioni Civitatis, ut ne-
minem ex Illuſtriſſimis DD. latet.

Confectariè ad hæc manibus palpatur, quod
noſtri Salſamentarii ſunt de illis non prohibitis,
& conſequenter in amptione Candelarum nul-
lo vinculo ſuppoſitæ diſtantiæ 60. cannarum
obſtricti remanent, eo ipſo quod ſolummodò:
*Devono dichiarare, in che Bottega pigliano le
candele*; Atque ideò occurrit inevitabile dilem-
41 ma, quod ſicuti ea declaratione præcedente
ſunt immunes à quacumque contraventione, &
incurſu pœnæ, ita pari ratione eò minùs obno-
xii dici debent diſtantiæ Statuti Candelotta-
riorum 60 cannarum, ut de ſe patet.

Certòque certiùs, quia in majorem confir-
mationem ſe offert Bannimentum, in quo Salſa-
mentarii declarantur non prohibiti ibi. *Che vo-
lendo li Pizzicaruoli non prohibiti vendere le
candele, debbano dichiarare, &c.* quoniam ex
ea declaratione patens fit, quod Salſamentarii
ſemper in Bannimentis recogniti fuerunt im-
munes ab obſervatione prætenſæ diſtantiæ.

Nullatenus officiente Bannimento *de anno*
1720. emanato ex adverſo referendo juxta ea
ibi: *Che ciaſcun Rivenditore di candele debba
prender le candele da quel Candelottaro, o Fa-
bricatore di candele più vicino al luogo, o bot-
tega, che vorrà ritenere per vendere dette can-
dele, cioè dentro le 60. canne attorno al luogo di
detto Sig. Venditore in conformità dello Statuto
di detti Candelottari*; Inferendo, quod ſub ea
expreſſione *di ciaſcun Rivenditore* ſuccedat
conſequantia illativa, ut comprehenſi quoque
ſint Salſamentarii.

Siquidem in eo Bannimento non videtur
immorandum, tanquam non auditis Salſamen-
tariis Principalibus edito, quia illud dedit
Cauſam præſenti litigio, ideò debent potiùs
attendi plura antecedentia, in quibus procedi-
tur cum exceptuatione Salſamentariorum:
44 Tantò minùs, quia ſtatim Univerſitas con-
queſta fuit, cum nemo non ſciat, quod actus,
qui dedarunt cauſam liti, nullam prorſus
obſervantiam conſtituunt, *Rot. coram Gre-
gor. deciſ. 4. n. 2., ibiquè Adden., & dec. 427. n. 4.,
& dec. 369. eodem anno, Caval. dec. 650. nu. 2.,
Duran. dec. 23. n. 19., & cor. Celſ. dec 38. n. 5., &
dec. 53. n. 49. part. 5., & dec. 370. n. 5., & dec. 380.
n. 14., & dec. 186. n. 29. par. 11. recent.*

Animadvertendo præterea ad ea, quæ perti-
nent ad retentionem Bannimenti prædicti, ni-
miùm quod comprehendatur quoque noſtra
Univerſitas; tùm ea expreſſio præciſivè ſe ha-
bet in omnibus aliis Bannimentis ſub oculis Il-
luſtriſſimi D. Ponentis originalitèr ſubjicien-
dis; Et propterea ea expreſſio in fine poſita
nihil novi inducit, nec adverſatur obſervantiæ
ſine ulla interruptione effectum ſortitæ favore
Univerſitatis, cum ſemper emerint candelas,
quo voluerint.

Nec minùs in futurum aliqua lex adverſa-
tiva deſumi poteſt à Statuto Candelottario-
rum, tanquam contraria bono publico, & redo-
let ſpeciem monopolii, prout monopolium
ſemper continetur ſub iis prohibitionibus, quæ
reſtringunt commercium, & prohibent na-
45 turalem libertatem emendi, & vendendi in
quovis loco, & à quibuſvis Perſonis in præju-
dicium publici Boni, *Gait. de Cred. cap. 2. tit. 7.
quaſt. 9. n. 130. cum ſeqq., Mart. de Juriſd. par. 2.
cap. 23. n. 5., Maſſin. de confiſcat. quaſt. 27. n. 42.,
& ſeq., Capon. diſcept. 262. concluſ. 5. n. 13., &
ſeq. vol. 2.* cum aliis apud *Zaulum. ad Stat. Fa-
vent. obſervat. ad rubric. 31. lib. 4. n. 22., & n. 23.,*
ubi quàm ſint pernicioſa & damnabiles hujuſ-
modi monopolii ſpecies, tanquam impeditivæ
libertatis commercii.

Atque hinc magis clarè patet notoria con-
trarietas cum noſtro Statuto Univerſitatis Sal-
ſamentariorum, prout manifeſta ſe oſtendit eo
ipſo, quod in eodem noſtro Statuto declara-
tur, merces candelarum ſpectare ad illos de
prædicta Univerſitate, quia virtualitèr, ac per
neceſſe continetur diſpoſitio, quod in ordine ad
præfatas merces, debeant ſubjici Legibus, &
46 Statutis earum Artium, ex quibus hujuſmodi
reſtrictiva emendi, & vendendi candelas non
injicitur. Et inde fit, quod ſi contrectatio, &
venditio candelarum ſpectat ad Artem, & Ex-
citium Salſamentariorum, quomodocumque
directè, vel indirectè prædictum mercimonium
reſtringatur, lædi dicitur libertas indefinitè
competens Salſamentarii vigore proprii Statuti,
ad *Text. in l. final. ff. de paſt., & leg. 53. ff. de In-
dic., & in leg. Non debet ff. de regal. Jur., Ma-
reſcott. var. reſolut. cap. 5. nu. 7., & ſeqq. lib. 2.,
Marcat. reſponſ. 32. n. 66. verſ. Nam aptiſſime,
Manſ. conſult.* 221. *n. 42.*, & magis ad rem con-
ferunt deducta per *Rot. in Romana Conſulatus
Nationis Florentinæ* 23. *Junii* 1719. *§. Præter-
quamquod verſ. In hoc enim coram R.P. D. Cer-
ro, cum auctoritatibus ibi allegatis.*

Ea ſuadante irrefragabili ratione, quia Sal-
ſamentarii, utpote exercentes rem ſpectantem
ad eorum artem circa venditionem, & merci-
monium candelarum, licet mercimonium præ-
fatum ſuper Candelis exerceant, attamen quia
illud non exercent particularitèr, ſed commi-
xtim cum mercimonio tot aliarum mercium, &
rerum ad eorum Artem ſpectantium, non poſ-
ſunt ullo modo ſubjici ſtatutis Candelottario-
rum ratione inevitabilis abſurdi; quia ſi dare-
tur hæc intelligentia, illicò emergerat, quod
Salſamentarii cogerentur eſſe ſubjecti omnibus
Statutis aliarum Artium, de quibus ipſi in eo-
rum Arte participarent, ſicuti diſponitur in
Cap. 35. proprii Statuti, *Samm. d. n. 3.*, ut ferè in
identificis terminis de Univerſitate Ragatterio-
rum optimè ponderat *Card. de Luca de regal.*
47 *diſc. 99. ſignanter num. 5.* ibi: *In ſecundo autem
caſu, qualis eſt ille hujuſmodi Regatteriorum*

emen-

emendum, & revendendum bono diverſarum ſpecierum ſpectantium ad plures Artes ſeparatas, dicitur quædam ars mixta continentes certam ſpeciem, & de nulla dd. inter ſe diſtinctarum artium ſapiens: nam aliàs duo ſequerentur abſurba, unum quod iſti Regatterii nullam conſtituere poſſent diverſitatem repræſentantem propriam artem; Alterum, quod cogerentur ſubjecti eſſe omnibus Univerſitatibus, ſeù Collegiis ſingularum Artium, ad quas pertinent correſpectivè ſingulæ ſpecies ſupellectilium, & ornamenta Domorum, quæ per illos ita in confuſo contrectantur.

Aliud enim eſt exercere mercaturam, ſub qua aliqua ſpecies pertinens ad aliam Univerſitatem comprehendatur; Aliud verò exercere, &
48 ex profeſſo Artificium directè pertinens ad aliam Univerſitatem, ut advertunt *Stracc. de Mercatura par. 1. n. 13. & ſeqq. Dec. conſ. 472. ferè per tot. Scacc. de Commerc. quæſt. 1. §. 1. n. 12. & 13. Urſell. concluſ. leg. verb. Ars n. 16. Surd. deciſ. 213. n. 1. & ſeqq.*

Et ideò quemadmodum dictum Statutum contrarium non dirigitur, neque obligat, *niſi ipſos Candelottarios uti opificium Candelarum exercentes*, ſic præfatum illorum Statutum trahi non poteſt ad mercatores ſignanter propria
49 Statuta habentes, in quibus inter alias merces permittitur mercimonium Candelarum, ad *Text. in l. prædia 27. ff. de fund. inſtruct. Cyriac. controv. 141. n. 6. & ſeq. Gratian. diſcept. foren. diſcept. 171. n. 9. Surd. dec. 329. ſub n. 9. Rot. poſt Conſt. ad Stat. Urb. dec. 5 n. 2. & coram Emerix Jun. dec. 2135. n. 4. & coram Bevinc. deciſ. 159. num. pariter 4.*, cum aliis adductis *in dicta Romana Conſulatus Nationis Florentinæ 23. Junii 1719. §. Præterquamquod, & melius in §. Eademque cor. R. P. D. Cerro.*

Quæ ſi procedunt ſimpliciter, multò magis perurgent ſtante obſervantia, de qua deponunt Teſtes *Summ. d. n. 5.*, & in Urbe neminem latet, quod Salſamentarii Candelas ſemper emerint quò voluerint extra diſtantiam 60. Cannarum;
50 Unde pro interpretatione dicti noſtri Statuti hæc obſervantia eſt attendenda ad *Tex. in leg. ſi interpretatione ff. de legib. Surd. conſ. 382. num. 12. Creſp. de Vald. obſer. 1. n. 115. Rot. cor. Alex. VIII. deciſ. 165. n. 20. & in Bononien. Proxenetici 14. Januarii 1715. §. Id, quod magis coram R. P. D. Cerra, & in Romana Conſulatus Nationis Florentinæ 23. Junii 1719. §. fin. cor. eod.*

Propterea totam rem reſtringendo quatenus pertinet ad dictum Statutum Candelottariorum, illud non poteſt, nec debet comprehendere Salſamentarios, quibus ex alio proprio, & antiquiori Statuto competit liberum mercimonium ſuper Candelis, uti ad eorum propriam artem ſpectantibus, ut etiam nuperrimè judicatum fuit in Tribunali Eminentiſſimi Camerarii, quod Confecterii uti exercentes pro-
51 priam Artem non ſubjacent Statutis Drogheriorum, quamvis ad illos pertineat etiam artificium, & opificium fabricandi, & vendendi dulcia, & confecturas.

Unde multò magis in caſu præſenti, in quo in Bannimentis antiquis, & modernis nullum aliud vinculum imponitur, niſi retinendi notam Candelottariorum, à quibus Candelas emerint, nam cum incluſio unius ſit excluſio
52 alterius, exinde reſultat liberatio ab illo alio notabili vinculo obligationis emendi à Candelottariis propinquioribus intra ſpatium 60. cannarum ad *Tex. in l. cum Prætor. ff. de Judic. & l. quamvis ff. de pignor. Barboſ. axiom. 120. n. 1. Bonden. collect. legal. 8. n. 13. vol. 2. Rot. cor. Duran. deciſ. 48. n. 7. et deciſ. 364. n. 4. & dec. 177. n. 3. par. 4. recent.*

Si Univerſitas Adverſaria ſe fundat in illa Sententia bo: me: de Aſte de anno 1690. de qua in præterito contrario *Summ. n. 1.*, quod nempè Revenditores Candelarum, ſevi teneantur, & obligati ſint accipere, & recipere Candelas ſevi à Candelottario viciniori intra 60. cannas. Plana eſt reſponſio, quod dicta Sententia loquens in genere de revenditoribus, non poteſt
53 comprehendere Salſamentarios ſpeciale jus habentes à dicto eorum Statuto appropriante mercimonium Candelarum ad eorum artem, *Scacc. de Sententia, & re Judic. gloſſ. 14. quæſt. 12. n. 31. & ſequ. Rot. coram Bich. dec. 550. nu. 4. & coram Emerix Jun. deciſ. 127. n. 7.*; præſertim cum noſtra Univerſitas non fuerit in Cauſa, neque citata, ut ex notiſſimis.

Et, ſi vis fieri ut in dicto poſtremo Bannimento anni 1720. nihil relevat; quia difforme eſt à præcedentibus, quodque dedit cauſam liti, ut ex prædictis; & multò magis propter obſervantiam ſupra probatam libertatis ſemper exercitatæ à Salſamentariis, ſignanter ante
54 dictum poſtremum Bannimentum, & quæ obſervantia pro interpretatione, & reſtrictione dicti contrarii Statuti eſt attendenda, *Rot. poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 16 n. 8., & coram Coccin. dec. 1609. n. 1. & coram Royas deciſ. 315. n. 7. & deciſ. 300. n. 29. par. 12. & deciſ. 75. nu. 7. par. 18. tom. 1. recen.*

Alii enim Revenditores Candelarum tales revenditiones peragunt vel ex permiſſione, vel conſuetudine, noſtri autem Salſamentarii tot Candelarum mercimonium faciunt, quia ex dicto eorum Statuto propriè, & præcise ſpectat ad eorum artem; unde ſaltem hujuſmodi ca-
55 ſus, tanquam mixtus non ſubjacet cenſuræ dicti contrarii Statuti *Rot. diſ. Jur. ſelectar. tom. 2. cap. 164. n. 16. Cyriac. controv 445. n. 15. & controv. 448. n. 6. & ſequ. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 50. art. 1. n. 68. Rot. poſt eundem deciſ. 51. n. 24. coram Duran. deciſ. 36. n. 36. & coram Du-*
56 *nozet. Jun. deciſ. 796. n. 13.* quod Statutum cum ſit odioſum, & reſtringens naturalem libertatem Commercii debet ſtrictiſſimè interpretari, *Caſtrenſ. conſ. 340. per tot. Decian. conſ. 625. n. 1. & ſeqq. Rot. poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 139. num. 1. coram Coccin. deciſ. 2119. num. 1. & cor. Emerix Jun. deciſ. 1. num. 16. & deciſ. 241. nu. 6. par. 18. recen.*

Ideòque proſternitur illud conſuetum objectum Partis adverſæ, quod in noſtro Statuto non permittatur indefinita libertas emendi extra dd. 60. cannas, quodque Candelottarii non petant obſervantiam eorum Statuti, niſi ab ipſis Candelottariis illi ſubjectis.

Quià nobis exuberat, quod mercimonium ſuper Candelis attribuatur per noſtrum Statutum Arti, & mercimonio Salſamentariorum, ut tale exercitium debeat illis competere liberum à prædicto vinculo ex ſuperiùs deductis, & eſt reſponſio verbalis, quod obſervantia dicti Statuti prætendatur ſolummodò contra Candelottarios, dum venit in conſequentiam

vin-

vinculum etiam injectum Salſamentariis, &
57 repugnat, ut eorum libertas, quæ directè non
poteſt infringi, indirectè lædatur, *l. ſcire opor-*
tet §. Si mater ff. de Tutor., & Curator. dat. ab
bis &c. Menoch. conſ. 1105. nu. 18., & de praeſ.
lib. 8. praeſ. 189. n. 82. Barboſ. axiom. Jur. uſufre-
quen. axiom. 193. à n. 5. Bellett. diſquiſ. Clerical.
par. 1. tit. de Exempt. Clericorum, & eorum bono-
rum à Muneribus §. 7. n. 6. Surd. deciſ. 21. nu. 4.
Quare &c.

Itidem adeſt in Urbe Statutum Barbitonſo-
rum diſponens, quod ab una ad alteram Apo-
58 thecam interſit diſtantia 50. cannarum, quæ
ſtatuta fuerunt confirmata per Paul. IV. & A-
lexandrum VII. quemadmodum, agendo de di-
59 verſa quæſtione promanante ab iiſdem Statu-
tis, teſtatur Rota *in Romana Artis Tonſoriæ 18.*
Junii 1708. cor. b. m. Anſaldo. Poſſunt tamē Con-
60 ſules Artis, accedente legitima cauſa, permittere
Tonſori tranſportationem Apothecæ intra ſpa-
tium prohibitum, ut in *Romana Clauſura Ton-*
ſtrinæ 28. Junii 1716. cor. R. P. D. Coria, & non
obſtante dicta legitima cauſa tranſportandi
61 Apothecam, poſſunt limitare licentiam certis
conditionibus, dummodò non appareant ini-
quæ, aut exorbitantes juxta deciſa per eandem
Rot. in d. Romana Clauſura Tonſtrinæ.

Quomodo autem in dignoſcenda diſtantia
Apothecarum Barbitonſorum facienda ſit men-
62 ſuratio examinatur in voto Joannis de Gam-
bis olim Primi Collateralis Tribunalis Capi-
tolini, poſtea Epiſcopi Aſculani impreſſ. *penès*
Palm. dec. 161. vol. 2. ubi fretus præcipuè obſer-
vantia decrevit menſurationem eſſe faciendam
à medio unius Apothecæ ad medium alterius.
In Statutis ejuſdem Artis approbatis anno
1713. per ſa: mem Clementem XI. *cap. 36. Del*
modo che ſi doverà oſſervare nel miſurare la di-
ſtanza delle Botteghe diſponitur: *che la miſu-*
ra ſi cominci dalla ſoglia della porta della Botte-
63 *ga, e termini alla ſoglia dell' altra Bottega, e*
ſi tiri per dritta linea ſempre dalla parte, o ſtra-
da più breve ſenza defalcare ſpazio alcuno, anco
da miſurarſi per li vicoli, ſe rinſciſſe più breve,
con oſſervare l'intiera quantità delle canne, ſen-
za alcuna equità, benche mancaſſe in minima
parte la preſcritta diſtanza.

MEMBRUM IV.

In Proſcenium producitur Feneſtrarum materia. An in illis conſideranda ſit diſtantia, & quæ? Ubi, & quomodò ſint aperiendæ, vel claudendæ? Et de variis earum monimentis.

SUMMARIUM.

1 *Feneſtrarum multiplex ethymologia ac deſcriptio.*
2 *Quotuplices eæ ſint, & n. 5.*
3 *Romanos iis uſos, & quomodò ſaſt diſceptatur.*
4 *Heliocaminus quid eſſet.*
6 *Feneſtrarum materia refertur.*
7 *Specularia vulgò Geloſie, quæ ſint.*
8 *Vetuſta de luminibus non officiendi querela.*
9 *Luminum, ac proſpectuum ſervitutes coinci-dant inter ſe.*
10 *Horum locus & diſpoſitio.*
11 *Ex Zenonis Conſtit. intervallum declaratur: Ejuſdem Conſtit. fides, atque auctoritas, & num. 49.*
12 *Alia diſtantia conſideratur Neapoli: ubi, an feneſtræ poſſint ampliari.*
13 *Servitus proſpectus, & ne proſpectui officia-tur, quomodo inter ſe differant.*
14 *Quale dominium arguatur ex Feneſtrarum do-minio.*
15 *Invito vicino fieri poſſunt, ſed cum quadam Diſtantia.*
16 *Feneſtra ſuper feneſtram quando aperiri poſſit: etiam, ſi ſit proſpectus in domum vicini, & num. 17.*
18 *Æmulatio quando præſumatur, & n. 54.*
19 *Non poſſunt aperiri feneſtræ, ſervitute in con-trarium quæſita.*
20 *Negativa proſpectus ſervitus quomodo intelli-genda.*
21 *Quarum rerum proſpectus tolli non poſſit.*
22 *In cortile vicini poteſt Feneſtra cum cantoni-bus aperiri.*
23 *Feneſtram habens versùs vicinum non eſt in quaſi poſſeſſione altius non tollendi.*
24 *Feneſtræ Moniales verſus an, & quando ape-riendæ, & 27. & n. 55.*
25 *An procedat hic favor pro Religioſorum maſcu-lorum clauſuris: & num. ſeq.*
28 *Laici feneſtras in Eccleſias proſpicientes ape-rire non poſſunt.*
29 *Principum, & Patronorum favore id limita-tur. Decl. ut infrà n. 57.*
30 *Patronus in fundationis limine quaſcumque conditiones quomodò poſſit apponere?*
31 *Circa Eccleſias, vel ſuprà illas ædificare eſt prohibitum.*
32 *An poſſint aperiri feneſtræ in pariete communi, ubi qualiter ſit intelligenda ad id conceſſa licentia.*
33 *Praxis Neapolitana, atque Romana in eo caſu referuntur.*
34 *Quando ſint claudendæ, ubi & de Lucano Sta-tuto: & quando ſecus num. ſeq.*
36 *Clauſuræ hujuſmodi patientia ex conventione præſumitur.*
37 *Ferreis clathris quo tempore feneſtræ ſint mu-niendæ.*
38 *Principis licentia non eſt alteranda.*
39 *Non cogitur feneſtras tollere quiſquis in eis cum ferratis præſcripſit.*
40 *Quando liceat illas in liberas convertere.*
41 *Mechliniæ ſtatutum, & Antverpiæ pro fer-reorum clathrorum munimine.*
42 *In Lotharingia impoſitum eſt pro feneſtris tri-butum.*
43 *Ligneæ feneſtræ, & ſpecularia affixa veniunt in domus venditione, & legato.*
44 *Feneſtras feriens, aut irrumpens, ſeù per illas aliquem occidens quid referat.*
45 *Ab iis nonnulli, qua de cauſa præcipitati.*
46 *Liber non eſt valens per feneſtras tantùm pro-ſpicere: & dicitur detentus, cui oſtium eſt præcluſum.*
47 *Feneſtræ luminares ſunt dumtaxat ad lumen recipiendum, proſpectivi, ſunt etiam ad amæ-nitatem.*
48 *Feneſtræ luminares, vel debent diſtare octo, aut novem palmos à ſolo, vel aptari vitreis incidis, & fixis.*
50 *Conſtitutio Zenoniana eſt apocripha.*
51 *Concluſiones, quæ defenduntur à Candidatis Advocatorum Conſiſtorialium, & Rotæ Au-ditorum in Aula magna Cancellariæ, ſunt contrà communem.*

52 Con-

52 *Conſtitutio Zenoniana in praxi non ſervatur*
54 *Æmulatio deducitur ex circumſtantiis arbitrio Judicis.*
46 *Feneſtræ proſpicientes in Clauſtra Monialium claudendæ non ſunt, quando per aliquod repagulum, vel alia ratione provideri poteſt.*
57 *Baronibus non eſt concedenda effrænata libertas aperiendi feneſtras introſpicientes Eccleſiam.*
Card. de Luc. *de ſervit. diſcurſ.* 16. *&* Paulut. *diſſert. a 3. artic. n. 96. declarantur.*
58 *Projectio Sordium in publicum de Jure prohibetur.*
59 *Solum publicum debet eſſe liberum à ſolo ad Cœlum.*
60 *Nemo privatus præjudicare poteſt uſui publico.*
61 *Qualitas deſtinationis loci publici pro Sordibus Civitatis exprimenda eſt ad evitandam ſubreptionem.*
62 *Ingrediens per feneſtras ad delictum perpetrandum, illud aggravat.*

EX toto ordinatim, ut æquum eſt, ad partes pertranſimus, præcipuas profectò ædificiorum, utpotè illas, quæ iis lumen liberioremque aeris curſum deferunt, ſcilicet feneſtras, ſine quibus paries certè cæcus eſſet nuncupandus, ut *Virg.* dixit *Æn.* 5.

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum.

1 Harum ethymon à Græco verbo φαίνειν, quod ſignificat *lucere* deductum putat Nonius Marcellus, eas appellans quoque *Transcanos* graviſſimorum virorum auctoritate. Superiori ſenſui aſſentitur *Iſid. orig. lib.* 15. 7. his verbis: *Feneſtræ ſunt, quibus pars exterior anguſta, & interior diffuſa eſt, quales in horreis videmus, dictæ, eo quod lucem fenerentur. (lux enim Græcis φῶς dicitur) vel quia per eas intùs poſitus homo videt.* Alii feneſtram dictam volunt, eo quod domui lucem miniſtrat, ut Sulmonenſis quondam;

Quæ lumen thalamis parva feneſtra dabat.

Sed Perottus, earum deſcribens ſtructuram; *Feneſtræ*, inquit, *in ædibus ſunt aliæ amplæ, aliæ minores, partim ad lucem reddendam factæ, & ἀπὸ τῦ φαίνειν, quod eſt lucere, nomen habentes; partim, ut venientes auras accipiant, tranſmittantque, ne aere pigro, & manente, locus ingraveſcat. Ab hoc fit feneſtro verbum, quod eſt aperio, perforo, & veluti feneſtras facio.* Quibus rebus adſtipulatur quodammodò Jo: Fauger. *in ethymol. Triling.* At *Matth. Martinius in lexico Philol.* Feneſtram dici exiſtimat, ut laternam ſereni, ſeu lucidi aeris: unde Hiſpani etiam *Ventanam*, quaſi ventoſam appellant, quod ventus per eam tranſmittatur. In hujuſmodi tamen materiis nobis prolixè ſcribere non præſtat; *Ut enim ſomniorum interpretatio* (verba ſunt Aug. lib. de princip. Dialect.) *ità verborum origo pro cujuſque ingenio prædicatur.*

2 Cæterum feneſtræ aliæ dicuntur *proſpectivæ*, quibus aerem haurimus, proſpicimus, & amænitatis gratiâ fruimus. Aliæ verò *Luciferæ*, ad radios ſcilicet divinæ lucis intromittendos. *Text. in l. ex quo §. Nulli autem C. de ædific. priv. l. inter ſervitutes, & l. lumen*, ubi *gloſſ. in verbo inferioribus locis l. ſi arborem* 16. *& l. eos* 39. *ff. de ſervit. urb. præd.* traduut *Franc. Connan. in comment. jur. civ. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 13. *& Altograd. conſ.* 51. *n.* 4. *tom.* 2.

3 Utriſque jampridèm Romanos abſque dubio uſos fuiſſe oſtendit *Joſeph. Caſtald. decad.* 7. *obſerv. in Critic. cap.* 6. quamvis luminum tantùm cauſa, non verò proſpectus feneſtras ab iis conſtructas nonnulli autumarint cum *Eraſmo Ungepaur exercit. Juſtinian.* 6. §. 8. Undè magnoperè miramus Lucam Holſtenium, virum aliàs maximè clarum, immortalique fama digniſſimum, prodere auſum feneſtras olim in Romanorum ædibus penitùs non fuiſſe; verùm pro illis uſu habitum *Heliocaminum*, (eo modo fortaſſe, quod jampridem in nonnullis Svevorum Urbium antequàm nivium, ſeù caloris damna ſtatis temporibus æquè fuerint 4 deprehenſa), *qui eſt concameratus locus, Soli expoſitus, ac Hyberno tempore calorem ex illa recipiens, & continens. Dictæ pars, quàm noſtri Evaporatorium Solare vocant, ſivè Solarium, ut apud Plaut. in Milite glorioſo.* Ità Jo: *Maria Catanæus ad epiſt. Plinii* 17. *lib.* 2. idemque ferè *Budæus* explicat *ad l. arborem ff. de ſervit. urb. præd.* De qua Holſtenii ſententia nos admonuere duo viri omnigenæ eruditionis, in priſcis tractandis rebus verſatiſſimi, utrique Sapientiſſimæ Chriſtinæ Svecorum Reginæ ſucceſſivè Bibliothecæ Præfecti, nobiſque ſumma præſertim neceſſitudine devincti, ſcilicet Benedictus Millinus, & Franciſcus Camelius; Miramur, inquàm, eum Vitruvius (cujus verba infra referemus) ſecùs oſtendat: & frequens feneſtrarum mentio apud *Plin. in epiſt. cit. & in epiſt.* 6. *lib.* 5. ex quibus apertè conſtat feneſtrarum uſus, & diſtinctio ab Heliocamino. Rurſùs de iis, ac de Maris proſpectu vicino minimè tollendo loquitur *Zeno in l.* 12. *C. de ædific. priv. Et in l. un. de via publ. & ſi quid eo, &c.* ſtatuitur Ædiles permittere non poſſe ſtercora in viis projici, neque morticina, neque coria dejici. Quod prorsùs abſque feneſtris in fruſtraneum eſſet ſancitum. His additur inveriſimilitudo, & diſcrepantia in iſtarum ædium partium conſtructione à priſcis illis viris Architectonicæ ſummè peritis, & luxus ſtudioſiſſimis, qui, ſicut noſtratibus, ferè cæteris deliciarum formis, antecelluere, quemadmodùm frequentèr patet ex Seneca, Juvenali, Petronio, aliiſque Scriptoribus ineptas vanitates planè contemnentibus; Profectò, neque (quod pejus) pariete cæco ſplendidiſſima ædificia confeciſſe cenſendum eſt; & ſi ob crebras temporis ruinas, vetuſtarum forma feneſtrarum hodie nullatenùs appareat. Senſus quoque Marſilii his verbis adductus: *Timuere olìm aeris vitium: feneſtras domorum parvas, anguſtas, & raras, & in ſummis cubiculis ſtruebant, undè vix luminis aliquid cubiculo illuſtrabat: quamobrem multis in locis in ipſo meridie lucerna opus fuiſſe omninò exiſtimo*, à Jo: Bapt. Donio de ſalubrit. Reſtit. Agri Romani fol. 240. ſic improbatur. *Fateor quidem, non tàm feneſtrarum amplitudine, numero, ac diſpoſitione, quàm aliis ornamentis, ædium ſuarum proſpectum veteres exornaſſe; ſed tàm parcos, atque inſcios in perforandis parietibus eos fuiſſe, ut Marſilius credidit, vix equidem puto, niſi propter ſpecularium penuriam (quæ, quod ex lapidis certo quodam genere fierent, ad ſolos fortaſſe divites pertine-*

Digitized by Google

tinebant) parciores fuerint in luminibus feneſtrarum captandis. De hoc lapide ſcribit *Plin. lib.36.cap.22.* Et nos exiſtimamus feneſtras ad lumen prius factas; deindè vero ad proſpectum, eum primum neceſſitati, poſtmodum verò utilitati, ac luxui debuerint, par eſſe. Immò vetuſtior apud Hebræos proſpicientium uſus planus fit ex ſacris litteris: cum 4. *Reg.* 9. *verſ.*30. de adventu Jehu in Jezrael ſcribatur: *Porrò Jezabel, introitu ejus audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram ingredientem Jehu per portam.* Cui populo, à Deomet Architecto, admirabilis ædificii; Arcæ Noeticæ ſcilicèt perfectionem indicta fuit 6 *Gen.c*6. *Feneſtram in arca facies.*

Item feneſtræ, vel dicuntur liberæ, vel ferratæ, quæ patent ex ſolo nomine. *Sprenger. in tract.de Jure ædific.cap.*9.*tit.de feneſtris.* Qui-
5 bus accedit feneſtra ſuprà tectum poſita, quæ vulgò dici ſolet *Lucernale* ex *Capoll. de ſervit. cap.*35.*n.*1.*in fin.cum ſeqq.Paſtett. conſ.* 130. *n.* 21. & novitèr Jo: *Bapt.de Luca in ſuo Theatro Verit.& Juſtit.ſed de Servitut.lib.*4.*diſcurſ.*22. *num.*4.

6 Verumtamen, ut cuncta aliqualitèr perpendamus, inter materiam, ex qua fiunt feneſtræ, numerantur Orbiculi, & Vitrea lumina, teſte *Cal.lib.*15.*cap.*3. Item papyrus, lapis ſpecularis, lintea, telæ inceratæ, chartæque oleo cinctæ. *Fauſt.ab Aſchaffenb. in Ærar.claſſ.*16.*ord.*188. ibi: *qui feneſtras, & Sprenger. poſt illum in eod.tract.cap.*9. qui diverſitatis non poſthabendæ meminit, inter feneſtras, ac ſpecularia; iſta
7 enim ſunt integumenta ex ſpeculari lapide, quibus ambulationes in hortis tectæ erant, quæ æſtivo tempore detrahuntur; ut ſcripſere *Cott. in verb.ſpecularia, & Mantica de tacit. conveat.lib.*4. *tit.* 15. *n.*4. ſeù quibus lumen in cænaculum tranſmittebatur, & Sol in ædes admittebatur, ſic dicta, quod è ſpeculari fierent lapide, ut hodiè per vitreamina, & chartacea, *ad Text.in l.*12.*§.Specularia ff.de inſt. inſtrum. leg.& poſt Plin.lib.*36.*cap.*22. *Martial. ità lib.* 8.*epig.*

Hybernis objecta notis ſpecularia puros
Admittunt Soles, & ſine Sole diem.

Et hodie vocantur *Geloſie* Italico verbo, ſuntque inſtrumenta in feneſtris poni conſueta, ut ſtantes ibi videre, & non videri poſſint, ut deſcribit *Capoll.cap.*63.*n.*1.

8 Mitto veteres quæſtiones inter duos illos vicinos, Anthemium Mathematicum, & Zenonem Rhetorem de proſpectu inſtituto contrà priſcam formam, & de ſervitute altiùs non tollendi, ac luminibus non officiendi. Querelam quoque ſimilem mulieris in Urbe à Zonara relatam adversùs Petronam Præfectum Vigilum vicinum ſuum: de primis enim ſcribit *Agathias Scholaſt.lib.*5.*hiſtor:* De utriſque *Gothofred.ad l.*12.*§.*2.*C.de ædif.priv. & Doctiſſimus Cujac.obſervat.lib.*17.*cap.*35.

9 Advertendo autem coincidere inter ſe luminum, ac proſpectuum ſervitutem, & ad invicem ſe habere, ut excedentia, & exceſſa. Debens enim alicui proſpectum, non debet, ut Cœlum videat, ſed ut per feneſtram, quæ proſpectiva nuncupatur, vel per foramen. Exemplo me declaro; ſi exiſtens intrà domum, aut aliquo ſimili modo coopertam diei claritatem ad ſe videat pervenire. Debens verò lumen, ità debet, ut per directum Cœlum reſpiciendo, diei claritas ad eum diffundatur, *Gloſſ. in l. lumen in verbo inferioribus locis ff.de ſervit. Urb. præd. Angel. in l.inter ſervitutes circà med. verſ. alia vero. Azo in ſum. C.de ſervit. & aqua n.*3.*verſ.& ſi quidem. Altograd.conſ.*51.*n.*3. Nec ſiunt feneſtræ in parietibus domorum ad recipiendum nocturnum lumen, cum videamus iiſdem feras ligneas, & ferreis cardinibus ſuſpenſas verſatileſque aptari, ut ad veſperam claudi, & obſtrui poſſint ad nocturnum aerem excludendum, & Lunæ lumen haud propitium, ut benè diſcurrit *Id.Altograd.d.conſ.n.*49.

10 Plures verò, equidem practicabiles, excitari poſſunt in jure controverſiæ, & ad rem facientes: ac præ aliis de illarum loco, ac diſpoſitione. Quamquàm autem *Vitruv. in* 1. celeberrimi ejus operis *libro* in cubiculis, ac Bibliothecis orientem verſus fieri feneſtras conſulat, quia Sol matutinus intrans aerem purificet, quod etiam adprobat *Avicennas*; Temporum tamen conditio in hoc ſervanda potiſſimùm eſt, in ædium diſpoſitione ad cubicula, & triclinia Æſtiva, & Hyberna; Ideòque, ne Ciconiæ, vel Grues (ad quarum imitationem Architectonica, atque Ædificatoria inſtituta ſunt) hominibus videantur prudentiores, feneſtræ Septentrionem ſpectantes in æſtiva tempeſtate plurimum commendatur: in Hyemali verò aerem meridionalem introducentes. Ità recentiores ex eodem Vitruvio, & *M.Varro in lib.*1.*Rei Ruſt.* ſub Tremellii Scrofæ perſona: *Non hic Varro noſter*, ait, *cum Corcyræ eſſet exercitus, ac claſſis, & omnes domus repletæ eſſent ægrotis, ac funeribus, immiſſo feneſtris novis Aquilone, & obſtructis peſtilentibus, januaque permutata, cæteraque ejus generis diligentia ſuos Comites, ac familiam incolumes reddidit?* pauld enim anta dixerat per magni intereſſe, ubi poſitæ ſint Villæ, quove ſpectent porticibus oſtiis, ac feneſtris. Ad quod facit hujuſmodi Jo:*Bapt.Donii* monitum *in cit.lib.de Reſtitut.ſalubr.Agri Rom.fol.*156. *Sed communis quædam regula in Oſtiorum, ac feneſtrarum luminibus aperiendis tradenda videtur; ut ſi alicubi Auſtralium ventorum ingreſſus vitari non poterunt, detur opera ſaltèm, ut ex adverſum adita patefacto, aut facili effluant, ne quoquam impingentes reſiliant, aut reſideant. Multis enim eò modis nocet, ac longè perniciosiùs eſt, quàm ſi in tranſcurſu tantùm peſtilens aura locum aliquem inficiat:* quod certè maximè eſt præcavendum. At quibuſcumque fere locis (ſi non obſtet impendium) Orientales commendantur à *Franc.Maria Gropalda in lexico de partib. ædium.* Verba ipſa quoque *Daniel.Barbari ad Vitruv.lib.*4.*cap.*2. quæ non debile materiæ noſtræ lumen afferre poſſunt, notare lubet: *Feneſtris ſic* (inquit) *numerus, ſitus, forma, & regula danda eſt; Nàm in medio, ſi diſponantur, diſpares eſſe debent, undè Venetiis vulgaris error eſt in numero feneſtrarum. Pari ubique ferè numero collocantur: undè viſus offenditur, & impedimentum fit maximum in aulis, ubi columna medianum occupat locum, quem apertio occupare debet. In angulis non ſunt ponendæ, nec ſine neceſſitate ubique faciendæ. Templis autem antiqui lumen, aut à valvis, aut à parte ſuperiori dediſſe videntur. Feneſtrarum ſitus à pavimento elevetur, quoniàm ocu-*

lis

lis, non pedibus cernimus, melinſque ventos evitamus. Cavendum eſt autem ne lumen aliundè impediatur, à ſupernis partibus lumen omne capitur. Utiles ſunt feneſtræ ad aeris renovationem, aer enim, quemadmodum aqua, jacens, & immobilis corrumpitur. Quadrata figura ab antiquis probata, convenienti magnitudine venuſtatem, & commoditatem ædificiis non mediocrem adhibet. Ex quibus præ cæteris apertè deducitur diſtantiam nonnullam in iis à pavimento ſervandam eſſe.

11 At de hac inter vicini ædes (quod præcipuè notari debet) apertè adeſt Zenonis Conſtitutio in *l.12.C.de ædific. priv.* ibi: *ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel feneſtras facere, niſi decem pedes in medio intercedant: tunc enim proſpectivas* (ſeù conſpicilia ex interpretatione Harmenopuli) *is, qui ædificat non poterit facere, niſi antea quoque fuerint, ut dictum eſt. Luciferas verò faciet utique, ſex pedum ſervato ab imo pavimento intervallo.* In qua Conſtitutione, quemadmodum *in Nov. Juſtin.* 165., dùm vetatur vicino auferri uſus feneſtræ apertæ, Mariſque proſpiciendi cauſa, etiam ſi ea ſit obliqua, & coacta, advertendum eſt, quod verbum Græcum Τοξικαὶ de anguſtiori feneſtra debet interpretari; Si etenim inter unius aulam, & locum purum alterius, ſit decennio integro medius paries antiquus, & aulæ dominus lumina decem annis per feneſtras Τοξικαὶ acceperit, dominum, ait, loci puri, ſi eum inædificare velit, debere tria cubita, & trientem intermittere. Quod ſi per hujuſmodi feneſtras lumina non exceperit, ſed ab alia ædium parte, nullum intermitti ſpatium aliqui malè interpretati ſunt. Quem ſenſum de obliquis, & anguſtioribus feneſtris, veluti quibus etiam hodie tela, hoſtes adversùs emitti conſueſcunt, amplectuntur, *Symmach. in Ezechiel. Harmenop. in tit, quæ ex Juliano Architecto retulit, & Cujac. obſerv. lib.* 13.*cap.*30. Sed allata intervalla in praxi ævi noſtro profectò minimè videmus vigere eo prorsùs modo, quem in ædificiorum ſuprà adductis interſtitiis deſcripſimus.

Id tamen unum adnotare non negligam, diù olim inter tenebras latuiſſe celebrem hanc Zenonis Conſtitutionem à *Contio* editam *in d. l.* 12.; quàm, licet Accurſius gloſſando legem ſequentem ipſius ampliatoriam, ubi nam illa fuerit, exclamet, Angelus verò de Peruſio ibidem, ob ejus deficientiam, neſcire ponere caſus figurationem dicat, ac proindè nonnulli eam apocripham exiſtimaverint, ut patet ex deductis per *Gizzium in obſervat.* ad *Capyc. Lat. deciſ.*50. *num.*4.*& ſeqq.to.*1. *& Rot. coram Eminentiſſimo D. Cardin. Celſo deciſ.* 375. *num.* 5.*& ſeqq.* quæ tamen circa hoc nil definit, ut conſtat *ſub num.* 12. *ex verſ. ſed quicquid ſit de prædictis.* Ejus tamen auctoritas & exiſtentia ſatis liquet, ne dum ex Caronda, Gothofredo, Angilæo, Julio Pacio, celebrioribuſque aliis Codicis Juſtinianæi reſtauratoribus, verùm ex *Cujacio in ſuis obſervat. & ex Petro Fabro in l. donum ſuum* 61.*ff. de reg. jur.* qui eam pro tali ſuppoſuerunt & gloſſarunt: ex *Ant. Auguſt. in collect. leg. Græcar. in Cod. ſparſar.* qui addit etiam in notis duo exemplaria ejuſdem ſe vidiſſe, alterum nempe Venetiis in Bibliotheca Beſſarionis Cardinalis, alterum Florentiis in Laurentiana; Rurſus ex ipſiuſmet Juſtiniani *Novell.* 63. *&* 165. teſtimonio: ex Baſilic. atque Harmenopuli, Athalaiæ, veterumque aliorum Græcorum prochiriis. Et hanc variis, acutiſque concluſionibus in aula magna Apoſtolicæ Cancellariæ defendit egregiè *R. P. D. Severolus* cum ad eximi ſui parentis in Advocatione conſiſtoriali coadjutoriam merito fuit admiſſus.

Aliam verò diſtantiam in feneſtris ſtatutam invenire non potui, quàm eam, quæ definit conſuetudo Neapoli incip. *& ſi ex latere*, ut ſcilicet feneſtra ſeù alia vicini apertura per palmos, ac totidem tertios (ut vocant) ab ædium proximarum latere diſtare debeat. Hanc bene *Salernus* amplectitur *in ſummar.* quod ad *conſtitut. prædict.* facit: & declarationibus exornat *Scipio Rovit. con.* 19. *num.*4. *lib.* 3. dicens id intelligi cum aliquis ædificium conſtruit juxta
12 locum publicum, non autem quando juxta domum, locum, hortum, & aream vicini, quia eveniente hoc ſecundo caſu, non poterit ædificans in alio novo membro plures, ampliores, aut longiores aperturas efficere, niſi quot, & quales in inferiori habebat membro; & citat *conſuet. ſi quis habet tit. de apert. non faciend.*: Ex quibus videtur quoque limitari communis concluſio, ampliare feneſtras in domo propria quemque poſſe ac ædificium extollere, ne dum ex *reg. tex. l. in re mandata C. manda.* in qua Conſtantin. Imper. decernit, quod quiſque rei ſuæ liber eſt moderator & arbiter: ſed ex peculiari Zenonis decreto *in d. l. penult. C. de ædific. privat.*

De Servitutibus proſpectus, & ne proſpectui officiatur, utraſque ab invicem non differre ex Jaboleni & Ulpiani reſponſo *in l. ædificia & l. inter ff. de ſervit. urb. præd. Jo: Robert.*
13 *Aurelian* autumat *ſentent. Jur. lib. cap.* 7. qui proſpiciendi ſervitutem, quaſi procul aſpiciendi interpretatur dictam. Sed tutior judicatur ſententia *Sprengeri in tract. de Jure Ædific. cap.* 11. *verſ. a. Diſting. num.*8. eas ſcilicet ſervitutes inter ſe differre, minùs enim continet ſervitus proſpectus, quam ne proſpectui officiatur: & eſt, quando non habenti feneſtram vel foramen, ex quo proſpectum habere poteſt, nec de jure habere valenti, vicinus conceſſit habere proſpectum in domo vel camera, auctor, *Cæpolla de Servit. urb. præd. cap.* 24. *num.* 3. Quemadmodum (*ex eod. Sprenger. num.* 9.) id quæſitum videtur, quod vicinus lumina noſtra excipiat: in ſervitute verò ne luminibus officiatur, ne a vicino poſſim aliquid de luminibus, quæ habuit detrahere *ad tex. in l. luminum de ſervit. præd. urb.* Seù clarius cuncta explicantur dicendo, quod qui luminum ſervitutem debet, taliter tenetur lumina noſtra excipere, ut feneſtram aut feneſtras, prout convenerit, aliamve quam lucis illàc intromittendæ tantùm cauſa aperturam in pariete, ejus prædium verſus fieri patiatur, è quibus aperturis cælum conſpici, ac inde lux excipi poſſit. *Text. in l. lumen ff. de ſervit. urb. præd.* Qua ſola conſtituta, dominus ſervientis prædii luminibus illis officere poteſt, obſcuriora ea reddendo, dummodo antiquam ædificiorum formam ſervet, nec penitùs cæli conſpectum tollat, arg. *l. qui luminibus & l. ſi arbores in princ. ff. de ſervit. urb.*

præd. Qui tamen ſervitutem debet, ne luminibus officiatur, non in id obſtrictus eſt, ut patiatur immitti feneſtram apertuiamve fieri, ſed ne quicquam faciat, quo lumina vicini jam ante immiſſa, aut quæ poſtea jure immittentur, obſcurari poſſint juxta *l. 3. & l. inter ff. eod.*, Egregie Aurelius ubi ſupra: ex quo clariſſime itâ oſtenditur inter luminis, ac proſpectus ſervitutem differentia, ut prima cœli faciat liberiorem aſpectum; ex quo feneſtræ claritate afficiantur adeo ut, ſi infra feneſtram, cujus immiſſione luminum ſervitutis uſus explicatur, aliquid fiat, cum lumen ex inferiore loco non ſit, nihil contra ſervitutem fit. In proſpectu verò libertas requiſita uſquaquaque, etiam ex inferioribus locis proſpectum importat, ex quibus debetur ſervitus, cum non levior ſit commoditas inferiora, quàm ſuperiora conſpicere, ut hortos, mare, monteſque, *arg. d. l. ædificia & l. inter ſervitutes*; Ab eodemque ad clariorem *d. l. lumen* intelligentiam allata ſunt. Quæ præmittenda erant, veluti ſequentium prolegomena.

14 Noto hic, quod, quanquam murus, in totum dicatur eſſe illius, à cujus parte ſunt feneſtræ, ut poſt *Cæpoll. Menoch. dixit præſ. 73. num. 11. & conſ. 1237. Aldevin. conſ. 10. num. 15. & Bertrand. conſ. 136. num. 2. vol. 2.* Feneſtrella tamen, ſeu parvum foramen in pariete relictum, omnimodum non facit arguere parietis dominium, dum totum non penetret parietem; clandeſtinè etenim fieri potuit, & ignorante vicino. *Menoch. d. conſ. num. 41. & præſ. 73. num. 12. in fin. Tuſch. concluſ. 432. num. 6. litt. M. Tondut. Sanleger. quæſt. & ver. civ. cap. 88. num. 6.* Et habere illam in muro elevato non arguit quaſi poſſeſſionem luminum, ideoque non præſcribitur. *Paſeth. conſ. 131. num. 20.* Neque, ſi fuerint diverſæ, poſſunt arguere ullo modo diverſitatem domus, cum pro majori habitantium commodò ibi fieri potuerint. *Laderch. conſ. 78. num. 6. Rota Bononienſ. diverſ. decis. 67. num. 20. Surd. conſ. 207. num. 10. & 13. & Rota Romana coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottobona deciſ. 62. num. 7.* ubi firmatur æquivocas hujuſmodi probationes non ſufficere, ſed concludentes requiri ex *deciſ. 295. num. 8. p. 1. rec.*; *Et Burott. deciſ. 677. num. 5.* dicit raro evenire, quod una domus plures habeat proſpectus æquales, quem citat, & ſequitur *De Luca ubi ſupra diſc. 74. num. 18.*

15 Regulariter autem poſſunt fieri feneſtræ in muro proprio, invito vicino, non ſolum luminares, ſed etiam proſpectivæ, etiam ſi per mille annos ibi non extitiſſent, *l. altius cum l. ſeq. & ibi Bald. & cæteri ſcribentes C. de ſervit. & aqua. Cæpoll. de ſerv. Urb. præd. cap. 62. num. 1. Caphal. conſ. 130. n. 1. & 3. Bero. conſ. 134. num. 15. lib. 3. Carpan. ad Stat. Mediol. p. 2. cap. 133. n. 21. & ſ. qq. Vrizenegger de ſerv. diſſert. 3. c. 3. nu. 33. Gaſpar Manz. eod. tract. tit. 2. quæſt. 64. num. 192. uſque ad 204.* qui duo materiam hanc tractant, & omnia argumenta diluunt. *Ciarlin. controver. 182. num. 10. vol. 2. Rota Bononienſ. diverſ. deciſ. 110. num. 2. Sperell. deciſ. 55. num. 18* & demum Romæ deciſum fuit (a) *Bononien. Feneſtrarum 13. Aprilis 1663. cor. bo: me: Emerix.* Et hæc eſt ſententia vulgatiſſima, & in praxi recepta, & obſervata, quamvis contrarium vitantur nonnulli defenſare apud *Host.*

(a) Dec. 48. co. Emer Senio & poſt Tr. dec. 12.

preſt. in §. prædiorum il 1. num. 53. inſtitut. de ſervit. urb. præd. Cujus auctoris tamen *ibid. nu. 54.* diſtinctio acutiſſima plurimum nobis arridet; Paries etenim, cui feneſtræ ſunt immittendæ, aut ædibus vicini eſt nimium propinquus, & nullæ harum feneſtrarum, niſi antea ibi fuerint, abſque ſervitutis jure, fabricari poſſunt, Aut ab iiſdem legitima eſt diſtantia remotus; in quo caſu, ſi novus fuerit, tam proſpectivas, quam luciferas quiſque facere poteſt feneſtras, dummodò à vicinarum ædium pariete pedum ſpatio diſtet; Si vero eſt vetus, ut prædictæ feneſtræ haberi poſſint, decem pedum diſtantia ſufficit. Luciferas autem feneſtras utrique parieti huic immitti poſſunt; dummodo ſex pedum intervallo à vicinis ædibus ſit remota. Arrident hæc, inquam, de jure, atque ad legis expoſitionem, ſed in facto nullatenus obſervantur, quemadmodum de iis, quæ *in l. 12. de ædific. privat.* ſtatuuntur, paulo ante innuimus.

16 Concluſio firmata ampliatur primo, ut domum habens ſupra vel extra vicini ædes, ſi alia velit ſuper illa ædificare membra poterit in iis feneſtras aperire, quæ tamen veteribus non ſint ampliores, de conſuetudine Neapolitana; Quod ex membro ſuperiori per directum, non eſſe ad inferius membrum extendendum probat *Donat. Ant. de Marin. var. reſolut. lib. 2. cap. 805.* plures auctoritates afferens contra *Matth. de Afflict. deciſ. 884.* Et de jure (ut de forma omnino nihil dicamus) feneſtra ſuper aliam feneſtram fieri poteſt. Sic *Mata* ſuper conſuet. Panormi *cap. 29. n. 43.* maximè quia DD. aſtruunt, quod ubi una vel aliquæ feneſtræ jam adſunt, earum multiplicatio non infert præjudicium: id teſtantibus *Surdo conſ. 387. num. 6. cum ſeqq. & Afflicto deciſ. 224.*

17 Amplia Secundo feneſtram in proprio pariete fieri poſſe, quamvis per eam inſpiciatur in domum, vel aliam rem vicini, dummodò ad æmulationem non fiat, vel niſi probetur ex adverſo debita ſervitus, quod ſcilicet ibi non poſſit eſſe feneſtra. *Cæpoll. de ſervit. cap. 62. Ovnot. in §. prædiorum nu. 21. inſtitut. de ſervit. urb. præd. Hypol. ſing. 54. Boer. deciſ. 320. num. 6. Urſill. ad Afflict. deciſ. 225. Sabell. var. reſolut. & reſponſ. cap. 7. num. 33.* Et niſi probetur hæc ſervitus cauſam habere continuam. *Bero. conſ. 134. nu. 3. vol. 4.* vel adſit contractus. *Muta in cap. Regni Sicil. cap. 116. n. 116. ja. 2.* Aut præjudicium ſummum non afferatur vicino. *Id. Muta ſuſt ad conſuet. Panormi cap. 29. Anglebermaeus in conſuet. Aurelianenſ. pag. 70. de ſervit. cap. 11 & in les coſtum. de Tour. tit. 19. pag. mihi 125. poſt Cyn. in l. altius C. de ſervit.* Ratio id ſuadet, quia illicitum eſt, quod vicinus alterius vicini ſecreta videre velit ex feneſtra noviter conſtruenda, *Carpzov. Juriſprud. for. Romano Saxon. p. 2. conſtitut. 41. defin. 12.* In quo tamen certa & determinata regula dari non poteſt:

18 cum in dubio non præſumatur fieri ad æmulationem, donec contrarium non probetur, ex *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 156. n. 9.* latè *Palma conſult. 38 Rota coram Baratta dec. 631. n. 7. & add. ibi n. 25. & in Bononienſ. (b) Feneſtrarum 13. Aprilis 1663.* jam cit. *coram bo. me. Emerix: & in (c) Aſculana Servitutis 11. Februarii 1667. coram eodem, & (d) in Lauretana Feneſtrarum 28. Junii 1669. coram R. P. D. Ca-*

(b) Poſt Tract. deciſ. 12. & deciſ. 48. cor. Emerix Sen.

(c) Dec. 177. cor. eod. & poſt Tract. deciſ. 31.

(d) Poſt Tract. deciſ. 46.

D. Caluteſu. Sed tantum præſumitur id fieri ad æmulationem, vel malevolentiam, quando videri poſſunt ſecreta vicini; & faciens feneſtram, nullam, aut modicam exindè percipiat utilitatem, ut benè diſtinguunt *Paul. de Caſtro in d. l. altius C. de ſervit. Bertrand. conſ. 33. vol. 3. p. 1. Marzar. conſ. 47. n. 8. & 9.* aliique cumulati in præd. *Aſculana Servitutis §. utramque autem.* Tunc verò) ut detecto morbo, pharmacum porrigamus, ad prudens Judicis arbitrium recurrendum eſt, qui ſe conformare debet particularibus ſingulorum caſuum circumſtantiis, attendendo ædificiorum qualitatem, & perſonarum reſpectivè; Puta ſi fuerint amici, vel non: & præcipuè mores facientis feneſtram, ſi veriſimiliter eam feciſſet, etiam ſi eſſent amici, & præcunctis meditabitur Regionis conſuetudinem, ad cujus limites generalis regula prædictæ *l. altius* modificanda erit: *arg. tex. in l. 1. §. 1. ff. de ju. delib. c. de cauſis de offic. deleg. & l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* & dicunt *Bertrand. in addit. conſ. Surd. decif. 168. n. 5. & ſeqq. nec non De Luca ubi ante diſc. 4. n. 5.* Probata autem æmulatione, ne dum obſcurari debet, ſed tota fabrica deſtrui. *Grilenzon. conſ. 172. n. 4.*

19 Quod autem (ut indicavimus) licitum non ſit aperire feneſtras quoties aliqua ſervitus in contrarium quæſita fuit, *ex l. fin. §. fin. C. de ſervit. Urb. præd. poſt Cepoll. eod. tract. cap. 19. n. 1. & Sperell. decif. 55. n. 19. & 22.* deciſum fuit à Rota Romana in una (a) *Firmana Servitutis 21. Maii 1664. coram Reverendiſſimo D. Niuot. Epiſc. Tarraconenſi*, ubi ad hunc effectum modus præſcribitur eam probandi, ſcilicet præſumptionibus, & conjecturis, & citantur *Bart. in l. 1. n. 9. ff. de itin. actuque priv. Capoblanc. de Baron. pragm. 14. n. 13. & ſeqq. Pancirall. conſ. 74. n. 4. & 5. Caſanat. conſ. 39. n. 48. Grat. diſcept. 681. n. 6. & ſeqq. & eadem Rota decif. 160. n. 3. & 4. coram Reverendiſſimo Royas.* Exempla verò ibidem afferentur, ſi teſtes depoſuerunt ſe ab anteceſſoribus pluries audiviſſe conſtitutam eſſe hujuſmodi ſervitutem, accedente oculari præcipuè demonſtratione, ex qua longi temporis tranſitus cum eximia aeris anguſtia, inveriſimilis appareat, ut notant *Cepoll. de ſervit. cap. 62. n. 11. Theſaur. decif. Pedemont. 16. n. 4. & Rota in* (b) *Camerinen. Juris fabricandi 17. Junii 1635. cor. Dunozetto.* Quæ ſervitus realis dicitur, ac tranſitoria cum ipſo domo ad quoſcumque, dum reſpectu certi, & determinati fundi impoſita fuerit, & vim pacti habentis cauſam perpetuam. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 432. n. 12. p. 2. Olea plures citans in tract. de ceſſ. Jur. tit. 4. quæſt. 7. à n. 8. ad 13. & in addacta Firmana Servitutis §. fin.* Quibus adde, poſſe prohiberi ſtatuto, ne fiant feneſtræ, quemadmodum ne ibi aliquid immittatur. *Mutu in cap. Regni Sicil. tom. 2. cap. 116. n. 108 ubi nu. 112.* quod, ſi fuerit permiſſa feneſtra, non debet eſſe formæ inuſitatæ. Ubi non eſt ſilendum uſufructuarium feneſtras domus fructuariæ aperire, non verò claudere poſſe, *l. 13. §. ſed ſi odium ff. de uſufr.*

(a) Poſt Tract. deciſ. 15.

(b) Dec. 404. cor. Dunozett. jun.

Porro notandum eſt negativam proſpectus ſervitutem ex laudo utrinque emulgato vim

20 tranſactionis obtinente optimè deſumi poſſe. Ita Romana Rota *decif. 350. n. 4. rec.* quod inſtar pacti, ſeù ſententiæ ſervitutem inducit. *Eugen. conſ. 32. n. 20. cum ſeqq. lib. 2.* Ejuſque medullaris tenor in caſu volentis domum à ſervitutibus liberare ſervandus eſt. *Rota in rec. decif. cit. & in ſuprad. Aſculana Servitutis coram Emerix.* Ita qui ſervitutem debet ne proſpectui officiatur, vel proſpiciendi, ſeu proſpectus ſimpliciter, nihil facere poteſt, per quod ad liberum & gratiorem proſpectum officiat. *Gomez Leon. reſponſ. Jur. 42. n. 1. & 2.* quod juxta eundem procedit quoque in ſolo Valentiæ, ut refert *in decif. Valentin. 178. n. 10. vol. 2.*

21 Nonnullarum autem rerum proſpectus tolli nequaquam poteſt, etiam nulla in id conſtituta ſervitute, puta Maris, cujus proſpectum ei, qui è domo mare conſpicere potuiſſet, intra centum pedes nulla rei adimi aut impediri potuit, *ad tex. in l. novell. Juſtin. 63. in Auth. de nov. oper. nunc. mari aſp.* Niſi à latrinis, ſcalis, ſeceſſibus, culinis, & balneis, *l. 12. §. 4. C. de ædific. priv. & notat. Spranger. de ju. ædific. cap. 6.* Idemque fuit obtentum in eo, qui proſpectum è domo habuiſſet, vel hortorum, vel montium, vel ſcripturæ publicæ *Jo. Robert. Aurelius lo. paulo ante cit. ex Hermenop. lib. 2. Epit. tit. 4.*

Sed gravis difficultas eſt, & ſupra non ſatis

22 reſoluta, utrum aperiri poſſit feneſtra in cortile vicini? In qua de jure communi reſponſio propemodum eſt negativa, *l. vulg. quidam Hiberus*, quamvis affirmativè reſponſum dederit *Gomez Leon. reſponſ. & informat. jur. cap. 54. n. 1.* ubi tamen ſecùs eſſe dicit ex Hiſpalenſi jure ſtatutali: quod imitari videtur ſtatutum municipale Bononiæ id interdicens in muro proprio vel conducto, dummodo aliundè commodè lumen haberi poſſit. Contrarium tamen, ſcilicet id licere invenio *de conſuet. Catanenſi tit. 60.* quam gloſſatur *Nepita*, & ad propoſitum *tit. 1.* Quæ ſententiarum diſſonantiæ facillimè conciliari poterunt, ſi dicamus in iſto caſu feneſtram debere fieri cum cantonibus, ad hoc ut dominus ea poſſit uti; vel habere ferriatam marmoream, non verò ligneam, ut claudi fieri nequaquam poſſit. *Afflict. decif. 225. aliique apud Thoro in compend. dec. Neapol. verb. Feneſtra vol. 1.* Quod ampliatur, ſi hoc præſcriptum fuerit, & lumen aliundè haberi non poſſit. *Ricc. collect. dec. 1510 p. 5.* ea nimirum ratione, ne ædificia remaneant inutilia. *Urſill. decif. Neapol. 265. & Gorgiarum conſ. 14. nu. 7. lib. 1.* In quo caſu cogitur quodamodò vicinus aerem vendere. Idem *Ricc. collect. decif. 1296.*; Et ſic impeditur proſpectus, & fabricæ ſtatus non deformatur: undè ſemper applicari poteſt prædicta Bononienſis diſpoſitio, utpotè pro communi emanata bono, ad rixas, & deſidias evitandas, *ut ex Oinot. In §. prædior. urban. inſtitut. de ſervit.* cenſuit *Rota in eodem* (c) *Bononienſ. Feneſtrarum coram bo. me. Emerix in §. penult.* Sciendum quoque hic tandem eſt, feneſtram haben-

23 tem in muro versùs vicinum, non per hoc eſſe in quaſi poſſeſſione ſervitutis altius non tollendi quoad vicinum, ut firmant *DD. in l. qui luminibus ff. de ſervit. urb. præd. & in l. 1. C. de ſervit. & aqua; & individualiter Paſtab. conſ. 130. num. 10.*

(c) Dict. deciſ. 48. cor. Emerix ſen.

24 At quid dicendum erit de Feneſtris data opera, vel fortuito proſpectum in Monialium cœnobiis deferentibus? Non enim ſufficit ſuperius adducta inter illas, ac laicos corporalis diſtantia, niſi cæteri ſenſus (proſpectu obvelato) quodammodo tueantur. In jure igitur qua-

liſcumque ad monialium ſecreta vetatur aſpectus, ut benè *Cyn.in l.altius C.de ſervit. num.4. cum ſeqq & Bald.ibid.etiam n.4.* quibus accedit *Covarruv.lib.3.var.cap.14.n.8.verſ.7.* Unde ratione ſervandæ honeſtatis, laudabiliſque cuſtodiendæ monialium verecundiæ, aut prohibetur ne ædificium altius tollatur; aut ipſa ſummet feneſtrarum clauſura ſancitur. *Beronſ. conſ.135.n.10.vol.3. Franch. deciſ.223.n.3.* latè *reſponſ.18. per tot. vol. 2.* qui amplificat in monaſterio prius extructo; & poſt *Rot.Roman. deciſ.209.coram Royas* dixit noviſſimè *Jo:Bapt.de Luca d. lib.4. diſc.21. n. 3.* ubi recenſet in hac materia plures Sacræ Congregationis reſolutiones. Hinc Rovitus (quem ſequitur *Maretta diſcept.for.cap.35.n.24.*) *in pragm.Regni Neap. pragm. 2. de Monial.* hæc habet: *Feneſtra ſpectantes ad Monaſteria monialium, de quibus aliqua vertitur lis, infra menſem claudantur, & pavimenta ſubdialia ſint ſubtegulanea. Deciſ. vero 92.n.6.* ita judicatum teſtatur à S.Concil. Neap. licere ædificare monaſterio S. Franciſci Capitis Montis, ita tamen ut per feneſtras, non haberetur ad monaſterium aſpectus, non obſtante quod ædificium eſſet contra viridaria monaſterii, adeſſetque via ſatis larga intermedia. Qua in civitate alium caſum ſequutum refero in Authoribus PP. Camaldulenſium, qui, cum à PP. Dominicanæ familiæ ſitum obtinuerint ad effectum ædificandi, in ea conceſſione clerè fuit conventum, quod eiſdem non liceret aperire feneſtras monaſterium reſpicientes, ſeu ædes concedentium, niſi ad lumen tantum: de quo meminit *Rota deciſ.375. n.22. coram Eminentiſſimo D.Cardinali Celſo*. Et benè applicari poteſt juxta facti contingentiam cum de novo ædificandæ ſunt.

25 Nonnulli auſi ſunt concluſionem extendere ad Religioſorum maſculorum clauſtra, ſeu monaſteria monialium utriuſque ſexus, ut loquit *Ricc.in collect. deciſ. 4211.* qui plures ampliationes & limitationes affert. *Muta in cap. Regni Sicil.119. n.111. lib.2.* & noviter *Lezzana in ſumma Regal.tom.4.verbo Monaſteria Regularium n. 23.* Immo Neapoli ſic quoque fuit interpretata *pragm.3.de monial.* quemadmodum in *Sac.Reg.Conſ.* judicatum refert *Rovit. deciſ. 92.in qua n.22.* æquale defendit eſſe periculum in honeſtatis aſpectus de viris ſæcularibus in religioſas, ac de fœminis ſæcularibus in religioſos. Quapropter & hunc prohibendum fore poſt *Cyn.ubi ſupra & Ant. Padilla n. 19. Bald. n.4.& Salic. n.2. C. de ſervit. & aqua. Covarr. lib 3.variar.cap.14.n.18.verſ.ſeptimo Alex. conſ. 274. n.4. vol.2. Bero. conſ.135. lib. 3.* dixerunt *Borgnin.Cavalc.deciſ.8. in fin.p.4.& Ganaverr. deciſ.Neap.20.num.5.*

26 Verumtamen non video, quare hic tantus rigor ſervandus, cum ii per civitatem in dies ambulantes, tam magno aut non ſubſint animarum periculo; aut ad tam ingens potius incommodum ex majori ipſorum prudentia, vicinos nequeant cogere. *Urſell.concluſ.62.n.70.& Sabell. variar.reſolut. cap.15. n.14.* Quanquam hujuſmodi favor ad prave vitanda lubricæ juventutis pericula, & diſciplinas facilius captandas, poterit Seminariis quodammodo juxta prudentis arbitrium concedi; quemadmodum Scholaribus Romani Collegii laudabiliter præſtitus fuit à Rotæ Auditorio in (a) *Romana altius nō tollendi 30.Maii 1622.coram Buratto.*

(a) Dec.621. cor. Buratto.

27 Diſcurſum tamen ad Monaſteria Monialium vertendo, concludo murum elevari non, etiam ſi incidenter moniales proſpiciat. *Sperell.deciſ. Eccleſ.58. n.8.* Atque ædificantem claudere teneri feneſtras, ſi id faciat, ut videat uxorem, vel filias aut Religioſas, quia tunc ad æmulationem diceretur id fieri, *l.fundo ff.de rei vindic. & Lopas ff.de oper.publ. Sperell.ibid.n.1.* Immò nonnulli aſtruunt claudere teneri moniales eas, per quas à vicinis proſpiciuntur. *Amendula in addit.ad deciſ. Vinc.de Franch.*223. quod tamen (quidquid dicat *Sperell.*) irrationabile non videtur, conſiderata loci proximitate, & proindè ſexus tam imbecillis periculo imminente. Si autem vicinus eas ad ſui commodum tantum aperiat, vel in totum claudere debet, lumine ex alia parte in aulas ingrediente, vel ad lucem tantum, juxta praxim & doctrinas allatas, reſerare.

28 His dubium nectitur de laicorum feneſtris aſpectum habentibus in Eccleſias; an & quomodo ſcilicet valeant aperiri vel retineri? Concluſio igitur fundamentalis, & inter Doctores receptiſſima eſt, nec minimam licitum eſſe imponere Eccleſiæ ſervitutem, cujuſcumque illa ſit qualitatis. *Text.* ſunt apertiſſimi *in l. ſervitutes 14.§.fin.in fin.ff.de ſervit.l.ſi quis §.ſed loco ſacro ff.de aqua pluv.arcen.l.accepi ff.commun.de ſervit.* & dicit *Capolla in ſuo tract. de ſervit. urb.præd. cap.16.n.6.in fin. & in cap.18. n.1.* Adeoque in praxi hæc recipienda ſunt, ut, ſi quid ædificatum fuerit ſupra, vel circa muros Eccleſiæ, aut aliquid factum, immiſſum, vel ſuper impoſitum, quod Eccleſiæ damnum, aut incommodum afferat, debet deſtrui ac demoliri ex interdicto ne quid in loco ſacro; quod non ſolum eſt prohibitorium, ſed etiam reſtitutorium, ut probat *tex. in l.2. §. ſi quis nemini: in loco enim ſacro non ſolum facere vetamus, ſed & factum reſtituere jubemus, hoc propter Religionem: ff. ne quid in loco publ.* & ibi tradunt *Angel. & cæteri ſcrib.& l.1. & ibi Bart. ac toto tit. ne quid in loco ſacro.* Ex quo arguo illicitum fortiùs eſſe feneſtras Eccleſiam reſpicientes aperire, & habere ita ut, ſi alicubi ſint, claudi debeant, docente id *Ancharan.in Clem.1.n.1. in fin.de ſent. excommun.* ubi quod temerariò agunt, qui aperiunt hujuſmodi feneſtras, & ibi: ſtant ad audiendum Divina. *Scipio de Rubeis in aphoriſ. epiſc.in verbo oratorium n. 1. ibi nec feneſtra in illo ſint, per quas ab eo proſpectus haberi valeat: Sell.in ſuis ſelect.canonic.cap.3.n.119.Barboſ.de univer. Jur.Eccleſ.lib.1.cap.11.ſub n.15. Gavant.in manual.Epiſcop.in verb. Eccleſia nu. 27.* & noviſſimè *Nicol.in ſuis Floſcul. in verbo proſpectus n.1. & 2. fol. 589.* Quorum doctrina Sanctæ Memoriæ Pii V. ordinatione ex piiſſimi (ſic præſtat dicere) ſui pectoris fonte emanata, locupletanda eſt, Mandavit enim ſaluzie anno 1566. cunctas vicinorum feneſtras claudi, ex quibus aſpectus ad Eccleſiae haberi poſſet, ut *Fuſcus* refert *in tractat.de Viſitat. lib.1.cap.11. n. 10.* pro cujus executione Cardinalis Sabellus tunc tanti Pontificis Vicarius decretum edidit omnibus præcipiens feneſtras ſimiles habentibus, ut illas claudere deberent: & illud in extenſum refertur à *Quarante in Summa Bullar.in verbo Reverentia Dominarum fol. mihi* 382. Et demum Sacra Epiſcoporum Congrega-

tio ita ſemper inconcuſsè tenuit, & ſervari mandavit, ut præter antiquiores reſolutiones relatas per *Barboſ. & Gavant. in ſupra cit. locis* ita reſpondit *in una Casertana* 8. *Junii* 1636. *& in Hortonen.* 11. *Junii* 1655. & de ordine Sanctiſſimi, ita praxis exibuit *in una Alexanenſi ſub die* 18. *Januarii* 1662. Idemque reſpondit Sac. Rituum Congregatio in una *Veronenſi* 15. *Junii* 1635. *& in una Marſicana* 28. *Martii* 1654. Et non modò parum proderit in iſto caſu Papæ ſimplex licentia, verùm & nil penitùs valebit; Quis optime applicari poteſt doctrina de licentia Principis ædificandi in publico, quæ intelligitur, dummodò id fiat abſque alterius incommodo ac præjudicio, aliàs ſi alteri præjudicium & incommodum afferat, habetur pro non conceſſa, niſi Papa nominatim & expreſsè illam afferat concedere, etiam ſi alteri allatura ſit incommodum, ac præjudicium: quo etiam caſu intelligitur de modico præjudicio, non verè de ingenti ex apertis *text. in l. 2. §. in mercis & §. ſi quis à Principe* & ibi tradunt *Bart. Alberic. & Angel. ff. ne quid in loc. & Capolla de ſervit. cap.* 60. *n.* 9. *&* 10. ubi latè & egregiè. Nemo autem aperte non videt quanta ſint Eccleſiis ex hujuſmodi ſervitute incommoda: quæ cum experiantur præcipuè Sacri Æditui & Curati, huc adducere ſupervacaneum eſt.

29 Limitari id tamen poteſt Principum ſeù Magnatum favore, quibus quandoque ob eorum in Divinam domum munificentiam commoditas hæc poteſt concedi; Et patronorum, qui in limine fundationis quaſcumque valent condi-
30 ditiones apponere, etiam ſi circa ſpiritualia ſint, & adverſus jus commune, dummodò aliàs dicitæ ac poſſibiles ſint, atque Ordinarii conſenſus accedat, ut dixerunt *Lambertin. de Jurepat. lib. 2. p. 1. quæſt. 9. art. 1. nu. 49. uſque ad fin. Gonzal. ad reg. 8. Concell. gloſ. 5. in princ. nu. 47. 48. &* 103. *cum ſeq. gloſ.* 15. *n.* 130. *ac gloſ.* 29. *nu.* 3. *Guttier. conſ.* 1. *&* 2. *n.* 1. reſolvit *Rota deciſ.* 345 *n.* 4. *& deciſ.* 369. *n.* 10. *cor. Royas.* Et apertè colligitur ex diſpoſit. *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 24. *de reformat.* & conſtat ex eod. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. 9. *&* 10. *de reformat.* id quoque notante *Molina de commut. ult. vol. cap.* 10. *n.* 39. Unde ſic valida erit conditio, quod beneficiarius ad horas canonicas non teneatur. *Paſqualig. quæſt. moral. Jurid. quæſt.* 1. quod in cathedrali inſtituatur clericus, licet decimum ſeptimum annum non exegerit. *Fagnan. in cap. cum in cunctis n.* 73. *de elect.* Et eadem ratione bene inferendum erit, quod patronus ità conſtitutus per fundationem, immò etiam per reparationem, vel dotationem Eccleſiæ, poſſit in illa è domo ſua feneſtram aperire, ſiquidem cum ei præſtet maximum commodum, ſervitutis præjudicia in hiſce circumſtantiis apparent non modo diminuta, verum, & nullatenus exiſtentia.

31 Optimo etiam jure ob id prohibitum eſt ædificare ſupra, vel circa muros Eccleſiæ, aut aliud facere vel immittere, quod illi regulariter incommodum afferat, à ſuprad. limit. præſcindendo: quia ſemper debita eſt ſacris locis reverentia juxta *l.* 1. *& tot. tit. ff. ne quid in lo. ſac. & in l. ſi cui* 9. *C. de ædific. priv.* ubi quod inter Eccleſias & ædificia privata relinqui debet ſpatium 15. pedum (de quo jam ſupra eſt fuſe ſcriptum) & demum San. Mem. Pius V. prohibuit in dicto decreto per *Quarantam* ubi ſupra relato. Quapropter initiis (ſi fieri poteſt) obſtandum eſt, ne fiant laicalium domorum appodia & conſignationes in Eccleſiarum parietibus, quæ majori ſemper majeſtate ac ſplendore in Inſulas apparerent; tunc verò faciliùs Feneſtræ ac cæteræ hujuſmodi ſervitutes impedirentur.

32 Hactenus de Feneſtris, quæ ut plurimum in proprio pariete fieri contenduntur. Videamus modo an pro illis communis paries aperiri valeat? Qua in re negativa eſt reſolutio, quod ſcilicet per unum ex Dominis regulariter fieri non poſſint alio invito in muro communi, & multo magis in alieno *Cros. conſ.* 153. *n.* 10. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 63. *n.* 3. *vol.* 1. *Perez Sigler plurib. in loc. Thomas. deciſ. Marcb.* 129. *n.* 8. bene *Cujac. in comment. tit. 2. de ſervit. urb. præd. ad l.* 2. *&* 3. ubi ait illos, qui jus luminis immittendi non habent, nequaquam poſſe parietem communem aperire feneſtræ cauſa; *& Leo deciſ. Valent.* 178. *n.* 4. *vol.* 2. Quod ampliatur, etiam ſi lumen aliunde haberi non poſſit, vel ſi murus ad id paratus non ſit, *Leo* ubi *DD. de ſervit. Burſatt. conſ.* 111. *n.* 8. *&* 7. *vol.* 1. requiritur enim in caſu neceſſitatis licentia ſocii expreſſa, ita ut facultas ipſius permiſſivæ non ſufficiat; quod ſi licentia conceſſa fuerit ex precario, ſeù ad beneplacitum, nullo temporis ſpatio præſcribitur. *Muta in cap. Regni Sicil. to.* 3. *cap.* 57. *n.* 41. Tunc verò, una permiſſa, plures fieri non poſſunt. *Sperell. deciſ. for. Eccleſ.* 56. *n.* 9. ea ratione, quia conſenſus circa unum actum adhibitus, quoad alium non nocet, *l.* 1. *§. Julianus ff. de itin. act. priv. l. jubemus. C. ad Velleia. & plures ibi ſcribentes.* Hæc tamen procedunt dummodò pacto, vel præſcriptione ſervitus realis inducta non fuerit, *Capyc. Latro dec.* 66. *& ibi Gizz. in add. n.* 4. *lib.* 1. ſed præſcriptio decem annorum ſufficit, quo caſu ad illas claudendas nemo cogi poteſt. *Donat. Ant. de Marin. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 225. *n.* 3. quæ antè prohibitionis diem non currit, *Gomez Leon. reſponſ. & informat. jur. reſp.* 7. *n.* 2. *&* 3. ubi ampliat, etiam ſi mille tranſierint anni: Et hoc eſt contra vulgarem regulam, quæ dictas eas fieri non poſſe, niſi ab eo, qui totum jus habet in pariete. *Crott. in eod. conſ. n.* 12. qui ampliat præcipue ignorante vel invito vicino *n.* 13. Undè ſocius curare ſemper poteſt, ut illæ claudantur, cum utrique in communi muro poſſint ædificare, etiam ſi tacitus conſenſus fuerit præſtitus, nàm ad hunc effectum invito animo ex adverſo hæc facta præſumuntur. *Tex. in l. invitum & ibi Bart. Angel. & Caſtr. ff. de ſervit. urb. præd. Burſatt. d. conſ.* 111. *n.* 1. *aliique DD.* relati à *Sperell. incit. deciſ.* 56. *n.* 8. ubi *n.* 43. extenditur etiam illa clauſula, vicinum alterum poſſe parietem communem elevare, *ad tex. in l. quod dictum §. ex tribus* ſecundum unum intellectum, *& gloſ. ibi in verbo paries in princ. ff. de ſer. urb. præd.* Semper igitur in hoc jus reſiſtit. *Tex. in l. penult. ff. de ſervit. urb. præd. Anell. de Amato conſ.* 40. Undè maximè commendanda eſt Neapolitana praxis, & ad
33 caſus quoque noviter occurrentes applicanda, quæ docet in iſtis caſibus faciendas eſſe feneſtras (ut vulgò dicitur) cum cantonibus; & ſi abſque illis hujuſmodi reperiantur foramina, à Tabulario (ex ordine Magni Conſilii) ſuper faciem loci accedente, illas claudi mandare,

quam-

quamvis antiquas & diù forſitan tolaratas, ut ſcribunt *Capyc. ad conſuet. ſi quis habens parietem ſub tit. de ſervit. in annot. Urſill. in addit. ad Afflict. decif.* 265 *n.* 15. 16. 17. *&* 18. *& Donat. Anton. de Marin. ubi ſupra n.* 3. qui communiter dicunt principalem limitari concluſionem, quoties membrum, in quo fuit factum foramen, totaliter obſcuratum remanerat: tunc anim pretio mediante cogi poſſat aicinus ad luminis tantum ingreſſum permittendum. At Romanæ Curiæ praxis, quæ tegula poteſt eſſe aliis aliarum civitatum tribunalibus, in frequentibus hiſce controverſiis, & robur ſumit ax ipſomet Urbis Stat. *cap.* 107. *lib.* 2. *& conſtitut. Gregor. XIII.* §. 2. permittit vicinum uti poſſe ad quemcumque uſum communi pariete ad ſigna, & tecta utriuſque domus ſubſtinanda deſtinato, ſoluta ſuæ portionis æſtimationa: ut in *Voto Camerali ſeù Præſidis Viarum impreſſ. inter decif.* 257. *p.* 7. *rec. à n.* 73. *uſque ad fin.* & ſequitur *D. de Luca in eod. lib. diſc.* 14. *n.* 3. Quod ſi ſcire cupias an feneſtram liceat ampliare? conſule *Alciat. conſ.* 55. *ſ.* 0. 2. *lib.* 5.

34 Quandoqua etiam claudendæ ſeù obturandæ ſunt feneſtræ: quod ita primordialiter intelligi debet, ut in muro laterali ad ædificium & tignorum ſubſtentationem apto ac deſtinato liceat ax vulgari uſu ædificare, etiam ſi claudantur fenaſtræ. *Capolla de ſervit. cap.* 62. *n.* 5. *Thomaſ. decif.* 119. *Surd. conſ.* 233. *n.* 15. *& Rota Romana decif.* 450. *n.* 1. *coram Durano*; Id tamen non permittitur, ſi ad uſum paries deſtinatus non ſit, & ſi fuarit minus aptus ad ædificium. *Surd. conſ.* 387. *n.* 4. *Sperell. in decif. ſæpe cit. n.* 7. *&* 8. *cum ſeqq.* Neque (quod pejus eſt) ſi omninò manſiones obſcurarentur, *ut coram Durano ibid.* deciſum conſpicitur *n.* 3. ea ſcilicet ratione, quia domus cæca avaderet, ac prorſus inutilis, ibiqua dominus quodammodo videretur immaniter ſepeliendus, *ex Gratian. d. ſcept. for. cap.* 896. *n.* 1. *& ſeqq.* Tanti autem negotii principalis regula Judicis arbitrium aſſe conſuevit, ſpectata nobilis domus ſtructura, ajuſque faciei: quod advertit *Jo: Baptiſta de Luca lib.* 4. *de ſervit. diſc.* 9. *n.* 10. Indubitati etiam juris eſt, quod obturare poſſim feneſtras ejus, cui ſervitus non competit, ad ædificandum in meo. *Tex. in vulg. l. latius ubi DD. & Bertrand. conſ.* 169. *n.* 2. *vol.* 4. qui regulam optimè advertendam detegit, quod nempè ſi adverſarius opus novum enunciet, deſiſtatur trimeſtri, illoque elapſo, & de jure ſuo non edocto, ædificium ulter conſtruatur. Eòqua magis eam claudere poſſum, ſi velim eomet altius tollere, dummodò tantùm remaneat luminis, quod aliqualiter proſit, etiam ſi per foramen ingrediatur. *DD. in l. luminum ff. de ſervit. urb. præd. Paſetb. conſ.* 130. *n.* 10. Si verò ſteterint apertè per 30. vel 40 annos feneſtræ, nullatenus obturari poterunt *ad tex. l. in omnes & l. ſicut C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. Capolla de ſervit. urb. cap.* 30. *n.* 5. qui dicit etiam quod, ſi vicinus tacitè permittat vicino, ut feneſtram fieri mandet, non poterit aliquid poſtea facere, quominùs proſpectum habeat ex illa: optimè *Aldovin. conſ.* 10. *n.* 10. qui loquitur etiam in terminis Lucani Statuti: *Sebaſt. Medices decif.* 49. *n.* 4. *Add. ad decif. Rotæ Bonon.* 97. *verſ.* 3. *diſtinctio* & noviter *Palma conſult.* 38. *n.* 7. Quo loci ad majoram claritatem adverto Lucanum Statutum *cap.* 129. *lib.* 2. mandare feneſtras reſpicientes ſuper terreno vicini, vel eſſe graticulandas, vel omninò claudendas. Id tamen non procedit, ſi ææ in loco ad habitandum non apto minime reſpiciant, puta in curia ad recipienda tantum ſtercora deſtinata, ut fuſe *Sebaſt. Medic. d. decif.* 49. *n.* 9. *verſ. quæ omnes rationes*: *& Palma in præd. conſult. n.* 3. in iiſdem terminis dominium firmat aſſe probandum à volente feneſtras claudi illius loci, ſuper quo ipſæ reſpiciunt de tempore, quo illæ fuerunt reſeratæ.

35 In aliis etiam caſibus de jure municipali minimè claudendæ ſunt feneſtræ, puta per vicinum, nec per dominium domus, quam locaverat, alias conductor poſſet recedera etiam ſi obturatio eſſet modica. *Muta ſuper conſuet. Panormi cap.* 19. *n.* 36. *&* 37. quod tamen in vero domino alicujus domus non procedit, cujus uſumfructum alteri dederit, *ut eod. ibid. n.* 42. quia tunc intrat doctrina, quòd dominus domus locatæ, ſeu uſufructuariæ non potaſt in totum illas obſcurare, ita ut nec modicum lumen habitantibus relinquat, *l.* 30. *ff. de uſufr. Sprenger. de ju. fic. lo. aliàs cit.* Quemadmodum non ſunt claudendæ feneſtræ, quæ manent in domo alicujus versùs fundum, & domum vicini ejuſdem domini, ſi hæredes eaſdem dividant domos, nulla de iiſdam claudendis facta mentione. *Charon lib.* 2. *reſponſ.* 69. *& Chriſtinæus ad leg. Municip. Mechliniæ tit.* 14. *artic.* 28. *verſ. ſed an feneſtræ*: cum utraque domus (in eorum ſententia) debeat in eo manere ſtatu, in quo ante diviſionem fuit, dummodò nihil in con-
36 trarium ſit convantum. Præſumitur tamen ex aliqua conventione, non varò ax neceſſitatis vinculo proceſſiſſa clauſionem fenaſtræ, etiam cum muro, ſi longo tempora quis paſſus fuerit eam clauſam remanere. *Rota decif.* 404. *coram Dunozetto* de hoc Doctiſſimorum Virorum ſententiis nixam affert raſolutionem.

37 Quoniam autem cratibus ferreis muniri aliquando feneſtras aidemus, nonnulla etiam in hoc ſeſe offerunt obſervanda. Et certum eſt, quod da rigore illæ apponendæ non ſunt, nec renovandæ, quatenùs priùs per accidans extitiſſent, niſi talis debita fuerit ſervitus: vel quis eas tollere velit ad aicini æmulationem principaliter, ut ſibi ſponta ſua in ajus domum aditum faciliorem pararet. *Capolla de ſervit. urb. cept. for. cap.* 752. *à n.* 81. *ad* 92. *& Sabell. var. reſolut. & reſponſ. cap.* 15. *n.* 10. De æquitate taman illas tenere vel reponere prohibitum non aſt, niſi contradictio inſit. *Grat. ibid. & Thoro Vot. deciſiv.* 47. *n.* 11. & dummodò ſupra vicini ſolum protendentes non ſint, quia hoc eſſet cum aliquo ejus præjudicio, *Capoll. de ſervit. d. cap. n.* 1. *& Sperell. decif.* 57. *n.* 12. Immo ſi hoc alicubi, prævia Principis licentia, in qua forma fuerit præſcripta, uſui tradendum eſſet, non
38 poſſat ipſa alterari cum periculo cadandi à gratiæ beneficio, ut probat *tex. in l. eos & ibi Jo: Platea. Rebuff. & cæteri ſcrib. C. de aquæd. lib.* 11. *Rot. cor. Durano decif.* 225. *n.* 4. *juncto n.* 17. *cum duob. ſeqq. & in aliis concord.* maximè ſi de præjudicium afferente ſervitute ageretur, puta adverſus Eccleſiam vel ſimili, quæ in aliquo ampliari non poteſt, neque extendi, *l.* 3. *& penult. ff. de inſt. act. priv. Capyc. Latro conſult.* 64. *n.* 39. *p.* 2. *cap.* 31. *n.* 12. Si verò domus empta ſit cum pacto, quod perpetuo ſtent feneſtris fer-

-ſtro   reæ

Digitized by Google

rem crates, ita ut non poſſit caput immitti, debent proculdubio ita perpetuo permanere. *Negus.in ſylva reſponſ.quæſt.*107.*n.*26. Quod pactum, vel aliud ſimile ex veriſimilibus conjecturis probari poteſt, ſi apertè de illo non conſtet, inter quas ea numeratur; ne ſcilicet cratis elevatione permiſſa, facilè patere poſſit vicini ad propriam domum acceſſus, ut notant *Sebaſt.Medic.decif.Marcb.*49.*n.*1.*Grat. diſc.* 861. *n.*6.*&* 7.*Caſanatt.conſ.*39.*n.*48.*lib.* 1. *Theſaur. decif.*16.*n.*4.& deciſum fuit è *Rot.Romana in* (a) *Firmana Servitutis* 13.*Martii* 1665. *coram Reverendiſſimo Ottalora in §.nam licet; & in* (b) *Lauretana Feneſtrarum* 28. *Junii* 1665. *coram R.P.D.Calataja.* Advertendo, quod pactum ad unam tantum Feneſtram minimè reſtriogendum eſt ex rationis identitate, maximè ſi non adſit commodum ex feneſtris: & appoſitie hujuſmodi cratibus, abſque præjudicio vicini, lumen æquè recipi poſſit, ut benè ponderavit *Rota in eadem Lauretana citans Cyriac. controver.*28.*n.*19.*&*20.Quod ſi jue municipale hujuſmodi caſibus providerit, inter varias rationum ambages tollitur ſpeculandi locus. Ex

(a) Poſt Tractat. dec.21.

(b) Poſt Tractat. dec.46.

39 quo infertur, quod non cogitur feneſtras tollere is, qui præſcriptione quæſita, eae ferratas habuit per 30. vel 40.annos verſus domum vicini, *arg.l.omnes & l.ſicut C.de præſcript.*30. *vel* 40.*ann.* cum vetuſtas vicem legie obtineat, *l.* 1.

40 *§.fin.de aqua pluv.arcen.* Habenti tamen ferratas licet convertere io liberas, niſi redundet in damnum vicini, vel fiat circa opus publicum, vel circa monaſterium, palatium principis, vel amphytheatrum, *ad tex.in l.flumenum §. fin. & ibi gloſ. de damno infec. & l.opus etiam cum gloſ.ff.de oper.publ.Capoll. d. cap.*55. *num.*2. *& Sprenger.d.cap.*9.*tit.de feneſtris.*

41 Hùc lubet afferre verba ipſa ſtatuti Mechliniæ *tit.*14. *artic.*c8. ad materiam noſtram fortaſſe non inutilia: *Qui in ſuo pariete* (ſic legitur io eorum textu) *ad ſemipedem à vicinis ædibus diſtante, feneſtras aut habet, aut facit, eas communire debet ferreis clatbris, & firmis minimeque apertibilibus vitris, ſi modo eæ feneſtræ intra attactum conſiſtant: quod ſi ſupra attactum, tàm arctè ferreis clatbris interſepiat, ut caput inde bumanum efferri nequeat.* Cui rationabili conſtitutioni conſonent profectò Antverpienſes conſuetudines *eod. tit. art.*30. & aliarum Belgii, nec non Franciæ, teſte *Chriſtianæo in comment. ad præd. leg. Mechlin.* ubi eſt limitari concluſionem cum alicui eſt contrarius titulus, aut feneſtræ in fundum proprium proſpectum habent. Ex quo video ſupervacaneè atque illicite experi poſſe à vicino, ut feneſtræ in eum proſpicientes, ad lumen ſolum reducentur, quia in iſto caſu civitas tota commoveretur, quemadmodum prudentiſſime *Gratian.* conſuluit *diſcept.for.cap.*725.*n.*92.

42 Nolo ſalamum hic protrahere ad feneſtrarum examinendum tributum alicubi impoſitum, & ſignantes in Lotharingia ſingulis feneſtris ex *Ehrenberg.pag.*64.*cap.*5. quod injuſtiſſimum appellatur à *Sprenger.de ædif.lo.aliàs cit.* veluti materiam nihil prorſus utilitatis afferentem.

43 Muniuntur lapideæ feneſtræ ligneis feneſtris. Hinc dubitari poteſt an hæ poſtremæ veniant in venditione domus: & breviſſimè dico quod ſic, quemadmodum etiam ligneæ portæ. Ita *Surd.decif.*134. *n.* 15. *Mantica de tacit. & ambig.lib.*4.*tit.*15.*n.*17. *Thoro Vot. deciſiv.* 46. *n.*22.*p.*2.ubi exemplificatur in apothecis, quæ venditioni domus accedunt, ſacci venditioni frumenti, & aliorum ſimilium. Non tamen veniunt regulariter Specularia, quæ vulgo dicuntur *Geloſie*: atque Vitrietæ ſub domo, ſeu domus inſtrumento: *tex.in l.*13.*§.de uſufr.l.*12. *§.*12. *de fund. inſtruc.* niſi feneſtris effixa ſint, quia tunc pars domus cum ſint, ſub illius venditione ac legato comprehenduntur, *ad l. quæſitum §.ſpecularia de fund. inſtrucn.* quemadmodum tradit ac optimè diſtinguit *Cephal. conſ.* 92. *n.*17.*& Sprenger.* à nobis pluries allatue.

44 Demum pro materiæ coronide adverto quod, qui alienum oſtium aut feneſtram verberat, aut ferit, aditus cauſa ſibi ad nocendum parendi, perfringens tamen, aut vi irrumpens, in triginta drachmas damnatur Mechliniæ ſtatuto, ut ſcribit *Chriſtianæus jam alias citat. ad ejuſd. l. Municip. tit.* 2. *artic,* 24. Si verò per feneſtram à tergo, vel ex inſidiis inimicum occiderit, juxte veriorem ſententiam Eccleſiaſtica non privetur immunitate: de quo *Sperell. de for. Eccl.* 23. *num.* 10. *&* 15. Ab ea tamen quandoque præcipitati immanem nihilominus

45 crudelitatis vim paſſi ſunt, ut de Jezabele Iſraelitarum Regina, ab Eunuchis juſſu Jeheis. qui ipſius occupeverat Regnum, crudeli hoc facto interempta 4. *Reg.* 9. Sic in recentioribus hiſtoriis conſtat Genuenſes Famaguſtæ in Cypro è Regia præcipitatos: & inter cætera exempla vulgatiſſimum eſt illud Baldaccii Centurionie Florentinæ Reipublicæ Magnatibus in ſuſpicionem adducti, qui ea de cauſe e publici palatii feneſtris fuit exturbatus, unde pro communi adagio fertur huc uſque. *Il ſaldo di Baldaccio*: de quo *Victorius lib.*28.*variar.cap.* c. *atque Æn. Sylvius cap.*54. Et quia libertas cunctis rebus eſt anteferenda teſte *Xenoph. de reb. geſt. Græc. lib.* 4. ſine qua hominibus nihil eſt bonum, nihilque expetendum, *Plutarc.in Angeſilao* moneo quemlibet liberum non cen-

46 ſeri, qui feneſtras tantum proſpicere valeat: illumque magis haberi pro detento, non cui præfixæ feneſtræ, ſed cui præcluſum eſt oſtium. *Gothofred. in not. ad l.* 9. *lit. Q. in quib. cauſ. pign.* & ſequitur *Sprenger.ubi ſuprà.* Hæc autem de feneſtris (ne nimii ſimus) dicta ſint ſatis.

ADNOTATIO.

POſt traditam à *noſtro Authore num.* 1. ethymologicam derivationem feneſtrarum, deſcendit *num.*2. ad earum diſtinctionem in Luciferas, & Proſpectivas, dicens Luciferas, ſeù luminares deſervire ad radios tantùm, ſeù lumen intromittendum: Proſpectivas autem fa-

47 ctas eſſe ad lumen, & proſpectum ſimul, & ſic ad amœnitatem, & ultrè citatos ſuperiùs *d.nu.*2. firmant etiam *Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. diſcept. animadv.* 275. *num.*12. *Paulat.diſſert.* 23. *art.*1. *num.*7.*& plurib. ſeq.* ubi ſepiùs allegatur *noſter Auctor*, & tradit *Rot. cor. Dunozzet. Jun. decif.* 404. *num.* 2. *& ſeq.* ſuper feneſtris autem ad lumen tantùm recipiendum factis, illud eſt notendum, quod vel debent di-

48 ſtare à pavimento per octo, aut novem palmos, adeoùt excedant altitudinem hominis, vel debent ipſæmet feneſtræ aptari vitreis incuſis, fixis, & non aperiendis, ut io caſus contingentia demandavit *Rot. dec.*745. *num.*27. *cor.Card. Caprara* to.2.

Alia

Digitized by Google

Alia verò diſtantia inter feneſtras nulla eſt
in jure determinata: Nullam enim habemus
præter eam, quæ præſcripta eſt in Conſtit. Ze-
noniana, de qua in L. 11. Cod. de ædif. privat.
ut nempè aliquando 12., interdùm 10., & etiam
ſex pedum diſtantia ſufficiat juxtà diſtinctio-
nem parietum in novum, & veterem, & fene-
49 ſtrarum in proſpectivam, & luciferam ex no-
tatis à Noſtro Authore ſuperiùs num. 11. ſed
veriùs eſt eandem Conſtitutionem Zenonianam
eſſe apocripham, & compoſitam per Antonium
Contium, itaùt potiùs Contiana, quàm Ze-
50 noniana poſſit appellari, Card. de Luc. de ſer-
vit. diſc. 1. num. 3. cum plurib. ſeq. & diſc. 2.
num. 5. & ſeq. & in ſumma §. 2. num. 24. Rot.
cor. Celſo dec. 375. num. 5. cum plurib. ſeq. &
in Recent. dec. 272. num. 10. & 11. par. 19. &
dec. 3. num. 12. & ſeq. poſt Card. de Luc. de Re-
gular. cum aliis citatis per Paulut. diſſert. 23.
art. 1. num. 66. & 67. ubi rejicitur & confutatus
Noſter Author, & inſimul reprobatur Epiſc.
Rocca diſput. Jur. cap. 175. num. 34. & ſeq. Et
verè communis opinio ſtat contra Pacichel-
lum, quod facilè etiam conjici poteſt ex ſupe-
riùs allatis per eundem, nàm num. 11. in fine
§. Id tamen aſſerit hanc concluſionem fuiſſe de-
fenſam a bo. me. Severola in Aula Magna Can-
cellaria Apoſtolicæ occaſione Advocationis
Conſiſtorialis; Concluſiones autem, quæ in
eadem Aula Magna defenduntur, ſolent eſſe
contra communem, quemadmodùm agendo de
Rotæ Auditoribus, qui antea non fuerint Ad-
51 vocati Conſiſtoriales, & habent hoc onus fa-
ciendi experimentum diſputationis more Ad-
vocatorum Conſiſtorialium, teſtatus bo. me.
Anſaldus in præfatione ad deciſ. poſt n. 69. ibi-
decem ſucceſſivè depromit concluſiones contra
communem Prudentium opinionem. Licet ta-
men Pacichellus hanc opinionem communiter
reprobatam defendat, nihilominùs etiam ipſe
fatetur Conſtit. Zenonianam in praxi non ſer-
52 vari, ut videre eſt ſuperiùs d. num. 12. verſ.
ſed allata intervalla, ut obſervat etiam Paulut.
diſſert. 23. art. 2. num. 116.

Super reliquis concluſionibus adductis per
noſtrum Authorem hoc loci videndus Paulu-
tius diſſert. 23. art. 1. 2. & 3. ubi ſepiùs citatur
Pacichellus, & plures alii congeruntur; undè
ne actum agere videamus, ad ipſum Nos re-
mittimus, tria tantummodò adnotantes; pri-
mum ſcilicèt, quod licèt tàm noſter Author
n. 18. quàm Paulutius ubi ſupra firment æmu-
lationem in aperitione feneſtrarum non præſu-
53 mi, quibus addimus allegatos per Rotam in
Recinaten. Fabricæ ſuper aperitione Feneſtra-
rum 4. Decembris 1719. §. Aperitionem coram
R. P. D. Herrera: Attamen animus æmulan-
di optimè eruitur ex circumſtantiis penſan-
54 dis arbitrio prudentis Judicis, Rocca diſput. ſe-
lect. cap. 163. num. 11. Capol. de ſervit. Urb. Præd.
cap. 62. num. 2. verſ. Puto tamen, Rot. dec. 475.
ſub num. 9. part. 4. diverſ. dec. 348. num. 16. par.
17., & dec. 69. num. 23. par. 18. recent. cum aliis
relatis per eandem Rot. in dicta Recinaten. Fa-
bricæ ſuper aperitione feneſtrarum 4. Decembris
1719. dicto §. Aperitionem in fin. cor. R. P. D.
Herrera, Alterum notabile eſt, quod licèt fe-
neſtræ introſpicientes Clauſuram Monialium,
de quibus ſupra num. 24. claudi debeant, ut
55 advertitur etiam per Paulutium loco mox cita-
to, & docent allegati per Rotam in deciſ. 534.
num. 12. cor. Card. Caprara: Attamen, ſi iſte
proſpectus non ſit proximus, & poſſit alia ra-
tione impediri, tùnc non demandatur clauſu-
ra feneſtræ, ſed apponitur aliquod repagulum
56 arbitrio Judicis Rot. dict. deciſ. 534. num. 13. cor.
Caprara. Tertium denique eſt, quod quam-
vis Paulutius dict. diſſert. 23. art. 3. num. 96. &
pluribus ſeq. multis modis declaret concluſio-
nem ſuperiùs traditam à noſtro Authore num.
28. de non aperiendis feneſtris, quæ introſpi-
ciant Eccleſias, & adducat præſertìm favore
Baronum plures rationes excerptas ex Card. de
Luc. de ſervit. diſc. 16.; Attamen ſi agatur de
feneſtra recentèr aperienda, non eſt adeò effræ-
57 natè concedenda Baronibus hæc facultas, dùm
in caſu Card. de Luc. d. diſc. 16. reſolutio fuit
contra Baronem, nàm Epiſcopus feneſtram ab
eodem Barone, apertam, claudi mandaverat,
& de facto clauſa fuerat, ut appareat ex d. di-
ſc. 16. in figuratione caſus num. 1. Et Sac. Con-
greg. Epiſc. & Regular. recurrente Barone, ni-
hil voluit reſcribere, ex quo innoteſcit, quod
Congregatio approbavit opinionem pro illi-
cita aperitione, quemadmodùm animadvertit
Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 23. art. 1.

His prænotatis addendum eſt, quod complu-
ra in publicum projici ſolent ex feneſtris, &
proindè occaſione differendi de iiſdem Fene-
ſtris Author noſter poſt num. 4. ante medium
58 nonnulla ferè obiter tangit de dicta projectio-
ne docens eam eſſe vetitam, quam concluſio-
nem per Text. in L. Ædiles 3. in fin. ff. de via
public. firmant Rip. de remed. contra peſt. cap. 3.
num. 83. Mat. ad conſuet. Panormit. cap. 42.
num. 44. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 5. rub.
28. ibique Romaguer. in Addit. Caſtellin. ad Ban-
nim. Æmiliæ obſervat. 15. num. 36. & ſeq. Seta
de offic. Locumtenent. cap. 27. num. 6. Zaul. ad
Statut. Favent. lib. 4. rubric. 67. num. 2. & ſeq.
Bertacchin. vot. 43. num. 2. de Angel. de delict.
par. 1. cap. 87. num. 10. D. Auditor Bonfin. in
doctiſſimis Supplet. in Bannim. general. ad cap.
46. num. 13. & 2. Rot. deciſ. 8. tit. 25. de ſervit.
cor. Eminentiſſ. D. Card. Falconerio, ubi ad-
ducitur duplex ratio, altera ſcilicet, quod ſo-
lum publicum debet eſſe liberum à Terra uſ-
59 que ad Cœlum, ex Bald. in l. Item Lapilli num.
8. ad med. verſ. viſo de occupat. ff. de viſ. Surd.
conſil. 131. num. 1. 2. lib. 1. Capoll. de ſervit. Urb.
Præd. cap. 60. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap.
84. num. 25. Altera verò, quod nulli Privato
licet propria auctoritate præjudicare uſui pu-
blico, vel aliquid facere, per quod idem uſus
60 publicus deterioris conditionis efficiatur, ex
Text. in d. L. Ædiles ff. de via publ. Card. de
Luc. de ſervit. diſc. 24. num. 1. Sin autem agatur
de loco publico, quod inſerviat pro expurga-
tione ſordium Civitatis eo caſu, qui ſupplicat
Principi pro conceſſione ſitus convertendi in
alium uſum, debet in precibus exprimere eun-
61 dem ſitum inſervire pro dicta expurgatione,
aliàs gratia eſt ſubreptitia, ut firmavit eadem
Rot. in dicta deciſ. 10. de ſervitut. num. 15. & 16.
cor. eodem Eminentiſſ. Card. Falconerio, quæ de-
ciſio licet ſubſequentèr fuerit revocata, atta-
men proceſſit revocatio ex novo facto, quia
Hiſpaniarum Rex fecit novam conceſſionem,
& declarationem.

Demùm ad ornatum eorum, quæ traduntur
circa

Digitized by Google

circà finem hujus Capitis notandum ſupereſt, quod qualitas iogreſſus per feneſtras, aùt alia qualibet via, præter quàm ſolita, & aonſueta, aggravat delictum de Jure communi, & juxta
62 Banoimenta Generalia, pœna extenditur uſque ad mortem ibi. *Avvertendo, che nella pena della Forca, e confiſcazione, incorreranno quelli, che per rubbare &c. entreranno per feneſtre con ſcala, ò ſenza, &c.* ut videre eſt penès *D. Auditor Bonfin. in ſupplet. ad dd. Bannim. general. cap. 56. eum ibi notat. n. 1. & ſeq. 10. 2.*

MEMBRUM V.

Mænianorum, projectorumque ſimilium interſtitium, & materia explanatur.

SUMMARIUM.

1 *Mæniana quæ ſint, ac eorum ſynonima: & n. 3.*
2 *Inventa fuiſſe à C. Mænio defenditur adverſus Theodorum.*
4 *A ſubgrundiis differunt, & ab immiſſis: & num. 5.*
6 *In ſolo proprio permittuntur.*
7 *Conſuetudo in hoc plurimum valet, ubi quod l. Mæniana amplius uſu non recepta.*
8 *In iis loci publici aſpectus eſt obſervandus, & citrà ſemper præjudicium vicini.*
9 *Limites excedentia, ſciente vicino, diruenda non ſunt.*
10 *Impropriè dicuntur* immiſſa *ex domus interna.*
11 *Quæ ſint* Rioghiere, *& quomodo projici valeant.*
12 *Refertur ad rem ſtatutum Mechliniæ.*
13 *Pegmata, quæ olim fuerint: hodie vulgo appellata* Palchi, *ubi, & quomodo conſtruantur.*
14 *Magiſter viarum non habent leges condendi facultatem.*
15 *Protecta, ſeù* Tabulata *minimè Diſtantiam requirunt.*
16 *Immiſſa de facto poſſunt dejici; ſecùs verò projecta, & protendentia.*
17 *Ex permiſſione lodiolæ, ſeu mæniani vulgo* Paſſetto, *cenſetur etiam permiſſa tignorum immiſſio.*
18 *Machina erigi poteſt in ſolo viciniad ſuam domum reficiendam.*
19 *Amplia etiam non petita licentia Domini in Civitatibus, & præſertim in Urbe.*
Et de ratione ibid.
20 *Ex Urbanitate d. licentia peti debet.*
21 *Dominus Domorum ex utraque parte viæ vicinalis poteſt ſuperædificare pontem, ſeu fornicem.*
22 *Ad Domos, & feneſtras nihil protendens appendi poteſt niſi firmiter figatur.*
23 *Quoniam teneantur ad damna ex d. appenſione provenientia?*
24 *Tabulata in nimia latitudine prohibentur ſuper Apothecis.*
25 *Quomodo permittantur contratabulata.*
26 *Quid ſervetur circa iſta tempore Sedis Vacantis.*

E Cubiculorum limine per feneſtras ad ampliorem viæ proſpectum pes ioterdùm ſuper protendenti quodam ſolo aliquaotiſper effertur. Hæc ædium partes antiquitùs *Mæniana* appellabantur, ſeù *Podia penſilia*; hodiè verò, vernacula lingua dicuntur *Ringhiere*: quæ ad propoſitum ſunt quoque examinanda.

1 Rem ex nominis notitia planè conjicimus. Sunt igitur *Mæniana tabulata quædam projecta*. Sic illa deſcribit *Jo: Calvin. in Lexico jurid. & Conſtant. teſtim. lib. 2. Epitom. Cujac. ad probat. obſerv. lib. 1. cap. 37.* Seù clarius. *ædificia extrà domum ſe prætendentia, & quæ ex una parte non requieſcunt ſuper aliquo, prout faciunt ſubgrundia*, quemadmodum *Corneus*, inquit, *conſ. 272. num. 6. Andreol. controv. 295. num. 20.* adhærens verbis Cæpollæ *in tract. de ſervit. cap. 61. num. 1.* qui etiam *Ponticellos in muro* notiori vocabulo ea nuncupat, *ad text. in l. malum 242. §. 1. de verb. ſign. & l. 2. §. Cum quidam, & ibi gloſ. ne quid in loc. publ.* & melius *in l. Mæniana*, ubi etiam *gloſſ. 2. in princ. C. de ædific. priv.* Ab hoc tamen Auctore diſſentio libentiſſimè, & non minus à Scipiane Theodoro *alleg. 82. num. 14.* qui cum *gloſſ. in dicto §. Cum qui-*
2 *dam* unanimi ſenſu exiſtimant a mænibus ea nomen ſumpſiſſe; moveor enim à graviſſimorum Virorum auctoritate, ſcilicet *Feſti lib. 11. atque Iſid. lib. 15. ethym. c. 3.* qui apertè ſcribunt a C. Mænio fuiſſe inventa, & ſic appellata. Is autem Cenſor quidam Romanus fuit, & Craſſi collega, qui patrimonio conſumpto, venditaque domo, quam ad forum ſpectantem reliquam habebat, unam ſibi excepit columnam, ex qua ſigna projecit, iiſque (podio effecto) gladiatorios ludos commodè proſpicere valebat; quemadmodum Italicæ Juriſprudentiæ ſidus fulgentiſſimum Alciatus explicat in *præd. l. malum*: & deducitur *ex l. penult. & l. Græca C. de ædific. priv.* traditque *Jo: Fungar. in ethymog.* Addit verò *Iſidor. ubi ſuprà* etiam *Solaria,*
3 *quod Soli pateant* illa appellari. Horum meminit *Valer. Max. lib. 9. cap. 12.* ubi de C. Licinio Macro: *conſimili*, inquit, *impetu mortis Vir prætorius Calvi Pater, repetundarum reus, dùm ſententiæ dicerentur, in Mænianum conſcendit*. Cæperunt namque talia projecta, ad ſimilitudinem ejus primodum à Mænio constructi, poſtmodùm ædificari: & ad dictam columnam ſervos, & fures alligari conſuetos, poſt *Pedian. & Cicer. in Academ.* ſcripſit *Grappald. in ſuo Lexic. de partibus ædium*.
4 Differunt verò Mæniana à Subgrundiis, quæ ſunt prominentes tecti partes, & ad pluviam arcendam extra murum porriguntur. De iis *Varro lib. 3. de Re Ruſt. Apes*, ait, *ſubter ſubgrundationem*. Undè apertè conſtat utraque non æquiparari, ſicuti *Alex. ab Al. lib. 5. cap. 12.* cogitabat. At in ſubgrundiis nil poni debet, quod alicui nocere poſſit, *Text. in l. ſi verò §. Prætor de his, qui deject.*
5 Diverſa quoque ſunt ab immiſſis, quæ requieſcunt in parte aliena, ſicuti trabes, & tigna, quæ dejicere vicino licet; Quod non procedit in projectis, quorū moleſtiæ ex Aquilia lege cavendum eſt, ut diſponitur *in l. quemadmodum §. 1. eod. tit.* quanquàm *Theodor. in præfato conſil.* probare conetur vetuſtum illud C. Mænii projectum proprius fuiſſe immiſſum, contrariorum enim Auctorum jam citat. dignitas, ſolidæ innixa rationi, ſatis abundè ſuadet.
6 Controverſiæ, quæ hic poſſent excitari, ad eorum permiſſionem, ac diſtantiam diſtinguendam collimant. Permittuntur enim in Solo domini, *ad text. in fin. in princ. ff. de ſervit. l. 1. & ibi gloſſ. & l. ſi vitem circa fin. ff. quod vi, aut clàm*, citrà æmulationem tamen. Secùs eſt in

Digitized by Google

alterius Solo, io quo cum non iotret vicini jus, hoc tentari minimè valet: atque in Solo publico, quo in caſu, aùt Fiſcus obſtaret, aut ejus taciturnitate liceotiam quandam videretur impertiri, quateous nempe tertio præjudicium non inſerretur, *arg. tex. in l. 2. §. Meriso, & §. Si quis à Principe ff. ne quid in loc. pub.* & ſequitur *Theodor. eod. loc. n. 20.*

7 Sed omninò in hiſce materiis video conſuetudinem ſervandam eſſe, *l. an in totum, ubi gloſſ. notat, & concord. enucleat C. de ædific. priv.* Et idcircò vulgata *l. Mæniana eod. C. tit.* quæ tantummodò ædificia extra Italiam comprehendebant, in ſenſu *Baldi conſ. 348. num. 5. lib. 2. & Cornei conſ. 28 a. num. 7. lib. 4.* hodie amplius non ſervatur, ut inquit ibi *gloſſ.* aliique per eam adducti. *Neguſ. jun. conſ. 118. num. 3. & per Andreol.* relati *controv. for. 295. num. 19. p. 4* Et ſic parum obeſt, ſi privatorum inter ſe Mæniana decem pedes diſtare debeant, à publicis verò operibus quindecim, uti legitimum ſpatium ab Imperatoribus Honorio, ac Theodoſio *in præd. l. 11.* præſcriptum, cum pœna operis demolitionis, converſioniſque ad Fiſci ſavorem; Cujus diverſitatem, juxta ſubjectam materiam affert Doctiſſimus *Faber in ſuo Rational. ad noſtram l. ult.* & ex traditis per *Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. p. 6. in 5. verſ. 6. fallent. Surd. conſ. 74. vol. 1. Honded. conſ. 80. num. 27. lib. 1. & Laurent. de Pino conſ. 164. nu. 5.* qui fuſiùs rem pertractant.

8 Si etiam loci aſpectus ex Mænianorum con-
ſtructione præjudicium non patiatur, abſque
interſtitio autumo ea benè permitti poſſe, in-
telligendo id de publico, non autem de priva-
to aſpectu: quo caſu exiſtimo peritorum judi-
cio, ac prudentiæ ſtandum eſſe advertendo ne
viæ majores deformentur ad *Text. in l. 5. C de*
oper. publ. ibi *diruenda ſunt*. Ita ſan. mem. Ale-
xander Septimus Pontifex Opt. Max. in ſuis
fælicibus, fauſtiſque Urbis reſtaurationibus,
ad vetuſtùm nitorem eam reſtituere percu-
piens, ſapieotiſſimè obſervavit. Eatenus itidem
ſunt toleranda, quatenus vicinis detrimentum
oon ioſerant, *d. l. 2. §. Cum quidam ff. ne quid in*
loc. pub. latè per *Veran.* qui plures affert *in tract.*
de ſervit. urb. præd. qu. 32. num. 5. verſ. aut vult
extendere: & compertum eſt *ex cit. §. Si quis à*
Principe, ubi gloſſ. & ex cap. quamvis in fin.
ubi etiam gloſſ. & Archid. de reſcript. in 6.
& cap. de his de privileg. & firmat *Theodor.*
in præfat. allegation. 82. num. 20. Ideoque
tam illa, quam ſubgruodia, ſi iuxta privati
9 domum ædificentur, ipſo ſciente, & noo
contradicente, licet muri lineam excedant,
diruì tamen non debeot, ut dixit *Franc. Marc.*
deciſ. Delphin. 49. n. 26.

10 Rurſus ex praxi conſidero immiſſa hodie ſu-
per vicini pariete appellari quoque Mæniana,
impropriè tameo, ut ex dictis patet, quæ duris
lapidibus, ſivè lignis conſtruuntur, in interio-
ri præcipuè domus parte. Quæ verò in ædium
facie apparent, maximè ſuper portam, quam
exornant, aut ſupra domus angulos, ex fer-
11 reis cancellis præcipuè conflata, ea ſunt, quæ
vulgò diximus apud nos appellari proprie
Ringhiere, ità fortaſſe appellata, ex eo quia
ſuggeſtum imitentur, in quo coram Populo ora-
tur, & quaſi ab antiquis Roſtris denominata.
Unde celeberrimum Cruſchæ Vocabularium

dicit, quod *la Ringhiera è il luogo, dove ſi aringa, cioè ſi parla publicamente*. Et differt in eo ſenſu à pulpito, quo tantum utimur in Eccleſiis. Sed hæc quoad ethymon, cum huiuſmodi ea non ſint, quæ in domorum facie conſtruuntur, & de quibus eſt ſermo. Has igitur auctoritate ſingulari nemioe licet ibidem proiicere, præſertim in Urbe, niſi obtenta à Magiſtris Viarum licentiâ, qui eam concedere ſoliti ſunt, menſura capta quatuor circiter, aut plurium latitudinis palmorum per Architectos in publico loco, in quo illæ ſint conſtruendæ, ſolutoque ab ædificare volente unico in ſingulos palmos nummo. Neque de praxi reſiſtit ulla quidem diſtaotiæ obſervatio à vicini pariete, ſed tantum à ſolo, ne ſcilicet valde ſint ioferæ, viæque proximè nimis conſtitutæ: qua de cauſa publicus deformaretur aſpectus, non ſine aliquo etiam ipſiuſmet domus domini præiudicio.

12 Ad quod facit Mechliniæ ſtatutum diſponens feneſtram, opere Mæniano, io publicum proſpectum facere volentem, ita illam conſtituere debere, ut eius inferius limen octo pedibus à terra abſiſtat. Teſtatur *Chriſtianæus in comment. ad illa tit. 14. art. 47.*

13 Hue pertinent ea Pegmatum genera (quaſi compacta quædam, ſeu concinnata ex lignea materia) quæ vulgo dicuntur *Palchi*, olim conſtructa ad populares conſpiciendas celebritates, & hodie ad baccanales præſertim ludos, de quibus mentio apud J.C. *in l. quæſitum §. 25. ff. de inſtrum. vel inſtrum. leg.* ibi. *nam in emptione damus, & ſpecularia, & Pegmata cedere ſolent, ſivè in ædificia ſunt poſita, ſive ad tempus detracta*. Et elegantiſſimus Sannazzar. pompas concinens Ferreriæ celebratas *Eleg. lib. 3. eleg. 1. verſ. 86.* ſic ad rem noſtram.

Quis ſumptus Leonora tuos, quis publica dicat
Munera, Ateſtinis edita Principibus?
Jam veteres ſuperas dives Ferraria ludos,
Aurea dum celeri præmia ponis equo,
Effigieſque Deum, ſpectandaque ſigna per ares
Extruis, & variis Pegmata celſa locis.

Noo verò locum habent in ſubjecta materia
ex ligneæ machinæ (Pegmata quoque appellatæ)
in quibus ſtatuæ collocabantur, & quaſi ſige-
bantur ad illas ſuſtinendas, quæ quandoque
cum belli ſimulacro humeris portabantur, & per
illorum ſingula dux captæ Urbis agebatur,
ita ut captus fuerat ordinatus teſte *Joſeph. lib.*
7. Belli Judaic. ac Dione in vita Adriani. Prio-
ra igitur, ſeu *Palchi* ævo noſtro conſtruun-
tur quinque palmorum æquè circiter latitudi-
ne ſervata, abſque ulla prorſus diſtantia à vi-
cioi ſolo, poſſunt enim parieti proprio immit-
ti, altitudinis quoque ratione minimè conſide-
rata, ſed obtenta ab Ædilium Magiſtratu licen-
tia tantummodò delapidatam perforandi, pro
qua io Urbe ſolvuntur duo julii ab unoquo-
que ea volente conficere, & conceditur, itaut
ſolemoitatibus terminatis foramina eadem
claudantur. Ubi obſervo, quod ſi in iis, vel
in ſimilibus controverſiæ inſurgant, allegare
non ſufficit ſimpliciter ſtylum Maſtrorum Via-
14 rum, tanquam iuri communi adverſum, quod
induci ab iis oon poteſt, tanquam non haben-
tibus leges condendi facultatem; ſed non vi-
geote Principis reſcripto ad id neceſſariò, con-

ſue-

Digitized by Google

ſuetudo requiritur inducta per tot, ac tales actus, qui ad maioris populi partis notitiam pervenerint, ad hoc, ut dici poſſit conſtare de tacito populi conſenſu, per quem iuri ſit derogatum, uti benè ratiocinatur *Gratian. diſcept. for. cap. 752. n. 83. & ſeq.* quem ſequitur *Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 15. num.* 10.

15 Demum in protectis, quæ ſunt loco tecti hodieque appellantur tabulata, ſeu vulgo *tavolati*, ad quandam ex imbre defenſionem ſuper apothecarum præcipuè in Urbe januis apponi conſuetis, nec ulla conſideratur diſtantia, cum liceat cuique ea figere in proprio pariete abſque hoc ſcrupulo. De iis *Ulpian. in l. quemadmodum ff. ad l. Aquil. ſi protectum meum*, inquiens *quod ſupra domum tuam, & nullo jure habebam, recidiſſes, poſſe me tecum damni injuria agere, Proculus ſcribit*. ubi tamen loquitur de protectis immiſſis ſupra alterius domum, ſed in proprio pariete, quæ ab illo tollere nefas eſt abſque ejus Domini auctoritate, quod exemplificari poteſt in ædibus plures Dominos diviſis partibus habentibus. *Cic.* autem *in Topic.* c. 1. *quoniam*, ait, *P. Scævola in ſolum ambitus ædium eſſe dixit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiicere: ex quo tecto in ejus, qui protexiſſe, aqua deflueret, jus tibi videri*. Plura videnda ſunt apud *Mager. in tract. de Advocat. cap.* 2. At non prætereo, quod hæc tabulata æquè, ac laudabiliter ſunt reſtringenda: undè in Urbe Alexandri Septimi Pontificis juſſu, Proſper Jacobatius unus ex Ædilium Magiſtratu curavit, ut publici viarum aſpectus illuſtrandi gratia, necnon decorandi, pluſimum in latitudine diminuerentur.

ADNOTATIO.

MÆnianorum, & projectorum naturam explicat hic *Author noſter*, & inter utraque ponit juridicam differentiam, ex *L. malum* 242. *§. 2. ff. de verb. ſignif.* ſequendo *Alciatum ad d. l.* qui totam hanc materiam diſertiùs explicat, nec prætereunda eſt differentia, quàm tradit ipſe *Alciat.* ut ſcilicet immiſſa pariati liceat
16 Domino de facto dejicere, contra verò, ſi quid fuerit ſupra ædes projectum, puta perticas, quibus toralia, lintea, vela, idque genus ſoli exſiccanda ſuſtinentur, non licet eas dejicere propria auctoritate, ſed Legis Aquiliæ remedio ſuccurritur.

Quamvis autem projecta (ſub quorum cathegoria cadunt mœniana) & immiſſa inter ſe valdè differant, nihilominùs ſi in tranſactione permittatur aliquem poſſe juxta murum permittentis facere Mœnianum, ſeù Lodiolam coopertam ad tranſeundum vulgò *Paſſetto*, quando aliter de facili fieri non poſſet, cenſe-
17 tur etiam in conſequentiam permiſſa tignorum immiſſio, & muri elevatio, quia omnia veniunt in ſequelam dictæ præcedentis permiſſionis, plenè *Rota in Beneventana Fabricæ* 11. *Junii* 1725. *§. final. cor. R. P. D. Corio.* Projicere etiam licet pegmata ſupra ſolum, & immittere
18 trabes in fundo vicini ad ea ſuſtentanda, quando quis urgente neceſſitate ſuam domum reficit, nec aliter poteſt ipſam reficere; & hoc inter Doctores non ambigitur.

Quæſtio tantummodò eſt, an tali caſu reficere volens, teneatur licentiam petere à Domino? In qua quæſtione *Cepoll. de ſervit. Urb. præd. cap.* 73. tenet indiſtinctè nullam requiri Domini licentiam. Contra verò *Pecch. de ſervit. tom. 2. cap. 8. quæſt. ult. ſeù* 43. *per tot.* declarans, & diſtinguens dicit, quod in Civitatibus, ſi ex
19 omiſſa refectione earum aſpectus deformaretur, tunc procedere poteſt opinio *Cepoll.* quia favor publicus debet utilitati privatæ prævalere, *L. utilitas publica C. de primipil. lib.* 12. Secùs verò in aliis caſibus. Ex mente autem, & rationibus adductis per eundem *Pecch.* opinio *Cepollæ* indubitanter procederet in Urbe Conſtitutione Gregoriana ad ornatum ejuſdem Urbis. In caſus tamen contingentia conſilium datur per Doctores, ut ædificare volens ex urbanitate
20 licentiam petat à vicino, qui illam denegare non poterit, dummodò ſemper omnia intelligantur ſine damno ejuſdem vicini, ad *Text. in L. 2. §. Meritò ff. ne quid in loc. public. Paul. Chriſtin. ad Legem Municipal. Mechlinien. tit.* 14. *art. 31. Paulus diſſert. 2. art. 3. n.* 200.

Permittitur etiam de jure ſuper via vicinali, in qua ab utraque parte parietes ſint proprii ſuperædificare, & proiicere pontem, ſeù fornicem, vel parietem fornicatum, dummodò non impediatur tranſitus, nec aliud damnum infe-
21 ratur viciniſ, præterquàm ſolius aeris occupatio, quia poteſt occupari, cum in dicta via vicinali non debeatur niſi tranſitus, ut per *Text. in L. cujus* 23. *& L. cum eo* 8. *ff. de ſervit. Urb. præd.* concludit *Theſaur. quæ forenſ. lib. 2. quæſt. 89. num. 1. & 5. in fin. Paulus. diſſert. 12. art. 1. num.* 65.

Poſtquàm egimus de aliquibus projectorum, & immiſſorum generibus, quæ ſunt in jure permiſſa, ſuperſunt ea, quæ protendi prohibentur; Nihil itaque protendens poteſt infigi ad ſuas domos, vel feneſtras correſpondentes in vias publicas, aut privatas practicatas ob periculum
22 ne cadant, & offendant, ſeù damnum afferant tranſeuntibus: quod ſi ſecùs fiat, etiamſi non eveniat caſus, quod cadant, & officiant, ſufficit poſſibilitas, & periculum ad hoc, ut habitator domus ex ipſa ſola appenſione cadat in commiſſum. *L. ſi verò 5. §. Prætor ait, ubi Gloſſ. & Bartol. ff. de his, quæ effud. vel dejec. §. Item is verſic. cui ſimilis, ubi gloſſ. & ſumm. Inſtit. tit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcuntur*, ubi latè, *Aretin.* qui exemplificat in mulieribus retinentibus extra feneſtras horticulos penſiles, ſeù herbas in Ollis, niſi tàm firmitèr figatur, ut veriſimilitèr cadere non poſſint, & *L. ſi quis abſentes §. is quoque verſic. cui ſimiles ff. de oblig. & act.* fortiùs ſi cadendo damnum dederint. *Cavalcan. deciſ. 27. n. 57. p.* 2.

Et ad præmiſſa omnes tenentur nempè ſive
23 Inquilini, ſive Domini ædium, ſive habitent, ſive non, & cadit in commiſſum etiam qui non poſuit, verum ab alio poſitum ſciens patiatur. Latè *Solon. Campell. ad Conſtit. Urbin. annot. ad decrat. 72. ex n. 2. cum ſeqq.*

Prohibita item ſunt protecta, ſeù tabulata nimium ſe protendentia versùs viam, quæ ſolent ſuperponi Tabernis, ſeù Apothecis; & reſtricta fuerunt, ac diminuta de mandato Alexandri
24 VII. ut aſſerit *noſter Author in fine hujus capitis poſt nu.* 15. Attamen Tribunal Viarum mediante ſolutione certæ ſummæ faciendæ favore ejuſdem Tribunalis ſolet concedere licentiam apponendi ſubtùs tabulatum, quoddam
25 aliud protectum, quod vocant *contratabulatum*, ſe latiùs exporrigens verſus viam, quod

cardine verſatili aptatum in pariete, poteſt de facili dejici, & pendens remanere ex ſuis cardinibus tempore, quo Apothecæ ſunt clauſæ.

26 Tempore verò Sedis vacantis inter alia bannimenta Capitolina, illud promulgari ſolet, quod iſta contratabulata verſatilia omninò removeantur: ne tempore nocturno detur anſa pravis hominibus ſubtus dicta tabulata pendentia ſe celandi, & inſidias ſtruendi: Atque etiam ne occaſione auferendi, aut devaſtandi dicta pendentia contratabulata, orientur in Urbe nocturnæ rixæ, turbæ, & rumores.

MEMBRUM VI.

Oſtenſis vicini bonis, Pertractatur de ejus malis, quæ cauſare poſſunt diſtantiam.

SUMMARIUM.

1 *Vicini dicuntur à Vico, & Vicus à via.*

2 *Inter vicinos, & confines quæ ſit differentia?*

3 *Plurimæ vicinorum differentiæ.*

4 *Eorum (ſi boni ſint) laus & æſtimatio.*

5 *In iis non ſperandum, cum ex nobiſmet agere poſſumus.*

6 *Mali qui ſint & repellendi.*

7 *Literati qui, & quomodo obſtrepentes valeant expellere?*

8 *Ingenii opera edenda tradere quomodo laude dignum?*

9 *Eccleſiæ & infirmi dicto fruuntur privilegio. Item ejuſdem domus Incolæ* num. 11.

10 *Frustorii uſus an poſſit impediri?*

12 *Declaratur concluſio pro præventione in habitando*, & num. ſeq.

14 *Maxime faber eſt expellendus, ſi Doctor alibi habitare non queat.*

15 *Scholæ battutorum, & pravus odor an hoc privilegium extendant? Et num. 51.*

16 *Enumerantur cauſæ, quæ reddunt ſtudioſos privilegiis indignos.*

17 *Excludantur ab eo Doctorelli, Agentes, Sollicitatores, atque Procuratores.*

18 *Meretrices ac Judei ad Diſtantiam quandam æquè coacti.*

19 *Vicinus quis dicatur, relinquitur arbitrio Judicis.* Et vid. n. 24.

20 *Quinam dicatur vicinus in materia retractus?*

21 *An, & quando ex via intermedia, vel rivo ceſſet vicinitas ad effectum retractus remiſſivè.*

22 *Statuta demandante, ut vicini reficiant damna, nomine vicinorum non intelliguntur habitantes eo loco, undè vox exaudiri nequit.*

23 *Quænam perſonæ ſimili ſtatuto non comprehendantur?*

25 *Vicinitas eſt ab allegante probanda.*

26 *Magnum eſt infortunium habere malum vicinum.*

27 *Doctores, & Scholares poſſunt expellere Fabros obſtrepentes.*

28 *Ampliatur primò favore omnium Cauſas patrocinantium, etiam Procuratorum.*

29 *Officium Procuratorum* Romanæ *Curiæ vocatur nobile à* Rota.

30 *Ampliatur 2. favore omnium incumbentium ad artes liberales.*

Et de ratione ibid.

31 *Ampliatur 3. dictum privilegium procedere etiam ſi Faber vellet habitare in propria domo.*

32 *Ampliatur 4. non ſolùm contra Fabros, ſed etiam contra quoſcunque alios ſtrepitoſam artem exercentes.*

33 *Arceri poſſunt Furnarii propter ſtrepitum ſuorum Inſtrumentorum.*

34 *Item ſibilantes, & facientes voces infeſtas.*

35 *Scholæ debent eſſe ſeparatæ, ne Magiſtri, aut Diſcipuli ſe invicem impediant.*

36 *Magiſtri Muſicæ propter ſtrepitum arceri poſſunt.*

37 *Eccleſia antiquior poteſt prohibere, ne in Eccleſia recenter conſtruenda fiant Muſicæ nimium ſtrepitoſæ.*

38 *Studentes habent privilegium cogendi Dominum ad locandum; Nec à domibus expelli poſſunt finita locatione, quando Dominus vellet illas alteri locari.*

39 *Secùs quando Dominus ex nova Cauſa indigeret domo pro ſe ipſo.*

40 *Privilegium expellendi non habet locum, quando Faber prævenit inhabitando.*

41 Menochius *conſ. 237. n. 26. aliique contrarium tenentes, declarantur.*

42 *Privilegium prædictum in magnis Civitatibus non habet locum.*

43 *Contrarium procedit, quando Faber conducit manſionem in domo jam locata perſonæ privilegiatæ.*

44 *Item non habet locum, quando in Civitate adſunt loci deſtinati, vel pro artificibus, vel pro literalibus artibus.*

45 *Privilegium expellendi obſtrepentes gaudent etiam Miniſtri publici.*

46 *Inſcripta ſuper domum tabella* Pro Papa *Inquilini tenentur tranſmigrare etiamſi prævenerint.*

47 *Ægroti habent privilegium expellendi obſtrepentes.*

48 *In hac materia expulſionis multum defertur arbitrio Judicis.*

49 *Studia liberalia inter ſtrepitum exercert poſſunt.*

50 *Quilibet cogere poteſt vicinum obſtrepentem, ne obſtrepat horis inſolitis.*

Prudentia R.P.D. Gubernatoris Urbis ſuper hoc laudatur ibid.

52 *Campanarum nimia pulſatio, an per vicinos impediri poſſit?*

53 *Eccleſia Cathedralis non habet præjudicium ab altera Eccleſia volente uti unica Campana exigui ponderis.*

54 *Campanilis nova conſtructio poteſt impediri ab Eccleſia vicina per palmos 40. vel etiam 65.* & num. 58.

55 *Sonus undequaque diffunditur tàm ad ſuperiora, quàm ad inferiora.*

56 *In conſtructione novæ Eccleſiæ non debet alterari numerus, & pondus Campanarum præexiſtentium.*

57 *Nec debent pulſari, quando impediuntur ſpirituales functiones Eccleſiæ vicinæ.*

59 *Finis curioſus cujuſdam controverſiæ ſuper pulſatione Campanarum.*

60 *De Campanis, & earum pulſatione agentes, remiſſive.*

61 *Campana pulſatur crebris ictibus pro adunando Populo. Et quando excuſentur non accurrentes ad ejus ſonus.* ibid.

62 *Artes fetidæ ſejungendæ ſunt à Civium commercio.*

Et

Digitized by Google

Et in quâ parte Civitatis exerceri poſſint n. 66.
63 *Arceri poſſunt à vicino.*
64 *Maximè ſi conducatur manſio ſubtus domum vicini.*
65 *Latrinæ, & Cloacæ fœtidæ domus non debent evacuari diù, ſed noctù.*
67 *Meretrices expelli poſſunt à vicino. Amplia etiam ſi habitent in propriis domibus, vel in domibus Eccleſiaſticorum n. 71.*
68 *Limita, quando ſunt nuptæ, niſi Virum habeant ſuum lenonem, & infamem.*
69 *Meretrix quænam dicatur, nec ne?*
70 *Meretricibus prohibetur larvarum uſus, & facultas interveniendi choreis, & ſaltationibus.*
72 *Expulſâ Meretrice ante finitum locationis tempus quiſnam ſubire teneatur damnum penſionum?*
73 *Homines rixoſi, & ſcandaloſi à vicinia expelli poſſunt.*

II, qui minùs à nobis diſtant, certè ſunt vicini, cum utrique noſtri neceſſitudinis quodam
1 vinculo jungi videantur. Sic autem appellantur à *Vico*, quemadmodum *Vicus* dicitur à *Via*, quod dextera parte viæ ſint ædificia, ſeù quod eundem proximum vicum incolant, ac propè viam noſtram habitent, *Varronis* teſtimonio *lib. 4. ling. Lat.* Hinc hujuſmodi incolatus dicitur vulgò *Vicinia*, de qua *Ovid. lib. 4. Metam.*

Notitiam, primoſque gradus Vicinia fecit.

& è recentiorum numero *Jo: Calvin. in lexic. jurid. & Thom. Beyerlinch. in theat. vit. hum. lib. 8.*

Hoc in numero ſunt illi, quorum prædia
2 non lineæ, ſed paries communis diſterminat: talis enim verſatur differentia inter vicinia, & confines, ut primi in urbanis prædiis, ſecundi verò in ruſticis ita nuncupentur. *Paul. l. 4. § ult. ff. fin. reg. Valtejus in comment. inſtitut. de action. §. 18. n. 23.* In Bulla Sixti Quarti accipitur Vicinitas pro contiguitate de jure Prothomiſ. ut explicat *Bard. §. 4. n. 6. verſ. undè lex utilis &c.* Et talis ordo inter eos viget; ut alius dicatur proximus, alius verò remotus, immò primus, ſecundus; & tertius: *& l. 6. de aqua pluv. arc.* Plures demum voluere illos dicendos vicinos, qui in pagis, ubi Villæ diſpunctæ ſunt, atque
3 ad invicem ſeparatæ, vocem ex Villa alia audire valent *arg. l. 1. §. Eodem autem ad S. C. Syllan.* ſeù, qui vicini ſui cantantem gallum, aut gallinam exaudire poſſunt; uti à pragmaticis obſervatum ſcribit *Petr. Greg. Tholoſ. ſyntagm. jur. p. 1. lib. 4. cap. 24.* qui ex *gloſſ. in cap. felicis in verbo vicinarum de pœn. in 6.* ad affirmandum movetur; Judicis arbitrio relinquendum, qui propriè ſic appellandi ſint. Cui addo *Menoch. de arbit. Jud. lib. 2. caſu 232. per tot.* ubi, & qui comprehendantur ſub ſtatuto jubente damnum à vicinis emendari.

Inter vicinos talis amicitia videtur conſtituta, ut cognationem quodammodo exæquet.
4 Ità ex longo rerum geſtarum experimento aſſerere conſuevit Summus Pontifex Innocentius Decimus. Cujus rei rationem percunctari poſſumus à *S. Thom. comment. in 1. Polit. lect. 1.* ibi: *Hos, qui habent domos vicinas, quidam vocant collactaneos, pueroſque, idest filios, & puerorum filios, idest nepotes, ut intelligamus, quod hujuſmodi vicinia domorum ex hoc primo proceſſit, quod filii, & nepotes multiplicati inſtituerunt diverſas domos juxtà ſe habitantes. Undè cum multiplicatio prolis ſit naturalis, ſequitur, quod multiplicatio vici ſit naturalis.* Et de officiis ipſis præſtandis benè *Simplic.* ediſſeſit *in Epictet. Enchir. cap. 68.* Optima igitur ratione cunctis aliis in Sacris Literis prælati ſæpiſſimè viſi ſunt. *Fecit Raguel* (ſic Tobiæ 8.) *in nuptiis Tobiæ, & filiæ vicinis ſuis, & cæteris amicis convivium.* Et *Lucæ 15.*: *Homo, qui invenit ovem, & mulier, quæ reperit drachmam, vocaverunt vicinos, & amicos, & lætati ſunt cum eis*: Deus quoque olim inſtruens *Deut. 19.* Populum Hebræorum, injunxit ut, ſi quando ad Terram promiſſam ingrederentur, ità ut Civitates ſuas ædificarent, ne procul, a ſe invicem disjungerentur: *ut habeat*, inquiens, *è vicino, qui propter homicidium profugus eſt, qui poſſit evadere.* Et priùs in *Exod. cap. 12.* juſſit vocari vicinos proximiores uſque ad numerum animarum ſufficientium ad eum manducandum. Tantoque in pretio boni habiti ſunt vicini, ut optimè Salomon pronunciaverit *Proverb. cap. 27. meliorem vicinum juxta, quàm fratrem procul*, utpotè illum, qui neceſſitati, ſi ingruat, proximus exiſtat: non ita hic. Seneca *epiſt. 35. non magis utilitati eſſe*, dixit, *agrum redditibus amplis, quam vicinum æquolem cum moribus bonis.* Et ex noſtris optimè ſcribit *Federic. de Roſate*: *bonum eſt intereſſe habere bonum vicinum*: *per Novell. 63. cap. in fin.* ibi: *ne malus vicinus conſtitutus vadat deridens legem*: Quare Sapientiſſimus Themiſtocles, cum prædium quoddam vendere vellet, hoc quoque præconem addere juſſit, ut ante omnia animadverterent, ne malum haberent vicinum, teſte *Plutar. in Themiſt.* ex quo fortaſſe M. Cato agrum empturos admonere ſolitus erat, ut ici initio idem perſpicerent, quemadmodum bellè narrant *Eraſm. in apoth. lib. 5.* & fuſiùs *Plut. in eod. opere*, ac *Stobæus ſerm. 35. & 38.* quod *Plin.* confirmat *lib. 18. cap. 5.* his verbis: *Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquarum vim, & vicinum*: & *Columella lib. 1. Rei Ruſt. cap. 3.* licèt in apologo
5 Caſſitæ nidum migrantis, & ſegetis à Domino demiſſæ, manem prorſus amicorum, & propinquorum fiduciam ab Æſopo nobis demandaverit *Gell. lib. 2. cap. 29.* noſtris enimmet manibus, cum datur ad id facultas, naturæ beneficio eſt laborandum. De bono ac malo vicino ſcite *Heſiod. lib. 1. Oper. & dier.* ibi:

Noxa tàm mala eſt malus vicinus, quantùm bonus commodum.
Sortitus eſt premium, quicumque ſortitus eſt vicinum bonum.
Neque ſonè bos interierit, niſi vicinus malus ſit.

Et *Plaut. in Mercat.*

Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus:
Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

Propriè autem mali vicini dicuntur, ex *Demoſth. orat. de fundo contra Caliſt.* cupidi, &
6 avari his verbis: *nihil pejus, quàm vicinum malum, & cupidum poſſidere*, ſeu quicumque pravis moribus imbuti ſunt, ac malè vivunt, ut Lenones, & Meretrices, quæ ab honeſta vicinia diſtare debent, atque expelli poſſunt, ne bonorum mores inficiant, *l. non aliter de uſu, & habit.*

habit.Luc.de Penna in l.ſi quo de ſpectac. C. lib. 11.*aliique à Tholoſ.* ubi ſupra relati *n.*10.& de his infra. Ratio eſt, quia inter vicinos contracta videtur ſocietas quædam, ut alter alteri prodeſſe debeat: quod ſi negligat præcipuè in repellenda injuria, videtur injuriantem fovere, ac ejus culpæ perticeps eſſe, ex *Innoc.in cap.dilecto filio 6.verſ.& quid in media de ſentent. excommunic.in* 6. Semper autem ad minùs injungi poteſt, ne noceat *per l.in ſumma* 2. *§. Item Varus* 5. ibi: *ne noceat: ff.de aqua quotid.* Quo facit illud *Martial.lib.6.*

Non de vi, neque cæde, neque veneno;
Sed lis eſt mihi de tribus capellis:
Vicinis, queror, has abeſſe furto.

7 Verumtamen maxima privilegia numerantur, quibus ex juris beneplacito viri fruuntur literati, quippe qui Rempublicam robore, ac decore plurimum augeant. Inter quæ non infimum locum obtinet facultas à vicinorum male morigeratorum vexationibus ſe tuendi, veluti quodam diſtantiæ remedio, quo illos à ſeipſis removere poſſunt. Nomine autem *Literatorum* intelligo Doctores actu legentes, vel Advocationis munus exercentes: ſeù in Aulis Curiis, Foro, Judiciiſque ſtrenuè laborantes per. ea, quæ exponit *Gaſpar Klocb.de contribut.cap.*15. *n.*13.*& ſeqq.* Et Scholaſticos, qui actu ſtudent, quorum ed publicem utilitatem in hoc promiſcuus eſt favor, quenquam alteri literarium fructum in re (ut dicitur) alteri verò in ſpe conſequi videantur. His ergò privilegium eſt à vicinia artifices expellendi ſibi obſtrepentes, vel alio modo liberalibus eorum meditationibus adverſantes. Ita *Gloſſ.* communiter recepta *in l.*1.*in fin.C.de ſtud.liber. Urb. Romæ lib.* 11. & tradunt omnes *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. Alex.de Imola in addit.ad Bart.in dict. l.* 1. *de ſtud.liber. Roland.conſ.*66.*n.*41.*tom.*1.*Menoch.de arbit.lib.*2.*centur.*3.*caſ.*237.*n.*2.*Jacob.Benin.de privil.Juriſconſ. priv.* 69. *num.* 30. *Petrus Lemander tract.de Doctor.p.*2.*§.*25.*Horat.Lucius de privil.ſcholar.priv.*46.*Jo: de Platea in l.*2.*C.qui ætate lib.*10.*Panorm.in cap. bonæ n.*11.*de poteſt. Prælat. Rebuff. de privil. ſcholar. priv.* 3. *Franc. Marc.dec.*365.*p.* 1. *Marc. Muta ſuper conſuet. Panorm. cap.*70.*n.*27.*Gratian.diſcept.for. tom.*1. *cap.*186. *n.*10. *Richter de privil. literat. ſeu in auth.habita C.ne filius pro patre diſput.* 3. *nu.*3. *Antonell.de tempor.legal.l.b.*1.*cap* 39.*n.*56. *Erudiiſſimus Pereira in Republ.literar. lib.*8. *qu.*4. *n.*1398.& prius *Ant.Gomez.ad l.fin.Tauri n.*17. qui unam omnium potiſſimam rationem inquit eſſe, ne ſcilicet impediatur generoſa ſpeculatio literalis, quæ in favorem publicum tendit, ut nempè ex doctrina inſtillata per Doctorea, & hauſta per Auditores, adſint, qui jura exerceant, & Rempublicam adminiſtrent. Quibus, ex eadem ſtudii utilitate, addi poteſt medicinæ ſtudium, & labor, ut humanæ valetudini conſulatur: quæ à fortiori favere poſſunt Teologo, ſeù Scholaſtico, ſeù Morali, è quibus Catholica Fides fulcitur, & dogmata Eccleſiaſtica defenſantur, ut reſolvendum cenſeo adversùs *Menoch.conſ.*237.*n.*30.*& ſeqq. Ripam in d.l.*1.*n.*138.*ff.ſolut.matrim.Dec.conſ.*177. *& Jaſ. conſ.*149. *col.*1. *lib.*4. præfatum privilegium ad Juriſperitos tantùm reſtringentes. Item Doctores Chirurgiæ, qui cæteris Doctoribus æquiparantur, ut per *Imol.in Clem.*2. *de magiſ. Jo: de Platea in l.magiſtros C.de profeſſ.& med.Cyn. in l.*1. *n.*2.*verſ.nec obſtat C.de uxor.trad. milit. Franc.dec.*564.*n.*16.aliosque per multos à Rocco adductos *in reſponſ.*89.*to.*2. Rurſus grammaticæ Magiſtri, & cujuſvis ſcientiæ *ad text. in cap.præcipimus* 17.*quæſt.* 1. *Specul. in tit.de feriis §. Sequitur verſ. ſed ſi magiſter, & Abb.in cap.bonæ fidei il* 1.*de poſtul. Prælat.*

8 Id quoque multò magis extendendum eſt favore Doctorum, qui in conſcribendis libris operam navant *ad tex.in l.*2.*§.Juris civ.de orig. jur.* quia ii ob id favore poſteritatis adlaborantes non minus cæteris favorem hunc merentur: Et ſi Plato in Phædro ſcribentes quoſque objurget, probans contemplationis ſtudium, traditionemque veritatis in animis potiùs, quàm in libris Calamo enim providendum eſt parti alicui humanarum rerum labilitatis. *Certè* (inquit Plin.epiſt.7.in fin.lib.3.) *ſtudiis proferamus, & quatenùs nobis denegatur diù vivere, aliquid relinquamus, quo nos vixiſſe teſtemur.* Idemque *lib.*4.*epiſt.*16. *Sunt qui audiant, ſunt qui legant, non modò dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus.* At non conſtruenda eſt imprudentiſſimè à quovis ingenio maxima librorum moles, quantitas virtutis habita eſt enim ſemper in majori pretio, quæ paucis pagellis poteſt auctores ad immortalitatis culmen evehere. Exemplum eſt Bruti, qui licet epiſtolarum millia ſcripſerit, illas tamen ſolum edidit, quas diligentiùs ſcriptas cenſuit, ratus paucarum perfectionem ſatis eſſe debere, teſte *Mithridate Mithrid. nepoti ante epiſt.ejuſd.Bruti:* quod nos in Cardinali Bentivolo noſtro ævo uti ſummæ commendationis objectum ſumus admirati. Quo acto editio laudatur ſollicita, ne ob mortem noſtram ſubſecutam, infidi amici noſtri opera ingenii abſque ullo plagiarii criminis metu ſurripiant, quemadmodum æquè timebant, *Plin.ut in epiſt.*10.*lib.*2.*& Martial.ad Fauſtin.lib.*1. Hæc adverſus à nimis fervido ſcribendi proritu agitatos (quos pro immeritis privilegii tanti habendos eſſe cenſeo) & materiæ (more noſtro) exornandæ cauſa.

9 Supradicto etiam privilegio fruitur Eccleſias *ex Felin.in cap.ult. in fin. de Judic.* quem refert & ſequitur *Gratian.d.cap.*186.*num.*14.*& Antonell.ubi ſupra,* idem quoque infirmis tribuentes qui, ſi ob nimium inſtrumenti alicujus, puta filatorii (ut vocant) vel mallei ſtrepitum ſibi ſomnum (judicio medicorum) conciliare non poſſent, bene valerent judicis officium petere. *Capoll.de ſervit.urb.præd. in rub.de agger. Luc. de Penna in l.* 1. *n.*37. *verſ. debemus unicuique benefacere, &c. C. de ſtud. liber. Urbis Romæ lib.*11. *Ripa in d.l.ſolut.matrim. ſub num.*130.& poſt illos *Rubeus de Valid.legal.cap.*11.*contr:for. n.*12. Idque ita militat, ut contra hujuſmodi ſtrepitum facientes, etiam feriarum tempore procedatur, *Franc. Marc.deciſ.*368.*n.*7.*p.*1.*Monterent. ad Stat. Bonon. lib.* 4. *tit. de conductor. dom.& Bellet.diſquiſ.cler.p.*1. *tit. de favora cleric.p.*4.*n.*61.abſque ulla appellatione, quia ſtudium dilationem non patitur, *l.fin.ff. de appell. recip.& tradunt Bald.in l.unic.C. ſi de moment. poſſeſſ. Barboſ. in cap. propter ſterilitatem §. verum n.*43.*de locat.* ubi etiam dicit, quod appellari non poteſt à decreto lato contra meretricem à vicinis expulſam, quia neque hoc dilationem recipit.

Google

10 Advertendum tamen eſt vicino cuicumque non privilegiato facultatem nullatenus eſſe alteri vicino prohibendi, ne filatorium teneat, & ex ea quia ſibi ob ſtrepitum ſomnus impediatur, cum quilibet in ſua domo poſſit facere quicquid vult, etiam ſi per accidens vicino præjudicium afferatur. Sic ait Ripa *in repet. d.l.ſolut.matrim.n.*129.ubi ex conſuetudine arguit habitum effici; Et Rubeus ubi ſupra bene adducit vulgatum Coturnicis exemplum, quæ cum ſuper campanile exiſteret, audito prima vice campanæ ſtrepitu, adeò timuit, ut præ timore ac novitate per milliaria multa a campanili evolaverit. In ſecunda autem vice non adeo extimuit, & paulatim ad illud pervenit ſignum, ut ſonante campana, ipſa ſupra ea exiſtendo intrepida ſtaret: quod applicari poteſt meritò in caſu noſtro. Et acutiſſimus *Vinc. de Franc. dec.* 625. *in princ.* id affert deciſum in Regio Conſil. Neapol. hiſmet verbis: *quod filatorium amoveretur ſub prætextu, quod ex ipſius ſtrepitu ſomnus impediretur patri ſeni, fuit nobis viſa vana prætendentia hæc, cum id prohiberi non poſſit, niſi fiat ad æmulationem, quæ in dubio non præſumitur*. Et repetit alias deciſum *Thoro in compend.decif.Neapol. tom.*1. *&* *Giurba obſervat*.48.*n*.49.Quod maximè extenditur in loco,ubi ſimilia exercentes deputat, ut de platea vulgo dicta *de gli Armieri* Neapoli exemplificat *Rocc.in reſponſ.*89.*n.a* 10.2. ubi reſolutum refert in Sacro Conſilio expelli poſſe quoſcumque prope Eccleſiam ſtrepitoſam artem, ac furnum exercentes.

11 Hinc exiſtimo multò magis eadem facultate frui domum habitantes, qui ab aliis moleſtentur Incolis, ut ſæpe accidit, & nos infeliciſſimo quidem fato hic in Urbe triumviralis cujuſdam ſocietatis Acediæ torpore penitus devinctè cauſa, longo tempore paſſi ſumus, & in diurnis vigiliis atque lucubrationibus modò etiam patimur. Quiſque profectò iſtorum videtur Angelus Satanæ datus nobis ad colaphizandum, ut de ſe fatebatur *Auguſt*. 2. *ad Cor*. 12. *cap*. 7. Quæ verba *D. Chryſoſt* interpretans *homil*. 26. *cap*. 12. *Quocirca* (inquit)*per Angelum Satanæ, Alexandrum ærarium Hymænæum, Philetum, ac denique omnes, qui fidei doctrinæ adverſabantur, atque cum ipſo contendebant, ac bellum gerebant, eumque in vincula conjiciebant, cædebant & raptabant*. Et *homil*. 52. *in S. Euſeb.* Id certo dicit *datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, ut me colaphizet:tentationes, afflictiones, perſecutiones innuens*. Poſt *Aloyſ. Novarin. in Paulo expenſo n*.328. in hunc ſenſum hæc ſumit verba *Aug.Barboſa vot.deciſiv.*102. *lib*.3. *dub*.4. At pejores longè ſunt ærariis ſuperiores hujuſmodi incolæ, qui fuerint nihil agendo occupati, quibus benè aptari poſſet quicquid de eodem Alexandro ſcriptum relinquit idem *Paulus* 2. *ad Timoth*. 4. 14. - *Alexander faber ærarius multa mala mihi oſtendit: reddet illi Dominus ſecundum opera ejus: quem & tu devita*: Unde memini hoc loco Alphonſi illius celeberrimi Aragoniæ Regis, quem fertur Senenſes audiſſet, qui à bello Italico medii extitiſſent, in neutram partem inclinantes, poſtea ſedato bello, diviſorum militum prædam eſſe, dixiſſe ajunt, Senenſibus eveniſſe quod his ſolet, qui mediam domum incolunt, ut ab inferioribus fumo, à supernè habitantibus urina vexentur. Scribit *Ant.Panormita de dictis ejuſdem factis lib*.4. *num*.23. Quo caſu literatorum præcipuè favore (quibus etiam ultra fabrorum ictus, & avium volatus eſt moleſtus) poterit prudens judex adverſus indiſcretos incolas aliquod arbitrarium conſilium ferre. Neceſſitas tamen hic præcipuè lex eſt duriſſima: ad quod facit Senecæ illud epiſt.70. - *Sic veteris inquilinos indulgentia loci, & conſuetudo, etiam inter injurias detinet*.

12 Dictis opponuntur nonnulli, inter quos *Vacon. lib*.1. *declar.jur.civ. cap*. 31. acriter defendentes non poſſe artifices expelli per Doctores quaſi ſecundum *Ariſtot*. 2. *Polit.* artifices ſint pars civitatis, non ſic Doctores: proindeque illorum & non horum ſit utilior cauſa. Statuta nihilominus concluſio verior & practicabilior eſt, dummodo tamen hæ perſonæ privilegiatæ fabrum præveniant ſeu alium artificem, vel ſi eodem tempore, puta eodem anno domum conducant, tunc enim favorabilior eſt cauſa ſtudiorum; quæ ratio potiſſime venit in jure conſideranda per *tex. in l*. 2. §.*ſi quis nemo ff. ne quid in lo.publ. & in l. qui balneum & l.potior ff. qui pot. in pign. hab. Auth. habita C. ne fil. pro patre gloſs.in d.l.*1. *C.de ſtud. liber.Urb.Romæ Bart.& cæteri in d.l.*1.*ff.ſolut.matrim.Abb. in cap.ult.in fin.de judic.Benincaſ.cit.privil.*69. *d.num*.3. reſpondens fundamentis Vaconii. *Menoch.cit.num*.11. *&* 17. *Gratian. num*. 18. *Barboſa num*.43.*& Pereira n*.1399.

13 Secus eſſet, quando Faber Doctorem prævenit, vel ſcholaſticum, qui alibi commodè poſſint habitare: quo caſu ceſſat hujuſmodi privilegium. *Ripa in d.l.*1.*n*.130.*in fin. ff.ſolut. matrim.& Alciat.ibid.Menoch.*qui de magis communi teſtatur *de arbit Jud.caſu* 237.*n*.7.*& ſeqq.* Et ſic practicari affirmant *Marc. Muta ſuper conſuetud. Panormi cap*.35.*& Caler de proceſſu execut.p.*1.*cap*.4.*n*.8. Richter vero ubi ſupra *de priv.literat. ex Matth. Culer*. hanc theoricam Jenæ uſu receptam ſcribit contra Vinatorem quendam, qui ſe ipſi ingreſſit ad latus in vicinia, & ſub mediam noctem ſurgendo ac compingendo, ſtipandoque vaſa vinaria, tantos ſtrepitus & clangores excitavit, ut multas noctes inſomnes, non ſine ſalutis periculo, tranſigere coactus fuerit. Quapropter etiam de eadem re Conſiliarios illuſtris Gubernationis Vinarienſis interpellatos, Senatui Jenenſi in mandatis dediſſe refert, ut Vinatorē compellerent, ea habitatione dimiſſa, de alia cogitare, & operas ſuas in illa vicinia omittere.

14 Quanquam verò in Civitatibus vel oppidis particularis adeſſet vicus, in quo fabri artem ſuam ſimul exercere conſueviſſent, unde non poſſent inde à Doctore expelli, qui ibidem domum conduceret *ex Bart.in d.l.*1.*in fin.ff.ſolut. matrim. Ripa ibid.num*.130. *& Purpur. num*.44. *atque Menoch. d. caſu* 237. ubi ſubdit *num*. 22. quod è contra, ſi faber contulerit ſe ad habitandum in loco, in quo Scholaſtici & DD. habitare conſueviſſent, poſſet tunc expelli: quod notavit etiam *Alex. in d. l.* 1. In caſu attamen in quo Doctor alibi commodè habitare nequit, expellendus eſt faber, qui ipſum Doctorem prævenerat, quia magis habenda eſt ratio boni communis augendi per Doctorem, quàm præventionis. Ita ex *Grat.ubi ſupra num*.19. *Menoch. num.*

Digitized by Google

num.24.& Pereira ubi proximè. Sed fateor hæc Romæ non eſſe uſu recepta, immo potiùs oppoſitum ſervari, cum nec unus quidem è Purpureo Senatu præveniens etiam obſtrepentem vicinum potuerit in judicio ad alibi degendum compellere.

15 Verùm quia intellectus ex importuno ſono in ſuis ſpeciebus quodammodo immutatur, & redditur literariis meditationibus minus attentus; Æque poteſt Doctor expellere Phrarias quas Itali vocant ſcholas battutorum, ſeu diſciplinatorum, & Doctorem alium de ſua profeſſione ad ſilendum compellere, vel ſubmiſſius legendum, ſi altè legendo, vel obſtrependo illum impediat, ut ex *Alciat. & aliis interpretib. in d.l.1.ff.ſolut. matrim. & Jaſ. conſ. 18. lib. 2.* infert *Pereira num. 298. verſ. habet Doctor*. Et nos ex eodem fundamento ad vendentes caſtaneas aſſas, vel elixas propè Doctorum domos importuniſſima voce (uti in Urbe conſuetum eſt) clamantes privilegium ad diſtantiam compellendi merito extendimus. Multo magis etiam Magiſtri Muſicæ, qui adverſus literatos nullo fruuntur privilegio, & ſi *D. Abbas Carolus Peregrinus in ſuo Muſæo Hiſtorico legal. p.5. c. 2.* favorabiles Muſicis rationes conetur afferre, quæ facillime dilui poſſunt. Prohiberi etiam poteſt intempeſtivus, aſſiduus, & non ſatis laudatus Nolarum ſonitus, non modo quia tanto ſtrepitu Divina celebrari non oporteat, ſed ne vicinorum ſomnus impediatur, & fortaſſe malè valentes pejora patiantur incommoda, nec non ſtudioſi à ſtudiis quodammodo ex tantæ moleſtiæ cauſa avertantur; Si enim de Muſicis inſtrumentis dixit Philoſopus 8. *Polit. cap. 6. oportere diſciplinam earum, neque impedimentum afferre cæteris operationibus, neque corpus efficere inutile ad bellicas civileſque exercitationes.* fortaſſe quia ſumma ratio in quacumque operatione præ oculis habenda ſit: quid non erit dicendum de pulſantibus campanas, quæ inſtrumenta parum apta ſunt ad melodiam conficiendam? Hoc igitur indiſcreti Campanarii arbitrio minimè relinquendum eſt, cum ſit plerumque vel Juvenis ocioſus, vel ruſticus inurbanus, vel Monialis parum judicii compos, quæ (ut in nonnullis Etruriæ Civitatibus obſervavi) temporis terendi cauſa cum aliis Sororibus per octavam præviam diei feſtivo, qui ſæpè accidit in anno, maximo cum vicinorum incommodo etiam ob non exiguum clauſurarum numerum, pulſant campanas. Itaque inutilis hujuſmodi ſtrepitus vetari poteſt, ut dicebamus cum *Ripa in d.l.1.n.129.* ubi *Alciat. n.56.ff.ſolut.matrim.* idemque *Alciat. lib. 8. parerg.cap. 11. Dec.in l.quacumque n.78. ff. de reg. jur. Felin.in cap.ult. de judic. n. 7. Jo: de Amic. conſ. 105. col.2. Salmat. in addit.ad Guid.Pancirol.de reb.memorabil. p.2. tit. de Campan. pag. 262,* & fuliùs *Auguſt.Barboſ.vot.deciſiv. lib. 3. vot. 102. dub.4.*

Quibus omnium adjungo aliam conjecturam. Populus enim commodi gratia, ut convocetur ad Divina, de expenſis in Campanarum refectione, quæ ad Parochum ſpectant, cum etiam nonnihil contribuere teneatur, ut probat *Tondut.in quæſt.& reſolut.benefic. p. 3. cap.133.* ultra tale incommodum, aliud profectò maius, & fortè intolerabilius ex eo ſtrepitu nullo pacto videtur certè pati debere. Sed perturbatur quoque ex pravis odoribus intellectus. Hinc dubitatum eſt. an artem ſulphurariam exercentes in domo ſua privata, per quam malus odor fiat vicinis, ad diſtantiam, arbitrio prudentis conſtituendam cogi poſſint? Et proculdubio ars illa prohibenda eſt in vicinia, & ab ea removenda, cum aer inficì poſſit, non ſine peſtia, vel aliæ infirmitatis periculo. *Tex.in l.2.§.Idem ait ſi odore ff.ne quid in loc. pub.* & ibi *Gloſs.& Bart.* notat, quod non eſt licitum in loco privato aliquid facere, ex quo fœtor, vel putredo ſit in via *l.1.§.1. C.de cloac.* per ea, quæ affert *Cepolla de ſervit.tit.de cloac. & ad Text. in l.1.§.Cura carnis ff. de offic. præf. & l.Ædiles ff. de via publ.* ubi prohibitum eſt proiicere in carreria quodcumque fœtidum, & turpe. Immò artes quaſcumque fœtidas exercentes expelli poſſunt, & ſignanter de Beccaria, *Bald.in cap.ſignificaſti de reſcript. & Pet. Nuñez de Avendano lib.2.cap.6.& cap.26.* iiſque deſtinari debere certum locum in Curia Neapolit. fuit deciſum. Ita *Capiblanc. de Baron. ſuper pragmat.24.n.15. Rovit. etiam ſuper prag. in tit.de ſalubrit. aer.in fin. Sanfelic.deciſ. 127. n.5.& Rocc.d.reſponſ.89. n.20.* qui ad fornellum extendit, aliudve opus fumi cauſa noxium, & citat *Dec.in l.nullus videtur*, & ibi addit *ff. de reg.jur. Franc.Marc.deciſ.482.p.2.& Urſill.concluſ.legal.62.verb.ædificare n.121.* Ex qua cauſa illicitum eſt quoque proiicere vinum tornatum, aut urinam, vel immunditieſ, *ex l.2.§.Si viam, & §.Si quis cloacam ff.ne quid in loc. publ.* latè, & benè *Franc.Marc.deciſ.Delphin.p.1. deciſ.23. n,1.& 2.* immo cutes hædium, vitularum, aliorumque animalium artis exercitio, quæ vulgò dicitur pelliparia in viis nobilibus concinnare, ſeù ſaponem, & candelas, quæ maximum fœtorem afferunt conficere. *Ripa in tract. de Peſte in p.13.p.principalis n.74.& 75. Cæpolla de ſervit.ruſt.præd.cap.43.n.2. Tondut. quæſt. & reſ. civ.p.2.cap.140. n.3. Ricci* autem *in collect. dec.1041.* firmat non poſſe malo odore ullo modo nocumento vicinum affici. Quo expellendi privilegio non ſolum privilegiatus fruitur, ſed non privilegiatus quicumque, cum in eo publica verſetur utilitas, ut ſaluti, & vitæ Civium conſulatur; qua de re optimè agit *Expillii Playdoyè 34.citatus à Tonduto, ubi ante num.4.*

16 Nonnumquam tamen hæc, & alia privilegia facillimè amittunt ſtudioſi, nempè committendo, vel omittendo. Primò ſi extra Academiam ſtudioſus contrahat, & in contractus loco deprehendatur *c. fin.de fo. compet. c.volentes 1. de privil. in 6. Zanger. de except. cap. 1. p.1. num.107. & 113.* Item ſi neglectis ſtudiis mercaturæ, & negotiationi *diſc. 88. & cap. 2. ne Cleric. vel Monach. ſæcul. ſe negot. immiſc.* Si inhoneſtè vivat contra decus Sæculi, & honorem ſtudii vel præceptorum, etiam ſi hoc joci cauſa faciat, *l.per id 3.C.de curioſ.& Statuar.* Si Magiſtratui Academico obedire noluit *arg. c. ex literis 11. extra de conſtitut.* Si illicitis, vetitis, & prohibitis artibus, & ſcientiis operam, & ſtudium impendat *ex Auth. habita C. ne fil. pro patre.* Si delinquat, & ab Academia relegetur, vel excludatur. *Nunn.ad præd. Auth. cap.ult.in fin.* Si demum tale crimen committat, ex quo pœna ſanguinis, vel capitalis irroganda veniat *ad text. in l. Senatoris 47. ff. de ritu nupt.*

nupt. & *l.* 1. *C. ubi Senatores, vel Clariſſ. civil. vel crimin. convem. Bald. ad d. auth. n.* 29. Omittendo etiam hiſce privilegiis priventur, nempe, ſi ſtudioſus literis non incumbat, neque lectionibus, vel aliis exercitiis interſit *per l. non enim negligentibus* 26. *in princ. ff. ex quibus cauſ. major.* & *l. pupillus* 24. *ff. de his, quæ in fraud. creditor.* Item ſi Academiæ valedicat, & ſe in alium conferat locum, ibique per quinquennium commoratus, animo ad ſtudium non redeundi, ſtudia cœpta deſerat, ut deduci poteſt ex *præd. auth. habito* contextu. Hæc verò omnia latiſſime explicat *Rieb. loc. cit. diſp.* 7.

17 Et generaliter quod privilegia Doctoribus conceſſa locum non habeant in medioeri literatura tinctis (quibus nemo ſuperbior eſt, & minus animal ſociabile) ſcilicet vulgò Doctorellis, qui non niſi cum Lintribus pugnant, vel ſaltem peregrina & aliena adfectant, literis non vacant, primiſque annis Doctoris titulo ſuperbiunt, & id ſe eſſe opinantur, quod eſſe dicuntur: ſed aliquanto poſt licentiati ſtationem vix tuentur, tandemque quando gravia negotia tractanda ſunt, ad puri putique Baccalaurei locum honeſte retinendum omnem ſuam ſapientiam vix, ac ne vix quidem ſufficere intelligunt, quemadmodum *Kloeb.* (cujus verbis uſi ſumus) *in præd. tract. cap.* 15. *num.* 21. Neque locum habent in Agentibus, ſeu Solicitatoribus, vel Procuratoribus, qui Advocatorum nomine, & numero non continentur, & plerumque ſunt venditoris verborum, & Procuratores in rem ſuam, ut cenſet *Ernest Cothmann. in rubr. C. Juſtinian.* 24. Interdum etiam Exploratores & Novellarum dubiarum ſeminatores. *Beſold. in theſaur. pract. lit. A. num.* 18. *fol.* 22. & *Kloeb. ibid. num.* 23. Quique ad ſola verborum, aut potius nummorum aucupia ſe contulerunt, ut paulatim omnia in deterius abeant, & Philoſophorum nomen olim in jure precio habitum, amiſere, Sophiſtarum probroſam, atque inhoneſtam appellationem, quæ jure meritoque hujus temporis pragmaticis, & circumforaneis tabulis tribuatur invenientes, ita ſcribente *Pet. Fabra in comment. ad l.* 1. *de Juſt.* & *Ju.* In quorum verboſam audaciam ſic *Juvenal. olim ſat.* 7.

Ipſi magna ſonant, ſed tunc, cum creditor audit,
Præcipuè, vel ſi tetigit latus acrior illo.
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
Tunc immenſa cavi ſpirant mendacia folles.

Meritò igitur, cum immenſus illorum ævo noſtro inveniatur numerus, ideoque in minimo ſint precio habendi, quia præclara tantum ſunt rara: ne civitates artificibus depulſis, evadant ſolitudines, hoc ſunt privandi beneficio.

18 Nocumentum ſpecialius obſervatum eſt in Meretricum vicinia, utpote animarum læſivum, ratione occaſionis quaſi proximæ, qua ſenſus ad malum proni facillimè pravis moribus imbui valent; Ideòque optimo quidem jure à Sanctiſſimo Pontifice Pio V. in ipſas edita fuit Sanctio, qua in Urbe remota à frequenti hominum cœtu, & diſtans habitatio conſtituta fuit, nempe in loco vulgo appellato *Le Vaſchette* (quemadmodum fecit de Judæis propè Tyberim, quia Chriſtianis cum iis habitare non eſt permiſſum ex *Conc. Lateran.* 3. *cap.* 26.) Et non eſt novum mulieres haſce in loco aliquo Civitatum ſeparato ponendas eſſe ita ut, qui alias domos ipſis locat, puniendus ſit. Habetur *ex Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit. de Meretricib.* Porrò illud tanti Pontificis præceptum à civili jure fondamentum ſumpſiſſe opinor; Certum enim eſt mulieres inhoneſtas quaſcumque in vicis, & locis honeſtis habitare non poſſe, etiam ſi ibi proprias ædes habeant; *Auth. de Lenon. per tot.* latè *Gizzarell. deciſ. Neapol.* 54. ubi *Mela, ac Theſaur. quæſt. forenſ.* 33. *lib.* 1. Immò expelli poſſunt per *Tuat. in l. non aliter ff. de uſu,* & *habit. in l. ſi pendente verſ.* & *iſtum ſolum obſervandum ff. de uſufr.* & ibi *Penna,* & *in l.* 4. *de Spectac.* & *Scen. publ. lib.* 11. ibi - *in loco honeſto non debent inhoneſtæ perſonæ verſari* - maximè pro Eccleſiis, & Monaſteriis. Fusè *P. Lezzana* videndus *in ſuis variis conſult. conſ.* 46. *num.* 22. Immò etiam apud cauponas, ne hoſpites ad flagitium provocent, quod gravibus pœnis eſt vetitum, ut ſcribit *Scannarol. de Viſit. Carcerat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. Niſi nuptæ ſint, & cum viris habitent, quia tunc expelli nequaquam poſſunt, Matrimonii favore. *Rubr. in cap. per veſtras* §. 2. *num.* 21. *verſ. adde etiam de don. inter vir.* & *uxor. Duen. reg.* 312. *limit.* 1. & *poſt Capyc. deciſ.* 44. *num.* 2. *Gratian. diſcept. for. cap.* 135. *num.* 20. Quemadmodum ſi cohabitet cum ſcholari, dicunt *Nevizan. in ſylv. Nupt. in verbo. quomodo ſit judicandum num.* 55. & *Ant. Scappi in tract.* 15. tunc expelli non poſſe, & locatorem debuiſſe prævidere; ideòque ſibi imputandum. Sed ex alia cauſa ſcandaloſum hoc objectum, nempè à Parocho, cui animarum cura eſt commiſſa; cum expulſione Meretricis deſtrui poſſe exiſtimo. Itaque ſit iis diſtans ab honeſtis regionibus habitatio, à qua expelli minimè poſſe reſolvunt. *Nov. deciſ.* 95. *num.* 1. & *Carol. Rota de privil. mulier. ſpecial.* 7. *num.* 23. Quod ſi ad locum honeſtum tranſmigrent, & luxorioſas veſtes deponant, meretricari deſiiſſe oſtendent per ea, quæ tradunt *Salicet in l.* 1. *num.* 4. *C. de raptu Virg.* & alii apud *Farinac. in tract. de delict. carn. quæſt.* 145. *num.* 182. Vividus autem Religionis zelus, qui multiplices nedum Catholicos, ſed Infideles ad Lupinaria cum lupis, proſtibula, & Scorta interdicenda compulit, uti Periandri Regis apud Corinthios, Juſtiniani Imperatoris in Bizantio, Theodoſii Senioris, S. Ludovici Galliarum Regis, & Philippi Quarti & Quinti Regum Hiſpaniarum exempla comprobant, ejuſdem *Lezzana* teſtimonio *loc. cit. n.* 24. *ex Herculeo de Polit. Corinth. Procop. lib. de ædif. Juſtin. Spencao,* & *Nicephora;* Ne ob effrænem libidinem in pejora laberetur mala iniquiſſima humanitas ea nulla talium mulierum tolerantia, quodammodo fuit temperatus, & ad obvias vitandas occaſiones prudentiſſimis ſanctionibus, ne qui periculum amat, pereat in illo, Diſtantia ſupradicta fuit diſpoſita. Utinam exactiſſime hæc hodie ſervarentur: non tanta profectò, nec tam frequentia mala evenirent.

ADNOTATIO.

Relictis diverſis opinionibus relatis hic per *Noſtrum Authorem* ſuper definitione, & deſcriptione *Vicini;* Cum hoc nomen in jure poſſit juxta quæſtionis contingentiam diverſimo-

dè accipi, verior, & receptiſſima eſt opinio,
quam tangit *Idem Author poſt num.* 3. ut ſcili-
19 cet, id arbitrio Judicis relinquatur, quemad-
modum ultra hìc relatos, tradunt *Tuſch. lit. V.
concl.* 200. *Antonel. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1.
num. 14. *Concial. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 21.
num. 2. Unde juxta ſubjectum materiam decla-
rabit quiſnam dicatur *Vicinus*; Et exemplifi-
20 cando, quando agitur in materia retractus ad
dignoſcendam qualitatem vicinitatis videri po-
terunt *Sabell. variar. reſolut. cap.* 68. *Epiſc.
Rocca diſput. ſelect. cap.* 160. *Calderon. reſolut.
forenſ.* 86. *Conſtant. ad ſtat. Urb. annot.* 24. *art.*
3. *Card. de Luc. de ſervit. diſcur.* 69. *Rot. cor.
Merlin. dec.* 421. *&* 437. *cor. Ninot. dec.* 58.
apud quos præcipuè habetur an, & quando via
intermedia, vel rivus ceſſare faciant vicinita-
21 tem, & ſic impediant retractum. Si autem
agatur de ſtatuto demandante, quod non re-
pertis aliis damnificantibus, damnum debeat
emendari à vicinis, tunc vicinorum nomine
22 non intelliguntur, niſi illi, qui vocem accla-
mantis ex loco delicti audire poterunt, quem-
admodum præter allegatos à *Pacichell. num.* 3.
firmant *Borgnin. Cavalc. p.* 2. *dec* 22. *de contra-
ctib. num.* 11. *Sabell.* §. *Statuta pœnalia n.* 27.
Conciol. V. pœnæ reſolut. 26. *num.* 2. *& ſeq* cum
aliis allegat. per *D. Audit. Bonfin. in ſupplem.
bannorum general. cap.* 72. *num.* 74. ubi etiam ha-
betur quod ſub ſimilibus ſtatutis non compre-
23 henduntur pupilli, mulieres, ægroti, abſen-
tes, & ſimiles perſonæ inhabiles ad auxilium
damnificatis præſtandum.

Ex præmiſſis patet, quod ad propoſitum eo-
rum, quæ inferius dicenda ſunt, Vicinus ad
effectum eum arcendi propter ſtrepitum, vel
propter malum odorem, dicetur ille; qui ha-
bitat in loco, ex quo malus odor, vel ſonitus
alium offendere poteſt, & ad effectum expellen-
di meretricem à vicinia, vicinus vocabitur ille,
24 qui ex feneſtris proſpicere poteſt intrantes, vel
exeuntes ad ipſam, vel audire voces, & ſtre-
pitus, qui in ejus domo aliquando accidere
ſolent.

Atque ulterius eſt advertendum, quod tam
ad prædictum effectum expulſionis, quam ad
alios quoſcumque, vicinitatis qualitas tanquam
25 quid facti non præſumitur, ſed eſt probanda
ab eo, qui in illa ſe fundat *Gratian. diſcept.*
394. *num.* 32. *& ſeq. Rot. cor. Ludoviſ. dec* 470.
num. 4. *& ſeq. & cor. Merlin. dec.* 437. *num.* 1.
& innuit *eadem* Rot. cor. *Ubald. dec.* 40. *num.* 11.
tom. 1. Probata verò vicinitate, & mala quali-
tate, devenire poterit ad expulſionem in caſi-
bus inferius recenſendis, cum ſit magnum in-
26 fortunium habere malum vicinum, ex relat. per
noſtrum Authorem n. 6. quibus addimus *D. Au-
thorem Bonfin. ad bannum. general. dict. cap.* 72.
num. 84. qui alios citat, & materiam optimè
de more exornat.

Poſſunt itaque Doctores, & Scholares arcere
à vicinia Fabrum obſtrepentem propè illorum
domum, ne tali rumore, illorum ſtudia inter-
27 rumpantur, quod tamen eſt intelligendum de
illis, qui actualiter ſtudiis operam navant, ut
tradunt omnes inferius allegandi, & de illis,
qui non amiſerint ejuſmodi privilegium, pro-
pter cauſas, de quibus *noſter Author n.* 16.

Atque hoc ampliatur primò non ſolum fa-
vore Advocatorum, ſed etiam Doctorum actu
28 legentium, Procuratorum, ſeù Cauſidicorum,
& cauſas patrocinantium, Informantium, &
pro veritate ſcribentium *Hoſtien. in proœm. ſuæ
Sum. Jaſ. in l.* 1. *num.* 8. *de juſt. & jur. Cyn. in
l. cum ſervus in fin. C. de ſerv. fugit. Soccin. in
l.* 2. *num.* 8. *ff. de except. rei judic. Rol. conſ.* 66.
num. 36. *& ſeq. lib.* 2. *Roman. conſ.* 347. *num.* 4.
Pariſ. conſ. 62. *num.* 13. *lib.* 2. *Granett. conſ.* 394.
Ruin. conſ. 40. *num.* 7. *lib.* 5. *Pedroch. concl.* 36.
num. 136. *Guid. Pap. dec.* 388. *&* 638. *Ofaſch.
dec.* 1. *num.* 11. cum aliis per *Gratian. diſcept.*
186. *num* 3. *& ſeq.* & propterea miror, quod
à *Pacichell. poſt n.* 19. ſoli Advocati cenſean-
tur digni hoc privilegio, & parum honorifica
verba habeantur de reliquis Romanam Curiam
29 ſequentibus, cum inter iſtos adſint docti, &
celebres Procuratores, quorum officium vo-
catur Nobile à *Rota in Romana Honorariorum*
29. *Aprilis* 1711. *in princip. coràm Reverendiſſ.
P. D. Aldovrando.*

Ampliatur 2. hoc privilegium non ſolum
30 favore Juris Peritorum, ſed etiam Medicorum,
eorumque Scholarum, & aliorum Studentium
liberalibus Artibus, & Grammaticis, aliiſque,
de quibus *in l.* 3. *ff. de extraord. co. l.* 14. *ff. de
jur. codicill. l. ſi duas §. Grammatici ff. de excu-
ſat. l.* 16. §. *final. ff. de vac. muner. Paulut. diſ-
ſert.* 20. *art.* 2. *num.* 51. cujus concluſionis eam
DD. adducunt rationem, quia non conceditur
privilegium iſtud Doctori, & ſcholaſtico ra-
tione eorum dignitatis, ſed intuitu, & cauſa
ſtudiorum, ita ut extendatur ad omnes, qui
ſtudiis incumbunt, licet non ſint Doctores, *Me-
noch. de arbitr. judic. caſ.* 237. *num.* 12. *Mell.
obſer.* 137. *num.* 11. contra verò, quamvis aliqui
ſint Doctorati, attamen privilegium ullum
non competit, ſi ſint ex numero illorum, de
quibus loquitur *Gratian. diſcept.* 186. *num.* 29.
& plur. ſeq.

Ampliatur 3. ut prædicti omnes habeant
31 hanc facultatem arcendi Fabrum, etiamſi iſte
vellet habitare in propria domo, quando is poſ-
ſet alibi commodè habitare *Rip. in l.* 1. *C. de
ſtud. liber. num.* 130. *Menoch. de arbitr. judic.
lib.* 2. *caſ.* 237. *num.* 23. *Paulut. diſſert.* 22. *art.*
2. *num.* 55.

Ampliatur 4. ut ejuſmodi privilegium expel-
32 lendi non tantum competat contra Fabrum,
ſed etiam contrà quoſcunque exercentes artem
ſtrepitoſam, tanquam genus continens ſuas
ſpecies, *Menoch. conſ.* 287. *num.* 9. *& ſeq. & de
arbitr. judic. caſ.* 237. *num.* 26. *Caroc. de locat.
quæſt.* 5. *de profeſſ. num.* 34. cum aliis apud *Pau-
lut. diſſert.* 22. *art.* 2. *num.* 52. Et proinde etiam
33 Furnari arceri poſſunt propter continuum
ſtrepitum torcularii, cribi pollinarii, ſeù incer-
niculi, *Giurb. ad Copyc. deciſ.* 95. *num.* 4 ſibilantes,
34 & facientes voces infeſtas, *Paulut. d. diſſert.* 22.
art. 2. *num.* 54. adeout ipſæmet Scholæ in Ac-
35 cademiis debeant habere diſtincta loca docen-
tium, ne Diſcipuli, vel Magiſtri ſibi invicem
obſtrepant, quemadmodum relatis pulcherri-
mis verbis *Text. in l. unica in fin. C. de ſtud. li-
ber. lib.* 12. dixit *Rota in dec.* 4. *tit.* 35. *de ſer-
vit. num.* 10. *coram Eminentiſſ. D. Card. Falco-
ner. tom.* 3. quando Doctor alta voce legendo
alios impediat, cogi poteſt, ut ſileat, *Barboſ.
in L.* 1. *num.* 54. *p.* 7. *ff. de ſolut. matrim. Menoch.
de arbitr. caſ.* 235. *Marb. Coler. de proceſſ. exe-
cut. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. & pari jure propter ſtre-

pitum

Digitized by Google

pitum arceri poſſunt Magiſtri Muſicæ, ut aſſerit
Noſter Author num. 15. ad ornatum, cujus con-
cluſionis videnda eſt prædicta pulchra *deciſ.* 4.
de ſervit.cor. Eminentiſſ. Falconer. num. 11. ubi,
quod Eccleſia antiquior poteſt prohibere Eccle-
37 ſiæ noviter erigandæ introductionem Muſicæ
nimium obſtrepentis propter rationes ibi dedu-
ctas. Idemque dicendum eſt de nimio ſonitu
Campanarum, de quo infra..

Ampliatur 5. ut Studentes non ſolùm po-
tiantur hoc privilegio, ſed etiam pluribus aliis,
& inter cætera ad rem minus ſacientia, fruan-
38 tur etiam privilegio cogendi Dominum domus
ad illas ſibi locandum, nec ab eis finita locatio-
ne expelli poſſint, quando Dominus vellet illas
alteri locare, *Caroc. de loc. tit. de libert. quæſt.* 1.
n. 10. *Rebuff. de privileg. Scholar. privileg.* 7. *n.* 4.
Gratian. diſceptat. 357. *num.* 24. ibique *Carol.
Anton. de Luc. n.* 13. *Pacion. de loc. cap.* 20. *nu.* 15.
& n. 109. *Brancaci. de jur. doctorat. lib.* 3. *cap.* 2.
num. 5. ubi plenè *Chartar. dec.* 97. *n.* 2. *Boer. dec.*
207. *n.* 3. *Caſtill. dec.* 214. *n.* 13. *D. Audit. de Comi-
tibus* Præceptor meus *in prælud.* ad ſuas doctiſ-
ſimas *deciſ. Florent. tom.* 2. *p.* 1. *tit.* 12. *n.* 113. Secùs
verò quando Locator domus poſt finitum tem-
pus locationis allegat ſupervenientiam novæ
39 cauſæ, propter quam indigeat domo pro habi-
tatione ſuæ familiæ, ut notat idem celeberri-
mus Author *ubi ſupra numm.* 116.

Limitatur primo prædicta concluſio, ut non
habeat locum, quando Faber, ſeù alius exercens
40 artem ſtrepitoſam in habitatione prævenerit,
eo etenim caſu perſonæ prædictæ, quamvis pri-
vilegiatæ, ſi alibi commodè habitare poſſint,
nequeunt eoſdem Artifices expellere, *Menoch.
de arbitr. judic. caſ.* 237. *per tot. Viv. commun.
opin.* 198.

Et licet *idem Menoch.* ubi ſupra *num.* 26. alii
DD. hanc materiam tractantes declarando præ-
dictam limitationem dicant, quod ſi Faber po-
41 teſt ſe aliò commodè transferre, poſſit expelli
etiamſi prævenerit, nihilominùs crederem, quod
id intelligendum eſſet, quando Artifex tantum-
modò prævenerit in conficienda Apoca locatio-
nis, non quando prævenit in effectiva habita-
tione; nam in hoc ſecundo caſu nunquam eſt
verificabilis commoda transmigratio, cum in
tranſportatione mercium, & ſuppellectilis vul-
gò *ſgombro* ſemper adſit magnum incommo-
dum, & impenſa; undè ſi privilegiatus vellet
uti hoc privilegio, arbitrio Judicis, cogendus
eſſet incommoda, & expenſas prædictas com-
penſare.

Limitatur 2. prædicta concluſio in magnis
42 Civitatibus, in quibus difficulter ad praxim
hoc privilegium redigi poſſe tradunt *Viv. d.
commun. opin.* 198. ubi de Civitate Neapolis, &
ulterius de toto Regno Neapolitano propter
contrariam conſuetudinem, *Sperell. dec.* 55. *n.* 14.
ubi quod Romæ non ſervatur, niſi quum in
pertinentiis domus jam Prælato, vel Advocato
43 locatæ, Artifex in opere obſtrepens conduce-
rat manſionem ad ſuum opificium exercen-
dum, & tradunt relati per *Sabell. in Summ. §.
Doctores n.* 7. ubi de Civitate Florentiæ.

Limitatur 3. quando in Civitate adeſſent
loci deſtinati vel pro Scholaribus, & Doctori-
bus, vel pro dictis Artificibus; nam in tali caſu
44 ipſimet Scholares, & Doctores, aliique de quibus
ſupra, imputare ſibi debent, ſi vel ne tenuunt
conducere domus, ubi ſimiles literarum profeſ-
ſores habitare ſolent, vel potiùs eligunt ad ha-
bitandum loca illa, in quibus ex deſtinatione
prædicta ſciunt probabiliter Fabros prædictos
venturos eſſe ad habitandum, & obſtrependum,
benè *Menoch. d. caſu* 237. *poſt num.* 7. *verſ. decla-
ratur.*

Hujuſmodi autem privilegio gaudent etiam
45 Miniſtri publici, ne in ſui Officii munere ab
hujuſmodi ſonitu, ſtrepituve impediantur, ex
allegatis per *Barboſ. vot. deciſiv.* 98. *lib.* 3. *n.* 81.
& Romæ practicatur, quod Miniſtri Pontificis
non ſolùm expellunt dictos Artifices ſtrepito-
ſam Artem exercentes, ſed ubi opus habent
habitatione pro ſe, aut ſua familia affigunt po-
ſtibus domus tabellam PRO PAPA, poſt
quam affixionem Inquilini tenentur alio tranſ-
migrare abſque alia forma judiciali, ut eſt no-
46 torium, & in iſtis non intrat diſtinctio præ-
ventionis in habitando, de qua ſuperius *n.* 40.
immò dicta appoſitio tabellæ inſcriptæ ferè
ſemper locum habet, quando alii prævenerunt.

Ægroti etiam gaudent ejuſmodi privilegio
expellendi Artifices obſtrepentes, & quia ſalus
hominis, cujus gratia natura omnia comparavit,
47 nullo modo æſtimari poteſt, & rebus omnibus,
& cuivis commodo eſt præferenda, idcircò in
iſtis pariter non habet locum diſtinctio præ-
ventionis in habitando, ut per *Rip. in l.* 1. *t. nu.*
129. ubi *Alciat. n.* 56. *ff. ſolut. Matrim.* firmant
Capoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 43. *n.* 73. aliique
relat. per *Barboſ. dict. vot.* 98. *lib.* 3. *n.* 86.

In omnibus tamen caſibus prædictis multum
defertur arbitrio Judicis, qui qualitatem Per-
ſonarum, gravitatem incommodi, & alias ejuſ-
48 modi debet conſiderare, & omnia cum grano
ſalis decernere; licet enim tales artes ſtrepitoſas
exercentes, adeo ſint importuni, ut ad iſtos
etiam ſub nomine Angelorum Satanæ reſpe-
xiſſe videatur Sanctus Paulus 2. *ad Corint. cap.*
12. *n.* 7. relat. per *noſtrum Authorem*: Nihilomi-
nùs alia ex parte non debet Judex attendere
naturam nimis delicatam quorundam, qui ſepo-
ſiti in ſtudia tales rumores nunquam poſſunt
audire, nàm ſilentium non eſt adeò neceſſa-
rium ad ſtudia, ut ſine ipſo, & etiam inter ma-
gnum ſtrepitum ad ea incumbi non poſſit, ut
teſtatur Seneca Epiſt. 56. ibi: *Peream, ſi eſt tàm
neceſſarium, quam videtur ſilentium in ſtudia
49 ſepoſito. Ecce varius clamor undique me cir-
cumſonat, propone nunc tibi omnia genera vo-
cum, quæ in odium poſſunt aures adducere, &c.
At mehercules ego iſtum fremitum non magis
curo, quàm fluctum, aut dejectum aquæ, &c. In
iis, quæ me ſine evocatione circumſtrepunt, eſſe-
dar tranſcurrentes pono, & Fabrum inquili-
num, & Ferrarium vicinum, aut hunc, qui ad
Metam ſudantem tabulas experitur, & tibias,
nec cantat, ſed exclamat*: Sed his non obſtanti-
bus debet Judex juxtà ſuam prudentiam aures
interdùm præbere recurrentibus contra tales
obſtrepentes, quia ipſemet *Seneca in d. Epiſt.*
56. aſſerit hoc idem eſſe, ac diù torqueri, &
multò commodiùs reputari ejuſmodi ſtrepitu
caruiſſe.

Debet autem vetari ſaltem, nè ſtrepitum fa-
ciant tempore importuno, & quando reliqui
eandem artem exercentes non ſolent obſtrepe-
re, ſed requieſcere, quo caſu non ſolum prædd.
perſonæ privilegiatæ, ſed etiam quilibet alius

vicinus poteſt impedire, ne inſolitus ſtrepitus
fiat ad inſtar eorum, quæ adnotavimus ſupra ad
cap. 6. num. 25. fol. 41. quod ſcilicet Dominus
appartamenti inferioris poteſt impedire ſupe-
riori, ne pueri ſaltent aut obſtrepant, quod eſt
intelligendum de nimio, & inſolito ſtrepitu, &
incongruis horis excitato. In facti autem con-
50 tingentia vidi per Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.
Jo: Baptiſtam Spinulam vigilantiſſimum Almæ
Urbis Gubernatorem favore vicinorum, aut co-
habitantium ea, qua ſolet juſtitia, & prudentia
certiorari, demandaſſe in forma extrajudiciali
eoſdem artifices horis inſuetis obſtrepentes, &
admonuiſſe, ut in poſterum in ſimili ſtrepitu
modum aliquem ſervarent, & tali pacto vidi
rem pacificè compoſitam.

Inter alios ſtrepitus mentem perturbantes
(omiſſis Scholis Battutorum, ſeù Diſciplina-
torum, de quibus *Noſter Author num. 15.* con-
51 tra cujus opinionem inclinare videtur *Meno-
ch. de arbitr. de caſ. 237. num. 19.*) connumeratur
etiam exorbitans campanarum ſonitus, qui li-
cet à vicinis prohiberi poſſe dicatur, præcipuè
ſi ſint privilegiati, attamen verum eſt, quod in
praxi non vidi caſum, in quo vicini etiam pri-
vilegiati, ſe propter ſtrepitus rationem oppo-
ſuerit nimio campanarum numero, ponderi,
magnitudini, pulſationi, proximitati, & pro-
inde crederem, quod niſi ageretur de S. R. E.
Cardinalibus, vel Miniſtris Principum primæ
notæ, non eſſet de facili in judicio obtinenda
52 circa nimiam pulſationem moderatio, quamvis
hoc latè defendat *Noſter Author poſt d. num. 15.*
& latiùs de hoc diſſerat *Barboſ. lib. 3. vot. 98.
dub. 4. ex num. 61. uſque ad finem* allegatus per
Pacichell.

Quæſtiones, quæ circa hoc crebriùs in foro
agitantur, cadere ſolent inter unam, & alteram
Eccleſiam, ut habemus exemplum *in deciſ. 847.
cor. Seraphin. num. 1.* ubi firmatur præjudicium
circa conſtructionem novi campanilis cujuſ-
dam Cappellæ, ſeù Oratorii non reſultare con-
53 tra Eccleſiam Cathedralem, quia agebatur de
unica Campana ſatis exigui ponderis librarum
vigintique. Alterum exemplum eſt *in deciſ. 6.
& 7. poſt Antonell. de jur. & oner. Cleric.* ubi Mo-
nialibus Donnæ Reginæ Neapolis inhibita fuit
conſtructio campanilis diſtantis ab Eccleſia Mo-
nialium S. Joſephi de Ruffis palmos 12. & ab
earum Choro palmos 40. ſeù diagonaliter ad
ſummum palmos 65. quæ diſtantia viſa fuit
ſatis modica, præcipuè cum tam Eccleſia, quàm
Chorus S. Joſephi nunciantes novum opus, ha-
berent plures feneſtras, per quas ſonus directè
54 ingredi poterat, & viceverſa Moniales Donnæ
Reginæ debebant adire ad Campanile per Lo-
dias, & ſitus apertos, & antiquitùs aderant ve-
teris Campanilis in centro Monaſterii, & in lo-
co magis diſtanti à dd. Monialibus S. Joſephi de
Ruffis. Nec fuit attentum temperamentum
elevandi Campanile ſupra Eccleſiam, & Cho-
rum, quia non exindè ſequebatur diſperdi ſtre-
pitum per aerem abſque eo, quod ad ima de-
ſcenderet verſus Eccleſiam, & Chorum Monia-
lium nunciantium novum opus; cum è conver-
ſo natura ſonus ſit, ut undequaque diffundatur
55 nec minus ad ſuperiora tendat, quàm ad infe-
riora deſcendat. Rejecta etiam fuit animadver-
ſio, quod Monaſterium Donnæ Reginæ fuerit
antiquius; quia ad legitimè inhibendam fabri-
cam novi campanilis fuit reputatum ſufficere,
quod iſtud de novo conſtrui prætenderetur, li-
cet in Monaſterio antiquiori. Quæ omnia dili-
genter ſatis enucleantur *in d. dec. 6. & 7. poſt
Antonell. per tot.* Tertium exemplum eſt in
*dec. 4. tit. 35. de ſervit. coram Eminentiſs. D. Card.
Falconer.* in qua demandatum fuit in amplia-
tione Eccleſiæ Xenodochii Pauperum Jeſu
56 Chriſti Neapolis retineri eas tantùm campa-
nas, quæ antea erant in eadem parva Eccleſia,
interdicto majori numero, & majori pondere
Campanarum, & prohibita ipſarum pulſatione
tempore, quo in vicina Eccleſia Hieronymino-
rum nunciante novum opus, fiebant ſpiritualia
57 exercitia, & audiebantur Confeſſiones Sacra-
mentales.

Ultra exempla omnia prædd. excerpta ex
Sac. Rotæ Deciſionibus addimus alterum exem-
plum in Sac. Congregatione Epiſcoporum, &
Regularium, quæ in una *Florentina ſub die 31.
Jan. 1642.* decrevit, ut PP. Diſcalceati aſporta-
58 tarent Campanas in aliud Campanile, quia erat
diſtans ab Eccleſia Monialium Spiritus Sancti
recurrentium per ſolos palmos 40. Quod decre-
tum refertur à Rota *in d. deciſ. 6. n. 5. in fin.* &
latiùs narratur *in d. deciſ. 7. n. 3. & 4. poſt Anto-
nell. de jur. Cleric.*

Alia controverſia ſatis curioſa refertur, fuiſ-
ſe quondam in Curia Romana inter Ordinem
Humiliatorum, & quoſdam Monachos, & diu
duraſſe cum magnis expenſis; ſcilicet quis pri-
59 mo deberet pulſare Campanas ad horas Matu-
tinas, & *Alberic. de Roſat. in ſuo dictionar. verb.
Campana*, atque *Oldrad. conſ. 228.* teſtantur
tandem aliquando fuiſſe decretum, ut qui pri-
mo ſurgeret, primo pulſaret. De campanis ul-
tra citatos per Noſtrum Authorem inter, quos
magiſtraliter videndus *Barboſ. loc. hic allegat.*
qui rem funditus examinat, agit etiam *Angel.
Rocca to. 1. à fol. 155. uſque ad fol. 196. juxta
60 Romanam impreſſionem*, ubi per plura capita
materiam exornat, & præcipuè *cap. 16.* ubi de
alia judiciali controverſia ſuper campanarum
retentione, vide etiam *Lavor. var. lucubrat. tit.
2. cap. 3. à n. 76. ad n. 83.*

Quod Campana in caſibus urgentibus pro
adunando Populo pulſetur crebris ictibus ut
ex: gr: in caſu incendii tradit *Solon Campella
ad decret. Urbin. annot. 106. num. 34.* Qua vero
61 excuſatione poſſint ſe tueri non accurrentes
ad ſonum Campanæ in quodam caſu particu-
lari videns *Cyriacus controv. 487. ex num. 7.
uſque ad finem.*

Præter ſtrepitum, de quo hactenus actum
eſt, reſultat incommodum maximum etiam ex
malo odore proveniente à fœtidis artibus, quæ
in vicinis exercentur, & proindè in Urbe pro-
vidè ſanxit ſan. mem. Pius IV. ut Candelar-
riorum, Coriariorum, ſeù Vaccinariorum, &
Cordariorum artes malum reddentes odorem
ad fluminis ripam exercerentur, ut in ejus
Conſtitutione 102. §. 30. quam refert *Fotinell.
reſponſ. 107. num. 3.* Verùm d. conſtitutio quem-
62 admodum multa alia præcipit, quæ in facto
certè non ſervantur, & in hoc ipſo §. 30. totum
ferè remittit arbitrio Tribunalis viarum, ideò
nonnulli ex dd. Artificibus fortaſſe de licentia
ipſius Tribunalis viarum habitant extra d. lo-
cum deſignatum. At poſſet quilibet non ſolùm
Romæ, ſed ubicumque locorum inſtare pro

expulſione ejuſmodi fœtiderum Artium, quia
de jure ſejungendæ ſunt à civium commercio,
conſtituendo eis extrema, & minus inhabitata
Civitatis loca, ne malus odor vicinis gravis ſit.
63 Ideò ultra prædd. ſulphurarii, Pelliparii, Ex-
enterantes, Diſcoriantes, & Mactantes ani-
malia vendenda in macello poſſunt arceri à vi-
cino: Quod multò magis procederet, ſi quis ad
64 talem artem exercendam conducat manſio-
nem ſubtus Domum vicini, ut de prædd. omni-
bus teſtatur *Fatinell. d. reſponſ. 107. d. num. 3.*
Sperell. deciſ. 55. num. 58. ubi hac occaſione fir-
mat etiam, quod Cloacæ & latrinæ domus ne-
65 queunt evacuari diù, ſed noctu, *Rot. 8eo. p. 18.*
rec. num. 7. & generaliter de artibus fœtidis,
66 vel immundis an, & in qua parte civitatis exer-
ceri poſſint, *Berthachin. vot. 43. per tot. Card. Ca-*
ſtald. de profiig. peſte cap. 45. & 248. per tot. Pau-
lut. diſſert. 22. art. 2. n. 32. liber. 1.
67 Meretrices etiam poſſunt expelli à vicinia
honeſtarum Perſonarum, ut tradit *Gaſp. Anton.*
Theſaur. quæſt. forenſ. 33. lib. 1. dummodò tamen
ſit mulier ſoluta: Nam quando nupta eſt, ne-
68 quit expelli invito marito, niſi fortaſſe vir ſit
publicus Leno uxoris, *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 135. n. 20. & cap. 960. n. 19. Pegner. dec. 12.
per tot. Menoch. de arbitr. judic. caſ. 535. num. 16.
Hunc enim favorem meretur matrimonium,
niſi publicè quæſtum faciat, & maritum habeat
infamem, *Caball. reſol. criminal. 184. per tot.* ubi
excipitur illa mulier, quæ capta amore in
69 amantem, ipſi tantum modo ſui corporis co-
piam facit, quia hæc non dicitur meretrix, cum
verè ſit propriè meretrix, quæ hoc facit ratione
lucri. *Menoch. de arbitr. judic. caſ. 328. ferè per*
tot. Vulper. reſol. 94. per tot. Carpan. ad ſtat. me-
diolan. cap. 472. num. 21. & ſeq. Gomez. de delict.
cap. 6. juxta fin. Farinac. fragm. criminal. p. 2. verb.
mulier inhoneſta num. 307. doctiſſimè de more
D. Audit *Bonfin. ad Bannim. general. cap. 6. n.* 10.
tom. 1. ubi alia plura de delictis carnis ſatis ele-
ganter enodantur, & *cap. 60. &* 61. *n.* 15. tradit
quod meretricibus prohibetur larvarum uſus:
70 quodque in iis locis, in quibus ex licentia, vel
conniventia ſuperiorum choreæ, & ſaltationes
ducuntur, non debet meretrices, ac mulieres
inhoneſtæ introduci. Vide etiam inferius hoc
eodem capite, *membro n. 13. cum plur. ſeq. & ibi*
notat.

Et quod poſſint expelli Meretrices, etiamſi
71 habitarent in propriis domibus, vel in domi-
bus Eccleſiaſticorum, nunquam tamen ante
tempus à locatore alibi, præterquam in vicinia,
commorante, tradunt *relat. per Sabell. in prax.*
§. Meretrix num. 5. ubi tractat etiam quæſtio-
nem, quiſnam teneatur ſubire damnum penſio-
num poſt expulſionem decurrendarum uſque
ad tempus præfinitum in locatione; an vicinus
inſtans pro expulſione, an Meretrix expulſa,
72 an demum locator: Et excludens omninò ab
hoc damno vicinum expellentem, benè di-
ſtinguit alios caſus inter locatorem, & mere-
tricem.

Cum autem interſit Reipublicæ bonos mores
ſervari, quoad omnium virtutum conſonan-
tiam, idcircò non tantum meretrices, ut dictum
eſt à vicinia expelli poſſunt, ſed etiam homines
rixoſi, faſtidioſi, & ſcandaloſi, ut probat *Ray-*
nald. obſervat. criminal. capit. 28. §. 1. num. 76. &
ſeq. & conferri quod tradit Eminentiſs. Corradi-
nus de jur. prælat. *quæſtion. 48. n. 78.* de volente
vendere homini rixoſo, quod in tali caſu te-
netur præferre vicinum, *Bonfin. ubi ſupra n. 85.*

MEMBRUM SEPTIMUM

Expenduntur incendii damna ex vicino.

SUMMARIUM.

1 *Ignis tam utilis, cum noxius,*
2 *Incendium quid ſit.*
3 *In ruſticis prædiis accidit combuſtio.*
4 *Frequentia incendia quomodo arcerent Romani.*
5 *Inter fortuitos caſus incendium numeratur.*
6 *Fortuiti caſus qui ſint.*
7 *Locus plurimum, & quomodo in hac materia conſiderandus.*
8 *Culpa quid ſit.*
9 *Indices in libris valdè proſunt.*
10 *Debet conſtare de cauſa, certa perſona, ac ignis principio.*
11 *Conductor de leviſſima culpa abſque conventione non tenetur.*
12 *Culpa eſt communis in communi domo, ubi quid de hoſpite.*
13 *Vicinus etiam de leviſſima tenetur:* & n. ſeq. *in eventualibus limitatur.*
15 *Sed in omittendo leviſſima non obligat.*
16 *Ex timore de damno, cautio eſt danda.*
17 *Negligentia maxima culpatur.*
18 *Ædium deſtructor cauſa incendii arcendi non tenetur ex Aquilia:* & n. ſeq. & n. 42.
20 *Hoc limitatur in incendiario.*
21 *An pro ædis diruta reparatione omnes vicini teneantur?* & n. 43.
22 *Incendii materia eſt ampla, ac verè à* DD. *pertractata.*
23 *Incendium aliud fortuitum, aliud ex Facto hominis.*
24 *De fortuito nemo tenetur. Contrarium quando procedat?* num. 25.
26 *Reponens fœnum humidum tenetur ad refectionem damnorum ex ejus conflagratione datorum.*
27 *Idem de ſtercore columbarum.*
28 *Culpa in incendio an præſumatur ad effectum condemnandi ad refectionem damnorum?*
29 *Culpa alia dicitur lata, alia levis, alia leviſſima.*
30 *De leviſſima nemo tenetur.*
31 *Secùs quando ea conſiſtit in committendo:*
32 *Et quando expreſsè de ea conventum fuit.*
33 *Conductor tenetur de levi culpa. An etiam de leviſſima?* ibid. remiſſivè.
34 *Lata culpa æquiparatur dolo, ideòque ad eam omnes tenentur.*
35 *Amplia, etiamſi incendium fortuitò in aliena domo inceptum in meo fuerit prorogatum, & ex mea culpa in vicini domum tranſiverit.*
36 *Comburens ſtipulas abſque neceſſariis cautelis tenetur de lata culpa.*
37 *Stipularum combuſtio quomodo ſit facienda ad effectum evitandi culpam?*
38 *Volens tenere caminum, vel furnum ad uſum proprium præſtat cautionem de damno infecto.*
39 *Non ſufficit cautio prædicta, quando quis vellet facere ignem, ut aliis inſerviat, ſed eſt arcendus à vicinia.*

40 Item

40 *Item conficiens pulverem tormentarium.*
41 *Expulſio prædicta locum habet, quando agitur de inſtauratione, ſeù reædificatione fornacis antiquitùs exiſtentis ad uſum meſtè.*
44 *Enumerantur Doctores agentes de incendio.*

EX vicinis flammis ipſam quandoque proxi-
morum ruinam prodiiſſe conſtat, dum non-
1 nulla fortunæ bonorum portio, quibus vita
ſubſtentatur, curſu ignis rapidiſſimo veluti
Iliaca vi crematur; Quamvis enim ignis & re-
perierit olim, & modo cunctas artes conſervet,
ſeù continuò producat; cujus temperiem ſen-
ſus omnes maximè participant, experientiæ,
& Plutarchi teſtimonio in libello - *Aqua ne,*
an Ignis ſit utilior? Elementum sanè cæteris
præſtantius, ut delineat *Lal. Biſciola in hor.*
ſubſeciv. tom.2.lib.5. cap.7. Et corpora tamen,
& bona longo tempore quæſita minimo ſpatii
articulo poteſt funditùs deſtruere; *eſt namque*
hujus unius elementi ratio fæcunda, ſeque ipſe
parit, & minimis creſcit ſcintillis. Plin.lib.2.
cap.107. Quia vero nulla modicæ menſuræ di-
ſtantia hæc poſſunt pericula evitari, niſi abdi-
ti ab hominum cætu tanquam belluæ vitam
ducere velimus, ſciendum ſaltem eſt, quid va-
leat in illis caſibus petere, damnum patiens à
vicino.

2 Exordium igitur ſumendo, more philoſophi-
co, ac legali, à nominis notitia, ex qua rei
quidditas facillimè deducitur, præmittimus,
incendium nil aliud prorſus eſſe, quàm da-
mnum igne datum, ut *Valtejus* deſcribit *1. Ju-*
riſprud. Rom.cap.49. de communib delict. num.
37. quem ſequitur *Hoſtienſ. in ſumma de in-*
cend.num.1. & poſt illum *Jo. Lablerus in tract.*
de incend. cap.1.num.1. Nec dubitari poteſt eſ-
ſe damnum, quia, ut innuimus, per illud Pa-
trimonium noſtrum diminuitur, quod non
exiguum cauſat detrimentum, *ad Text. in l.*
domum. 3. ff. de damno infec. Sebaſt Medic.in
tract. de caſib. fortuit. p.1. quæſt. 11. num.1. Et
propriè committitur in domibus, & ſimilibus,
ſeu melius in cunctis prædiis, urbanis, & ſub-
urbanis; Non autem in ruſticis, in quibus
ignis detrimentum dicitur *combuſtio*: acutè
3 id notante Hoſtienſi *d. loc. alleg. l. 1. ff. de in-*
cend. ruin.naufrag.rat.nav.expugn. ibi: *quem-*
admodum accipimus, utrum ex ipſo igne, an
verò ex eo loci, ubi incendium fit? & melius
ſic accipietur propter incendium, hoc eſt propter
tumultum incendii, vel trepidationem incendii
rapit, &c. Qui promiſcuè his verbis, tam in
prædiis urbanis, quam ruſticis uti non poſſe
affirmat, per *l.qui ædes 9. ff. eod.* ubi clarè id vi-
detur ſentire J. C. ſic diſſerens - *qui ædes, acer-*
vumque frumenti juxtà domum poſitum combuſ-
ſerit, vinctus verberatus igni necari jubetur,
&c. Extat de incendio elegantiſſimus *Franciſci*
Petrarcæ dialog. qui eſt in ordine 55.

4 Hujuſmodi flammarum feriis, ut ità loquar,
plurimum obnoxiam fuiſſe veterem Romam
planum fit, tum ex diſtantia inter domos ſta-
tuta, de qua jam ſatis dictum, cum verò ex
Hiſtoricorum lucubrationibus; Maximè quia
iis arcendis Triumviri præerant, qui ab eo,
quod excubias agerent, nocturni appellaban-
tur ex Paulo, *in l. 1.ff.de offic. Præf. vigil.* quo-
rum muneri id incumbuit, ut noctu oborta in-
cendia, ne latius pervagarentur, reſtinguerent,
ut poſt *Valer. Max. lib. 8. cap.* apertè indigitat
Barnabas Briſſon. in ſelect. jur.civil. antiq.lib.
1. cap.8. oberrantes per Urbem calceati, ut no-
ctu ſecurius, per medios etiam ignes ambula-
rent, ſi opus foret, quomadmodum *Cujac.* no-
tat *13. obſer.30.* idque cum hamis, & dolabris,
ſeu quibuſdam inſtrumentis arcendis incendiis
accomodatis, *dict.l.3.§. Sciendum, & ex l.quæ-*
ſitum 12. §. Acetum ff. de inſtrum. & inſtrum.
leg. Columella lib.2. cap.2. Tacit. lib.19. Polid.
Ripa in tract. de nocturno tempore cap.48. num.
2. Ravard. lib.1. var.cap.8. num.3. Pet.Gregor.
Tholoſ. ſyntagm. jur. univerſ. p.3. lib. 47. cap.
35. num.11. verſ. & cum Præfecto, & Panci-
rol. in notit. de Magiſtrat. Municip. cap.24. &
Inquilinos admonentes, ut aquam unuſquiſque
haberet, *d. l.3. de offic. Præf.Vigil.* ſed acetum,
d.l. quæſitum, eodemque §.15. ut notant *Suppo-*
ſitius Feneſtella de Magiſtrat. Roman. cap. 24.
& Laber. d. tract cap.6. num.14.

5 Porrò incendium inter fortuitos caſus enu-
meratur, ut in *§. Item is inſtitut. quib. mod.*
re contrah. obligat.& in d.l.1.§. Et ille quidem
ff. de verb. obligat. l. in rebus 18. de commod. l.
ſi quis 9. aliàs *10. §. Si colonis l. videamus 12.*
§. 1. ff. locat. l. fluminum 24. §. Servius ff. de
damn. infec. ubi Labeo - *quod enim, inquit,*
tam firmum ædificium, ut fluminis, aut maris,
aut tempeſtatis, aut ruinæ, incendii, aut ter-
6 *ræmotus vim ſuſtinere poſſit?* rectè enumerans
fortuitos caſus, qui ſunt ii, quibus humano
conſilio reſiſti non poteſt, vel qui prævideri
nequeunt, *l. quæ fortuitis 6. C. de pignor. act.*
l. tutoribus 4.C.de peric. tutor. l. in judicia 28.
C. de locat. & cond. l. in rebus 18. ff. commod.
& ultra plures DD., quos cumulat *Labler.cap.*
2. num. 12. omnes fortuitos caſus diffuſè reci-
tans ſupradicta reſoluta ſunt *cor. Greg.XV. de-*
ciſ. 528. num. 1.

7 Concludimus autem hìc, quod locus in hac
materia plurimum eſt attendendus, ut dicunt
Salicet. in l. ſi vendita num. 7. ff. de peric. &
commod.rei vend.& in l.qui fortuitis C.de pign.
& hyp. Magon. dec. Floren. 122. num. 47. Fa-
rin.dec. in pract.crim. p.2. quæſt. 110. num.46.
Marcell. Cala de modo art. gloſs.unic. §.2. num.
193. Unde in locum conſuetum ignem defe-
rens excuſatur, & ſi bene cuſtodiri nequit, cul-
pa abeſt. *Burrus diſſertat. de Incend.num.511.*
& 312. Quod exemplificatur in eo, qui ac-
cenſo lumine in cenapæ manſionem deſcende-
rit, & incautè ignem accenderit, qui non di-
citur eſſe in culpa niſi leviſſima, præſertim ſi
canapa retenta ſit in loco igni non propinquo,
nec luminibus nocturnis frequentari ſolito,
puta in cella vinaria, unde ad refectionem
damnorum minime tenetur, ut in puncto fir-
mat *Ancharan. conſ. 348. per tot.* Ita ſimiliter
fœnum in fœnili ex domini voluntate habens
de incendio non eſt culpandus. *Salicet.in l.ſi*
nulla num. 9. C. locat. Farinacc. ubi ante num.
59. Ludoviſ. dec. 528. num.5. niſi tamen aper-
tiſſima fuerit culpa (quæ in hac re potiſſimum
eſt ſemper actionis fundamentum) eaque pro-
bata ex *Burro d.diſſert.num.518.* Quid ſit cul-
pa cum fere omnibus ad id ſcito dignis non eſt
loci hujus examinare, cum alibi declarata ſup-
ponantur: videri tamen poſſunt *id.Labler.cap.*
4. ubi fuſe. Ricc. in collect. dec. 785. p.4. & la-
tiſſime *Brocbard. Edenus in tract. de damnor.*

culpa caſu fact. itemque infect. præſtat. Verùm
liber hic ob indicis defectum, qui lectores ad
9 concluſiones de facili inveniendas conſueſcit
manuducere ſibi quodammodo viam explanans,
quaſi non eſt uſualis; Ad quod facit illud
*Salmaſii proleg. in Solinum. Non ſolum omnia
fiunt, ut labor ſtudiis minuatur, ſed etiam ut
nihil laboretur, hinc plerumque nihil ſciunt,
nihil ſapiunt, niſi per Indices;* ubi, & ſi videatur
ſtudentium incuriam objurgare, dum indicum
lectura abſque textus meditatione ſatisfiunt;
attamen quantum iî proſint optimè ſignificat.

10 Non ſufficit autem probare incendium inha-
bitantium culpa ortum fuiſſe, verum & con-
ſtare debet de cauſa certæ, & determinatæ per-
ſonæ, & de ignis principio, ne forte innocens
condemnetur, aliàs omnes ſunt abſolvendi, ut
caute diſſerant *Farinacc.* ubi ſupra *num. 95. &
Magon. d. dec. num. 31. ad l. ſi vendit. 12. ff. de pe-
ric. & commod. rei vendit.* Et quod nunquam
præſumatur ex inhabitantium culpa, fuit reſo-
lutum *dec. 448. coram San. Mem. Greg. XV.* Ideo-
que conductorem ad reſarciendum damnum eo
caſu nullatenus teneri dixit *P. Diana Miſcell.
reſolut. p. 9. tract. 7. num. 31.*

11 Sed adverte id intelligi de culpa leviſſima,
de qua conductor non tenetur, quia talis culpa
non venit, cum contractus gratia utriuſque ce-
lebretur. *Farinacc. d. quæſt. num. 127. ubi de com-
muni. Magon. num. 10. & ſeqq. & Urſill. ad Af-
flict. dec. 57. 4.* ſed per locatorem erit probanda,
qui quandoque de culpa argui poterit, puta ſi
caminum altius non elevaverit, *Magon. ibid.
num. 12. ad fin. Mart. in ſuo Digeſt. noviſſ. tom. 2.
tit. de Incend. cap. 8.* & poſt eos *Barras d. diſſert.
num. 522.* Simpliciter autem, ut conductor te-
neatur, debet eſſe conventum, ne habeatur ignis.
Ita *Cart. Jan. in l. locator horreorum num. 10.
verſ. 3. inducit. etiam §. 2.* & ſi domos etiam in-
corruptas reddere promiſerit, culpa probanda
eſt, *l. qui Inſulam ff. loc. Barras num. 95.*

12 Quod ſi plures certæ perſonæ domum ean-
dem incoluerint, culpa quoque eſt probanda,
de qua omnes tenebuntur. ex *Ludov. deciſ. Pe-
ruſ. 25. num. 16.* eo motus principio, quo media-
no in uno habitantes, cunctos ad effuſa obliget,
& dejecta, dum de certa conſtare non poſſit
perſona. *Tex. in l. 1. §. ult. cum l. ſeq. ff. de his qui
dejec. vel effud. arg. tex. in l. item Mela 11. §. Sed
ſi plures ſervum ff. ad l. Aquil. Gloſ. in l. fin. ad l.
Corn. de Sicar.* Similiter hoſpes obligatio tan-
tum pro culpa è ſe electorum, *Add. ad Bald. in
l. ſi creditor C. de pign. act. in apoſtill. 1. ubi alleget
leg. ſi verò §. quod ſi ex medio ff. de qui deject.
vel effud.* Unde ſi contra tenentem hoſpitium
vel cauponam agi contendatur, debet probari
certo culpa hoſpitis, vel familiarium ſuorum,
quorum opere utitur in hoſpitio. *Salicet. in l.
quæ fortaſſis num. 10. C. de pignor. act. Burr.
num. 200.*

Jam ſat de his, quæ in noſtriſmet domibus,
ſeu locatis, ſe conductis poſſunt accidere, & da-
mnum per conſequens infœliciſſimum cauſare.
Modò ad ea, quæ fortuito vel data opera, ſeu
potiùs ex negligentia eveniunt aliquando in
viciniæ diſtantia. In qua cum potiùs conti-
guitas accedat, quàm intervallum adſit, poteſt
equidem domus noſtra, una cum vicinorum
13 ædibus conflagrare: & hinc ſuboritur quæſtio,
utrum in eo caſu vicinus vicino de incendio, &
ad damni emendationem teneatur? Eſt autem
reſponſio, quod vicinus non ſolum de lata, ve-
rum etiam de levi & leviſſima culpa tenetur, ex
l. Aquilia, quæ ad patrimonii conſervationem
ſpectat, in qua venit leviſſima culpa, *Tex. in l.
44. ff. ad l. Aquil.* qui ſic incipit: *in lege Aqui-
lia, & leviſſima culpa venit.* Optime vero in
incendio culpa exorto hæc actio moveri poteſt,
cum vicinus vicino perſona ſit extranea, nul-
laque obligatione adſtricta, ob quam alias de
leviſſima culpa nequaquam teneretur, ut ſolide
ratiocinatur *Barras d. tract. cap. 5. n. 106. citans
Bald. conſ. 149. vol. 1. Dec. conſ. 473. Anchar. d.
conſ. 348. Jo. de Anan. conſ. 71. Grammat. conſ.
crimin. 22. Vinc. Carocc. tract. de Locat. & Cond.
p. 4. rubr. de Incendio num. fin.* qui omnes conclu-
dunt vicinum vicino ad emendationem damni
teneri; *Cagnol.* tamen *aliique DD.* erronee apud
illum citantur, Amanuenſis, fortaſſe, vel Ty-
pographi incuria. Et hæc bene conſonant cum
dictis paulo ſupra de conductore, qui ad rem de
qua agitur, videtur ſe habere inſtar vicini. Sed
notandum, quod ſi culpa etiam in re propria ca-
ſum præcedat, in re aliena obligat, *l. qui occidit
30. §. in hoc actione ff. ad l. Aquil. Sebaſt. Medic. de
caſ. fortuit. p. 2. cap. 3. num. 13. & Menoch. de ar-
bit. Jud. quæſt. lib. 2. caſu 390. num. 14.*

14 Sequitur ex hoc quod, ſi incendium ex ful-
gure, vel aliis ignitis impreſſionibus, aut ex ſo-
lo naturali, vel per alicuius immiſſionem, do-
mum noſtram unà cum vicini conflagrarit,
nullo modo tunc tenebitur vicinus vicino, id
enim fortuito caſui tribuetur. *Gloſ. in l. incen-
dium C. ſi cert. petat.* & ſecundum dicta à *Lu-
blev. cap. 2.* Etiam ſi ſtatutum ad id vicinum
compelleret, quia ſecundum jus commune in-
terpretandum eſſet, quod non caſualem even-
tum reſpiceret, ut declarat *Alex. in caſu ſtatut.
Piſant. conſ. 50. n. 10. Joſeph. Ludov. dec. Peruſ.
25. n. 14. p. 1. & Menoch. d. caſu 390. diverſis in
locis.* Quare neque ruſtici, neque alii culpandi
erunt, ſi validis ventis arborum rami in ſylva
colliſione incendantur, ex quorum flammis
maximum excitetur incendium, ut quandoque
fieri *Lucret.* his *lib. 5.* carminibus teſtatur:

Et remoſa tamen cum ventis pulſa vacillans
Æſtuat in ramos incumbens arboris arbor:
Exprimitur validis extritus viribus ignis:
Et micat interdum flammai fervidus ardor:
Mutua dum inter ſe rami, ſtirpeſque teruntur.

Et vulgata ſunt Pannoniæ, regionis olim ne-
moroſiſſimæ exempla.

15 Pro declaratione tamen ſuperioris concluſio-
nis adverto culpam leviſſimam in omittendo,
non obligare erga vicinum, quando nullum
præceſſit factum veluti occaſio damni ejus, qui
omiſit; Neque vituperabilem, aut punibilem
eſſe ex lege Aquilia. *Tex. in l. ſi cujus 14. §. de
præteritis, ibi: nam qui agrum ff. de uſufr. Alex.
in l. domos hæreditarias 58. ff. de leg. 1. & in l. ſi
quis ex argentariis §. fin. ff. de edon. Bart. in repet.
l. quod Nerva 32. col. ult. verſ. item quæro utrum
leviſſima culpa ff. depoſ. Bald. conſ. 441. num. 1.
vol. 1. Suarez. comm. opinion. tom. 1. pag. 512. lin.
31.* ubi dicit hanc leviſſimam culpam in omit-
tendo nullis pœnis eſſe obnoxiam. *Borell. conſ.
7. num. 10. & 12.* ampliens etiam quando eſſet
omiſſa aliqua diligentia, quia hæc ſit culpa in
omittendo; non tamen inferre obligationem ad
emendationem damni, *& num. 15. Farinacc. in*

ſuo

ſua praxi crim. d.qu. 110.*n.*24.ubi plures refert. *Magon.d.dec.*121.*num.*26. *Matth.de Afflict.dec. Neapol.* 57. *n.* 7. *& ſeq.* ubi narrat de quodam Baptiſta Hortulano à domo ſua abſenti, in qua certi Pedites Regis hoſpitabantur, quorum culpa, vicini cujuſdam Raynaldi de Mirabilis, domus incenſa fuit, & reſolvit ipſum non teneri vicino ad damni reparationem, *ex l.Aquilia.* Quia ſi aliqua culpa ipſi Baptiſtæ poſſet adſcribi, illa eſſet ſolùm leviſſima culpa in omittendo, cum non dixerit illis peditibus, ne faciatis ignem hic in communi pariete, de quo vicinus vicino non tenetur. *Cravett.conſ.*97.*vol.*1. ubi ſecundum præfata conſuluit de quodam homine tenente gladium ad latus, ſi ab aliquo provocatus ad luctam, in lucta vulneraſſet illum provocatorem, teneri hunc ad emendationem damni in faciendo commiſſi ſecundum ipſum; idque ex lege Aquilia, ex quo hic fuit in culpa in faciendo, dum fuiſſet ad luctam provocatus, & gladium non depoſuiſſet, citatque *conſil.*54. *Socin. col.fin. lib.*4. quia quilibet fortaſſe contrarium diceret, dum culpa per hunc videretur in negligendo commiſſa, quia gladium provocatus non depoſuit. Hos autem refert, & ſequitur *Lubler. d.cap.*5. *n.*13. *& Burrus* alios adfert eadem ſubſcribentes ſententiæ *num.*183.*d.tract.*

16 Regulam tamen univerſalem hic ſtatuere intendimus, ut ſcilicet quotieſcumque damnum inferri timetur ex igne vicini, cautioni ſit locus de damno infecto, per *Tex. in l. ſi ſervus ſervum* 27.*§.ſi furnum verſ. ſi autem ff. ad l. Aquil.* & tradit *Capolla de ſervit. cap.* 44. *de igne nu.* 1. *in verſ.* 6. *& ult. concluſ. atque Tondut. Sanleger.qu.& reſolut.civil.p.*2.*cap.*140.*num.*2. quæ cautio ſemper peti poteſt quotieſcumque futurum damnum vicinis ædibus timetur, *l.eorum* 19.*§.fin.ff.de damn. infect.* maxime ſi vicini fabricam pulveris tormentarii, ſulphurarii, & ſalpetrarii exerceant, è quibus maximum proximè habitantibus timeri poteſt diſcrimen, ut benè diſcurrit *Id.Tondut.eod.loco.* Et *DD.*dicunt talia exercentes ob commune bonum, damnumque imminens ex parvulis ſcintillis vitandum à vicinia æque expelli poſſe. Ita *Ripa nu.* 129. & cæteri ſcribentes *in l.*1. *ff.ſolut.matrim.*, unde Communitas rectè huic inſtantiæ ſe jungere poteſt, *juxta leg.cum ratio §.* 1. *ff. de bon. damnat.* nec non *Tondut.ibid.n.*4. *poſt Capoll. d. cap.*43.*num.*2.*&* 3.

17 Noto rurſus quod egomet, qui detrimentum ex vicino patior, poſſum eſſe cauſa damni ad ejus amendationem, quando nempè ob meam igne non extinguendo negligentiam, incendium in vicini domo exortum, cum meæ domus deſtructione, ad alienas devorandas pertranſiit; Utique vicinis teneor, fruſtranea enim exceptio erit, ſi mihi licuit negligere domum meam, juxta *l.ſi quid poſſeſſor* 3. *§.ſumptum ff.de heredit.petit.* cum exceptio iſta per replicationem, ſi ſine damno alterius hoc fiat, elidatur, *l. qui bona fide* 13.*§.cum inter ædes ff.de damn. infect.* & facit *Tex.in l.capitalium §. qui ob inimicitias verſ. nam fortuita incendia ff. de pœn.* & tenent *Gabriel.conſ.*159.*verſ.cogor ut amico ſatisfaciam num.*30. *circa fin.verſ. nec mihi quiſquam cum num.ſeq.vol.*1. *Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit.p.*2.*cap.*7. *poſt nu.*25.*verſ. quod ſi poterat removere.* Fuſe *Farinacc.d.qu.*110.*cap.*3.*n.*135.

18 Verumtamen ſi arcendi incendii gratia quiſ vicinus ædes intercidat & demoliatur, actione *leg.Aquilia* non tenebitur, ſive juſſu magiſtratus hoc faciat, ſive juſto ductus metu, ne ſcilicet ignis ad ſe perviat. *Tex. in l.ſi quis fumo* 49.*§.*1.*ff.ad l. Aquil.& in l.quo naufragium* 3. *§. quod ait* 7. *ff. de incend. ruin.naufrag. & in l. ſi alius* 7.*§.eſt alia ff.quod vi aut clam.Gloſſ.in l.*1. *verbo exciſa & in l.* 2. *in verb. depoſuiſſe C.de l. Aquil.Salicet.in l.ſi vendita in fin.ff.de peric.& commod.rei vend.& in l.quæ fortuitis* 6.*n.*11. *C. de pign.act. Angel. de Maleficiis in verb. incendiario nu.* 10. *in fin. verſ. an autem ille & conſ.* 197. *verſ.incendium eſt ortum n.*2. *Maſcard. de probat.vol.*2.*concluſ.*892.*n.*6.*Raudenſ.dec.Piſan.* 6.*n.*59. *art.*1. aliique cumulati à *Lubler. n.*116. ubi ex M.Tullio, qui dicit *ea incendia, quæ non poſſunt aqua reſtingui, nonnunquam ruinis ſopiri contra conjurat. Cat l.* & præſtare ait, unam domum intercidere, quam totam Rempublicam; *Nam everſa domo, intentatus Reipublicæ ſtatus manere poteſt; Urbis ruina, Penates omnium trahat, ſecum neceſſe eſt.* Verba hæc ſunt *Valer. Max. lib.*5.*cap.*5.*in princ.* Unde non modò inculpabilis eſt hujuſmodi domus deſtructio, verum & laude digna, atq; honeſtiſſima. Id autem exemplificat eleganter *Lubler. n.* 123. *d. cap.* in Noverca legataria uſusfructus aliquorum donorum ſub conditione, ſi non poſſet habitare cum Teſtatoris hæredibus, quæ poteſt illicò extra domum habitare, ac legatum petere, conditione non purificata, ſi ea ſit virentis ætatis, ac formæ conſpicuæ, habeatque privignum hæredem ætatis calidæ, & ferventis, quibus nutriatur ſola ſuſpicio attentandæ pudicitiæ ex *Cravett. conſ.* 68. *verſ. nobilis Catalinus n.*2.*lib.*1. ubi allegat *d.l. ſi quis fumo §.fin. ff.ad l.Aquil.* Quod etiam defenſant *Bart. in l. Cajo* 13. *§. Imperator n.*2. *ff.de alimen. vel cibar. leg. Picus in l.Titia cum juberet n.*159. *ff. de leg.*1. *Bero.conſ.*24.*n.*10.*vol.*2.*& conſ.*52. *n.*25. *Menoch.de arbit. caſu* 170. *n.* 112. *centur.* 2. aliique apud *eund.n.*124.

19 Immo neque extranei ad aliquid tenentur vicinis, ſi juſtis de cauſis domum deſtruxerint. *Maria.Socin. in c.ſi quis domum n.*54. *de injur. & damn.dat. Farin. d.qu.*110. *cap.*3. *n.* 145. *& ſeqq.* ubi latiſſime hanc examinat quæſtionem. Sed Incendiarius tamen damni reſtitutionem
20 etiam à vicino dati non evitat, cum ipſe hujus damni cauſam dederit *ex l. qui occidit* 30. *§. in hac quoque ff. ad l. Aquil.* Ita ſentit *Salicet. in l.ſi vendita* 1.*n.*9.*verſ.ſed dubium eſt ff.de per. & commod.rei vend. & in l.quæ fortuitis* 9. *nu.*11. *verſ.ſed dubium C.de pign.act.*

21 Subtili alia difficultate breviter ad membri hujus terminum accedo; quid ſcilicet agendum, ſi pro totius viciniæ ſalute, ne ignis cuncta urat & latiùs ſerpat, domus vicini diruatur; poteſt enim dubitari, an pro ejus reparatione omnes vicini teneantur? Communis autem eſt DD. reſponſio affirmativa, exemplo jactus mercium, in quo pro tuenda navi, qui merces ſuas adhuc ſalvas habent, aliis damnum paſſis adjumento eſſe debent; ita etiam ædes ex communi periculo habentes ſalvas, aliis debent ſubſidium ferre, quorum ſunt ædes dirutæ *ad Tex. in l.*1. *&* 2. *ff. ad l. Rhod. de jactu*, in cujus poſteriori *Bald.in princ.& conſ.*491. *Salicet.in l.quæ fortuitis circa fin.ff.de pign.act. Straccha in tract.*

*de naut.navib.& navigat. par.5. verſ.ſed nec nu-
n. Gail.2.obſervat.22. num. 4. & Special. in tit.
de actore verſ. 14. ſi incendium*, *Bardus de Ju-
Protbumiſ.§ 2. num. 4.* idem firmant. Sed ſano
quidem judicio ubi ſupra diſtinguit *Lubler. nu.*
135. quod ſi domus illa ad abundantem caute-
lam fuerit deſtructa, tunc a vicinis, vel de-
ſtruente,, illud damnum non reſtaurari; ſecùs
verò eſt ſi ignis ad illam domum proximè perve-
niſſet. Quæ diſtinctio ſumitur ab eximio Juriſ-
prudentiæ Anteſignano Bartolo, *in l. ſi alius 7.
§. eſt & alia ff. de vi aut clam.*, & poſt multos
ſequitur *Farinacc.d.quæſt.110. cap.3.num.151.*
Vicinus tamen; vel alias incendiarius certus
prius conveniendus eſſet ante vicinos commo-
dum ſentlentes in ſubſidium, qui eo temporis
tenebuntur, quo vicinus vel incendiarius ex-
tra culpam, vel fortè ſolvendo non eſſet, *ut in
l.fin.§.1.ff.de eo per quem fac.& in fin. §.Paulus
ff.de eo quod met.cauſ.Franciſc. de Rampon. conſ.
crimin.diverſ.30.num.3.ad fin.verſ.& prius lib.
1.in parvis & Farinacc.*latiſſimè *d. quæſt.* 110.
cap.3.num.152.

ADNOTATIO.

Ncendii materiam eſſe, ac varie, & intricate
à *DD.*pertractatam dixerunt *Farinac. quæſt.
110. n.1.Raynald.obſerv.crim. cap.13. §.1. n.9.
Carocc.de locat.tit.de incend n.2.Ludovic.deciſ.
Peruſ.25.n.1 lib.2.Baſilic. deciſ. 18. in fin.* Rot.
*Lucen.inter recollect.per Palm.Nep.dec.6.in fin.
lib.1.* cum aliis relat. per *D. Andr. Bonfin. ad
Bannim.general.cap.49.n.6.*

Præcipuas itaque tantùm quæſtiones attin-
23 gentes dicimus *incendium* dupliciter cauſari
poſſe, aliud ſcilicet ex caſu fortuito, inter
quos incendium enumeratur à *noſtro Authore
n.5.*& ultra relatos per ipſum latè tradit *Alex.
conſ.50.n.2.& ſeq. lib.1. Antonell. de regim. Ec-
cleſ.lib.6.cap.23.n.2. Muſcatell. tit. de incend. n.
37.Rot.cor.Emerix.Jun.dec.19. n.6.* & alii paſ-
24 ſim, apud quos habetur, quod probato caſu
fortuito nec civiliter, nec criminaliter quis
valet vexari, quia talis caſus nemini adſcribi-
tur. Verùm in hoc eſt advertendum, quod
etiam ex caſuali incendio poteſt quis obligari,
25 ſi aliqua culpa ipſum caſuale incendium præ-
ceſſit, dummodò tamen fuerit eidem caſu for-
tuito quodammodò præparatoria, *Farinac. qu.
110. n.35.Dyn.deciſ. crim. 25. n.10. Rot. Lucen.
dec.6.n.22.*Atque hoc exemplificari ſolet in iis,
qui reponunt in Fœnilibus ſtramen, ſeù fœ-
num non benè exſiccatum, & cuſtoditum, ſed
adhùc humidum, & madidum, nam tunc ſolet
poſt tempus ignem per ſe concipere,& erumpe-
re in flammas, & proindè licet incendium lon-
gè poſteà excitatum poſſit videri caſua fortui-
tus; attamen quia præceſſit culpa, idcò ad fa-
26 vorem vicini conflagrantis intrat actio pro re-
fectione damnorum *Bertachin.vot.278. num.3.
Rot.dec.137. p.16. recent.*. Nec diverſimodè eſt
judicandum de nimia coacervatione ſtercoris
columbarum vulgò *Palombino*, quod adhùc ſit
madidum, nàm cum etiam ex eo concipi ſoleat
27 ignis, propterea vicinus detrimentum exindè
patiens jure petere poteſt damnorum refectio-
nem ex allegat. per *Campell. ad Decret. Urbin.
106.num.30.*

Aliud verò eſt incendium ex facto hominis
proveniens: Atque hoc vel dolo, vel culpa ex-
citari poteſt. Si poſitivo dolo excitetur, tùnc
ultrà refectionem damnorum intrat actio cri-
minalis, de qua cum non ſit noſtrum inquirere,
ideò tantummodò agemus de incendio, quod
propter hominis culpam cauſatur. Atque in
hoc primo, & principaliter eſt advertendum,
28 quod incendium præſumitur excitatum culpa
inhabitantium ad *Text.in l.3.§.Et quia plerum-
que ff.de offic.Præfect.vigil.DD.in l.1.ff.eod.Bar-
tol.in l.ſi quis ex argentar.ff.de edend. Adden. ad
Magon.dec.Florent.111.n.1. Rot.cor.Gregor.dec.
278.n.3.*cum aliis relat.per *Bonfi.ad Bannim.ge-
neral.cap.49. n.3.* An autem, hæc culpa præ-
ſumpta obliget ad refectionem damnorum,qua-
litates ejuſdem culpæ ſunt diſtinguendæ.

Dicitur enim ad hunc effectum alia culpa la-
29 ta, levis alia, alia leviſſima, ut apud *Autho-
rem mox citatum*, atque alibi paſſim. Præſum-
ptio autem incendii ex inhabitantium culpa
cùm intelligatur de leviſſima, ut innuit *noſter
Author n.15.*& comprobavit *Farinac.quæſt.110.
n.20.Raynald.obſerv.crim. cap.13. §. 1. n.53. &
ſeq.Solon.Campell.ad decret. Urbin. annot.* 106.
*n.4.*hinc promanat, quod ex iſta ſola præſum-
30 ptione vicinus ad refectionem damni alterum
vicinum cogere nequit, ut firmant omnes ſu-
perius allegati, quibus addo *Panimoll. dec. 55.
annot.1.n.34.*Quæ tamen regula etiam ex men-
te *noſtri Authoris ex n.13.uſque ad d.n.15.*dupli-
cem recipit limitationem; quarum prima eſt,
31 quando ipſamet leviſſima culpa conſiſtit non
in omittendo, ſed in committendo, quia in hoc
caſu locum habet emendatio damni; altera
verò, quando vel tacitè ex natura contractus,
32 vel expreſsè in vim expliciti pacti etiam de le-
viſſima culpa conventum fuerit, quia in tali
hypoteſi damna etiam ex leviſſima culpa ſunt
reficienda, ut de utraque limitatione promiſcuè
teſtantur, *Dyn.deciſ.crim.n.9.& ſeq. Bertachin.
vot.178.n.2.Rot.cor.Ludoviſ.deciſ. 523. n. 9. &
cor.Emerix dec.19.n.5.*& optimè notat *Rot.Lu-
cen.inter recollect. per Palm.Nep.dec.6. n.17. &
ſeq.tom.1.*

Alterum culpæ genus dicitur eſſe leve,quod
à lege non præſumitur; ſed debet concluden-
ter probari, & in hoc generale eſt, quod Con-
33 ductor de ipſa tenetur, ut præter relatos *à no-
ſtro Authore n.11.*tradunt *Alex.conſ.50.n.8.vol.
1. Bertazzol.conſ.crim.491. n.2.Solon. Campell.
ad Decret.Urbin.annot.106.n.20.* ubi contrariæ
auctoritates ſuadentes, ut Conductor teneatur
etiam de culpa leviſſima, declarantur, conci-
liantur.

Tertium denique genus eſt culpæ latæ, quæ
in jure noſtro tanquàm æquiparata dolo,efficit,
ut a culpoſo ſint damna præſtanda, ut latè per
34 *Bonfin.ad Bannim.general.dicto cap.49 poſt n.3
verſ.ſecunda eſt regula;* Idque adeò verum eſt,
ut etiam ſi incendium ortum fortuitò in domo
vicini, & ad domum meam dilatatum, ego
35 extinguere negligam, atque fuerim in culpa,
ut alterius vicini ædes eodem incendio confla-
graverint, obſtringar ad refectionem damno-
rum, quemadmodum probant relati à *noſtro
Pacichell.n.17.* quibus addo allegat.per *Bonfin.
ad Bannim.general.d.cap.49.num.4.*Itidemque ſi
ſtipulam combuſſero abſque neceſſariis caute-
36 lis, & exindè nedum in prædio meo, ſed etiam
in vicini prædio fuerit excitatum incendium,
damni ſolutio evitari non poterit, ut ex *cap.
Exodi 22.n.6.& ex l. qui occidit 30. §. In hac*

quoque actione ff. ad l.Aquiliam, & ex Edictis
Agriculturæ Urbis, & pluribus auctoritati-
bus docet R.P.D. meus De Vais in elaboratiſſi-
mo voto *inſert.in modern. impreſs. ſtatut. Agri-
cultura in ordine il* 26.ubi habetur, quod ſoli-
37 tæ diligentiæ ſunt affixionis Edictorum per ſex
dies ante impoſitionem ignis: certa intimatio
per publicum Bajulum ſingulis Poſſeſſoribus
Vinearum adjacentium; confectio Roſtiarum:
tranſmiſſio Laboratorum, qui damnis occur-
rant, & evitatio temporis ventoſi.

Ut igitur damna per ignem inferri ſolita
pro viribus evitentur, ponit duplicem regulam
*noſter Author n.*16. quod ſcilicet quotieſcum-
que damnum inferri timetur ex igne vicini, vel
eſt locus cautioni de damno infecto, vel exer-
centes ea, undè timor ignis imminet, poſſunt
arceri à vicinia, quæ concluſiones ſunt veræ in
ſuis caſibus, ut modò una, modò altera debeat
applicari. Si enim agatur de excitando ignem
propè domum vicini, tantummodò ad uſum
38 proprium, tunc locum habet prima regula, ut
debeat per ipſum vicinum præſtari cautio de
damno infecto, quæ cautio quandò, & quo-
modo præſtetur, & quandiù duret in hoc, &
ſimilibus caſibus docet *Paulut.diſſert.*22.*art.*2.
*n.*58.*& ſeq.*Qua præſtita cautione poterit ignis
in propria domo ad ſui commodum,juxta vici-
ni parietem excitari, quemadmodum formitèr
diſcuſſo articulo decidit. *Rot.in Bononien Fur-
ni* 20.*Junii* 1686.*cor.Card.Matthæo*, & 9.*Feb.*
1688. & 5. *Maii* 1692.*cor. Hervault*, quarum
poſterior impreſſa eſt penès *Palm.Nep.dec. Lu-
cen.*7.reliquæ verò penès *Paulut.diſſert.*22.*dec.*
3.& 4. *tom.*1. ſuper qua concluſione videndi
etiam plenè relati per eundem *D.Audit.Bonfin.
in ſupplet.ad Bannim.generol.dict.cap.*49. *n.*18.
ubi citatur *Pacichel.hoc loco*, & ejuſmodi cau-
tio multò magis eſt præſtanda, quando quis
vellet conſtruere Caminum in muro commu-
ni, qui tamen haud aliter fieri poteſt, quàm in
caſu, quo murus adeò ſit latus, ut excavatio
pro dicto Camino fieri poſſit citrà ejuſdem mu-
ri debilitatem, *Surd.conſ.*126.*n.*21.*Beer. conſ.*5.
num.paritèr 21.*Gratian.diſcept. forenſ. cap* 572.
*n.*60.*Conſtant.ad Stat.Urb.annot.*23.*art.*2.*n.*204
& ſeq. cum aliis *in Recinaten. Fabrica ſuper
aperitione feneſtrarum* 25.*Novemb.*1710. §. *Ca-
minus paritèr verſ.quam negativam cor. Reve-
rendiſs.P.D.Herrera.*

Sin autem quis velit ignem excitare lucri
cauſa ad commodum aliorum veluti, ſi con-
ſtruat furnum locandum Piſtori publico utenti
diu, ac noctu lignis accenſis, eo caſu non ſuf-
39 ficit cautio præd.de damno infecto, ſed omni-
nò d.conſtructio prohiberi poteſt, *Marot. di-
ſcept.*21.*ex n.*4.*cum ſeq.Theſaur.dec.*16.*n.*1.*Giz.
ad Capyc.dec.*95.*ex n.*2.*ad* 13.*Rot.dec.*820.*n.*10.
*p.*18.*rec.*cum aliis relat. per *Paulut. diſſert.* 22.
*art.*2.*n.*45. Idemque procedit in eo, qui velit
inſtruere fabricam pulveris tormentarii, quia
40 non ſufficeret dare d. cautionem de damno in-
fecto, ſed omninò à vicinia erit arcendus, ut
poſt *Tondut. reſolut. civil. vol.*2. *p.ult. n.* 140.
tradit *Solon.Campell.ad decret.urbin.annot.*106.
*n.*46.& 47.& docet praxis Civitatum benè ad-
miniſtratarum hujuſmodi fabricas retineri in
locis à frequentia Populi remotis,

Notandum [illegible] eſt, quod ſi quis antiqui-
tus habuerit fornacem propè domum vicini, &
velit illam poſt aliquod tempus reaptare; vel
41 etiam rurſus ædificare, tunc *Rota* abſque ulla
diſtinctione uſus proprii, & commodi alieni
cenſuit, conſtructionem licere, nec poſſe aut
expelli, aut impediri vicinum, ut in *Farfen.
manutentionis, ſeù fornacis* 30. *Jan.* 1719. *per
totam cor.R.P.D.Cerio*: Sed in ipſa Deciſione
agitur de fornace ad uſum coquendi muſtum,
quæ dat incommodum ſolo tempore vindemia-
rum, & conſultum fuit indemnitati nuncian-
tis novum opus etiam quoad fumum à d. for-
nace exeuntem, & propterea non auſim fir-
mare, an hæc deciſio trahi poſſit ad fornaces
pro lateribus coquendis aut vitreis vaſibus
conflandis, in quibus vehementior, & diutur-
nior ignis habetur.

Excitato demùm incendio, quia expedit,ut
una, vel altera domus diruatur, & non tota vi-
cinia pereat, ideò certum eſt id, quod firmat
Pacichell.n 18. licitum eſſe eaſdem domos in-
42 termedias diruere etiam auctoritate privata,ut
firmant *Bonfin.ad Bannim.general. d. cap.*49. *n.*
38.*Solon.Campell.ad Decret. Urbin. annot.* 106.
*n.*22. & 23. cum concordantibus apud ipſos.
Quis autem teneatur ad damna dirutæ domus?
Quæſtionem hic agitat *Pacichell.ex n.* 19. *uſ-
que ad finem*. Et breviter eſt reſolvendum,
quod ſi certus ſit Incendiarius, vel is, cujus do-
43 lo, vel culpa incendium cauſatum eſt, ipſe
utique condemnari debet: Si verò incertum ſit,
quis dederit cauſam incendio, emendatio dam-
ni ſpectabit pro rata ad omnes vicinos, ad quo-
rum domus veriſimiliter ignis profluxiſſet. *Ca-
ſareg.de commerc.diſc.*20.*n.*14. *Gratian. diſcept.*
354.*n.*38.*Pignat.ad Stat.Ferrar.lib.*4.*rubr.*25.
*ſub n.*10.*Bonfin.ad Bannim.general.cap.*49.*n.*40.
ubi allegatur *Pacichell.* Si tamen domus æquè
fuiſſet peritura,ceſſat obligatio reficiendi dam-
num illius. *Rocc.diſput. jur. ſelectar. vol.* 2. *cap.*
151. *n.*9. *Solon. Campell. ad Decret. Urbin. ad-
notat.*106.

De Incendio eſt *Text.* In jure Civili *in l. ſi
Servus* 27 §. *Servi verſ.proindè uſque ad fin.* &
44 §.*Si quis Inſulam meam*, & §. *Si furnum ff. ad
l.Aquiliam*, & *in l.Capitolium* §. *Incendiarii*,
ff. de pœnis, & *in l.ſi fortuito ff.de incend.ruin.
naufrag.* &c. In jure autem Canonico *Textus
eſt in cap.ſi egreſſus de injur.& damno dato*, &
in cap.Tua nos,de ſentent.Excom.& latè agunt,
*Gonzalez in cap.Excommunicatione n.*3.*de rapt.
Alex.conſ.*50.*num.*1.*& ſeq.lib.*1. *Roland.à Vall.
conſ.*85.*ferè per tot.Gabriel.conſ.*159.*per tot.vo-
lum.*1. *Eugen. conſ.*70. *per tot. Spada conſ.* 253.
*lib.*2.& *conſ.*194.*lib.*3.*Marſill.conſ.*7. *n.*8. & 9.
& *conſ.*7.*n.*8.& 9.& *conſ.*67.*n.*5. *Gramm. conſ.*
22.*Vulpell.conſ.*150.*n.*1.& *ſeq.Borell.conſ.*7.*Zi-
let.conſ.crim.*61.*per tot.vol.*1. *Caball. reſol.crim.*
22.*ferè per tot.Giurb. conſ.*48.*n.*14. *Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap.*354.*per tot. Miſinger. centur.* 6.
*obſervat.*188. *Cyriac. controv.* 235. *per tot. Fa-
chin.controv.*87.*lib.*1. *Pax Jordan.lucubr.vol.*3.
*lib.*14.*tit.*17. ſignanter à *n.* 428. *Pignatel. con-
ſult.Canonic.*66. *to.*3. *Queſad. Pil. controv. for.
cap.*39.*Tondut.quæſt. civil.* 140. *p.*2. *Marot. di-
ſcept.*12. *Marg.to.*1.*diſquiſit.canonic.*19.*Farin.
quæſt.*110.*cap.*1.*per tot.Zacb.quæſt.medic. legal.
lib.*5.*tit.*4.*quæſt.ult. n.*14. & 15. *Hieronym. de
Faderio.reſol.crim.*37.*Raynald.obſerv. crim.cap.*
13.§.1.*Dian.reſol.moral.pag.*9. *tract.*7. *reſol.*31.
Adden. ad Prax. Papien. in forma libelli in

actio-

actione reali verſic. jure dominii, & in d. caſu fortuito. Bajard. ad Clar. in §. final. qu. 68. n. 54. Carpzov. prax. crim. qu. 38. & 39. Maſcatell. in prax. cap. de incend. Berlich. p. 3. concl. 25. tit. de reliq. incend. Marcian. oper. legal. tract. de incend. Feneſtell. de Magiſtr. Roman. cap. 24. Menoch. de arbitr. Jud. caſ. 590. num. 31. cum ſeq. Plot. de in litem jur. §. 46. num. 6. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 23. num. 2. Maſcard. de prob. concluſ. 892. per tot. Caroc. de locat. & conduct. part. 4. quæſt. 12. cap. de incend. per tot. Cepoll. de ſervit. ruſt. præd. cap. fin. & de ſervit. Urb. Præd. n. 50. & 51. Marcell. Calà in tract. de modo articulandi n. 326. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 51. num. 73. cum plur. ſeq. Petr. Ubald. de duob. fratrib. p. 8. qu. 18. Caroc. de locat. tit. de incend. num. 2. Anton. Matt. de crim. tit. de damn. in jur. dat. cap. 2. n. 3. de Angelis de delictis p. 1. cap. 16. Brunneman. de proceſſ. crim. cap. 9. de pœn. n. 80. & ſeq. Maſcatell. tit. de incend. Theſaur. de pœn. Eccleſiaſt. par. 2. verſ. Incendiarii cap. 1. ſub num. 4. Scublejus Rip. de nocturn. temp. cap. 27. Mart. Ital. de immunit. lib. 2. cap. 5. §. 3. Coſta de fact. ſcien. & ignor. diſt. 88. cent. 2. & remed. ſubſid. 51. illat. 1. P. Ludovici de Amen. de delict. & pœn. tit. 9. §. 5. Caſareg. de commerc. diſc. 20. num. 14. Anſald. de commerc. diſc. 23. Card. de Luc. de locat. diſc. 7. & diſc. 8. Carpan. in noviſſ. conſtit. ad ſtat. Mediol. cap. 375. num. 25. cum ſeq. Zaul. ad ſtat. Favent. lib. 4. rubr. 10. Argentrè ad conſuet. Britanicas tit. 24. col. mihi 2079. Conciol. ad Stat. Eugub. cap. 5. rubr. 8. per tot. & ibid. Romaguer. Monterent. ad ſtat. Bonon. rub. 40. ver. damno paſſ. & ſeq lib. 5. Pignat. ad ſtat. Ferrar. lib. 4. rubr. 25. num. 10. Sabell. in ſumma §. Incendium. Bonfin. ad Bannim. general. dict. cap. 49. num. 38. Solon. Campell. ad Decret. Urbin. adnotat. 106. Ricc. collect. dec. 282. & 797. Gramm. dec. 3. Magon. deciſ. Florent. 111. num. 1. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 25. per tot. & deciſ. 10. num. 15. & 16. Afflict. deciſ. 57. Sperell. dec. forenſ. Eccleſ. 64. num. 33. Baſilicò dec. crimin. 18. Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. dec. 6. lib. 1. Dyn. dec. crim. 25. Panimoll. deciſ. 55. ex num. 19. uſque ad fin. & deciſ. 79. Capyc. dec. 27. Cortiad. dec. 105. Conſal. dec. 51. Reverter. deciſ. 26. ibique de Maria. Thor. compend. deciſ. 1. & 3. verb. incend. Rot. poſt Zach. quæſt. medic. legal. quæſt. 8. & poſt 2. volum. conſil. Farinac. dec. 60. Rot. in Bononien. furni 1686. cor. Matthejo, & 9. Febr. 1688. & 5. Maii 1692. cor. Herwaal, quarum poſterior eſt impreſſa penès *Palm. Nep. dec. Lucen.* 7. reliquæ verò penès *Paulut. diſſert. 22. dec. 3. & 4. tom. 1. & coràm Ludov. deciſ. 278. num. 3. ibique Adden. dec. 528. repetit. in rec. dec. 104. p. 4. tom. 1. rec. & cor. R. P. D. Corio in Farfen. manutentionis, ſeu fornacis 30. Jan. 1719.* De incendio etiam ex profeſſo ſcripſerunt *Gieſſer.*, *Matth. Knovv.*, *Henric. Linckenſ.*, *Jo. Lublex.*, *Samuel Strychyus*, & alii.

MEMBRUM OCTAVUM.

Examinantur Animalia Noxia Vicino.

S U M M A R I U M.

1 *A quadrupede facilius aliquando eſt caveri, quam ab homine.*

2 *Animalia tamen bruta ſunt ad nocendum promptiora.*

3 *Apum encomium; & de earum Diſtantia num. ſeqq.*

5 *Cuique liberum eſt in ſuo habere columbaria; & num. 6, Sotò reſpondetur.*

7 *Rationes de hoc redduntur & num. ſeq. declaratur concluſio.*

9 *Pauperies actio quæ ſit: & contra vicinum Gallinas retinentem intentanda.*

10 *Vicinus animalia, quæ paſcuntur, debet recludere.*

11 *Quid ſi oves, aut alia animalia, domini culpa, in alieno paſcantur?*

12 *Animalia aliena lædere vel occidere licitum non eſt: & num. ſeq.*

14 *Canes perſequi de jure Saxonico vetatur.*

15 *Item Sues de Lipſienſi.*

16 *Locuſtis an poſſit maledici?*

17 *Regulariter pro damno animali illato lædens tenetur*; ubi vide limit.

18 *In alvearibus Apum nulla in jure diſtantia præſcribitur.*

19 *Apes meæ, examen facientes ſuper mei arboris ramos ad vicini ſolum prætendentes, non deſinunt eſſe meæ.*

20 *Apes ſunt meæ, quouſque manent in conſpectu meo, & facilis eſt ipſarum perſecutio.*

21 *Columbarium conſtruere unuſquiſque poteſt; etſi latos fundos non habeat ad columbarum alimoniam.*

22 *Contrariæ auctoritates referuntur.*

23 *Utraque opinio conciliatur.*

24 *Columbarum victus innocens, earumque ſtercus utiliſſimus.*

25 *Columbæ in numero exceſſivo poſſunt minui per Judicem, & coarctari Dominus ad illas claudendas per duos menſes, quibus jacitur ſemen.*

26 *De pœna occidentium, furantium, aut avertentium Columbas.*

27 *Gallinæ ſi damnum dederint, Dominus tenetur vicino ad emendationem damni.*

28 *Vicinus nequit illas occidere, ſed tantum alas præcidere.*

29 *Nullum Animal pro damno dato occidi poteſt, ſed tantum retineri, & traduci in judicium pro ſolutione damni.*

30 *Retentio permittitur tantummodò fieri in agro damnificato, non autem extra illum.*

31 *Occiſio Animalis eſt permiſſa ad ſui defenſionem.*

32 *Locuſtæ ſunt præcipuè inter Animalia noxia & portendunt calamitates.*

33 *Ethnicis an fuerit prohibita maledictio locuſtarum?*

34 *Excantare quid ſit?*

35 *Ethnici ſtultè credebant excantationibus attrahi imbres, & repelli.*

36 *De excantationibus locuſtarum remiſſivè.*

37 *Eccleſia nequit excommunicare locuſtas.*

38 *Poteſt tamen eas maledicere adjurationibus, & exorciſmis.*

39 *De formula hujuſmodi exorciſmorum remiſſivè.*

40 *Ad expenſas pro ipſis faciendis tenentur etiam Eccleſiaſtici.*

41 *Grilli veniunt ſub cathegoria locuſtarum.*

42 *Mures in eodem genere reponuntur.*

43 *Præmia propoſita à Tribunali Agriculturæ pro extirpandis muribus.*

44 *Viceni cogi poſſunt ad expurganda prædia à ſi-
milibus noxiis Animalibus.*
45 *Cogendi ſunt etiam Eccleſiaſtici à ſuo ſuperio-
re, nec ſtatuto laicali obligantur* ibid.
46 *Glandis appellatione quid contineatur?*

EXpenſis Vini damnis, quæ æqua diſtantia
ablata, proximos ad miſerrimam quandam
perniciem conducunt, videamus modò ad hu-
jus capituli complementum de Animalium no-
xia; Quæ materia certè non eſt penitus con-
temnenda. Quamvis enim facilius ſit, quod ful-
1 lo & commodatarius, qui ad præſtandam in re
ſervanda diligentiam tenentur, ſibi à quadru-
pede caveri poſſint, quam ab homine, qui viri-
bus pollet. *Text. in l. ad eos 19. ff. de commod. l.
ſed de damno 41. ff. locat. & tradit. Hannias ad
Treul. de leg. Aquil. pag.* 1241. Animalia tamen
bruta, aum ferinos plus minuſvè nutriant ſpi-
ritus, cumque ex naturæ beneficio armata ſint,
2 ungui & ungula, dente, cornu, & veneno,
ad offenſionem promptiora ſunt homine natu-
raliter inermi. Sed de his hoc loci ſermonem dif-
fundere non intendimus, jus enim illud, quod
ſecundum brutorum facta reddi videtur *Jo:
Thomæ* Teſtimonio, initio ſui *Tract. de Noxia
Animal.* fundatur in actione competenti vicino
læſo in ſuis bonis (non autem in perſona prin-
cipaliter) adverſus quorundam animalium do-
minos, quæ domeſtica ſolent nuncupari.
3 Noxiam igitur pati poſſumus à variis ani-
malium ſpeciebus, ſi non multum à noſtris agris
diſtent. Exemplo ſint Apes, in quarum mira-
bilis ingenii laudem poſt Maronem qui ſuum 4.
Georgic. lib. in quo plura de iis, ſuo ferè Divi-
no ingenio congerit, ſic exorditur:

Protinus aerii mellis cæleſtia dona
*Exequar, hanc etiam Mecænas aſpice par-
tem.*
Admiranda tibi levium ſpectacula rerum
*Magnanimoſque duces, totiuſque ex ordine
gentis,*
*Mores, & ſtudia, & populos, & prælia di-
cam, &c.*

Audias quale encomium protulerit *Quintil.
declam.* 13. *Cætera animalia videtur mihi na-
tura uſibus noſtris genuiſſe, hæc etiam deliciis,
cum eo quod in illis, quæ vel ſcindendo ſolo, vel
maturando itineri comparamus, multus ante re-
ditus inſumitur labor, & cum perdomanda, cum
alenda ſint, nihil tamen poſſunt ſine homine, &
tantum coacta proſunt. Apes faciunt injuſſæ fa-
vos, ſine ullo rationis humanæ miniſterio totius
fructus ultro venit, &c.* & deinde: *Dicam ani-
mal quodammodo parvum hominis exemplar.
Hoc humana excogitare non potuit ſolertia, &c.*
Eleganter quoque *Plin. lib.* 11. *cap.* 5. *Sed inter
omnia ea* (ſcilicet inſect.) *principatus apibus,
& jure præcipua admiratio, ſolis ex eo genere
hominum cauſa geniti, &c.* qui ad plura ejuſ-
dem lib. capita egregium hoc argumentum
extendit.
4 Prudentiſſimus tamen Legiſlator, damnum
ratus proximo prædio ex Apum in conſtitu-
tione, hoc prorſus decretum Athenis curavit,
ut ſervandum proponeretur, *Qui Apum alvea-
ria facit, ab alvearibus vicini diſtantia pe-
des trecentos collocato.* Eum vero Solonem vi-
rum maximè ſapientem legis fuiſſe auctorem fi-
dem facit *Plutarc.* eadem verba recitans in ejus
vita, quam erudite digeſſit *Petitus in ſuo ad leg.
Atticas commentario lib.* 5. *tit.* 1. Et optime qui-
dem ratione non modicum intervallum ſtatu-
tum fuit, cum Apes longinque conſueſcant
evolare, & libatis floribus, deinde ad alvearia
regredi; Ne ſcilicet anſa vicino præbeatur do-
lendi ex majori ſibi illato præjudicio continuis
in agro ex hujuſmodi volatuum moleſtiis. Ex
quo infero proportionalem arbitrio pruden-
tis diſtantiam à vicini loco attento Regionum
more, ſemper conſiderandam, etiam ſi alter
de alveario in ſuo conficiendo minime ſit ſolli-
citus.
Verum ſunt alia animalia, quæ poſſunt eſſe
noxia vicino, veluti Gallinæ, Cuniculi, Co-
lumbæ, & ſimilia: quæ videre volumus an im-
pediri poſſint à vicino, ne juxta prædium ru-
ſticum teneantur in magno numero, quia
duo aut tria non attenduntur ad damni ra-
tionem.
5 Quo ergo ad Columbas dicimus liberum eſ-
ſe unicuique habere in ſuo ſolo Columbarium,
quoniam id neque vi, neque jure prohibetur,
& hoc ad libertatem naturalem ſufficit, quæ
hoc modo diffinitur *Inſtitut. de jure perſon.* §. 1.
Unde, jure naturæ attento, Columbæ, quæ ab
ædificiis noſtris volant & revolant, noſtra ſunt,
quemadmodum *DD.* communiter ſentiunt *cum
J. C. in l.* 3. *ff. de acquirer. dom. & §. Pavonum In-
ſtit. de rer. diviſ.* Et ſic habentes columbaria, mi-
nimè tenentur ex damni cauſa, quod per co-
lumbas contingit, quamvis non tam latos cam-
pos poſſideat, ut columbarum paſtioni ſua ru-
ra non ſufficiant. Cujus potiſſima ratio eſt,
quia innocens earum eſt victus in ſententia *D.
Auguſt.* 2. *quæſt.* 7. *cap. non omnis*: & dicunt *Al-
beric. de verb. ſignific. verbo Columba. Boerius
conſuet. Biturig. de conſuet. Prædial.* §. 5. & poſt
illos *Rendella in tract. de Columbis & Columbar.
lib.* 16. qui eſt poſt ejuſdem *tract. de Paſcuis.*
6 His opponitur *Sotus lib.* 4. *de Juſt. & Jur. qu.*
6. *num.* 4. qui jure, ait, naturæ attento nemini
licet columbaria extruere, quoties vicini re-
luctarent, qui damnum ex paſtione accepturi
eſſent; Quia diſtinguendum eſt inter leve &
magnum damnum: primum enim nequaquam
habetur in conſideratione, ſecundum autem
cum ſit præjudiciale vicinis, judicem movere
poteſt, ut illud extrui non permittat. Ita *Georg.
Moral. in tract. de jure venandi p.* 1. *cap.* 3. *num.*
23. *& Tondut. Sanleger. quæſt. & reſolut. civ.
p.* 2. *cap.* 140. *num.* 7. *&* 8.
7 Advertendum autem eſt, quod cum ſylve-
ſtria hæc animalia ſint, & pro deſiderio feran-
tur, ſub cuſtodia coerceri non poſſunt, quod
poteſt dominium excuſare à culpa, ſi ejus Co-
lumbæ alienas ſegetes paſcuerint: nam qui ma-
nere noſtrum decet, quod avis tranſvolans ex
area, aut ex agro noſtro ſuſtulit, aut quod à
nobis milvus eripuit? *Tex. in l. Pomponius ff.
de acqui. rer. dom.* Quod fundatur in communi
omnium volatilium natura, quæ cum neque ſe-
rant, neque metant, Pater cœleſtia paſcit eos, do-
cente Veritatis Verbo *Matth. cap.* 6. Et Inno-
cens exiſtimatur ſemper columbarum victus,
qui, ablata magni damni circumſtantia, pro-
hiberi nequaquam poteſt, cum rerum poſſeſſo-
ribus non officiat, ut tradunt *Autumn. in l.* 4.
*ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dicat. Rendella ibid. Papon.
lib.* 14. *tit.* 1. *arreſt.* 12. *& lib.* 18. *tit.* 9. *arreſt.*

2. qui

2. qui id teſtatur deciſum, ac ſequitur *Tondut. præd. cap. num. 7. & 8.*

8 Qua re nec peccant columbariorum domini, & ſi tam latos fundos non habeant, ut paſtioni columbarum ſint veriſimiliter ſatis, nec tenentur ex cauſa damni per accidens dati, quod par videatur eorum utilitas, quæ agris per ſtercorationem affertur, ut refert *Angel. in ſumma Jo: de Saxo in conſuet. Turon. tit. de droict. de ſegnent. Caſtell. artic. 1. ante fin. Alberic. & Boer. ubi ſupra §. 5.* Seu potius dicimus (& hæc tutior erit ſententia) ex damni quantitate deciſionem temperandam, ut ſcilicet non pro levi jactura, ſed pro notabili teneantur columbariorum domini. Quam ſententiam cum eximio Doctore, & nemini poſt habendo *Martino Navarro in Summa Manual. confeſſ. c. 17. num. 226.* amplectuntur *Sylveſter ab ea cit.* & moderni *in tit. de reſtitut. in commu. verſ. ſecundo principaliter*, qui propterea, cum ſaluti conſulant animarum, bonum eſſe inquiunt iſtis temporibus ſeminum in propriis columbariis aas paſcere, teſte *Rendella ubi ſupra*; Cui addo aliam rationem non enervem, quod ſi aliis abſque domini paſtu dimitterentur agris, vicinis poſſent damnum cauſare, maxime quia ex frugibus grana candidiora colligant & meliora, veluti ſcribentes *Animal. Hiſtor.* paſſim demonſtrant.

9 Tranſitum facimus ad Gallinas, quæ non ſunt animalia ſylveſtria, ut anſeras & columbæ (quanquam dentur agreſtes & feræ, quæ ſylvis ova faciunt, ut diſtinguit egregie *Rendella*) & ſic eorum damnum ex nimia aſſidua in agris pedeſtri pervagationa majus conſideratur; Unde jure poteſt vicinus id in ſuis prædiis patiens per vicini Gallinas, adverſus illum actionem de pauperie intentare. *Tondut. ita ubi proximè num. 10. ex Ulpiano in l. 1. §. 1. ff. eod.* eſt damnum ſine injuria facientis datum, cum ſcilicet animal quod ſenſu & ratione caret damnum intulerit. Et actio hujuſmodi noxaliis dicitur, atque ab ipſiſmet 12. tabul. prodiit *Inſtitut. eod. ubi Baro ejuſdem legis verba refert*, quæ hic omittenda non ſunt, ſcilicet: *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, ei cujus intererit, in eum, qui dominus erit, quo tempore de noxiis quæretur, actio eſto: ut vel noxiæ quadrupedem dedat, vel noxiæ æſtimationem præſtet. Si in jure interrogatus dominus falſo negaverit ſuam eſſe, damnator. Si plurium quadrupes erit, in quemvis experiri poteſtas eſto. Ante acceptum judicium partes ſuas cedentes liberantur.* Quæ ſunt clariſſima; & iis tantum addi poteſt, & ſi loquatur titulus de quadrupede, & dominus directè non obligetur, teneri tamen poteſt per damnum ab animali bipede illatum actione utili *l. pen. ſi quadrup. paup. fec. dic.* Sed ibi hoc eſt intelligendum quoties damnum à volatilibus contra ſui generis naturam contingit, ut in corvo exemplificat *Odoffred.* Gallinæ autem uti animalia domeſtica haberi debent ſub cuſtodia. Habetur hoc *in l. 4. cod. tit. ubi gloſſ.* Ideoque vicinus ad eas recludendas ita cogi poteſt, ut ad proximum prædium nequaquam accedant, ſicut alias deciſum de Cuniculis affirmat *Papon. d. lib. 18. tit. 9. arreſt. 7. & lib. 23. tit. 2. areſt. 32.* Immo a fortiori non eſt cuivis conceſſum in Villa ſua habere animalia, quæ paſcantur, niſi intra parietes ſint re-

10 cluſa, & eorum dominia amplum ſit territorium, in quo citra vicini jacturam ea poſſint alare, quemadmodum traduot *Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. deciſ. 288. verſ. porro quamvis & Tondut. d. cap. num. 11.*

11 Quod ſi Oves, aut alia animalia in alieno paſcantur, domini culpa frumentum vel hordeum; tunc judicis officium locum habet, & concipitur libellus juxta formulam traditam à *Speculat. lib. 4. tit. de injur. §. Sequitur num. 18. ad Text. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. §. Privata verſ. ſed & ſi me*: Et datur contra eum actio de paſtu, *l. qui ſervandam 14. § fin. ibi nam neque de paſtu pecoris, quia non in tuo paſcitur ff. de præſcript. verb.* In quo caſu æſtimatio ad tempus damni dati referenda eſt *arg. l. ait lex 21. per l. inde Neratius 24. §. Si infans 7. ff. ad l. Aquil. l. certè 4. ff. arbor. furt. cæſ. Cravet. p. 1. conſ. 40. num. 12.* ita ut æſtimetur herba, quanti ea tempore damni dati valuerit, utrinque periculi, & ſperati eventus ratione *l. propter ſpem 23. ff. famil. ercisc. Jo: Thom.* plures referens in *præd. tract. de Noxia animal. cap. 26. num. 7.* adverſus afferentes tempus futuræ meſſis inſpiciendum, aut fructum ex fructu anno preterito percepto. Quandoque etiam locum habet actio ad exhibendum, *l. Julianus 8. Glans* (& nomine Glandis intelligitur omnis fructus) *ff. de Glande leg. & Specul. ubi ſup.*

12 Hic pro materiæ coronide impiam (ut ita dicam) aſpernari debeo quorundam audaciam, qui vicini animalia nocentia nedum lædunt, ſed etiam occidunt. Querebatur merito de hoc pauper ille apud *Quintil. in præfat. declamat.* quod is ejus apes, quæ à ſuis floribus ſuccos libaverit, veneno ſparſerit: & increpanti diviti hoc modo: *quid tu non potes imperare apibus tuis intrà privatum volent, ne hortorum meorum rorem legant? Remove, transferre*; ita ille reſpondet. *Impotentiſſime Tyranne, quo? num quid tam latum poſſideo agellum, ut illum apes tranſvolare non poſſint?* & ſparſa à divite floribus morte, ſapientiſſime demum concludit: *Dùm meas apes occidere vis, flores tuos inutiles reddidiſti.* Quæ impietas, & jure civili damnatur, ſiquidem animal alienum ex agro abiicere non licet, ſed ut ſuum ideſt ſine damno, alias Aquilia lex locum habebit, ex qua abigens tenebitur, puta ſi æqua prægnans percuſſa, aut vehementius acta ejecerit, *l. Quintus 39. §. Pomponius 1. ff. ad l. Aquil. Coſta de fact. ſcient. ventur. 2. diſ. 34. num 8. Boer. ad conſuet. Bituric. tit. 10. §. 8. Marcell. Calà de modo artic. §. 2. num. 2069. par. 619.*

13 Et compendiarim, ut ad particulares caſus deſcendamus, præcipuè veneno animal necandum non eſt. *Panormit. ad cap. ſi quis aperuerit num. 2.* Neque permittendum, ut ex fovea facta in ſuo, animal vicini fundum ingrediens pereat; tenebitur enim ex eadem ratione, iiſdemque auctoritibus.

14 Ità de jure Saxonico minimè poteſt fundi dominus canes perſequi, poſtquam abſtinuere perſequi, ſi ad novam domini inſtigationem pecudem jam fundo ejectam impetivere: ſecus verò eſt, ſi canes in animal in fundo exiſtens irruentes, idem extra fundum, fundum profugiens ſponte, & abſque ulteriori concitatione fuere aggreſſi. Quia quandò aliquid ſine culpa, & pœna inchoatur, ſi ad ſtatum ex ſui-

Digitized by Google

natura punibilem deducatur, inchoans, ſi perſiſtat, punitur, cum ſine facti difficultate, & juris pœna deſiſtere potuiſſet, *arg. l. qui cum major 4. §. Sed ſi minor 2. verſ. certè ſi ff. de bon. libert.* tradunt *Oldrad. in addit. ad Specul. lib. 3. partic. 1. tit. de accuſ. §. fin. ad verba intrà certum p. 18. col. 1. verſ. elegans Oldradi, & idem Thomas de Noxio Anim. cap. 26. num. 11.* qui extendit neque fundi dominum, ſi canes non adſint, pecora petere poſſe; Unde Scabi-
25 ni Lipſienſes, eum, qui ſuem ità occiderat, ad quinque ſolidorum præſtationem condemnarunt. *Hartm. Piſtor. obſervat.* 80. quæ præſtatio licet fuerit modica, factum tamen non excuſavit.

26 Suboritur hic difficultas, an Eccleſia poſſit maledicere Locuſtis: de qua diſputat *idem Thom. dict. tract. cap. 27.* qui negativam partem tuetur latiſſimè: quod fortaſſe etiam Ethnicis erat vetitum, ſcriptum namque conſpiciebatur inter 12. tabul. leges hocce decretum: *Si quis alienas ſegetes excantaſſet, &c. Diti capitale eſto*, de quo *Plin.* fusè *lib. hiſtor.* 30. Diti verò victima offerenda, quam cuicumque occidendi facultas erat, vulgò appellabatur *Sacrum Caput*, nempè homo ſacer factus, quem populus ob maleficium judicaret, neque fas erat eum immolari, & ſi quis eum occidiſſet, parricidii non damnabatur, ut conſtat pluribi ex Plauto; & ſignanter *in Bacchide* 17. 13. *&* 14. ejuſque adnotatore Radero, *& Macrob. lib. 3. Saturnal.* aliiſque. Nos tamen ad dubium affirmative reſpondemus, ex iis enim Locuſtis magnum oritur malum, nempe fructuum perditio, & hominum mors. Undè licitè ad Epiſcopos, & Chriſti Vicarios recurſus habetur, ut Divino invocato Nomine, fructus Terræ præſtare permittant, diſtantiam iis imperando, aliàs maledicendo. Quemadmodum alia irrationalia puniri, & igne comburi poſſe habemus *ex Levit. 20. verſ. 15.*; Maledicitur verò brutis, non quia ipſa bonis ſpiritualibus priventur, quorum capacia non ſunt, ſed alimentis: & fortaſſe abuſus ratione inefficax hodiè in hujuſmodi caſibus viſa eſt excommunicationis cenſura, cum eam nonnulli ad proprium commodum cum divina offenſione extendere tentaverint, quamquam olim efficaciſſimum fuiſſe talium malorum remedium exempla non pauca, & quidem vulgata comprobent.

27 Dicimus tandem, quod in cæteris caſibus jus commune ſervandum eſt. quod diſponit, ut ob damnum animali, etſi nocenti illatum, lædens teneatur, exceptis Gallinis, vel Pullis, quibus (ſi noceant) alæ tantùm præcidi poſſunt, ſe nequaquam occidi, ut ſcripſit *Melch. artic.* 120. & præciſo caſu imminentis mortis periculi ex fera bellua, in quo animal politicum idest homo ſe poteſt defendere, jure illam vulnerando, & ſi oporteat, occidendo, ut idem *Thom. num.* 18. autumat, & ratione evidentiſſima clarum fit.

ADNOTATIO.

ANimalium diverſæ ſpecies hìc enumerantur, & quid juris in unaquaque cenſendum ſit feliciſſimè enodatur; Ac primum de Apidibus ſermo inſtituitur, nulla verò circa vicinum ſuper ipſis concluſio firmatur, ſed tantum dubitativè infertur ab *Authore num.* 4. aliquam diſtantiam eſſe ſervandam. Verumtamen, niſi adſit particulare ſtatutum de iſtis, aut ſimilibus Animalibus diſponens, non admodùm ſtringit ratio adducta *dicto num. 4. in fin.* ne ſcilicet continuis moleſtiis volatuum hujuſmodi animantium, vicino detur anſa dolendi. Cum
18 vis non ſtet in diſtantia paucorum pedum, ſed in pabulo, & ſucco magis minuſve ipſis animantibus grato, & proindè facile contingere poteſt, ut ad remotiorem agrum tranſvolent relicto proximiori. Habemuſque ſimile exemplum de Columbis (de quibus infra) licet enim iſtæ recentium ſatorum aliquali damno cedant, nulla tamen in jure eſt ſtatuta pro Columbariis diſtantia, niſi afferant arbitrio Judicis magnum damnum, ut tradit *noſter Author num.* 6. & nos inferiùs agemus *num.* 25.

Elegans tamen controverſia inter vicinos refertur per *Lagunez de fructib. p. 1. cap. 4. n. 79.* in qua Dominus fundi habebat alvearia, & examen Apum conſedit in arbore ipſius Domini, ſed in ramis ſe porrigentibus ſuprà fundum
19 vicini, & occupantibus ejus aerem. Cumque adeſſet ſtatutum, ut fructus non pertinerent ad Dominum trunci, ſed ad vicinum, cujus aer à prædictis ramis occupabatur; Quæſitum fuit inter poſſet earumdum Apum examen ſibi afferere, & reſolutum teſtatur *idem Lagunez* pro Domino, contrà vicinum ex rationibus ibi per ipſum adductis.

Illud etiam eſt notandum circa Apes, quod ad inſtar eorum, quæ circa reliqua animalia ejuſdem naturæ ſtatuta ſunt ipſarum examen, quod ex alveo meo evolavit intelligitur meum eſſe, non autem vicini, aut alterius occupan-
20 tis, quouſque in conſpectu meo ſit, nec difficilem habeam ejuſdem perſecutionem, ad *Textum §. Apum Inſtit. de rer. diviſ. l. naturalem §. Examen ff. de acquiren. rer. domin. Vinn. Oynotom. & alii ad d. §. Apum. Carpzov. deciſ.* 394. *num. 7. per tot.*

Tranſit deindè *Pacichell. num.* 5. ad agendum de Columbariis firmans cuique liberum eſſe eadem conſtituere, etiamſi tàm latos fun-
21 dos non habeat, ut pro paſcendis Columbis ſatis ſint, quàm concluſionem firmat etiam *Pignat. ad ſtat. Ferrar. lib. 4. rub. 2. num. 19. Romaguer. ad Conciol. in Stat. Eugubin. lib. 6. rubr. 16. num. 6. & ſeq. Lagunez de fructib. p. 1. cap. 12. num. 101. Bonfin. ad Bannim. general. cap. 74. & 75. num. 12.* ubi citatur *noſter Author hoc loco*. Sunt autem complures, qui ne-
22 gant id fieri poſſe abſque fundis ſufficientibus pro Columbarum alimonia, qui referuntur à *Zaulo ad Stat. Faventia lib. 4. rubr. 40. num.* 51. ubi videtur inclinare pro negativa, ad quam Ego ipſe pariter inclinarem, niſi tamen Dominus carens circa Columbaria quantitate bonorum ſufficientium pro alimonia præberet ciba-
23 ria pro majori parte anni, quam ſententiam amplectitur etiam *Zaul. ubi ſupra num.* 52.

Quod autem Columbarum victus innocens exiſtimetur, & quod damnum fortè ab ipſis in paſtu timendum, compenſetur ab illarum ſter-
24 core, quod eſt optimum, tradunt relati per eundem *Zaul. ad Stat. Favent. dict. lib. 4. rubr. 40. num.* 51. & è doctiſſimo Viro Præceptore meo *D. Andr. de Comitibus deciſ. Senen.* 4. *num.* 42. ubi uſque *ad num.* 54. proſequitur differere de Columbis, & Columbariis.

Quia tamen negari non poteſt, quod præ-

cipue

Digitized by Google

cipue tempore ſeminationis in ſatorum dam-
num non vergant Columbæ, ſi ſint in numero
25 exceſſivo, ideò, ut ſuperius innuimus *n.* 18.
poteſt Judex ad vicini indemnitatem, vel ea-
rundem exceſſivum numerum coarctare, vel
cogere Dominos ipſarum, ut per duos Menſes,
quibus ſemen jaci ſolet, eas incluſas detineant,
quemadmodum poſt *Tondut. reſolut. civil. p.* 2.
cap. 140. *num.* 7. *cum ſeq.* firmat *Zaul. ad Stat.*
Favent. d. lib. 4. *rubr.* 48. *num.* 52. quem vide
late agentem de ipſis Columbis, & de parti-
cularibus Statutis, circa Columbaria, & de
pœna furantium, avertentium, aut occiden-
26 tium Columbas, & alia pulchriora, quæ om-
nis diligenter proſequuntur etiam DD. Audi-
tores *de Comitibus*, & *Bonfinius loc. cit.* cum
pluribus concordantibus apud ipſos.
27 Inhærendo veſtigiis *Pacichell. num.* 9. diffe-
rentis de gallinis vera eſt concluſio ab ipſo tra-
dita, quod ſi damnum dederint in fundo vici-
ni, ad emendationem Dominus teneatur, ut
tradit *Borell. de Magiſtrat. Ædict. lib.* 4. *cap.*
6. *num.* 5. *cum ſeq. Zaul. ad Statut. Favent. lib.*
5. *rub* 7. *num.* 99. Verumtamen vicinus à galli-
28 nis damnificatus nequit eas impunè occidere,
ex deductis per eundem Authorem in *addition.*
ad dict. rubr. 7. *lib.* 5. *num.* 25. ſed tantum poteſt
ipſis, vel ſimilibus animalibus alas recidere, ut
innuit *noſter Author num.* 17.
Atque hoc generale eſt in omnibus Animan-
tibus, ut pro damno dato de jure communi
29 non liceat ipſum occidere, ſed tantummodo
permiſſa ſit ipſius retentio, & traductio ad ju-
dicium pro ſolutione ſui damni, *Oter. de paſcuis*
cap. 13. *à num.* 1. *ad* 11. *Bonden. ibid. n.* 6. quæ
retentio animalium permittitur tantummodò
30 fieri in ipſo agro damnificato, non autem ex-
tra illum, ut probat *Sard. in conſ.* 562. *num.*
26. relat. à *Bonfin. ad Bannim. general. cap.* 72.
num. 3. Aliam diſtinctionem affert *Oter. ubi ſu-*
pra num. 21. ſeparans caſum, in quo damnum
datum ſit ſciente Domino Animalium, ab al-
tero, in quo ſit datum ipſo neſciente, verum
Bonden. ibid. teſtatur hanc dictionem non eſſe
in praxi receptam, ſed Animalia damnifican-
tia, indiſtinctè per DD. fundi retineri docet,
d. cap. 13. *num.* 82.
31 Licita etiam eſt occiſio animalis, ſi fiat ad
propriam defenſionem, ut tangit *Author ſupe-*
rius num. 17. *in fin.* quam concluſionem relato
Jo: de Amic. conſ. 107. *& Guazzin. defenſ.* 37.
cap. 5. *num.* 11. *cum Sabell. in ſumma §. Animal.*
num. 3. *in fin.* approbat *D. Auditor Bonfin. ad*
Bannim. general. c. 75. *&* 76. *num.* 26.
Inter noxia animalia præcipuè connumeran-
32 tur locuſtæ, quæ ſolent protendere peſtem,
bellum, vel penuriam, ſuper quibus adeſt
elaboratus, & eruditus diſcurſus impreſſus
poſt ſtatuta Agriculturæ *anno* 1718. *p.* 2. *cap.*
11. *fol.* 294.
Volens itaque *Pacichell.* excitare quæſtio-
nem, an Eccleſia poſſit maledicere locuſtis, du-
bitativè dicit quod Ethnicis hæc maledictio
erat vetita, & movetur ex verbis *LL.* 12. *tabu-*
lar.: *Si quis alienas ſegetes excantaſſet, Diis*
capitale eſto: Ego tamen libenter credo, quod
ex prohibita excantatione frugum non recte
33 inferri poſſit ad prohibendam excantationem
animantium, quæ ipſis frugibus noxia ſunt;
cum potiùs totum oppoſitum recta arguendi
methodo concludi poſſit; Nam decem viri, qui
in *Lege* 12. *tabularum* fuerunt ſoliciti ne fruges
per excantationem læderentur, veriſimile ad-
modum eſt, quod non prohibuerit, imò per-
miſerint execrationem omnium, ex quibus fru-
ges ipſæ damnum acciperent. *Excantare* au-
tem idem eſt, quod *incantare*, Plinius lib. 28.
cap. 2. n. 18. *Qui fruges excantaſſit*: & alibi:
Qui malum carmen incantaſſit: Plaut. in Am-
34 phitr. 15. 71.

——— Iſtic jamdudum mihi.
Maxima memoravit mira: excantator, aut
veneficus.
Hanc excantat tibi familiam ———

Excantare aliquando idem eſt, ac loco aliquò
cantionibus evocare. *Horat. Epod.* 5. 9.

Quæ Sydera excantata voce Theſſala
Lunamque Cœlo deripit.

Ceterum Decemviros reprehendit *Seneca na-*
turalium quæſtionum lib. 4. *cap.* 7. quod illi can-
tibus attrahi imbres, aut repelli crediderint:
Apud nos (inquit) *in lege* 12. *Tabularum ca-*
35 *vetur, nequis alienos fructus excantaſſit; Ru-*
dis adhuc antiquitas credebat, & attrahi im-
bres cantibus, & repelli: quorum nihil poſſe
fieri tàm palam eſt, ut hujus rei cauſa, nullius
Philoſophi Schola intranda ſit.
Complura erudita viro digna ſuper præd.
36 animalibus, & excantationibus videri pote-
runt apud *Gutierrez. de compenſationibus to.* 1.
lib 3. *quæſt.* 1. *ex num.* 1. *uſque ad num.* 34. ubi
latiſſimè de diverſis animantium noxiorum, &
excantionum generibus.
His prænotatis, & ad quæſtionem principa-
lem accedentes certum eſt, quod Eccleſia non
debet ferre excommunicationem formalem con-
37 tra locuſtas: Religioſe tamen uti poſſumus
contra ipſas, & alia ſimilia noxia animalia pre-
cibus, adjurationibus, & exorciſmis una cum
aqua benedicta humiliter implorando auxilium
divinum. Et quia ſolemnitas adjurationis ali-
38 quatenùs reſpondet ſolemnitati, quæ inter ex-
communicandum ſervatur, propterea vulgus
eo devenit, ut excommunicationis nomine il-
lam appellat; *Rayn. de monitoriis Eccleſiaſticis*
c. 12. *num.* 4. *& ſeq.* Ritus, & formulæ in hu-
39 juſmodi caſibus abhiberi ſolitæ habentur pe-
nès *Monacell. formul. legal. tit.* 12. *formul.* 4. *to.* 1.
& de hoc benè diſſeritur apud Urſayam *inſtit.*
crimin. lib. 4. *tit.* 5. *num.* 28. *& plur. ſeq.* Ad
expenſas autem pro præd. rebus faciendis con-
40 currere debent etiam Eccleſiaſtici *Panimol.*
dec. 6. *annot.* 2. *num.* 11.
Sub eadem cathegoria Locuſtarum veniunt
etiam Grilli, ideòque renunciatio facta à Con-
ductore caſibus fortuitis, habita Grillorum
41 mentione, in eadem renunciatione venit etiam
caſus fortuitus damni à locuſtis illati, ex fir-
matis per *Rot. in dec.* 180. *n.* 8. *cor. Caprara.*
Pariterque ſub præd. genere animantium
reponuntur mures, ex quibus maxima damna
42 oriuntur, unde iis bona devaſtantibus, ſolent
à Tribunali Agriculturæ promanare edicta pro
illorum deſtructione, in quibus inter cætera
cavetur, ut unuſquiſque, & præſertim vicini
habeant facultatem illos inſequendi parvis ar-
cubus, & aliis opportunis inſtrumentis in fun-
dis alienis propoſitò præmio ſcutorum trium in
43 ſingulos millenos, *Raynald. in ejus ſupplemen-*
ta ad obſervat. chimin. ad cap. 15. *ſupplet.* 1. *in*
fin.

*fin.*Et in *d. capit.* agit etiam de locuſtis.

Non a muribus tantummodò, ſed etiam à cœteris animantibus ſimilibus, locuſtis nimirum, Grillis Crucis, Bruchis, & ſi quæ ſunt alia, compelli poſſunt vicini ad mundanda, &
44 expurganda ſua prædia, ne inde progrediantur ad damnum inferendum alteri vicino, & in damnum totius Reipublicæ propagentur. *Nunez de exequend mand. reg. p. 2. cap. 10. n. 26. Bombad.l.in politic.lib.2.cap.18. fallent.18. num.202. Fermoſin. in cap.S.Mariæ 10.qu.11. num.8. cum ſeq. Salan. Campell. ad decret. Urbin. adnot. 57. num. 9. tom. 1.* Et ad hoc etiam
45 Eccleſiaſtici compelli poſſunt, ſed per ſuum Eccleſiaſticum ſuperiorem, vel alium cui Summus Pontifex demandet juriſdictionem, nam alias nec ſtatuto laicali, nec edicto ſecularis poteſtatis obligantur per ea. quæ docet *Zaul. ad ſtat.favent.rubr.6.lib.5.num.124. & ſeq.* ubi plenè de iſta materia locuſtarum, & murorum, & bruchorum; atque in *addit. ibid. num. 26. & plur. ſeq.* omnino videndus cum allegatis per ipſum.

Ne adnotatio hæc ſuper animantibus noxiis à ſuo curſu deflecteret, nihil de glande egi-
46 mus de qua *Pacichell. num.12. in fin.* aſſerens glandis nomine omnes fructus intelligi, ad cujus concluſionis firmitatem videndæ rationes, & auctoritates affatim adductæ per *Laganez de fructibus p.2.cap.2. per tot.*

MEMBRUM IX.

Via quæ ſit publica, privata, & vicinalis. Publicæ dominium, diſtantia, reficiendi onus, & plura privilegia, Ab opificibus, ſeu venditantibus an poſſit impediri, ſicut etiam à rhedis, plauſtris, & præcipuè ſiege roullant, *de quibus brevis diſceptatio. Meretricibus an hujuſmodi commoditas vetita. Eundo ſolvitur dubium de præcedentia inter hæc vehiculorum genera.*

SUMMARIUM.

1 *Via in genere, & via publicæ plures definitiones.*
Quæ publica dicenda, notabilia: & de hoc diſtinctio num.ſeq.
4 *Hæc inducit ſeparationem.*
5 *Ejus dominium eſt Principis, abſque cujus conſenſu ipſa non alteranda.*
6 *Ejuſdem reparatio ad quem pertineat: & quomodo fiet in Urbe.*
7 *Quæ ſit via privata & vicinalis.*
8 *De publicæ latitudine lex aſſertur, & explicatur.*
9 *In plateis non conſideratur Diſtantia, & olim an in foris conſideraretur.*
10 *Vſarum ſpatium per vendere volentes poteſt impediri, & n.42.*
11 *Pontis tamen ædificatio & impedimenta perpetua ibi ſunt vetita.*
12 *Rhedarum, curruum, & quadrigarum vetuſtas aſſeritur, laudaturque commoditas, luxus reprehenſo.*
13 *Meretricibus an uti Rheda per civitates ſit permiſſum? Mulierum luxus improbatur.*
14 *Bonnmenta de hoc quomodo interpretanda,*
15 *Inhoneſtæ mulieres ac turpes perſonæ intelligantur Meretrices, non vero habentes unum, vel alterum amaſium. Ita Cantatrices, & ſimiles, ubi nonnulla de Muſis, & Muſice, & num.62.*
16 *Uſus* ſiegge roullant *poteſt meretricibus permitti.*
17 *An apud veteres hujus* ſiegge *uſus extiterit: ubi deciſio.*
18 *Rhedarum, & curruum vectio non debet impedire ſacras aut profanas ſolemnitates, puta proceſſionum, vel equorum curſus.*
19 *Rhedæ & plauſtra in viis obviantiæ qualiter debeant cedere.*
20 *Præveniens alterum, poteſt ad retrocedendum cogere: & n.21.*
22 *Conductitiæ Rhedis privatorum cedant.*
23 *Obviantium quælibet tenet manum dextram: at fallit Romæ.*
24 *Pedeſtres adhærent muro.*
25 *Præcedere in locis periculoſis, aut immundis commendatur.*
26 *Servitus Viæ non extenditur.*
27 *Via alia publica, alia privata.*
28 *Via publica eſt in ſolo publico, publicè patet, & ducit ad locum publicum.*
29 *Publicus omnium commeatus non conſtituit per ſe ſolum, publicitatem Viæ.*
30 *Via incipiens, & deſinens in loca publica, præſumitur publica, niſi contrarium probetur.*
31 *Via reputatur publica ex opere publica manufacta in ipſa.*
32 *Itidem ſi detur pro confine inter proximos agros abſque alia expreſſione.*
33 *Maximè ſi agri hinc inde ſæpius cladantur.*
34 *Ex delatione St. Sacramenti, & Cadaverum ſepeliendorum reſultat publicitas viæ.*
35 *Præſertim ſi habitæ fuerint Proceſſiones à toto Clero.*
36 *Latitudo viæ habet 8. pedes in porrectum, & 16. in anfractum.*
37 *Via reputabitur eſſe privata, ſi habeat ſigna urgentiora pro tali qualitate privata.*
38 *Viæ Conſulares quænam dicantur?*
39 *Nemo poteſt claudere vel occupare viam publicam.*
40 *Nec conſtruere in ipſa Ponticellum, etiamſi habeat utrinque prædia.*
41 *Intellige, niſi præcedat licentia Principis, vel magiſtratus facultatem habentis.*
43 *Via efficitur privata per conceſſionem Principis cum facultate illam claudendi. Et de ſignis denotantibus viam privatam ad excluſionem vicini* Ibid. remiſſivè.
44 *Quando conſtat de collatione vicinorum Prædiorum, via reputatur privata.*
45 *Et de conſenſu omnium vicinorum poterit claudi, vel occupari.*
46 *Secùs autem uno ex conſortibus contradicente.*
47 *Quid cenſendum, quando non conſtat, de d. collatione?*
48 *Via vicinalis nullam per ſe conſtituit ſpecialem differentiam inter viam publicam, & privatam.* Declara n. *ſeq.*
50 *Viæ ſervitus in quo conſiſtat?*
51 *Nunquam præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda.*
52 *Teſtes deponentes de negativa ſervitutis, præferantur Teſtibus deponentibus de affirmativa.*
53 *Ad viæ ſervitutem acquirendam probari de-*

bet

bet immemorabilis cum ſcientia, & patientia Domini Fundi.

54 *Nec ſufficit probatio ſimplicis tranſitus per longum tempus.*

55 *Fovea interſecans prædia indicat excluſionem ſervitutis viæ ab uno ad alterum prædium.*

56 *Vicinus poteſt tranſire per bona vicini, quando aliter nequit adire proprium prædium.*

57 *Declara, ut debeat fieri electio ſitus minùs damnoſi, & fieri ſolutio juſti pretii.*

58 *Ad reparationem, & purgationem viarum quis teneatur?* remiſſive.

59 *Matronarum Romanarum concitatio propter ſublatum antiquitùs rhedarum uſum.*

60 *Pro Curruum, ac rhedarum egreſſu, & ingreſſu requiritur diſtantia, & latitudo ſaltem ulnarum ſex.*

61 *Stabulum pro reponendis rhedis, vel curribus vulgo rimeſſa conſtrui nequit etiam in propria domo, quando ob anguſtiam viæ damnum infertur vicino.*

63 *Stylus Monaſterii Convertitarum ſuccedendi mulieribus ſuſpectis de inhoneſtate non eſt ad praxim deducendus contra mulieres exercentes artem muſicam.*

CUm ædificiis atque eorum partibus capiti huic nequaquam finis erat imponendus, poſthabita penitus utillima Viarum materia, ædium namque diſpoſitio & diſtantia maximè in ur-
1 banis vias efficit, & ſi ruri ex terminis conſtructis aut plantatis illa æque ſtatuatur; Ibique cum peculiariter ſe extendat vicinia, novi caſus emergunt, de quibus in proximis membris eſt actum. Statim igitur ad rem, non dubitamus viam dici quaſi *veham*, quod ea vehendo teratur, cum pro nobis ſtet *Varro lib.4.ling.lat.*, ſitque ſolum per quod vehitur; Et in villis, quæ urbibus priores fuere, nomen hujuſmodi ſibi impoſitum exiſtimat, *Marten.in lexic.Ethymol. verbo via.* Vel ſimiliter cum *Iſid.lib.18. cap.ult. Origo eſt, qua ire vehiculum poteſt.* Ex quo duos actus illam accipere, propter euntium ſcilicet, ac venientium vehiculorum occurſum agnovit *Fritſcus in de viis public.cap.1.n.23.* Sed melior apparet Ulpiani ſenſus *in l.2.ff.ne quid in lo.public.§.ſi quis nemini*, ubi viam publicam appellat, *cujus etiam ſolum publicum eſt*, id ſtatim deſcribens ad commune rei judiciariæ bonum, quaſi negligat ſancire abſtractivam ejuſdem quidditatem, ſeù genericam ferre definitionem. In quo ſenſu *Iſidor.lo.adduc.* vias publicas definit, *quæ in ſolo publico ſunt, per quas iter populo patet, quæ vel ad mare vel ad oppida pertinent.* Nonnulli addunt, *aut ad flumina publica, vel ad aliam viam militarem*, cum viæ publicæ dicantur quoque *Prætoriæ, Conſulares, Baſilicæ, ac Militares*, ut ex Ulpiano ubi proxime. Adſtipulantur & hic ex veteribus *Sicul. Flacc.in lib.de condition.Agror.cum Hygeno de limitib.conſtitut.*; & ex novis *P. Frider.Mindan.lib.2.de mandat. cap.36. n.4. & tract.de interd.tit.3.n.4.poſt Theoph. Paraph.eſt. in §.item ſi putator inſtitut.de l. Aquil.* Ab hac differt *Strata*, quæ via eſt lateritia (vulgo *mattonata* ſeu *ſelciata*, utpote lapidibus vivis vel coctis extructa) ut tradit *Bartol. in l.1.in fin. ubi gloſ. ff.de viis public.& itiner.public.refic.* Et probatur *in l.penult.C.de privil. domus Auguſt.vel rei privat.lib.2.* Et eſt vox barbara, ut per *Alciat. lib.1. Prætermiſſor. verb. ſtrno latinus.* Quæ ad ſimilitudinem viæ Appiæ admirabiliter lapidibus ſiliceis conſtructæ pluribi cœpit effici, ut ſcribit *Panvinius in urbe Roma fol.mihi* 60. De Appia vero videndus eſt *Procop.lib.1.belli Gothici*. Quemadmodum *Dionyſ.* qui tria in Romanis fabricis admirabatur, aquæductus, vias & cloacas. Adjungit vero *Fritſ.ibid.n.13.* eam eſſe publicam viam, qua omnes homines utuntur ad diverſa euntes loca, ſive quæ habet ſolum publicum relictum, ac directum certis finibus; in latitudine ab eo, qui jus publicandi habuit, ad hoc ut in ea publicè eatur, & commeetur.

2 Cæterum jam advertimus in Arenam, nec invito animo, deſcendiſſe, multiplices etenim adſtant ſententiarum conflictus, ita ut nimia facile judicandum non ſit perpendere, ac diffinire quænam ſit dicenda via publica. Difficultates haſce evellere cupientes præmittimus igitur quod, ad hoc ut via dicatur publica, requiritur præcipuè, quod ſit facta in ſolo publico, ſeu in privato, auctoritate Principis: quibus non probatis, ſemper cenſetur privata, etiam ſi teſtes deponerent per eam itum fuiſſe ab omnibus tempore longiſſimo, juxta originalem doctrinam *Mateſilani ſingul.* 92. quem ſequitur *Capoll.de ſervit.ruſt.præd.cap.3.alias* 85. *n.23.* fusè *Riminald.jun.conſ.382.n.52.& ſeqq. uſque ad 61.& Menoch.conſ.449.n.13.* Immò id volenti, onus incumbit probandi ipſius viæ ſolum fuiſſe publicum, ita ut non ſufficiat hoc teſtes affirmare, nec omnes publice per eam tranſire. *Bart.in l.1.ff.de his qui deject. vel effud.* affirmans non prodeſſe, quod totus mundus per eam ambulet. *Hippol.Riminald.conſ.626.n.1.& 24.* plures *DD.*citans, & multiplices per totum conſilium auctoritates afferens. *Franciſ. Marc. dec.594.n.3. p.1.* ubi Advocatum quendam objurgat, qui male articulavit ponendo dumtaxat, quod via erat publica: *& Bergmin. Cavalc. dec.4.n.66.lib.5.* inquiens quoque hoc procedere, etiam ſi totus mundus per ea iviſſet. Itaque tria ſunt ad publicam conſtituendam viam requiſita. Primò quod ſolum ſit publicum: Secundò quod publicè per illud ſit iter; & demum quod in civitatem, flumen, vel viam publicam ducat. *Sard.dec.42.n.4.& vide tot Paitell. deciſ. conſ.civil.Urbin.67.*& ibi filius plura annotans *ab initio Matth. Stephan. in tract. de juriſdict. lib.2. par. 1.cap.7.n.397. & Fritſcus lo.adduct. num.16.*

Quia verò quamplures DD. abſolute reſponſa dedere, viam in dubio publicam præſumi, alii
3 quæ contrarium defenſarunt; in hoc placet nobis diſtinguere. Aut enim via introitum habet, vel exitum in aliam viam publicam, & tunc ſemper præſumitur publica, immò contrarium dicens tenetur probare, *Text.eſt in l.2.§.viarum verſ.hos quoque* ibi: *quod ita verum eſt, ſi non ex collatione privatorum hoc iter conſtitutum eſt, &c.* & paulo poſt: *has ergo, quæ poſt conſularem excipiunt, in villas vel in alias colonias ducentes?putem etiam ipſas publicas eſſe, ff. ne quid in lo.public.* & egregiè firmant *Riminſen.conſ.431.n.20.& 22. Maſcard.de probat.concluſ.1404.n.1.& ſeqq.Capic.lat.conſult 64.n.19. & 25.& 1.Burſatt.conſ.409.n.1.lib.4.Bero.conſ. 136.n.1.lib.3.Nicol.Catean.conſ.42. à n. 14. uſque ad 19. Jo; à Sande deciſ. Friſ. lib.5. tit. 5.*

*deſinit.*1.*ſub n.*1.*Cavaler. dec.* 632. *n.* 4. *Conſul.* magiſtraliter *deciſ. Lucenſ.*69.ſignanter *n.*14.*&* *Rota in recent.dec.*287.*n.*6.*p.*9.*tom.*1. Maxime ſi pro publica tanto tempore fuerit uſitata, cujus initii memoria non extet, *Ulpia.* clariſſime *in l.* 3. *ff. de loc. & itiner. public.* Hinc etiam viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero ſunt, *Ladercb. conſ.* 114. *n.*5. *Boer.dec.*156.*n.*8. *Belmonte dec.* 118. *n.* 28. *&* 30. qui extendit etiam præſumi publicam cum duo teſtes affirmant per annos 30. frequentatam eſſe.

Aut via introitum habet à prædiis, & agris privatorum, vel quidem in illis intermoritur: & tunc ſemper præſumitur privata, & qui dicit eſſe publicam, debet concludenter docere. In quo ſenſu intelligendi ſunt. *Bocc. conſ.* 15. *ſub n.*2. *Rim.ſen.conſ.*382. *num.* 12. *Purpurat. conſ.* 494.*n.*3. *& conſ.* 377. *n.* 3. *verſ. ratio eſt. Palma conſ.*59.*n.*18. *Ripol. de Regalib. cap.*40. *n.*7. *Paitoll. d. dec. Urbinat.*67.*n.*7. ibique filius *in annot. n.*2. aliique ſimiliter loquentes.

4 Hoc notato amplius adverto, quod Via publica ſeparationem inducit, & cohærentiam inter proximos utrinque agros impedit, *l.*4.*§. hoc judicium & l. ſeq. ff. fin. reg. Cepolla de ſervitut. ruſt. præd. cap.*3.*n.*34. cum aliis *in Veliterna* (a) *Retractus* 28. *Januarii* 1664. *coram Reverendiſſ. Ninot §. nec refragatur.* Quoad dominium vero dico, quod ad principem ſpectat, ſed ejus uſus eſt populorum. *Tex. in d. l.* 2. *in princip. ff.*
5 *ne quid in loc. public. Franc. Marc. dec.* 594. *in fin. p.*1. *Grat. diſcept. forenſ. cap.*65.*n.*18. *p.*4. *Molina diſp.*307.*n.*5. *& ſeqq. Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.*271. *& Roſental. de feud. videndus cap.*5. *concluſ.*21. qui, articulo mature diſcuſſo, concludunt principem ibi habere juriſdictionem, niſi aliis forte territorium cum juriſdictione concesserit, cum includatur via in generali juriſdictionis conceſſione *ex eod. Maſtrill. lib.*4. *cap* 16 *n.*148. Unde abſque ejus conſenſu, vel magiſtratus licentia expreſſam ad hoc poteſtatem habentis nec præſcribi, nec unquam claudi, neque alterari valet per ædificium, *ad Tex. in l. ſervitutes §. publico ff. de ſervitut. l.*3. *§. plane verſ. ſed ſi à principe ff. quod vi aut clam. Idem Maſtrill. dict. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 270. & ex congeſtis per *Tondut. var. reſolut. p.* 3. *cap.* 133. *num.* 12. *& per tot.* Cujus criminis pœna eadem erit, ac ſacrilegii, vel pecuniaria *ad Tex. in d. l.* 2. *§. ait Prætor & §. Prætor ait ff. ne quid in loc. public. Maſtrill. ibid. n.*273. *& duob. ſeqq.* Pejus autem illam deſtruere, quod nullo modo fas eſt abſque Principis licentia, non citatis vicinis, & dummodò alia, quæ remanet æque facilis non ſit, & commoda tanquam prior, ut ſentiunt *Roveſcal. in addit. ad Bald. conſ.*206. *vol.* 1. *Franc. Mart. quæſt.*592. *p.*1. Item deſtruens, illam tenetur reſtituere, vel intereſſe præſtare. Sic firmant *Honded. conſ.* 100. *n.*58. *vol.* 2. *& Cyriac. contr.*667. *n.*29. Vel onus ſubire viam præbendi per agrum ſuum. *Alberic. Plorian. & Paigoſ. in l. ſi locus §. fin. ff. quemadmod. ſervitut. amitt. atque idem Cyriac. num.*30. *&* 31.

(a) Eſt deciſ. 14. n. 18. poſt tract.

Regulariter verò quoad temporaneam reparationem dicimus onus hoc eſſe reale, & unum-
6 quemque intra domum ſuam viam reficere teneri. *Cyriac. controver.*125.*n.*9. *&* 10. *ad Tex. in l. ædiles §. conſtruant & in l. fin. ff. de via public. Maſtrill. de Magiſtrat. d. lib.* 3. *cap.* 10. *num.*279. *alios referens.* Quod tamen intelligitur ſi vetuſtate, vel caſu deſtructa fuerit, nam ſi ex culpa alicujus, nullatenus ad id tenebuntur vicini, ſed is tantum qui eam deſtruxit, *l. ſi in agrum in fin. ff. de via public. Cepolla de ſervitut. ruſt. præd. cap.*85. *num.*67. dummodo ſit ſolvendo, alias enim ad id aſtringendi forent vicini. *Tex. in l. ædiles §. conſtruant & l.* 2. *§. viarum ff. ne quid in loc. public. Cepolla d. cap.*85. *n.* 6. Si quis rurſus à ſolutione exemptus eſſet, vicini quoque tenerentur, ut egregie diſcurrit *Fragoſ. de Reg. Reipubl. lib.*7. *diſput.*21. *num.* 9. *verſ. ſed quid dicendum* Et *Cobelline* late examinat utrum eccleſiaſticæ perſonæ ab hoc viarum reparationis onere ſint Immunes, *in bulla* ſcilicet *boni Regiminis capit.* 27. *num.* 56. *& plurib. ſeqq.* Pro viarum reparatione in Urbe adſunt in Bullario *conſtit.* 20. *Sixti Quarti &* 102. *Pii etiam Quarti*, quorum poſtremus ibidem ait pro earum magnificentia Camerarium & viarum, ut vocant, Magiſtrum manu regia poſſe procedere; de cujus Magiſtri muneribus, & privilegiis agit in prædicto loco, ante illum *Sixtus Quartus in cit. conſtitut.* poſtea vero equidem fuſius *Gregor. XIII. conſtitution.*22.

7 Conſtat hinc quænam ſint habendæ pro viis privatis, quæ ſcilicet publicæ non ſunt, puta vel *agrariæ*, quibus impoſita eſt aliqua ſervitus, ut ad agros alterius ducant exeundo de via conſulari, & per quas omnibus commeare licet; nec non *vicinales* viæ, quæ in vicinis ſunt, vel in vicinos ducunt, *d. l.* 2. *§. Si quis nemini ff. ne quid in loc. public.* ubi clariſſime plura de iis. Quando autem ob tranſitum aliquid ſolvitur via Principis propria dicitur *ex Menoch. conſ.*448. *n.*10. *vol.*5.

Sed regreſſum habendo ad viam publicam amplius ſilere non debeo in eo, quod maximi
8 momenti eſt, & quod præcipue ad noſtrum tractatum facit, in ejus ſcilicet latitudine, quæ nonnullam domorum utrinque diſtantiam expetit. Hoc autem in 12. Tabularum Legibus hiſmet verbis fuit definitum: *VIÆ LATITUDO IN PORRECTUM OCTO PEDUM; IN ANFRACTUM SEXDECIM ESTO*, quod repetit *Gajus in l. via latitudo* 8. *ff. de ſervitut. ruſt. præd. ubi Gothofred.* qui *Varronem* commendat juxta idem argumentum diſcurrentem *lib.*6. *de legib.* Unde optimè *Javolenus in l.* 13. *dict. tit.* dubia emergentia ſolvere cupiens, hæc habet verba: *latitudo actus itinerisque ea eſt, quæ demonſtrata eſt; quod ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbitrio ſtatuendum eſt, &c.* Utriuſque autem latitudinis ratio *dict. l.*8. *num.*115. Philologo interprete Coraſio redditur, & quidem talis, ut ipſe ait, qua meliorem nequidem auriga peritiſſimus proferret. Octò pedum ſcilicet viæ latitudo in porrectum eſſe debet, cum totidem vehiculum indigeat, ut commodè valeat ire. In anfractum verò ſexdecim pedum, vel ut retrahi poſſit, vel ut abſque incommoditate vehiculum verti; & circumagi, cum opus eſt; Si etenim infinuoſum aliquem inflexum è recto itinere ſit divertendum, ſpatium duplo majus erit neceſſarium. Cui rationi adhærent *Monſ. de ſervitut. tit.*3. *quæſt.*23. *num.* 119. *& Fraiſeus ubi ſuprà*, qui latiorem in

Re;

Regno Franciæ viarum publicatum inquit haberi menſuram, ubi via Regia oon minus, quem 40. pedes fert, hodieque 36. ad minimum eam eſſe pedum neceſſe fore. In quo variatum nihilominus ſæpè fuiſſe in Provinciis, prout popularibus, vicorumq; incolis viſum, priùs ſcripſit *Taron. in conſult. artic.* 59. Certa igitur debet eſſe viæ latitudo, ità ſcribente *Paulo J. C. in l.* 23. *ff. eod.* juxta prædictum ſenſum - *via conſtituit vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt, alioquin iter erit, non via*. Quod bene explicat *Gloſſa* verum eſſe quendo non eſt actum, niſi aliud fuerit dictum. Obſervatur autem in praxi præcipuè Romena, ut latitudo valeat admittere duos currus, hic enim vehiculorum genera ſunt ferè innumerabilia, & alterius eũ alterum vetandum eſt impedimentum. Quod ſi via fuerit adeò anguſta, ut nec unus currus vehi poſſit, nequibit via appellari, ut *ad tex. in d. l. via, & §. Via, & ibi gloſ. in verſ. continet inſtitut. tit. eod.* cenſuere *Vivim dec.* 489. *num.* 5. *& poſt Ripa in l. quominus ff. de flumin. Belmonte deciſ.* 118. *n.* 25.

Porrò ſciendum eſt, quod in plateis nulla intercapedo eſt conſtitute, etenim ex amplian-
9 tur ad libitum, ſeù habita Civitatum proportione, ſeù reſpectu conſiderato ad magnificentiam Pelatiorum, aut ſacrarum ædium, quibus ſunt ornamento, vel populi concurſu, atque conventu ad negocia publicè abſolvenda, aùt emendas res venales; Ita in Urbe Dominos cogendo ad venditionem domorum ampliari poſſunt juxtà *Conſtitut.* 20. *Sixti Quarti, & ſi de conctarum*: quod tameo *Pius Quartus Conſtitut.* 126. reduxit ad jus commuue. A veteribus ex Fori nomen habuere; ſic Forum *Suarium* Romæ dictum fuit, io quo Sues vendebantur: *Boarium*, in quo Boves: *Piſcarium*, in quo piſces: *Olitorium*, in quo olere: *Cupedinis*, in quo cupediæ, hoc eſt lautiores cibi. Quæ omnia deinde in unum locum ſunt contracte, quem *Macellum* appellarunt teſte *Varrone lib. 4. ling. Lat.* Eratque Forum, in quo judicie exercebantur, ut Romæ latinum, alterum Cæſaris Dictatoris, & Forum Auguſti, ut notum eſt *ex Roſino, & aliis*. Græcis taotum in iis conſtruendis oonnulla, & peculiaris proportio fuit ſervata, ſcribit enim *Vitruv. lib. 5. cap.* 1. in quadrato eos illud conſtituiſſe; Qua de cauſa genericã quandam diſtantiæ formam Architectonicam ſectantibus videtur præſcribere, dùm ibi ait: *latitudo Fori ita finiatur, uti longitudo in tres partes cum diviſa fuerit; ex his duæ partes ei dentur, ità enim oblonga erit ejus formatio, & ad ſpectaculorum rationem utilis diſpoſitio*. Hic profectò aliam Fori ſpeciem indigitat, nempè ſpectaculorum cauſa, & quaſi ad inſtar Theatri. Verum de his obitee.

Viarum igitur ſpatium per ſupradictam vel perſimilem iotercapedinem diffinitum, dubita-
10 tur an per volentes aliquid vendere poſſit impendiri? Cui difficultati eeſpondemus, quod ſic, dummodò non tota via occupetur io publicum præjudicium, ut in membris ſupeeioribus innuimus; cuilibet enim permiſſum eſt vendere in vicis, & plateis publicis. *Sixtin. de regalib. lib* 2. *cap.* 2. *num.* 28. *& duobus ſeqq. Niger in cap. gravamina n.* 83. *& Roſental. de feud. cap.* 5. *concluſ.* 21. *lit. C.* Doctores autem, qui eſtruunt loca publica nullatenùs occuperi poſſe, intelliguntur per ædificationem: quo caſu occupans valet repelli, & privati etiam lite pendante in poſſeſſorio tantùm, cum jus reſiſtat, ut poſt *Bart. in l. 2. §. Si quis quod in publico ff. ne quid in loc. public.* ibi: *ſufficit quoad interdictum, quod ædifices in loco publico, licet à te poſſideatur locus publicus, nàm nihilominus habeo contra te hoc Edictum: & Luc. de Penna in l. 2. nu. 2. C. de fund. limitroph. lib.* 11. *Cyriac. controverſ.* 178. *n.* 13. *& duobus ſeqq. aliis citant.* Quare cuilibet licitum eſt tenere tum in plateis, tùm etiem in viis banchas (ut vulgò dicitur) & barachas, ſcilicet mobiles apothecas, quæ minimè ſunt prohibendæ. Ità *Bald. in l. Baſilicam in fin. C. de oper. public. Avendan. de exprcſſ. mandat. Reipubl. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 39 *in fin. Caput. de Regim. Reipubl. cap.* 7. *§.* 16. *n.* 13. *verſ. debet etiam impartiri. Riminald. Jun. conſ.* 626. *n.* 6. *& n.* 17. *uſque ad fin.* Et licet viæ publicæ nullo modo dici poſſint pars domorum edjacentium, quemadmodùm nec pleteæ ex *Rovito conſ.* 58. *n.* 12. *in fin. & Cyriac. d. controv. n.* 26. Jus eliquod nihilominùs remanet ædium Dominis ad vendendum in parte ipſarum, & ſub proprio ſtillicidio, *l. fin. de ſervitut. Urb præd.* ubi Scævola adprobat Lucii Titii factum, qui aperto pariete domus ſuæ, quatenùs ſtillicidii rigor, & ſignorum protectus competebat, januem in publico aperuit, quaſi pro tanta diſtantia hujuſmodi ſibi jus compereret. In quam ſententiam iverunt libenter *Capolla de ſervit. Urban. præd. cap.* 29. *n.* 25. *Surd. conſ.* 74. *n.* 5. *& Cujac. obſervat. lib.* 13. *cap.* 27. Verùm hæc perpetua impedimenta non ſunt, neque fixa ad viæ latitudinem reſtringendam: que retione videntur quoque permiſſa. E contrà verò conſtructa, cum requiſitæ utriuſque domorum ordinis diſtantiæ, quæ viam conficiunt, plurimum obſint, erunt demoliende ex *Bart. diſtinct. in l. fin. ff. ne quid in loc. publ.* qui nec per pontis ædificatio-
11 nem de una domo ad eliam impediri poſſe paulò ante firmaverat, dummodò tamen conſuetudo, vel peculare aliquod ſtatutum non adſit, ut in nonnullis viget Italiæ terris: alias puniendus eſt ſupredicta cleudentis pœoa ex iiſdem auctoritatibus. Quare ædificia privetorum quæcumque, probavit egregiè *Spada conſ.* 188. *vol.* 3. in locis publicis, quadrageoaria minimè obſtante præſcriptione deſtrui poſſe. Quod ex ejuſdem ſententia *in conſ.* 13. *dict. vol.* extenditur in Principe ad caſtra quandocumque ob cauſam publicam ultra ædificia demolienda.

Occupetur quoque frequeotiſſime viarum ſpatium, curribus, plauſtris, & rhedis, à qui-
12 bus aut noſtra feruntur, aut noſmet ob commoditatem vehimur, tanti enim ab ævo vetuſtiſſimo habita eſt rhederum, curruum, & quadrigerum commoditas, ut Regesmet, virique preclariſſimi iis uſi ſint. Notiſſima ſunt exempla in Sacris Literis de Eliæ curru 4. *Reg.* 2. de plauſtro novo, in quo arca fuit poſita 1. *Reg.* 6. 2. de quadrigis Dei quatuor. *Hab.* 3. *Zac.* 6. *& Nah.* 2. curru Aminadab *Cant.* 6. curru Achab 3. *Reg.* 18. *&* 22. Joram 4. *Reg.* 9. Pharaonis *Cant.* 1. & de ſimilibus, & ſi pleraque ſint pee allegoriam dicta. Ruſus apud *Homer. & Philoſtrat.* conſtet heroes olim ex curribus pugnaſſe, de quibus vehiculis aliqua ſcribunt *Rhodi-*

gin.lib.21.c.31.Laurent.Pignorius in epiſt.ſymbolic. Gotrofred. in Cod.Theodoſ. Jo: *Calvin. in lexico jurid. verbo Rheda*, ubi non equis, ſed mulis ad vehicula veteres uſos affirmat: idemque ſcribit Jo:*Coraſ.miſcellan.jur.civ.lib.3.c.20.* vehiculorum afferens genera. Nonnulla etiam *Pancirol. in Notit. utriuſque Imper.Dempſter. ad Roſin.antiq.Roman.lib.*10.*cap.*29. aliique,& *Vitruvius* ediſſerit *lib.* 10. *cap.* 14. quomodo Rheda, vel navi vecti poſſimus iter, ſeù locorum diſtantias metiri.

Undè non incongruè rhedarum hujus temporis commoditas pro quinto elemento vulgò accipitur, eſt enim in amplis Civitatibus adeò opportuna, ut ferè habeatur pro ſimpliciter neceſſaria. Luxus tamen immoderatus, quo paſantur ad ædium ſæpiſſimè valorem non abſque ſummo familiarum detrimento exceſſum, eſt merito damnandus: & ſapientibus equidem viris abuſus iſte bilem movere poſſet, ut olim Juvenal. qui *ſat.*3. ſcripſit:

Sed cum tota domus Rheda componitur una
Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.

Unde merito inutiles haſce impenſas reformandas voluit *fel.mem. Sixtus Quintus Conſtit.*58. *cum in unaquaque in cap. Moderatione ne cocchi in Bullar.Cherub.*

In iis cuilibet ire licitum eſt, ne videatur humana ſocietas quodammodò interdicta, im-
13 mò ex conſuetudine etiam delinquenti, dùm ad carceres ducitur, ſi mediocri fulgeat nominis honeſtate, ab rheda vehi permiſſum eſt. Verumtamen acris diſceptatio fuit de Meretricibus, an poſſint per publicas Civitates illa uti, maximum namque videbatur fieri præjudicium honeſtis Matronis, quæ à Mulieribus proſtitutis tantæ commoditatis privatione, in pœnam quoque delicti, erant diſtinguendæ. At regularitèr ipſis Meretricibus rhedæ non ſunt interdictæ: permiſſum enim omne id intelligitur, cui prohibitionis ratio non obſtat, *l.mutus §. Cum quæritur de procurato. & gloſſ. quod eis in l. ex quibus cauſis majores l. nec non §. Quod eis, & ibi gloſſ.prohibeant eod. & l.ſtatuas 7. C.de religioſ.* ideòque benè poſſunt in eis ire, illo prorsùs modo, quo ad teſtandum admittuntur, prohibitione non obſtantè, ut egregiè probat *Riciull.in tract.de perſon.quæ in ſtatu reprobo verſant.lib.2.cap.*31. *n.*1. & 2. quamvis antiquitùs ad differentiam honeſtiorum Matronarum, quæ ſellis, lecticiſque portabantur, cunctis probroſis fœminis, earum uſus eſſet prohibitus, ut poſt *Halicarnaſſ.lib.*58.ſcribit *Alex.ab Alex.Genial. lib.*5.*cap.*18.

Excipitur tamen bannimentorum caſus, qui ad ſubortam tollendam hanc morum corruptelam ſumma cum laude pluries emanarum, & præcipuè de anno 1624. ſub Urbano Octavo teſte *Scannarolo de Viſitat. Carcerat. lib.*1.*cap.*4.*n.*26. quo fortaſſe tempore ſapientiſſimi Sixti Quinti proviſio (de qua *in Bullar. conſtit.* 52. inter ſuas) ut mulieres *non poſſino andare in maniche di camiſcie per* Roma *nè à piedi, nè in cocchio*, jam penè evanuerat; Cum ſemper fœminis luxus fuerit interdictus, ne ad peccatum viros trahant ſecum, quod conſtat ex *lege Uppia* celebri apud *Livium*, & adduct. per *Catell. in Cod. leg.Sicular.not.*92. & *D.Nazianzen.* adverſus mulieres ſcribens ambitioſiùs ſeſe ornantes, *ejus oper.tom.*2.*Fuco*, inquit, *gaudentes, ut plurimum impudicæ*. Similia uberrimè apud *D.Ciprian.de diſcipl. & habitu Virgin. Tertull. in direct.vita nobilium artic.*14. *atque D.Thom.* 2.2.*quæſt.*169. *art.*2. immò communitèr Patres, ac Ethnici Scriptores. Jure igitur nuper meretricibus rhedæ fuere vetitæ ſub feliciſſimo iſto Clementis Papæ Decimi imperio, quo virtutes ſub optimo Principe redivivæ, dum Orbis totus ſtat compoſitus, crimina quæque videri potuerunt exulare; Quemadmodùm enim antiquitùs Meretrices, & adulterii convictæ in publicum togatæ prodire cogebantur, ut à caſtis Matronis ſtolatis dignoſcerentur, notante *Tho. Farnabio ad Marital.epig.*64.*lib.*6. pateque ex *Juvenal. ſat.*2. *verſ.*70. Expoſititias haſce extra rhedam hodie diſtinguere convenit, & tanquàm publicæ libidinis pediſſequas, victimaſque, ſic ab honeſtis mulieribus ſecernere. Iiſque non tantum uti infamia notatis à Magiſtratu mulierum honeſtarum habitus prohiberi, *ex Bald.in l.mime C.Epiſc.aud.ubi DD.Jaſ.in l.Juſtitia ff.de Iuſtit.& Iu. aliiſque apud Paſqualig. quæſt.moral.jurídic. dec.*188. *n.*2. ſed illi etiam, quæ alteri ſui corporis copiam facit, ut ſic ab honeſtis diſcriminetur. *Faber*, qui hanc quoque dicit eſſe turpem perſonam *inſtitut. de inoffic. teſtamen.in princ.Surd.de alimen.quæſt.*4. *n.*35. *& Paſqualig.ibid.n.*4.

Verumtamen ne ex eventu ad judicium nimis ſollicitè proferendum decipiamur, ſeduló
14 obſervandum eſt, quod bannimenta hujuſmodi de Meretricibus, non comprehendunt habentem unum, vel duos amaſios, ut in terminis firmat Jo: *Maria Novarius ſuper pragm.Regni tit. de Meretricibus ad prag.*4. *n.*1. *& ſeqq. & ejus tract.de elect.fori tom.*1. *ſect.*2. *quæſt.*12. *num.*7. *verſ. quod puto notandum*, juxta *novam impreſſ. fol.* 86. Et hoc extenditur etiam ſi loquantur *de meretrice, aut muliere inhoneſta*, quia ſunt intelligenda de meretricia inhoneſtate, quandò ſcilicet mulier vivit meretricio more, & facit publicas inhoneſtates, non autem de ſimplici inhoneſtate, & multo minus de occulta. Ratio autem eſt evidens, tùm quia virtùs adſtat alternativè, quæ operatur, ut altera ejus pars de iiſdem perſonis intelligenda ſit. *Altograd.conſ.* 84.*n.*184. & retentis eiſdem terminis, ac repetitis eiſdem qualitatibus. *Idem Altograd. conſ.* 70.*n.*62. *verſ. quia de natura alternativæ*. *Cephal.conſ.*140. *n.*18. & 19. qui loquitur in terminis ſtatuti loquentis in una parte de muliere inhoneſta. Tùm etiam, quia bannimenta recipiunt hanc paſſivam interpretationem à jure communi, quia leges cunctæ imponentes pœnam mulieribus inhoneſtis, intelliguntur de inhoneſtate meretricia, & turpi, non autem de ſimplici inhoneſtate. Ità probatur *in text. in l. his ſolis* 7.*C.de revocat.donat.* ubi in Summario habetur, quod mulier inhoneſtè vivens, non revocat donationem: & *gloſſ. in verb. portentosè* explicat *idest meretricia more vivens*. Sic etiam *Emmanuel Coſta in cap. ſi pater p.*1a *in verbo legavit n.*40.*de teſtamen.* explicat leges Hyſpaniæ privantes dote mulieres luxurioſè, &
15 inhoneſtè viventes, intelligi de inhoneſtate meretricia, non autem de muliere, quæ ſemel, vel bis cum uno, vel altero inhoneſtatem exercuit; & adducit rationem, quia non eſt credendum, quod pro ſimplici, & occulta inhoneſtate,

leges,

leges voluerint tanta pœna mulierem afficere. Hinc *Farinac. de delict. carnis quæſt.* 145. *nu.* 158. *& duobus ſeqq.* infert, quod ſtatutum puniens raptores mulieris honeſtæ, locum habet etiam quando quis mulierem rapit, quæ cum uno, vel duobus rem habuit: nec aliter excuſatur raptor, niſi probetur inhoneſtas meretricia; quod repetit *in conſ.* 33. *nu.* 10. *lib.* 1. latè *Boſſ. in tit. de raptu mulier. nu.* 10. ubi firmat, quod mulier, ſi paſſa fuerit carnaliter ſe cognoſci cautè, & non more meretricio, nec publicè ità quod in numero honeſtarum haberetur, tùnc raptor pœna ſtatuti afficiendus eſt, ac ſi mulier honeſta rapta fuiſſet: ſecus verò ſi adfuiſſet inhoneſtas meretricia. Et in fine ſubdit, quod in Senatu nunquam fuit factum fundamentum ſuper inhoneſtate occulta, ſed ſuper patentibus malis moribus mulieris denotantibus meretriciam inhoneſtatem. *Decian. in tract. criminal. lib.* 8. *n.* 12. ad rem concludit, quod mulier, quæ ſecretò, & occultè cum uno, vel duobus rem habuit, non dicitur inhoneſta: & quod in hac materia plus operatur opinio hominum, qui credunt mulierem honeſtam, quam veritas. Immò *Carocc. deciſ. Lucenſ.* 124. *n* 8. *in fin.* dicit id maximè pendere à Judicis arbitrio, qui ſi videt mulierem haberi pro honeſta, non debet eſſe auctor ſcandali, ut ex ejus judicio inferatur mulieri ignominia, eiuſque famæ præjudicetur. Rursùs quod mulier, licet deprehenſa in delicto non debeat vocari publica, dixit *Lupus in cap. per veſtras notat.* 4. §. 21. *nu.* 19. *de donat. fol. mihi* 148. Et quod non debeat inquiri de inhoneſtate, niſi publica ſit, & notoria. *Carpan. ſuper nov. Conſtitut. Mediol. in cap. omnium n.* 96. *in verb. honeſtè viventium fol. mihi* 142. ubi dicit id quoque à Senatu Mediolanenſi ſancitum: Et abſolutè, quod puella formoſa, quæ ex nimio amore ſuo amanti copiam facit, ſeù mulier, quæ cum uno, vel altero rem habeat, non dicatur turpis perſona, nec inhoneſta probat *Riccius deciſ. Neapolit.* 63. *ſub n.* 8. *p.* 1. ubi cumulat plures. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1063. *n.* 7. *Paul. Griland. de pœnis omnifor. coitus quæſt.* 6. *n.* 18. *inter tract. magnos tom.* 11. *p.* 1. *fol. mihi* 302. *diter.* ideòque à Teſtatore poteſt inſtitui, ſuis fratribus, vel ſororibus præteritis, *l. fratres C. de inoffic. teſtam. Menoch. de arbitr. caſu* 328. *n.* 4. benè firmat. Quo in numero neutiquam inhoneſto, minimè ambigo quin adoleſcentulæ cantatrices includendæ ſint, quippè quæ honeſtiſſimam Muſices artem exercent, cujus & carminum inventum Muſis, & Orpheo tribuit *Natal. Comes Mithol.* 7. *cap.* 15. qui harum mulierum melodiam, celebratiſſimum adversùs omnium voluptatum illecebras antidotum teſtatur cum *Theocrito in Paſtoribus* ibi:

Non ita ver gratum eſt apibus, non lumina florum,
Ut mihi ſunt Muſæ. Quos læta reſpiciunt hæ,
Lædere non poſſunt mox diræ pocula Circes.

Et cum nonnulli priſco Sæculo, quo caſtitas minimi æſtimabitur, illas caſtas fuiſſe exararint: cur nos in religioſiſſima noſtra ætate, cantatrices hujuſmodi: pro honeſtis renuemus in dubio habere? Semper enim præſtantiſſima fuit vis muſices, ut ſæpè ex *Plutarch. Martian. Capell. in nupt. Philol. Cenſorin. de die Natal. Caſſiod. var.* 2. 40. *Ficin. in Platonis Timæum. Voſſio de quatuor artib. popular.* aliiſque ſit compertum: & Homero teſte, Heroum animi præclaris illuſtrium virorum geſtis ex cantu optimè accenderentur. Neque infringit hæc adversùs Curiæ Romanæ ſtylus, quo Cantatrices, Collarariæ, minutas merces vendentes, quas appellant *Artebianche*, & ſimiles poſt obitum ab inteſtato juriſdictioni ſubſunt Adminiſtrorum Cœnobii Convertitarum, qui vel pro tota hæreditate, vel pro tertia parte urgent; huic namque Monaſterio privilegium favet ex *Leonis X. conſtit.* 39. ad obtinendum ex inſtantis Meretricibus, ſeù teſtatis ad prolis favorem, ſibique olim quinta, nunc verò, Innocentii Decimi reducere id volentis beneplacito, tertia parte minimè legata, integram hæreditatis aſſem, ut refert *Scannarol. in tractat. de Viſitat. Carcerat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 26. Non inquam infringit hæc, dùm prædicta Conſtitutio, & adductis ſtylus ad favorem pii ejus loci emanarunt; Et quanquam Cantatrices, ac ſimiles, ob facillimam cum virili ſexu ſocietatem, nonnullam videantur lapſus inducere ſuſpicionem, exprimunt enim Syrenas, quæ cantus amœnitate fœmineos ut ita dicam, & imbecilles homines tanquam nautas ſopiunt, ſopitos demum in Divinæ Juſtitiæ oceanum ſeſe cum ipſis ſubmergunt; & difficile videtur quod, qui amat periculum, in illo non pereat, maximè quia ſenſus triumphi à Sanctis Patribus in fuga optimè ſunt exhibiti, & *minus voluptatibus ſtimulatur qui non eſt, ubi frequentia eſt voluptatum*, docente id magiſtraliter *D. Cypriano in libell. de ſingul. Cleric.* quibus annuit *D. Athanaſ.* ad cautelam ſic monens miſerrimam humanitatem *in tract. de Virginit.* 1 *Non confides in caſtitate, ne cadas, ſed metue. Quatenùs enim metuis, eatenùs non peccabis*: & licet muſicam ipſam damnet veluti ſervilem, artemque voluptatis tantum gratia repertam *Ald. Manut. de quæſt. per epiſt. cap.* 9. fortaſſe quia hoc ævo ad ſenſum ſolummodò oblectandum inducta videatur, & ad ſenſuales auditores maximè alliciendos, non verò ad animi medicinam ad corpus traductam, quemadmodùm ſapientiſſimi jampridem Platonici cenſuere, de qua re nequeo hìc diſputare; Levioribus attamen conjecturis, & minimis quibuſque indiciis pro Cantatricibus adoleſcentulis ad honeſtatis præſumptionem declarandam in contrarium adducta diluuntur. Sed turpis perſona dicitur Meretrix. *Vivius deciſ.* 294. *ad text. in l. Pantonius ff. qui à parente fuerit manumiſſus*, illa ſcilicèt, quæ publicè quæſtum meretur juxtà *l. athletas §. Ait Prætor. ff. de infam. & l. palam, §. Non eſt ignoſcendum ff. de ritu nupt. Carocc. deciſ.* 122. *n.* 1. Sic etiam illa, quæ cum pluribus utatur, nempè quod ultrà tres admittat, ut poſt multos, quos allegat, probat *Carol. Rot. de privil. mulier. cap.* 3. *ſpecial. n.* 17. Et de his interpretanda ſunt bannimenta.

16 Nihilominus remanet etiam difficultas de vehiculo vulgò *Cales* & Gallica lingua *ſtegge Roulant* utrum ſcilicet ad meretricum pœnam in ſimilibus bannimentis comprehendatur. Ad hoc negativè reſpondemus, tum quia pœnalia hæc odioſa cum ſint, ſtrictè debent interpretari & abſque ampliatione: unde tantum quicquid eſt expreſſum, venit intelligendum, ex vulgatir. Tum etiam quia cum non conſueſcant per Urbem in hoc vehiculo matronæ honeſtæ incedere,

Digitized by Google

dere, commoditas hujuſmodi (quæ ſervat utramque diverſitatem) proſtrantibus mulieribus non eſt deneganda, accedente præcipue ratione ſcandali, quæ per id abeſt; adeſſet verò ſi eligerent equitatum, quo caſu veluti magis omnium oculis expoſitæ, imbecilliores quoſque in libidinis ſoveam faciliùs traherent: ara etenim earum quo patentior, eo periculoſior: habentque inſani amoris characteres ad communem incautorum hominum fallaciam in fronte depictos. Plura de iis *Terent. in Eunucho*, ubi de Thaide. *Ariſtænet. epiſt.* 1. *lib.* 2. & ex Jureconſultis recentioribus *Scaccarol. in tract. de Viſitat. Carcerat.* & *Zacchias de Salario*, alter ſcilicet *in præcit. cap.* 4. *ex lib.* 1.: alter verò *quæſt.* 76. Et quamquàm celebrentur à *Marone* 4. *Æn.* Dido, & à *Barclaja Argen.* 1. Timoclea ducentes agmen; increpantur nihilominus iſti auctores ab *Athanaſ. Oteyza in Paralip.* & *Elector. jur. civil. ſelect. antiquit. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. ubi ait: *undè abiit matronalis pudicitia? quæ inaudita muliebris iſta equitatio? abſiſtat à pudicis auribus tàm profanus uſus, & ab oculis inhoneſtus aſpectus*, &c. Et *num.* 18. *ſanè in Rempubl. Romana, quæ ſpecimen Orbi terrarum præſtitit, Romanæ Matronæ pedites incedebant, donec pilenti, & carpenti honorem liberalitate ſua acquiſiverunt à Senatu.* Licere id tamen mulieribus ex regionis conſuetudine probat idem *Oteyza d. lib. cap.* 13.

17 Quoniam verò ſermo incidit de curriculis nuper inventis, & ex fæliciſſimo Galliæ Regno in univerſam præcipuè Italiam deductis, ad commodum certè viandi genus, aut potiùs ingenioſiorem luxum, quæ nuncupare ditur *carriſellia*, aut *rotiſellia* novo, ac latino vocabulo facundiſſimus, ac celebris memoriæ vir, *Valer. Chimentellius in ſuo ad marmor. Piſan. de honore Biſellii cap.* 27. videntur enim currentem ſellam, ac birotam repræſentare; Obiter adnotare non negligam, acritèr inter eruditos diſceptatum, an ejus uſus apud antiquos extiterit: quod nonnulli affirmantes, Ciſium eſſe dixere, de quo *M. Tullio* ſcribit *in Philipp.*: *Delituit in quadam cauponula, ibi noctu perpotavit ad Veſperam, indè Ciſio celeritèr ad Urbem advectus, domum venit capite obvolutus*: *in Orat. pro Roſcio*: *decem horis nocturnis ſex, & quinquaginta millia paſſuum Ciſiis pervolavit*: quæ loca gemina *Voſſius* notavit *in Etymolog.* At quamquam iis Ciſii velocitatem exprimentibus, opponantur Auſonii verſus, qui de ipſo uti ad tardum motum accomodato, meminit dùm amico cuidam ſeni, & à morbo reſurgenti ſuadet ſcribens, ut à Rhedarum Petoritarum, & Equorum velocibus motibus ſugiens, Ciſio, & Veredo tardè utatur, ibi:

Palle ſoporiferi ſomnum, nubemque veterni
Atque alacri mediam corpe vigere viam;
Sed Ciſium, aut pigrum cautus conſcende veredum.
Non tibi ſit Rheda, non amor acris equi
Canterii moneo malè noſa petorita vites,
Nec celeres mulas ipſe Metiſcus agat.

quos etiam in hoc ſenſu recitat *Hieron. Mercurial. lib.* 6. *de Arte Gymnaſt. cap.* 10. Similiter ex illis *Statii lib.* . . in via Domitiani:

Hic quondam piger axe vectus uno
Nutabat cruce pendula viator
Ruebatque rotas maligna tellus

Ciſium æquè fuiſſe vehiculi biroti genus affirmat *Jo. Meurſius exercit. critic. p.* 2. *cap.* 8. *pag.* 124. his additis verbis: *Porrò crucem ibi vocat* (Statius) *eleganter temonem, qui in birotis vehiculis etiam hodie crucis figuram præfert, & ſane intelligit ibi ciſium, quod birotum, apparet inde quod ait* (axe vectus uno) *nam birota curricula, unicum tantum axem habent.*

Crediderim tamen Ciceronem, eos caſus enarraſſe quaſi valde ſingulares; Et à veteri Ciſio noſtrum curriſellium (ut ita vocem) autumo penitus diſcrepare, cum ille eſſet carrucarius, ut conſtat ex Ulpiani reſponſo in *l.* 13. *ff. locat. & condu.* ubi *item quæritur* (inquit) *ſi ciſiarius id eſt carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium evertit, & ſervum quaſſavit, vel occidit*, &c. ubi ex Budeo patet tantum potuiſſe huic *ſiegga roullant* aſſimilari; in eo quod eſſet de genere vehiculi biroti: & planum eſt nimis celeri illo vehi non potuiſſe. Aliud igitur curriculum huic noſtro ſimilius ex vetuſtæ lectionis aurifodina depromere nequaquam potuimus, quam illud fortaſſe, de quo *Manil. lib.* 2. *ver.* 139. ibi:

Sed ſolus vacuo veluti vectatus in orbe.
Verbera agam currus, non occurſantibus ullis.
Nec per iter, ſocios commune regentibus actus.

Quem textum ſe meritò gloriatur prius obſervaviſſe curioſus Minervæ aſſecla R.P. D. Severolus; & ſi nobis definitiva hujus rei ſententia, & ob difficultatum latebras, adhuc reliquerit in ancipiti. Clarius tamen ſimillimi inſtrumenti vetuſtas apparet ex opere diaglyptico marmoris ſepulchralis M. Aufidii Frontonis extantis in Eccleſia S. Vincentii Ferrerii propè Piſaurum (de quo nos admonuit vir in eruditionibus accuratiſſimus D. Raphael Fabrettus) ubi in parte dextera laterali quidam in curriculo biroto detecto conſpicitur, dextera ferulam, ſiniſtra verò equi currentis ſtapedes agens. In quo vectes valdè breves, & ſuper rotarum axim terminantes obſervantur. Utinam *Jo: Scheffe+ri* Tractatus *de Re Vehiculario* à Germaniæ prælo jamdiù deſideratus, has mentis nebulas faciat evaneſcere. Quæ obiter ut innuimus; dicta ſint, redeundi cauſa ſtatim ad ſermonem, à quo ſumus divagati.

Rurſus igitur quæri poteſt, utrum nonnullis de cauſis curruum, & rhedarum vectio pro-
18 hiberi, ſeù intrà limites quoſdam cogi valeat, ne nimis occupentur viæ publicæ? Et hoc profectò imperandum eſt, cum certam quandam relinquere oporteat diſtantiam ad publicas commodè celebrandas ſolemnitates. Monet ex lege, *Honorii, ac Theodoſii relat. in tit. de ſpectacul. C. lib.* 11. qua judicum cuicumque feſtivitatis quæque impedimenta fuere indicta, quæ ad equorum curſum ad bravium tùnc quoque uſitatum, cunctiſque hodiè ſimili feſtivitati præſtantibus impedimenta, ſub pœna legis violatoris poſt *Bartol.* juris anteſignanum, egregiè ibi extendit *num.* 1. *Jacob. Rebuff.* Romæ tamen bacchanalium tempore quiſque utitur jure ſuo; undè videmus, quod etiam ſi lictorum Dux propè currendi horam, viam excurrat curans ut, ſeù dextrorſum, vel ſiniſtrorſum vergant rhedæ, ſeù intra quoddam ſpatium quieſcant, minis adhibitis rhedariis, etiam parato

pœ-

pœnali funis inſtrumento; Nonnulli tamen,
equidem indiſcretiſſimi per viæ medium volunt
progredi; ex quo certe nulla oritur actio dedu-
cenda in judicio. At ſecùs eſt Florentiæ in Ur-
be ornatiſſima, in qua Principis juſſu hippo-
dromus rhedarum ſtatione, aut excurſu, ap-
propinquante feſtivitatis tempore, nullatenus
eſt occupandus, illicò parata ipſius pœnæ exe-
cutione: quod plurimæ Italiæ Civitates jure,
ac meritò imitantur. Ex cujus rei fundamento
idem multo magis cenſeo ad ſacra extenden-
dum, puta ad proceſſiones, quarum tempore
in aliquo limite compellendi ſunt rhedarii cum
rhedis ſuis, cultui namque Divino (qui cum
magna pietate, & devotione eſt exequendus,
ut ſancitum fuit in *Concil. Colon.* a. a. *cap.* 19.)
cum debeant cuncta cedere, maxime, & iſta
vehiculorum commoditas: immò æquè lauda-
biliſſimum foret, ſi religionis cauſa, ad Sacras
Reliquias, & imagines venerandas quiſque hu-
militèr deſcenderet, exemplo Magnatum plu-
rimorum, qui hac de cauſa poſt feliciſſimum
vitæ ſpatium, nominis immortalitatem merito
adepti ſunt.

At quia ſæpe pluribus plauſtris, & rhedis in-
ter ſe obviantibus, incidit altercatio de præce-
19 dentia, non abſque pedeſtrium periculo, vi-
dendum idcircò qualiter hujuſmodi controver-
ſiæ de jure ſint dirimendæ. Conſideratur autem
in hoc non vetuſtas inſtrumenti, ut ridiculè
profectò Advocatorum quidam excogitavit,
ſed motus facilitas, & periculi evitatio; Ideò-
que regularitèr, data paritate, pedeſter locum
præbere debet equeſtri faciliùs ſe moventi,
dummodò tamen per accidens loci qualitas pe-
deſtri non faveret, puta ſi locus arctus eſſet, &
via ità parva, & lutoſa, ut cogeret ad redeun-
dum, vel ſe immergendum in luto. Sic non
oneratus deferre debet, cum retrocedat quo-
que facilius, idque honeſtius ſit, conſiderata
uniuſcujuſque utilitate, juxta dictum Apoſto-
li *ad Gal.* 6.: *alter alterius onera portate*; Quod
in *dec. ſ. Portugall.* animadverſum fatetur *Ema-
nuel Themud. à Fonſeca p.* 1. *deciſ.* 49. *num.* 19.
uſque ad 22. item diſcretionis ratione, ac de-
poſitio ſemper juris rigore, majori onere gra-
vatu parci ſolet, idque frequenter uſu rece-
ptum teſtantur *Dionyſ. Ponton. ad tit.* 13. §. 7.
*conſuetud. Bleſen. & Nic. Vander Noch. in ſin-
gul. for. ſingul.* 21. quos citat, & ſequitur *Friſ-
ſcus loc. ſupra addac. num.* 17. Ex eadem ratione
quadrigæ debet equeſter deferre, & quadriga
currui, ſeù *ſegge Roullant*, quia facilius ſe vol-
vit, ſibique cum habenti validitatis plurimum,
certare non præſtat.

20 Dubitatum eſt itidem de quadrigis, & plau-
ſtris inter ſe, ac de iis cum plauſtris, cui nam
tribui debeat princeps locus? Regula autem
eſt, quod prior intrans viam vincit in dubio, ut
opinantur *Bald. in l.* 11. *C. de ſervitut. & aqua
& afflict. in tit. quæ ſint regalia in verſ. plau-
ſtrorum in una impreſſ. num.* 3. *in alia verò ſub
num.* 2. ex iſto principio fortaſſe deducta, pro
quo dicimus quicquid in publicos uſus eſt de-
ſtinatum, primo occupanti concedi. Ideoque
ſi duo plauſtra ſibi in aliquo publico vico obvi-
averint, utrumque idem Jus habet, tantum
ſcilicet unum, quantum alterum, *ex gloſſ. in l.*
2. §. 1. *ff. ne quid in loc. public.* Quod ſi unum
præveniat, ſive locum præoccupet, poteſt alte-
rum ad retrocedendum cogere acclamando
primo, & ita in tali neceſſitate conſtitendo *ex
ead. gloſſ. ubi Bart.* quæ gloſſa dicit etiam lo-
cum eſſe gratificationi *argum. l. fin. ff. de relig. &
ſumpt. funer.* Vel forti *argumen. l. in tribus ff.
de judic.* & dicunt *Bart. in l. quominus quæſt.* 5.
*ff. de flumin. Angel. in l. flumineum ff. de damno in-
fect.* quorum poſtremus inconcuſſe primo in via
venientem defendit. *Baldus etiam & Salicet. in
l. per agrum C. de ſervitut. & aqua* ſunt in ea-
dem ſententia; omnia vero adprobant *Elegan-
tiſſ. Caſſan. in chatal. gloriæ mundi p.* 12. *conſider.*
98. *fol.* 399. *& Themudo in cit. deciſ. n.* 22.

Plauſtra igitur, illa præcipue, quæ vulgo
appellamus *Carrettoni*, quæque cum rotis in-
21 gentibus ob velociorem motum ac magis faci-
lem eundi aptitudinem ab eximio viro Michae-
le Angelo Bonaroto decurſi ſæculi verè miracu-
culo inventa fertur, & ſæpe onuſta ſunt, ac
lento ambulantia, quod videtur expreſſiſſe Poe-
ta Sulmonenſis *Metamor.* 2. in eo loco:

*Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra te-
nebant.*

Hæc inquam cedunt quadrigis. Quod ſi in al-
tero res adeſſent fiſcales, dotales, vel pupilla-
res, ſibi deferendum conſideravit altero con-
currente *Jacob. Cerior. de primogenituro lib.* 1. *qu.*
9. *ſub num.* 4. Ita plauſtra, quæ præoccupave-
rint ſive vacua, ſive onuſta, in fluminis tranſi-
tu præferuntur; Si verò portum non fuerint
ingreſſa, cedunt quadrigis, quemadmodum iis
etiam ſeu rhedis, & ſi onuſta, deferunt in Man-
tuæ civitate, ut egregie diſcurrit *Cyriac. con-
trov. forenſ. t.* 2. *controver.* 274. *num.* 25. qui rhe-
das conductitias, vulgo *à vettura* privatorum
dominorum rhedis cedere affirmat; & inter has
22 potiores ſemper eſſe, quæ ad urbem tendunt,
aliis à civitate recedentibus, fortaſſe, quia pro-
babilius in dubio civium favor tunc temporis
conſideretur; Et communem conſuetudinem
refert *in eadem controver. num.* 19. qua in via
duorum curruum, vel quadrigarum capaci, fit
ut quiſque ad dexteram vergat, quo pacto ne-
mo amittit de jure ſuo, nec uſurpat de alieno:
ſi ſunt pares, cuilibet eſt dimidium ſemitæ pla-
næ ac frequentatæ. Sic in civitatibus obvian-
tes rhedas adſtruit quamlibet manum dexteram
23 tenere. Secùs tamen eſt Romæ, ubi videmus,
quod adhærent ſiniſtræ, optima quidem ratio-
ne, cum negociorum in curia tam magna mul-
tiplicitas frequentem expetat Curialium, di-
ſcurſum, quo fit, ut ii, qui vehuntur in primo
loco, dexteræ viciniores evadant, poſſintque
manus mutuo jungere, & non modo obſequia
repetere, verum & negocia ab aliis quoque ibi-
dem exiſtentibus ſecreto pertractare. Quis te-
neatur de plauſtri revolutione tractant egregie
Riminald. jun. conſ. 441. *& id. Cyriac. contro-
ver.* 163. ad quos mitto lectorem. Sciendum
hic non teneri Dominum de facto ſeu delicto
Aurigæ ſui famuli, qui puellam ex G. ſubtus
currum, quem vehebat comprehenſam, occi-
dit, niſi malam fecerit ejuſdem famuli electio-
nem, diligentiis ad bonum inveniendum mini-
me factis, aut per locum invium, & anguſtum
equos fecerit inſtigare; Alias dominus ad dam-
num tenebitur, Auriga verò criminaliter. Sic
pluribus ex *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.*
69. *Seraph. deciſ.* 527. *Farinacc. de delict. &
pæn. quæſt.* 24. *à num.* 84. *cum ſeqq.* congeſtis
pro-

probat Jo: *Paul. Xammar. Rer. Judicatar. p. 1. deciſ.47.*
24 De pedeſtribus nil addo præter muri locum,
qui præſtantior cenſetur, quia fortaſſe via ibi
mundior eſt & magis plana, ex congeſtis per
Cruſium in tract. de praeminent. c. 4. num. 32.
dummodo tamen tres non ambulent, quo caſu
medius locus profectò erit nobilior. Et pro co-
ronide moneo eum *Caßaneo ubi ſupra*, quod ſi
tres in via parum capaci ambulent, unus de-
bet præcedere, & duo poſt eum ſequi. Neque
oblitero, quod ex propriiſmet conjecturis
deprompſit, indecorum ſcilicet minime cenſe-
ri, ut in arctis locis ſeu immundis, & fortaſſe
25 cadendi periculo aptis, etiam inferior præce-
dat, cum potius ſit commendabile, non abſque
proprio experimento, alteri quodammodo, ut
ſibi caveat conſilium præſtare.
In ruſticis tamen dico, quod ſervitute uni
debita prædio, non poteſt ad commoditatem al-
26 terius prædii vicini ejus dominus uti, cum hæ
ſervitutes perſonæ minimè debeantur, ſed præ-
dio. *Tex. in l. 1. ff. commun. prædior. §. Penult. inſtitut. de ſervitut.* & dominanti debentur præ-
dio utpote utilitatem ejus reſpicientes, *ad tex. in
l. ut pomum 8. l. quoties 15. ff. de ſervitut. l. ergo
5. cum ſeqq. de ſervitut. ruſtic. præd. & l. non mo-
dus 12. ubi Bart.* ideoque non ultra diſtanti.
Sanſa deciſ. Luſitan. 42. Neque fundus fundo
quem alius intermediat ſervitutem debet *ad l.
qui ſella 7. §. fin. ubi Bart. de ſervitut. ruſtic.
præd. l tria prædia 31. eod. tit. l. ſi prius §. fin. de
aqua pluv. arc. l. in tradendis §. Interpoſitis ff.
commun. præd. gloß. quædam in l. non ſolum §. De
novi. oper. nunciat. & gloß. in l. fin. de ſervitut.*
Niſi tamen iter illud omnino neceſſarium ſit.
Clarè *Bart. in d. l. qui ſella §. fin. & Alberic.
item Menoch. deciſ. Lucenſ. 22. n. 9. & d. Tonſa
deciſ. 43.*

A D N O T A T I O.

JUxta naturam ſoli, quod in duas potiſſimum
dividitur ſpecies, publici nimirùm, ac pri-
vati, duplex etiam Viarum differentia conſti-
tuitur, publicarum, ſcilicet, & privatarum.
Et quia ſolùm privatorum poteſt eſſe vel no-
27 ſtrum, vel commune, vel alienum; ideò viæ
paritèr privatæ, vel in ſolo noſtro, vel in com-
muni, vel in alieno eſſe poſſunt.
Ad conſtitutionem publicæ viæ tria copula-
tivè à jure noſtro requiri docet *Pacichell. ad
n. 1.* quod nempè ſit in ſolo publico, quod per
eam publicè eatur, & quod ad locum publicum
28 ducat, & præter hic relatos *poſt. d. n. 1.* tradunt
*Novar. de gravam. vaßall. p. 2. gravam 66. n. 9. &
10. Surd. deciſ. 42. n 3 Conſol. dec. Lucen. 69 n. 17.*
qui alios refert. Et proindè non relevat proba-
tio, quod publicè ab omnibus per ipſam viam
29 itum fuerit, niſi etiam doceatur ſolum fuiſſe
publicum, vel auctoritate Principis publica-
tum, quemadmodum relato *noſtro Authore in
hoc membr. ſub num. 2.* aliiſque compluribus fir-
mat *Zaul. ad Statut. Favent. d. rubric. 33. lib. 5.
num. 15.*
30 Quoties tamen via incipit à publico, & in
publicum deſinit, præſumitur publica, niſi ex
adversò probetur facta ex collatione agrorum
privatorum ex traditis per *Authorem n. 3.* qui
citatur à *Zaul. ad Stat. Favent. rubr. 33. lib. 5.
num. 17.* & plenè comprobat *Rota in Urbeveta-
na via ſuper bono jure 4. Martii 1712. §. Moti
ex eo fin. cor. clar. mem. Card. Scotto.*
Præſumptio autem prædictæ publicitatis
eruta ex commemorato initio, & deſinentia in
publicum coadjuvatur à pluribus ſignis ean-
dem publicitatem deportantibus, quarum pri-
31 mum eſt opus manufactum à Magiſtratu pu-
blico deſtinatum; nàm ſi via fuiſſet privata, &
non publica privatus Dominus illius conſtru-
ctionem, deſtinationemque ad uſum Populi
impediviſſet, ut poſt *Rocc. diſput. ſelect. cap. 162.
n. 22 tom. 2. & Capyc. Latr. reſolut. 64. n. 19.* fir-
mat *Rota in præcitata Urbevetana via 4. Mar-
tii 1712. §. Præterea cor. clar. mem. Card. Scotto.*
Alterum publicitatis ſignum eſt, quando da-
tur pro confina bonorum ipſa via abſque alia
expreſſione, eo convincenti argumento, quod
32 ſeparatio inter proximos agros inducitur à
via publica, ut inquit *Author noſter num. 5.* &
proindè ex tali diſterminatione viæ, induci pu-
blicitatem dixit *Rot. deciſ. 858. n. 5. & 6. cor. Eme-
rix. Jun.*
Quod multò fortiùs procedit, ſi aggeres, ar-
buſculi, ſæpes, & foveæ utrinque claudat pri-
vatorum prædia, quia cum iſta omnia ſoleant
apponi ad limitationem, & circumſcriptionem
dominii ex allegatis per *Rotam in Romana Com-
munantiarum, ſeù Fontanilis 10. Junii 1702.
§. 51. cor. bon. mem. Anſalda*, exindè eruitur
33 conjectura, quod idem dominium ad interme-
diam viam non protendatur, quemadmodùm
animadvertitur in eadem *Urbevetana via §. In
hypotheſi cor. clar. mem. Card. Scotto.*
Æquè coadjuvatur publicitatis præſumptio,
ſi per ipſam viam Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sa-
cramentum, & Cadavera ſepelienda ad Eccle-
34 ſiam deferri ſoleant, eo enim in caſu naturam
viæ publicæ acquiri etiamſi à ſui initio privata
via verè fuiſſet, per *Text. in l. 1. in princip. ibi-
que Gloß. & §. inferendi, cum §. ſeq. verſ. item ſi
mihi in fundo ff. de mort. inferen. & ſepulch. ædi-
fican. ibique Scribentes* reſpondit *Catan. conſ.
40. n. 10.* quem ſequitur *Zaul. ad Stat. Favent.
rubr. 33 lib. 5. n. 19.* Multoque magis ſi publicæ
Proceſſiones in eadem via habitæ fuerint à toto
35 Clero, & Populo ex ponderatis per *Rotam in
dicta Urbevetana via ſuper bono jure 4. Martii
1712. §. Ulteriùs cor. clar. mem. Card. Scotto.*
36 Ejuſmodi publicitatis præſumptio non leve
robur accipit à latitudine ipſius viæ, nàm licet
via non conſtituatur in jura publico per ſolam
latitudinem, cum videamus in locis montuoſis
vias publicas in anguſtiſſimo ſpatio conſtru-
ctas, attamen ſi via habeat in porrectum octo
pedes, & in anfractum pedes 16. adminicula-
bitur ex hoc ipſius viæ publicitas, cum talis
viarum publicarum latitudo, quoad fieri poteſt,
præſcribatur à *Textu relato per noſtrum Au-
thorem n. 8.* & tradunt *Borell. de præſt. Reg. Ca-
tholic. cap. 7. n. 4. & 5. Hering. de molend. qu. 43.
n. 42. Amanez de donat. Regis p. 3. n. 7.* cum aliis
allegatis per *Rocc. diſput. ſelect. cap. 162. n. 25.*
Verùm non obſtantibus ſignis, & conjectu-
ris prædictis publicitatem ſuadentibus, ſi alia
urgentiora in contrarium concurrant, reputa-
37 bitur eſſe privata, ut in caſu narrato per *Card.
de Luc. diſc. 137. de regal.* in quo licet via inci-
peret ab altera via publica, & in alteram viam
publicam deſineret, & publicæ Proceſſiones per
ipſam fierent, attamen quia alia ex parte affe-
rebatur probatio exiſtentiæ antiqui Portoni

ſem;

ſemper retenti, quamvis non clauſi cancellis,
atque tempore meſſium habebatur in dicto lo-
co uſus privatus areæ ad commodum Domini
fundi, concluſum fuit contrà *Card. de Luc.* pro
qualitate privata ejuſdem viæ.

Omnes tamen iſtæ quæſtiones ſuper viarum
publicitate ſilere conſueverunt in illis viis, quæ
à Græcis Baſilicæ; atque ut à Latinis vertitur
Regiæ, ſeù alio nomine ab iiſdem Latinis
Prætoriæ, Militares, aut Conſulares vocantur,
& à nomine illorum, quorum auctoritate con-
38 ſtitutæ fuerunt particularem denominationem
adeptæ ſunt, ut de Flaminia, Caſſia, Clodia,
Annia, Auguſta, Pompeja: Domitia, Corne-
lia, aliiſque ſimilibus tradit *Camill. Borell. de
præſt. Reg. Cathol. cap. 7. n. 8. Antunez de donat.
Reg. to. 2. p. 3. cap. 3. n. 6.* Quia cum iſtæ initium
ducant ab inſignibus Urbibus, & Provinciis,
& ad alias conſpicuas notoriè ducant, extrà
omnem diſputationem ſunt circa earum publi-
citatem.

Stante itaque dicta viarum publicitate ne-
39 mo poteſt illas claudere devaſtare, vel occu-
pare ad *Text. in l. 2. §. Hoc interdictum, & plur.
ſeq. ff. ne quid in loco publico*, & docent com-
muniter *Calderon reſolut. forenſ. 60. n. 16. & ſeq.
& n. 36. & 41. de Angel. de delict. p. 1. cap. 92. per
tot. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 22. art. 2. n. 64.
& ſeq. & n. 80. & ſeq. Card. de Luc. de ſervitut.
diſc. 24. n. 2. D. Audit. Bonfin. ad Bannim. genera.
cap. 8. n. 24.* ubi citat plurimos alios, & inter
cæteros *noſtrum Authorem hoc loci*. Undè ad
differentiam viarum privatarum, de quibus
intelligenda ſunt, quæ diximus ſuperiùs *cap. 4.
membr. 5. n. 21. fol. 81.* etiamſi quis habeat utrin-
que prædia, nequit ſuper viis publicis conſtrue-
40 re ponticellum, nec aliquam clauſuram, ut
firmat *Surd. deciſ. 42. ſub n. 15.* quem ſequitur
D. Auditor de Comitib. deciſ. Senen. 10. n. 11. qui
(ut inquit *Zaul. ad Stat. Favent. rubric. 33. lib.
5. n. 10.*) latè, & doctè in præcedenti, & in iſta
deciſione hanc materiam pertractat.

41 Et omnia prædicta juxta ſenſum *Pacichel. n.
5.* ſunt intelligenda, niſi præcedat licentia Prin-
cipis, vel Magiſtratus ſpecialem ad id faculta-
tem habentis, *Caſtallin. in Conſtit. Emiliæ obſer-
vat. 15. n. 48. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 7. ru-
br. 9. n. 14. Card. de Luc. in relatione Curiæ diſc.
38. n. 11. & ſeq.* ubi quod talem licentiam con-
cedere ſolet in Urbe Tribunal Viarum: ac di-
ctum fuit ſuperius *cap. 4. membr. 5. ante n. 14. fol.
81.* Quod tamen aliquatenus poſſint venden-
tes publicarum viarum ſpatium occupare de ju-
42 re abſque ulla licentia repetit latius hic *Paci-
chel. n. 10.* cum id dixerit ſuperius hoc eodem
cap. 7. membr. 3. n. 1. & nos ibidem n. 25. fol. 60.

Tranſeuntes modo ad genus viarum, quæ
privato jure cenſentur, prima facie ſe offerunt
illæ, quæ in totum noſtræ, in ſolo noſtro ſunt,
& relicta regula generali, quod unuſquiſque
rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, ideòque in
fundo ſuo poteſt aperire, & claudere viam pri-
vatam ad ſui libitum, tàm ad proprium, quàm
ad aliorum commodum ut eſt notorium, atque
habetur in præcedenti *n. 37. ex d. diſc. 137. Card.
de Luc. de regal.* dicimus quod via efficitur in
totum privata per conceſſionem Principis cum
43 facultate illam claudendi, quia Princeps po-
teſt diſponere de via publica, illamque efficere
privatam alteri vendendo, aut donando, *L. Præ-
tor ait, §. Si quis à Principe ff. ne quid in publ.
Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 3. n. 23. Rot. deciſ.
6. de ſervit. n. 8. cor. Eminentiſs. D. Card. Falcone-
rio.* Et de pluribus ſignis convincentibus viam
eſſe propriam ad excluſionem vicini adeſt ma-
giſtralis reſolutio *Capoll. conſ. Criminal. 3. ubi à
n. 4. uſque ad finem* affert & exornat octo funda-
menta, ex quibus dicta privativa proprietas
apertà reſultat, omninò videndus.

Frequentiores controverſiæ cadere ſolent ſu-
per vias conſtructas in ſolo communi, quando
ſcilicet ex collatione vicinorum prædiorum ad
commodum poſſidentium prædictæ viæ apertæ
fuerunt, & in hoc regula eſt, quod ſi verè con-
44 ſtat de d. collatione, tunc etiam ſi via à loco
publico incipiat, & in publicum deſinat, ta-
men habebitur pro via privata, *Surd. deciſ. 42.
45 n. 16.* & ipſa de conſenſu omnium vicinorum
poterit deſtrui, claudi, coanguſtari, & dilata-
ri. *Zaul. ad ſtatut. Favent. d. lib. 5. rubric. 33. n. 41.
Surd. d. deciſ. 42. ſub n. 16. D. Auditor. de Comitib.
deciſ. Senen. 10. n. 11. Rot. dec. 61. n. 5. p. 17. recent.*
ubi de retentione pergulæ ſuper via vicinali:
Quia tunc ſubintrat regula, quod in re com-
muni melior eſt conditio prohibentis, & in ſpe-
cie tradunt *Menoch. conſ. 449. n. 15. Paitell. expe-
dit. 68. n. 33. cum ſeq. Ciarlin. controv. 90.*

46 Si autem de d. collatione non conſtat, eo
caſu videtur ſubdiſtinguendum; aut enim iſtæ
viæ habent initium, & finem in locum publi-
cum, nullaque urgent ſigna qualitatis privatæ,
& tunc locum habent notata ſuperius de viis
publicis *n. 30.* Aut intermoriuntur abſque ullo
exitu, & in hoc paritèr caſu, ſi non extat memo-
47 ria collationis habentur pro publicis ad litera-
lem *Text. in l. 3. ff. de loc. & itiner. public.* ibi:
*Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis
factæ ſunt, quarum memoria non extat, publi-
carum viarum numero ſunt, &c. pars earum in
militares vias exitum habent, pars ſine ullo exi-
tu intermoriuntur*: Sed in hoc ſecundo caſu,
memoriam collationis non extare, probandum
eſt ab eo, qui in hoc ſe fundat, ut firmat *Fran-
ciſc. Palm. conſult. 53. n. 16.* quem remiſſive re-
fert *Zaul. ad Stat. Favent. lib. 5. rubr. 33. n. 33.*

Patet ex præmiſſis, quod viæ vicinales quam-
vis in ſenſu magis obvio accipiantur pro priva-
tis factis ex collatione Soli plurium vicino-
rum, in quo ſenſu eas accipiunt DD. relati ſu-
perius *dict. cap. 4. membr. 5. num. 21. fol. 81.* At-
tamen revera nullam per ſe conſtituunt ſpecia-
lem differentiam, nam modo publicæ, modo
privatæ ſunt juxtà ſignorum pro una, vel al-
48 tera parte præponderantiam: Verum hoc eſt
advertendum, quod quando pro confinibus
enunciatur una via cum expreſſione *publicæ*, &
altera via cum qualitate *vicinalis*, tunc ejuſ-
modi diſcretiva adduci ſolet inter cætera argu-
menta ad comprobandum, quod Partes intel-
49 lexerint viam vicinalem tanquam privatam ad
differentiam publicæ, *quia ſi vere* (inquit) *Rot.
deciſ. 6. de ſervit. cor. Eminentiſs. D. Card. Fal-
conr. nu. 6.*) *hæ viæ vicinales publicæ fuiſſent,
& non privatæ, cur illas diſcriminari à viis pu-
blicis? Diſcretiva illarum expreſſio ſuapte natu-
ra arguit differentiam inter unam, & aliam.*

Supereſt ultima Viarum ſpecies, quam quis
habere poteſt in Solo alieno, & hæc propriè eſt
tertia ſervitus ruſtica conſiſtens in jure eundi,
& ambulandi hominis per alienum fundum,

50 agendi jumentum, vehiculum ducendi, lapi-
des etiam, trabes, & tigna trahendi *Oynotom.*
*Inſtit. Lib.2. tit.3. de ſervit.ruſt. præd.num.*19.
aliique *Inſtitut.* Atque in ejuſmodi ſervitute
primo, & principalitèr obſervandum occurrit,
quod ea nunquam præſumitur, ſed ab allagan-
te eſt concludenter probanda, cum potiùs præ-
ſumptio ſtet pro libertate bonorum, undè quaſi
51 poſſeſſio hujuſmodi libertatis conceditur etiam
ad effectum ſolius manutentionis abſque ulte-
riori onere probationum, *Rot.Lucen. apud Bal-*
*ducc. ad Roman. deciſ.*50.*n.*3. *Sac.Rot.dec.*838.
*n.*1.*&* 2. *cor.Cerro*, *& in Sorana prætenſa ſer-*
vitutis tranſitus 24. *Aprilis* 1716. *§. Manute-*
nibilis cor.bon. me: Foſcaru.

Quæ præſumptio libertatis adeò potens eſt,
ut quamvis regula ſit, quod Teſtes deponen-
tes pro affirmativa, prævaleant Teſtibus ne-
gativam tuentibus, nihilominùs in conflictu
præferri debent Teſtes deponentes de negativa
52 ſervitutis viæ, cum ſtent pro libertete bono-
rum. *Pecb. de ſervit. cap.*5.*quæſt.*1.*n.* 4.*& ſeq.*
*lib.*1. *Rot. dec.*300. *n* 21.*p.*9.*to.*1.*recen.& in d.*
Sorana, *§. Neque bis omnibus*.

Acquiſitio verò niſi expreſsè apparet per pa-
cta, vel res judicatas, probari debet per im-
53 memorabilem cum ſcientia, & patientia illius,
contrà quem prætenditur acquiſita ſervitus,
Gloſs. magna in l. ſervitutes 14. *verſic. certum*,
ibique Bartol. num. 3. *Rot. deciſ.* 102. *num.* 5.
*p.*4 *to.*2.*recent.* cùm aliis *in dec.*838.*num.*5.*cor.*
Cerra; & probatio ſimplicis tranſitus etiam per
longum tempus non relevat, cum is potuerit
evenire, vel ob aliquod accidentale impedi-
mentum publicæ viæ, vel jure precario, aut
54 jure familiaritatis, vel facto clandeſtino, aut
violento Operariorum tranſeuntium, ac pro
majori commoditate prolixius iter per publi-
cam viam evitare ſatagentium; *Rot. in dicta So-*
rano prætenſæ ſervitutis tranſitus 24. *Aprilis*
1716. *§. Corollariè cor.bon.mem.Foſcaro*.

55 Eoque minus eadem ſervitus viæ induci po-
teſt, dum inter bona prætendentis eamdem ſer-
vitutem, & bona alterius vicini contendentis
pro libertate adeſt foſſa interſecans utrumque
prædium; præcipuè quando adeſt via publica,
per quam licet longiorem, ad bonam perveni-
ri poſſit, quam utramque circumſtantiam pon-
derat eadem *Rota in prædicto Sarana prætenſæ ſervitutis §. Accedebat*, *& §. Demùm bæc*
omnia.

Sin autem vicinus nequeat adire proprium
prædium abſque eo quod tranſeat per bona al-
terius vicini, tunc poteſt aperiri tranſitus per
56 bona ipſius vicini: Tria tamen præcedere de-
bent, nempè probatio præciſæ neceſſitatis, quia
quando quis poteſt tranſire per aliam viam li-
cet longiorem, prædictum remedium ſubſidia-
rium non habet locum *Rot.d. dec.*838. *num.*13.
57 *cor. Cerro* electio ſitus minus damnoſi eidem
vicino; & demum ſoluti juſti prætii *d. dec.*838.
num. 12. *cor.eod.*

Ad raparationem quoad vias publicas Ur-
bis quis teneantur? Vide *Zaul.ad Stat.Favent.*
*rubr.*14. *lib.*7. Itidem quoad vias publicas ex-
58 trà Urbem vidanda *rubr.*33. *lib.*5. *num.*20. &
demùm quoad vias privatas, ibidem *num.*37.*&*
41. Quis verò teneatur ad emundationem, &
purgationem, latè differit *D. Audit. Bonfiu. ad*
*Bonnim. general.cap.*46.*num.*16.*cum plurib.ſeq.*

Occaſione viarum digreditur *Pacichell.* ad
agendum de curribus, Rhedis, & Plauſtris
quam materiam *Authore noſtro* pluries citato
egregiè reaſſumit. *Zaul. ad Stat. Favent. rub.*
67. *lib.* 4. *ubi num.* 27. non inelegantem refert
Hiſtoria de antiquo rhedarum uſu adeò acce-
59 pto Romanis Matronis, ut coitum viris nega-
re, & conceptum omnem impedire ſtatuerint,
donec ſibi talis rhedarum uſus reſtitueretur,
poſtquam Senatu Romano fuerat interdictus,
& per totam *Adnotationem* proſequitur mate-
riam hic pertractatam. Et proinde circa hos
currus, & rhedas unum tantum adnotabimus,
quod ad principalem quæſtionem hujus capi-
tis conducit, quod nimirum pro egreſſu, & in-
60 greſſu currus requiritur diſtantia, & latitudo
viæ ſaltem ulnarum ſex juxta relationem Peri-
torum approbata per *Rotam in deciſ.* 820. *poſt*
num. 5. *verſic. banc veritatem p.* 18. *rec.* Ideo-
que in via arcta ſtabulum pro reponendis rhe-
dis, vel curribus vulgò *rimeſſa* nequit conſtrui
etiam in propria domo, quando per ingreſſum
61 vel regreſſum ipſius currus vicinæ domui dam-
num infertur; nec tali caſu admittitur cautio
de damno infecto, *dec.*819. *&* 820. *p.*18. *rec.*

A' rhedis, & curribus mulieres turpes &
inhoneſtas *Pacichell.* arcere volens, ponit
*num.*14. differentiam inter eas, quæ uni, vel
alteri ſui corporis copiam faciunt, atque eas,
quæ verè publico queſtui addicuntur, ut ſci-
licet primæ non veniant ſub nomine turpium,
& inhoneſtarum, quemadmodùm tali nomine
comprehenduntur ſecundæ, & de his actum
fuit ſuperiùs *boc eodem cap.*6.*membr.*6.*num.*18.
*& num.*67. *uſq. ad num.*72.

Eximit verò numero turpium *num.*15.*in fin.*
Cantatrices, quæ honeſtiſſimam muſicæ artem
exercent. Cum autem hæc materia ſit longè
diſſita à noſtro propoſito tantùm adnotabimus,
62 quod locus hic *Pacichell. noſtri* exornari po-
teſt latiſſimè à traditis per *Zaul.ad ſtat.Favent.*
*rub.*58.*lib.*4. *ex num.*14.*cum plurib. ſeq.* ubi re-
probat ſtylum Monaſterii Convertitarum ſuc-
cedendi cantatricibus, & amplius addit, quod
de hoc ſtylo teſtatur proprio marte *noſter Au-*
*tbor hoc loco num.*15. *verſ. neque infringis* ſub-
63 dens, quod nimis durum, & ſcandaloſum eſſet
ſi verè hic ſtylus ad praxim deduceretur; &
laudes muſicæ proſequitur uſque *ad num.* 137.
& deinde in additione à n. 70. uſque ad n. 76.
Eaſdem quæſtiones reaſſumptas; & favore
puellarum muſicam exercentium reſolutas vi-
dere poſſumus apud *Paulut.diſſert.*82.*num.*86.
*& ſeq. uſq. ad num.*89. *to.*2. *D. Advocat.Urſaya*
*Inſtit. crim.lib.*2. *tit.* 7. *de crimin. vis publ.&*
*privat. num.*63. *& ſeq.*

Quæ *Pacichell ſuprà num.*18. credit eſſe ſer-
vanda circa rhedas, & currus occaſione curſus
Equorum hodie etiam Romæ ſervantur, & au-
rigæ contrafacientes, nec dantes liberum cur-
ſum, nec manantes in ordine vulgo *in fila* ir-
remiſſibilitèr puniuntur.

CAPUT VII.

Varia de ſepulchris referuntur. Eorum ex textu noſtro Interſtitii ratio aperitur.

SUMMARIUM.

1 *Sepulchri nom. ne quid veniat, & à quo dicatur.*

2 *Aliud*

2 *Aliud erat privatum, aliud publicum.*
3 *De jure naturæ cadavera ſunt ſepelienda, ubi varia ac multiplices adverſus id immanitates.*
4 *Quomodo ſepulchra olim domi habita, vel in agris.*
5 *Cur in urbe cadavera non ſepelirentur?*
6 *Quando ad arbitrium ſepulturæ locus electus;*
7 *De ſepulchris in agro loquitur hæc l. fin. ubi quibus in Campo Martio ſepultura olim conceſſa: & num. 12.*
8 *In ſuburbanis populariu͂ & honeſtorum erant ſepulchra.*
9 *Fideles priùs extra urbem conſuevere in cæmeteriis ſepeliri: deinde vero in Eccleſiis.*
10 *Quomodo in agro ſepulchra conſtruerentur: & num. ſeq.*
13 *Religioſus locus qualiter conſtitueretur.*
14 *Spatium talis loci in inſcriptionibus diffiniebatur.*
15 *Itineris, aditus, atque ambitus jus vendere olim probrum erat.*
16 *Etiam invitus cogendus ad iter per ſuum fundum ad ſepulcrum præſtandum.*
17 *Sepulchra debent hodiè ab altaribus diſtare.*
18 *Rogus ex lege 12. Tabularum debebat diſtare 60. pedes ab alienis ædibus propter timorem incendii.*
19 *Sepulchri veſtibulum uſucapi non poterat.*
20 *Verba LL. 12. Tabularum ſuper jure ſepulchrorum.*
21 *Antiquitus cadavera in Eccleſiis ſepeliri non conſueverant.*
22 *Cœperunt deinde ſola Martyrum corpora in Eccleſia ſepeliri.*
23 *Poſtea Imperatoribus, & Epiſcopis id fuit indultum.*
24 *Denique omnibus indiſtinctè.*
25 *In conſtructione novi Conventus poteſt fieri pactum inter Regulares, & Parochum, ne Parrochiani ejuſdem poſſint in d. Regularium Eccleſia eligere ſepulturam.*
26 *In Eccleſia interiori Monialium nequeunt ſepeliri cadavera degentium extra clauſtra.*
27 *Idem dic de Eccleſiis exterioribus niſi accedente licentia Sacr. Congreg. Epiſcop. & Regular.*
28 *Antiquitus Altaria erigebantur ſuper Corpora SS. Martyrum.*
29 *Sepultura ſub ſacris Altaribus haberi nequit, nec poſſunt conſecrari, niſi prius extracto cadavere, & repleta loca ſepulchri.*
30 *Non tamen amittunt conſecrationem præcedenter factam, ſed debent interdici.*
31 *Amplia, ut neque ſub pedilibus, vulgò Predellis ſeù prædellis poſſint excavari ſepulchra.*
32 *Diſtantia ab oſtio ſepulchri ad dd. pedilia debet eſſe trium cubitorum.*
33 *Sepulchra nequeunt extrui ſuper terram, ſed infra ipſam, nec debent excedere, ſed tantum æquare ſolum Eccleſiæ.*

SEd veniunt in ſepulchris obſervandi interſtitiorum modi: & jure quidem poſt loculentam de ædificiis materiam, cum illorum ſint partes, & prodè fovearum ſedem, cum iis multum operæ defovendo expendatur. Ne igitur ſupervacaneis teramus tempus, ad rem ſta-
1 tim ſit acceſſus. Nomine *ſepulchri* locus intelligitur, in quo corpus, oſſaque hominis ſepulta ſunt. *Text. in l. 2. §. Purus autem ff. de Relig. & ſumpt. funer.* cujus appellatione omnis ſepulturæ locis continetur, *l. Prætor ait §. Sepulchri autem ff. de ſepulc. viol. facit l. fin. §. Si quis projectum ff. vi, aut clam.* Ità dictum fortaſſe quaſi *ſine pulchro*; undè viros moribus fictos, & hipocritas apud D. Mattheum Christus Dominus *ſepulcra dealbata* appellabat, cum intus nil pulchri haberent: Vel dictum fuit ſepulchrum a mutando, ſeù ſtupendo, quemadmodum ex Græco fonte hauſtum putat *Jo. Calvin. lexic. Jurid.* poſt Brechæum in *l. in Teſtamento ff. de verb. ſignific. & Conna. comment. jur. civil. lib. 3. cap. 2. num. 4.* Sepulchra enim alia erant ſingularia, vel privata, & hæc
2 nil aliud quàm ſcrobes in terra cavati, quibus corpora infodiebantur potiùs, quàm ſepeliebantur, fidem facit *Sil. Ital. lib. 13.* de Garamanti ſepulchro ibi.

Et qui recluſa nudos Garamantes arena.
Infodiunt ———

Et *Sveton. in Nerone cap. 49.* de foſſa hujuſmodi, ſeù caverna lapidibus ſtrata, ab illo (morte inſtante) ſibi juſſa: *Ut quomprimùm* (hæc ſunt Scriptoris verba) *ſe impendentibus contumeliis eriperet, ſcrobem coràm ſibi fieri imperavit, dimenſus ad corporis ſui modolum, componique ſimul, ſi qua invenirentur, fruſta marmoris, & aquam ſimul, ac ligna conferri curando mox cadaveri.* Alia erant communia, & hæc plerumque ſubterranea ædificia, arcuato opere extructa, pavimentis ſtrata, ac parietibus circumſepta, in qua tanquàm in cellas quaſdam per gradus aliquot deſcendebatur, foribus conditorii clauſis, vel apertis, proùt uſus requirebat. Deſcriptione utimus *Jo: Kirchmann. in tract. de Funerib. Roman. lib. 3. cap. 25.* qui cuncta veterum auctorum textibus, & inſcriptionibus elegantiſſimè confirmat. In iis autem Sapientiſſimi Romani religioſum adhibebant ritum ad cineres defunctorum ſervandas, juris naturæ ductum ſequentes, quod vult cadavera ſepeliri *ad Text. in l. ſcriptus heret §. Sed tunc locus ff. de Relig. & ſumpt. funer. & Chryſoſtomi ſenſum in de Moribus*; Quamvis inter impias immanitates, Stoicorum illæ numerentur, qui Cœlo aperto corpora putreſcere ſinebant *ex Veget. lib. 4. de re milit. cap. 44.* alioſumque qui, vel cadavera avibus relinquebant, ut *Ruſin. cum Dempſter. de antiquit. Roman. lib. 5. cap. ult.* Et aliorum, qui vel canibus ea tradebant, ut Hyrcani, & Bactriani per *Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 1.* vel hodiè uſque ſenes vendunt, ut ab ementibus comedantur, iique ſunt Giavæ Inſulæ habitatores. *Ludov. Barth. in ſuo itiner. cap. 29.* Vel defunctos in Mare ab iciunt, ut Lotophagi, quem morem ſanè reprobat *Modeſtin. in l. in ſuo ff. de condit. inſt.* Vel olim in ſtercora, ut Sabæi, ſeù in melle ſepeliebant, ut Babylonii: & (quod longè immanius) interficiunt ævo noſtro, & comedunt, ut in India Padæi. Alii quoque cadavera nuda, & oſſa ſine carne ſub die per agros relinquebant, iique erant Perſæ, teſtimonio *Aghatiæ Scholiaſt.* qui poſt *Procop.* ſcripſit *lib. 2. de Gothor. bello.* Multique populi cadavera ab animalibus devorari patiebantur, quos cum ſupradictis, & cum aliorum ritibus mortuos ſepeliendi ingenioſè enumerat *Jul. Lavor. in ſuis lucubrat. var. de priſco, & recen. funer. more tit. 2. cap. 5.*
3 Quia verò circa defunctorum cadavera ſum-

ma fuit à Romanis habita veneratio, undè ſi-
ve corpora cremarentur, ſivè non (quod hoc
loci minimè refert examinare, & jam fuit à no-
4 bis deſcriptum in *Annotat. ad ll. priores de in
jus vocan.cap.*8) Sciendum eſt idcircò, quod ſe-
pulchra à prima origine intra ſuas quiſq; ædes
in doliis, aut vaſculis habebat, ſic *Aſin.* demon-
ſtrat *in comment. in tit. ff. de Relig. & ſumpt.
funer. l.2.§. In locum*: quod patet ex Juriſcon-
ſulti verbis Ibi: *ſivè in agro, ſivè in ædificio*.
Et hinc Lares dicit in ſingulis ædibus, quos
domeſticos colendo religio perſuaſit in larario:
in quo præter Deorum Penatium, etiam inſi-
gnium virorum, quas venerarentur, effictas
imagines habebant. Primiſque iis etiam Sæcu-
li tàm in Urbibus, quàm in agris humari de-
functorum corpora conſuevere, ut conſtat a-
pertè *ex eod. Text. & Virgil. teſtimonio lib.*11.
ubi ait:

*Nec minus, & miſeri diverſa in parte Latini
Innumeras ſtruxere Pyras, & corpora partìm
Multa virum terræ infodiunt: avectaq. partìm
Finitimos tollunt in agros, urbiq. remittunt.*

Ubi Servius, Poetam inquit meminiſſe conſue-
tudinis antiquæ, ut ante etiam homines in Ci-
vitate ſepelirentur. Deindè verò *l.*10. *tabular.*
eſt id vetitum, cujus verba relata à *M. Tullio
lib. leg.*2. hæc ſunt: *Hominem mortuum in Ur-
be ne ſepelito, neve urito*: quod ab Athenien-
ſibus ſervatum idem refert *lib. 4. epiſt. famil.*
dum ait: *ab Athenienſibus locum ſepulturæ in-
tra Urbem, ut darent impetrare non potui, quod
religione ſe impediri dicerent, neque tamen id
antea cuiquam conceſſerant, quod proximum fuit,
ut in quo vellemus Gymnaſio, eum ſepeliremus,
nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo Orbis ter-
rarum Gymnaſio, Academiæ locum delegimus,
ibique eum combuſſimus, poſteaque curavimus,
ut iidem Athenienſes in eodem loco monumen-
tum ei marmoreum faciendum locarent*. De cu-
jus ritu *Plutarc.* meminit *in de clar mulier. lib.
un. cap.* 19. & poſt utroſque veteres Auctores
Aſin. loc. cit num. 9. & *Lavor. num.* 84. Ejuſ-
dem autem ratio ex teſtibus *in l. mortuorum C.
de Relig. & ſumpt. funer. & l.3. ff. de ſepulc. viol.*
5 erui facile poteſt, ne ſcilicet Urbs cadaverum
fœtore corrumperetur, & incendiorum accen-
dorum cauſa: quæ aliis etiam populis id vo-
lentibus potuit eſſe communis, & *Iſidor.* 15.
*Orig.*11. approbat. Aliæ quoque poſſunt ad-
jungi rationes, nempè ne plura, quàm dece-
ret, ſacra loca forent in Urbe, cujus meminit
Cic. d. lib. 2. leg ubi addit fuiſſe id actum, ut li-
beriores eſſent ſepulchrales cærimoniæ, & ſum-
motus à turba religioſus locus tam facile non
polluerentur. Rursùs, ne Sacerdotes impedi-
rentur ſacra facere, quia nefas Flamini Diali,
qui Jovis ſacra procurabat, locum, in quo bu-
ſtum erat, ingredi; imò ne ſpectare quidem,
ne dum attingare hominis cadaver, ut ex *A.
Gel. lib.* 10. *cap.* 15. & *Gutber. de Jur. Man.*
apertum fit. Et demùm ne Cives hoſtes ſuus in
monumenta graſſari paterentur, ac proindè for-
tiori animo eos procul à mœnibus arcere, ac
propellere tenerentur. Ità *Guicb. in l.1. de fun.*
& de cunctis, è Societate Jeſu *P. Franciſ. Po-
mey in Libitina, ſeù de funerib. epit. erudit. lib.*
2. *cap.*2. §.3. Quæ 12. tabul. lex in deſuetudi-
nem habita, ab Antonino Pio fuit in Urbe re-
ſtituta ſecund. *Jul. Capitol.* totique Italiæ à

Rege Theodorico, ut refert ubi ſuprà *Lavor.
num.*85. qui Leonis Imperatoris auctoritate in
*Novell.*53. irritam deindè ſcribit, & Antonini
6 Philoſophi temporibus, efferа lue adeò inva-
dente, ut vix vehicula, aut ſarraca ad cada-
vera exportanda ſatis eſſent, fuerit ſancitum,
ut ubi quiſque vellet, ſepulchrum haberet. Eſt
Text. in cap. ubicumque 13. *quæſt.*2. de quo ta-
men meliùs infrà.

Et quoniam Gajus in lege noſtra videtur lo-
qui de ſepulchris in agro, ſeù extrà Urbem
conſtitutis per hæc verba: *ſi ſepulchrum, aut
ſcrobem foderit, quantum profunditatis habue-
7 rint, tantùm ſpatii relinquito*, ſeù potiùs *quan-
tùm ſit altum*, quod eſt clariùs, quemadmo-
dum legit *Pet. Crinit. de boneſt. diſcipl. lib* 24.
*cap.*4. *pro quantum profunditatis*, ibi omninò
eſt redeundum. Poſt legem igitur 12. tabular.
conſuetum erat Romanis extrà Urbem, Urbiſ-
que pomæria habere ſepulchra variis in locis,
cum in Campo Martio (qui extrà Urbis limi-
tes erat) præſtantiſſimis tantùm viris, & mu-
lieribus honoris gratia ſepeliri quandoque con-
cederetur, teſte *App. Alex. de civil. bell. Roman.
lib.*1. in quo Syllæ exequiarum deſcriptionem
ſic proſequitur: *Lecticam ſubiere potentiores è
Senatu omni*, idemque *Campo Martio intulere,
quo in loco dumtaxàt humari Reges conſueve-
runt*, quod, & reperit *Flor. in epit. Lucii lib.*
90. & de Julia Cæſaris filia Pompei uxore ſcri-
bit *lib.*106. & *Dio lib.*39. *qui, ipſam ſœmellam*,
inquit, *cum peperiſſet, in puerperio obiiſſe,
eamque de ejus laudibus luculenta oratio habita
eſſet, in Campo Martio ſepulturæ traditam, li-
cet Domitius adverſaretur, dixiſſetque inter ce-
tera, non licere eam in loco ſacro ſine decreto
ſepeliri*. Ex quibus apparet id pro paucis bene-
meritis peculiare munus fuiſſe; Et de A. Hircio,
L. Panſa, & Britannico ſimilia apud eundem
*Florum lib.*119. & *Corn. Tacit. annal. lib.*13. Ita-
8 que Romanorum ſepulchra non modò popula-
rium, verum, & honeſtarum, & eminentio-
rum Familiarum in Suburbanis potiſſimum
erant, Flaminia, aut Latina via, anfractibuſ-
que viarum, ita tamen, ut viam non impedi-
rent. De hoc eſt *Text. in l.2. ff. de loc. & itiner.
public*, De aliis in promptu habeo *Juvenal. in
fin. ſat.*1. ibi:

——— *Experiar quid concedatur in illos,
Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.*

Ad quem locum hæc habet Jo: Britannicus,
*In Latina, & Flaminia ſepeliebantur mortui
extructis ſepulchris, ab utroque latere viarum,
undè extant multa epigrammata ad viatores*. Et
*Propert.*3. *eleg.* 4.

*Di faciant mea ne terra locet oſſa frequenti,
Quà facit aſſiduo tramite vulgus iter.*

*Procop. qui lib.*1. *de Gothor. bello* Adriani extrà
Urbem ſepulchrum ſic refert: *Dùm hæc pera-
guntur, Aurelianam Portam ex altera parte Go-
thi hoc modo invadunt: Adriani Romanorum
quondam Imperatoris ſepulchrum extra Portam
Aureliam extat: & ad lapidis jactum à mœni-
bus procul extructum*. Et *Dionyſ. Halyc.* qui de
Coriolano loquens: *ſuſtulere*, inquit, *lecticam
ipſam illuſtriſſimi bello juvenes, frequentesque
eum in ſuburbanum maximè illuſtra parato rogo
impoſuere*. Minutæ autem plebis, & mancipio-
rum ſepulchra extra portam Exquilinam in via
Lavicana veluti loco publico videbantur in lo-
cum

cum *Puticulos* ex Feſto & Varrone lib. 4. ſeù *Puticulos* à puteis fortaſsè, in quos conjiciebantur, vel à cadaverum putore ita appellatum, de quibus *Baron.* nonnulla in ſuis *ad Martyrolog. notis ſub 4. Id. Februarii.* Quemadmodum dum *Culinæ* in ſuburbanis & *Seſtertia* loca erant, in quibus egenorum corpora cremabantur, & in quos projecta fuere illorum cadavera, quos Imperatores morte damnavarant. De primis *Auguſt Urbic. lib. 1. de contraver. Agr.* De alteris Horatii Scholiaſtes. De utriſque verò poſt *Sueton. & Plutarch.* in Galba optime *Pomey in ſua Libitina ubi ſupra §. 3.*

9 Neque omittere hic debemus ad Ethnicorum quandam forſan ſimilitudinem Fideles quoque diù extra Urbem ſepulchra habuiſſe, ut compertum eſt *d. c. ubicumque 13. qu. 2.* Deinde vero non ſtatim in eccleſiis cadavera humanda cenſuere, quaſi turpe id eſſet ratione loci, in quo Divina celebrantur officia, Deuſve colitur, & verſatur, *c. nullus 13. quæſt. 2. & c. præcipiendum eadem cauſ. & qu. & l. nemo Apoſtolorum C. de ſacroſan. eccleſ.* Exemplo Lycurgi, qui in Delo mortuos ſepeliri, aut cremari fas non eſſe ſancivit, *ex Plutarc. in ejus vita.* Et nos pluries aſpeximus claros, pioſque viros brevi in Eccleſiis morantes, cum ex cadaveribus aere fœdo & corrupto, mala metuerent plurima. Sed in atrio porticulæ, & Eccleſiarum exedris humari cadavera cæptum eſt, *d. cap. præcipiendam*; ſeù in locis quibuſdam ſeparatis, ſacriſque, & ad id aptis, quæ appellantur *Cæmeterio*, quaſi dormitoria, vel ciniſteria quia ibi mortuorum corpora, ſeu cineres recumbunt, & reponuntur. Fidem facit *D. Chryſoſt.* auctoritas *ſerm. in Paraſceve*, qui eſt in ejus tom. 6. *fol* 36. locum cæmeterii quaſi dormitorii appellans, cum defuncti reſurrecturi ibi videantur dormire: Ubi ſciendum; quod in majori Eccleſia per circuitum paſſus 40., in minori verò, aut Capella 30. à Sanctis Patribus ſunt conſtituti, *c. ſicut antiquitus 17. quæſt. 4.* quorum confinia, qui frangere tentaverit, excommunicatur, ut tradit cum pluſimis aliis notitiis *Aſin. loc. cit. n. 68. & ſeqq.* De his videri etiam poſſunt *Vualfrid. Strab. lib. 1. de reb. Eccleſ. c. 6. apud Athen. lib. 4. cap. 5. Durant. de ritib. Eccleſ. lib. 1. cap. 23. Durand. in rational. lib. 1. cap. 5. Barboſ. in collect. ad hæc 5. n. 6. de privil. Lavor. d. tit. 2. cap. 6. n. 110. uſque ad 116. & Franceſ. de Eccleſ. Cathedr.*

10 Veruntamen hæc ad explicationem textus noſtri nullatenus ſufficiunt, oportet enim demonſtrare quomodo quiſque in agro ſuo poſſet conſtruere ſepulchra. Dico autem ad hoc pro arbitrio id non licuiſſe, cum *Cic. in lib.* numquam ſatis laudato, cunctiſque Juriſperitis memoratu digniſſimo, *leg. 2.* hæc habeat pro materia noſtra, verba: *Vetat ex agro culto, eove qui coli poſſit, ullam partem ſumi ſepulchro, ſed quæ natura agri tantummodò efficere poſſit, ut mortuorum corpora ſine detrimento vivorum recipiat ea potiſſimum, ut complectatur; quæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis minuat, neve vivus, neve mortuus. Id quidem l. 12. tabul. decretuque Pontificum cavebatur, licet, deinceps aliter obſervatum vidimus*: quæ ſunt elata, & notatu digna. Conſtituebant vero ſepulchra in finibus agrorum juxta vias militares, ac Regias, ut mortuis viatores bene precarentur, & clarorum hominum mamoria, præclareque factorum recordatione, ad virtutis imitationem excitarentur, quod accurate obſervavit *P. Pomey. loc. cit.* quanquam in mediis aliquando fuerint ædificata, propriiſque ſingulorum fundis, aliiſve in locis à Pontificibus, vel Auguribus, quorum id munus erat, aſſignatis ut *ex Plutarc.* deducitur *in Numa*; Ait in iis amplitudo, græca percurrere non pigeat, videbimus quod fuerat prohibita; Hinc *Cic. d. lib. leg. 2.* De Athenienſium lege: *ſed poſt* (ait) *aliquanto propter has amplitudines ſepulchrorum, quas in Ceramico videmus, lege ſanctum eſt, ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo; neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi, &c.* Et interpretatur Platonis ſenſum in ſua *Reipublic. lib. 12.* ibi: *Extrui autem vetat ſepulchrum altius, quàm quod quinque homines quinque diebus abſolverint, nec è lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem, mortui inciſam, ne plus quatuor heroïs verſibus, quos Logoi appellat Ennius.* Qua in re tamen Romani prorſus nihil ſancivere, ut conſtat ex Javoleni reſponſo *in l. 4. Dig. lib. 8. tit. 4.* ubi *caveri* inquit, *ut ad certam altitudinem monumentum ædificetur, non poteſt; quia id, quod humani juris eſſe deſiit, ſervitutem non recipit: ſicut nec illo quidem ſervitus conſiſtere poteſt, ut certus numerus hominum in uno loco humetur.* Exemplum etiam excellentiſſimum eſt Voſpici in Probo, cujus hæc verba ſunt: *Pugnavit, & ſingulari certamine contra quendam Aradionem in Africa, eundemque proſtravit: & quia fortiſſimum pertinaciſſimum virum viderat, ſepulcro ingenti honoravit; quod adhuc extat tumulo uſque ad ducentos pedes terra lato per milites, quos otioſos eſſe nunquam eſt paſſus*: & alia, his additis, refert ſatis abunde *Kirchmann. d. l. 3. cap. 16.*

11 Igitur in agris plerumque habebantur ſepulchra, quod clare exprimit *Alex. ab Alex. lib. Genial. cap. 2.* hoc modo: *Reliqui verò in agris quiſque ſuis, aut in fundo ſuburbano; ſiù culto, & patria ſolo ex S. C. Ca. Duilio Conſ. Romæ humari conſuevere. In quibus ſepeliendi licet tota genti familiæ jus eſſet à principio, poſtea ut in familiam jus ſepulchri non deſcenderet, recentiore cura proviſum fuit.* Ubi adverto illos, qui proprium campum non haberent, ab aliis emiſſe locum, quod etiam ex *Ulpiani* conſtat reſponſo *in l. 14. ff. de releg. & ſumpt. funer.* Et ſi ſacra miſcere licet, opportunum adeſt exemplum Abraham *Gen. 23.* Immo quandoque à nonnullis ex benignitate condebatur; ut aliquis in ſuo fundo tumularetur, *l. 4. ff. eod. ſequitur Lavor. d. tit. 2. cap. 5. n. 97.* Verum ſepire & circũvallare Priſci ſepulchra conſuevère, quemadmodùm ex *Pauſania Eliacor. 2. & Dione lib. 51. Kirchmann. probat d. lib. 3. cap. 17.* Unde Macer Juriſconſultus *in l. 37. ff. eod. tit. de Relig. ex D. Adriani reſcripto monumentum ſepulchri id eſſe cenſui, quod monumenti, ideſt cauſa muniendi ejus loci factum ſit, in quo corpus impoſitum eſt.* Quæ ſepimenta aut ex Maceria fiebant, *Ulpian. in l. ede ſacra ff. de contrah. empt. Intra maceriam, ſic inquit, ſepulchrorum loca pura hortis, vel ceteris culturis ſervata, ſi nihil nominationi venditor exceperet, ad emptorem pertinent.* Vel ex humili aliqua materia, *Suet. in Nerone cap. 33.*

*cap.*33. ubi, relata Britannici morte, *Denique*,
ait, *buſtum conſpiri, niſi humili levique mate-
ria neglexit*. Vel potius ex ſilice, & marmore.
*Id.Suet.de ſepulchro Neron.cap.*50. *in eo monu-
mento ſolium Porphyretici marmoris, ſuperſtan-
te Lunenſi ara, circumſeptum eſt lapide Thaſio.*
Et Statius in tumulo Priſcillæ.

——— *Tantas venerabile marmor.*

Sepit opes ———

Et quandoque ex ferro, quod docuit *Strabo
lib.*5. ubi de Auguſti Mauſoleo: *in medio autem
campo buſti ejus ambitus ex albo ſaxo in orbem
cinctus ferrea ſepe, intus alnis conſitus*, congeſ-
ſitque *ibid.Kirchmann.*

De ſepulchris profectò in agri confinio ædifi-
catis ex dictis ſequitur loqui Legislatorem no-
12 ſtrum, alias in medio proprii ſoli ratio de inter-
ſtitio relinquendo nullatenus appareret, quis
id tantum conſpicitus ſancitum, ne vicino detri-
mentum aliquod afferatur, iiſdem prorſus de
cauſis, quæ alibi ſpatium hujuſmodi Priſci Ju-
reconſulti requiſivere. Sed quia in ſepulchris
maxima inerat Religionis obſervatio, conſti-
13 tuebatur enim Religioſus ſepulchri locus, non
legitima solùm corporis illatione in illud, ſed
etiam Glebæ injectione, quæ ſolutis Juſtis, ter à
à ſacerdote publico ſuper tumulum fiebat, ea-
que demum accedente (verbis utimur *Cic.*etiam
2.*leg.*) tum & corpus *humatum* dicebatur, &
Sepulchrum dicebatur ac denique *religioſa jura*
complectebator. Ita etiam ſepulchorum locus
ſacer vetuſtis legibus declarebator; *Ubi corpus
demortui hominis condas, ſacer eſto* & alibi: *Ne
quis veſtibulum aditumve ad ſepulchrum uſuca-
pito*, quod *Paul. Manut. in ſuo de legib.* refert
fol. 143. Plura conjiciuntur ex *ſæpè cit. tit. de
Relig. & ſumpt. funer. & l.*3.*&* 4. *C.de ſepulcb.
viol.* quibus cum *Cic. tex.in cod.lib. leg.*2. niti-
tur *P. Pomey ubi ſupra §.* 4. *n.*2. Et cum habe-
rentur, ut loca ſacra etiam quæ ſepulchris erant
contigua, ita ut, ſi intra Urbem locata fuiſſent,
univerſam brevi occupaſſent, feciſſentque ſa-
cram, nec licuiſſet quicquam eorum facere, quæ
ad prophana miniſteria pertinerent: Idcirco ne
Religio totum occuparet ſolum, in quo ſepul-
chrum erat, alia Diſtantiæ cauſa obſervabatur,
definiri namque ſolebat ſpatium loci religioſi;
ut ſciretur quid puri loci relinqueretur. Et in
monumentis ipſis, quorum alia erant lapidea,
alia teſtacea, alia vero marmorea, ut expendit
eod.loc.Kirchmann. poſt *Strabon.lib.*8. alioſque
veteres, plures referens inſcriptiones, hæc ſæpe
verba inſcribeantur *In fronte*, ideſt in latitudi-
nem, *pedes decem* V.G. ideſt *in agrum* in longi-
14 tudine *pedes* tot, ut ex *Interpret. Horat.Satyr.*8.
*lib.*1. ſeu brevitatis verbis hoc prorſus modo *IN
F.P.XXI. R.P. XXVI.* ſcilicet *IN FRONTE
PEDES VIGINTI UNUM. RETRO PE-
DES VIGINTI SEX*: quod exemplum acce-
pimus à *Sertor.Urſato in Monument. Patavin.
lib.*1.*ſect.*2.*fol.* 44. qui, iiſdem allatis rationi-
bus, quas nos hic inſeruimus, in imis cippis
pedum hanc menſuram fatetur à majoribus ad-
notatam, *tam ut quantus locus à fronte, à la-
tere, à tergo ſeu retro ſacer puruſque relinquen-
dus eſſet, cognoſceretur: cum etiam ut area ſe-
pulchralis ab omni parte ſuum liberum haberet
acceſſum.* De cujus ſententia, quæ noſtrum fle-
ctit judicium, frons monumenti erat, quæ viam
vel agri limitem tangebant. Pars vero poſterior,
quæ agrum reſpiciebat: & hæc in cippis deno-
tata erat per illas voces *RETRO IN AGRUM*
nec non aliquando *IN PARTEM POSTE-
RIOREM*. Ideoque in jore *Ambitus monu-
menti* pedes ſunt in fronte, & in agro, qui lon-
gitudinem & latitudinem deſignant. Ita *Jacob.
Guther.* paulo infra melius citandus.
15 Venditori agri, in quo mortuorum corpora
condebantur, ingens probrum erat, ni ſepul-
chrorum jura, ſcilicet itineris, aditus ambitus,
l.utimur ff.de ſepulc.viol. apud ſe retinuiſſet, de
quo etiam aptiſſimum Ciceronis teſtimonium *in
orat.pro* Roſcio *Amer. Cui de tanto patrimonio
prædio iſte nefarius, ne iter quidem ad ſepul-
chrum patrium reliquiſſet.* Nec non miſerrimus
agricola divitis cujuſpiam avaritia, qui terram
terram ejus totam ſibi vendicaverat, omnibus
bonis ſpoliatus, *ut ſuo ſaltèm ſepulchro paternum
retineret ſolum, amicos plurimos ad demonſtra-
tionem finium trepidans animè corrogarat*;
apud *Apulejum Metamor. lib.*9. quem citat *Ur-
ſatus loc. ſuperiùs adduct.* Hinc autem factum
eſt, ut jus itineris in Juriſconſultorum libris ſæ-
pè legatur uſurpatum, quod non ad ſepulchrum
ipſum, cum ſervitus hæc Religionem non ha-
beat, ſed ad perſonas refertur: eſtque idem pror-
ſus, ac ſepulchri jus per *Tex.in l.*3.*&* 4.*ff.quem-
admodum ſervitus amitt.* quæ ſervitus remitti,
& acquiri domino fundi poteſt *d. l. ſervitus §.
Servitutem ff.de ſervitut.* & eſt à Religione in-
ter prædiorum Dominos admiſſa: ſemper enim
via ad ſepulchrum quit vendicari *l.*1.*ff.ſi ſervi-
tut. vendic.* ità ut illam vicinus præſtare coga-
tur, etiam ſi non adſit, immò ſi à vicino ire pro-
hibeatur, iter ad ſepulchrum peti precario, &
concedi ſolere, ut quoties debetur ab eo, qui
fundum conjunctum habet, impetretur, Impe-
ratoris Antonini cum Patre reſcripto eſt decre-
tum, ut fusè probat *Guther. in tract.de Ju.Ma-
nium, ſeù de Vet. funer. more lib.* 3. *cap.*12. qui
16 Imperatores jura vetuſtiora correxere de ne-
mine invito cogendo ad iter per ſuum fundum
præſtandum ad ſepulchrum, quod docuerat *M.
Tullius d.orat.pro Roſcio*; & recentia hæc tradit
Sicul. Flacc. in tract. de limitib. his verbis: *ad
omnes agros ſemper iter liberum eſſe, nam ali-
quando, deficientibus viis vicinalibus, per agros
alienos iter præſtatur, quæ etiam conveniunt
precario, uti ſervitutem præſtent his agris, ad
quos neceſſe habent tranſmittere pervium.* Cau-
ſa verò iter præſtandi potiſſima erat faciendi
funeris *ad Text.in d.l.utimur ff.de ſepulcb. viol.*
cujus lectionem in Pandectis corruptam nota-
vit *Guther. ibid.* ubi *iter ejus* exprimitur pro
iter, & jus, eamque ſic reſtituit. Porrò erant
proximis hæc conceſſa, quorum nomine inſe-
riores, & ſuperiores vicini erant de ſenſu ejuſ-
dem Gutheri, qui fundatur in *Text.l.non ſolùm
ff.de oper.nunc.* & in quampluribus vetuſtis in-
ſcriptionibus, quas (more ſuo) eruditiſſimè in-
terpretatur, ubi & aditum ab itinere putat mi-
nimè ſeparandum eſſe *ex l.ſi item ff. ſi uſufruct.
petat.*

**Sed ex vetuſtis, & obſoletis ad nova, & uſi-
tata deſcendendo, breviter noto, quod hodie
17 Parochis, & cunctis regularibus cadavera pro-
pè Altare, aut ſub Altarium pradellis (ut vulgò
dicitur) ſepelire vetitum eſt *ex cap. præcipien-
dum* 13.*quæſt.*2.*et ex S.Pii V.conſtitut.* extant-
que plures *Sac. Congregat. Epiſc. reſolut.* apud**

Ric-

Digitized by Google

*Ricciam in collect.decif.p.8.coll.*3838. ubi quod
ità debeat ab Altari diſtare, ut Sacerdos cele-
brans ibi non cogatur pedibus inſiſtere: & apud
Samuel.in tract.de Sepultur.tract.1. controverſ.
*1.concluſ.*3. qui ait, ſi conſtructæ in eo loco re-
periantur ſepulturæ, quod non modo celebrari
in illo Altari Miſſa non debeat, verùm interdi-
ci, donec alio loco corpora transferantur. Et ſe-
quitur *Dulph.* in ſimili, & eleganti *de Sepult.*
*tract.cap.*1.*n.*6.

ADNOTATIO.

Duæ antiquitùs reperiebantur ſanctiones in
ll.12. Tabular., quibus funera coercceban-
tur: Atque alterum caput vicinis proſpiciebat;
Alterum verò ipſiſmet Dominis ſepulchrorum;
Vicinis enim proſpiciebatur vetando ne in
Urbe ſepulchrum, aùt rogus fieret, ut innuit
noſter Author *num.*11. nevè rogus, buſtumvè
fieret propiùs quàm ſexaginta pedes ad ædes
28 alienas, & hoc propter timorem incendii, quod
ex cremandis cadaveribus in vicini damnum
poterat exardeſcere: Sepulchorum autem Do-
minis jura illæſa remanebant, dum vetabatur
forum, ideſt veſtibulum uſucapi poſſe, quemad-
modùm tangit *Pacichell. n.*13. & advertit *Cic.*
29 *de leg.*2. quem refert *Balduin. in ll.* 12. *Tabu-*
lar. cap. 31. *in fin.* ubi mentionem habet *noſtræ*
Legis; Ad quam materiam eruditè ſatis expla-
natam, videndus *Jacob.Renard. ad ll.*12.*Tabu-*
*lar.cap.*15.*de ſumptibus funer. et jur.ſepulchror.*
eaſdemque Leges ferè totas per extenſum re-
fert *Ludovic. Carond. ad dd. ll. in princip.* ibi:
,, Hominem mortuum in Urbe ne ſepelito; neve
,, urito, rogum aſcia ne polito. Tria ricinia rica
,, purpurea, decem tibicines, nec ampliùs ſunto,
,, hoc plus ne facito; Mulieres genas ne radun-
,, to, neve leſſum funeris ergò habento. Homini
,, mortuo ne oſſa legito, quo poſt, funus faciat,
,, præterquàm ſi peregrè, vel militiæ mortuus ſit.
30 ,, Cadavera ne ungito. Vino rogum ne reſper-
,, gito: ne in funere circumpolato. Nè longè co-
,, ronæ ſepulchris impunantor. Ne aceræ funeris
,, ergò ponantor. Qui coronam parit, is pecu-
,, niave ejus virtutis ergo arguitor: Nè aurum
,, addito. Quoi auro dentes vincti eſſent, aſt &
,, cum illo ſepelire, urereve, ſine fraude eſto, ne
,, uni plura funera facito, neve plures lectos in-
,, ferto. Rogum, buſtumve novum ne adjicito
,, ædes alienas invito Domino; forum buſtumve,
,, ne uſucapito: Super quibus Ethnicorum riti-
bus, & aliis hic obſervatis per *Pacichell.* faciunt
deducta per *Barboſ. de offic. & poteſt. Parochi*
*par.*3. *cap.*26. *n.* 5. & benè perpenſa per *Rot. in*
Neopolitana Capellæ, & ſepulchri ſuper bono ju-
re 24. *Maii* 1723. §. *Nec nimium in funeribus*
cum ſeq.cor.R.P.D.Calcagnino.

Pro eo verò, quod attinet ad Eccleſiæ Ca-
31 tholicæ ritus, ſciendum eſt, quod antiquitùs
mortuorum corpora in Eccleſiis ſepelire non
conſueverant, unde videmus Cœmeteria, &
Cryptas, quæ etiam Cacaeumbæ dicuntur, in
quibus Chriſtianorum Martyrum corpora, alio-
rumque Catholicorum condebantur; deindè
verò ſola Martyrum Corpora intùs Eccleſiam
32 ſepeliri cœperunt, immò etiam in propriis do-
mibus, reliqua verò corpora ponebantur extrà
Urbem in locis, quæ etiam Cœmeteria appel-
labatur. Poſteà Imperatoribus, & Epiſcopis in-
33 dultum fuit, ut intùs Eccleſiam ſepulturæ de-
manderentur, & poſt varios caſus, omnibus in-
diſtinctè poteſtas facta fuit, etiam Laicis ha-
bendi ſepulchra in Eccleſia, & approbatum vi-
24 detur *in cap.ex parte, & in cap. cum liberum de*
*ſepultur. Rot.deciſ.*15.*cor.Cavaler. & dec.*199.
*n.*6.*cor. Prato* cum aliis relatis per *Eminentiſs.*
D. Card. Patram ad Conſtit. III. Cœleſtini III.
*ſect.*1.*ex n.*6.*ad* 11.

Plurima, quæ circa ſacram ſepulchorum eru-
ditionem adnotari poſſent, conſultò omittimus,
cum ad noſtrum diſtantiarum propoſitum non
admodùm conducant. Tria tantummodò, quæ
ad intentum diſtantiæ ſufficiant, obſervabimus,
quod ſcilicèt non in omnibus locis conſtrui
poſſunt Eccleſiæ propter præjudicium circa
funeralia; non in omni Eccleſia poſſunt tumu-
lari omnium cadavera; non denique in omni
parte Eccleſiæ poſſunt haberi ſepulturæ.

Quod ad primum attinet, ſi Regulares con-
ſtruant Monaſterium cum Eccleſia (in qua no-
va conſtructione juxtà ſuperiùs nota *cap.* 6. *n.*
24. *& plur. ſeq. fol.*49. *& n.*36. inter cætera ne-
ceſſarius eſt conſenſus Parochi) Parochus au-
tem non aliter conſenſum præſtet, quàm ſub
25 ea conditione, ne Regulares recipiant ad Ec-
cleſiaſticam ſepulturam abſque Parochi con-
ſenſu Parochianos ejuſdem, etiamſi in eadem
Regulari Eccleſia dictam ſepulturam elegerint,
ipſi Regulares hoc pactum ſervare debent, ex
pleaè deductis in *dec.*477.*n.*7.*&* 8.*& deciſ.*489.
*n.*7.*& ſeq.p.*19. *to.*2. *rec.* cujus fundamenta ex-
pendit *d.Eminentiſs.Card.Petra ad d.Conſtit.*3.
*Cœleſtini III.ſect.*1.*n.*23.*fol.*196.*tom.*2.

Pro eo, quod ad ſecundum pertinet, non poſ-
ſunt ſepeliri cadavera defunctorum in Eccleſia
26 interiori Monialium, nec in ipſis poteſt eligi
ſepultura ab aliquo viro, vel muliere degente
extrà ipſarum Clauſtrum. In Eccleſiis autem
exterioribus, quidquid ſit in puncto juris, ho-
diè certum, quod abſque licentia Sacræ Con-
gregationis Epiſcoporum, & Regularium non
poſſunt tumulari dicta Cadavera, ut pluriès re-
27 ſolvit eadem Sacra Congregatio, quemadmo-
dùm videre eſt apud *Pignatell.conſult.*177.*to.*4.
n. 1. relatas per extenſum *ab Eminentiſs. D.*
*Card.Petra loc.citat.n.*29.

Demùm circà Tertium, ut obſervat etiam
noſter Author n. 17. nequeunt ſepeliri cadavera
defunctorum propè Altaria, ut ultrà relatos
hic per *Pacichell.* tradunt *Gonzalez in cap.fra-*
*ternit.*3.*de ſepultur. Tondut.quæſt.beneficial. to.*
1, *cap.* 114. *n.* 3. quia cum antiquitùs Altaria
28 erigerentur ſuper Corpora Sanctorum Marty-
tyrum teſte *D.Auguſt. ſermon.*11.*de Sanctis*, &
D. Hieronymo adversùs Vigilantium, quos re-
fert *Pignatell. dict.conſult.*32. *n.*3 *tom.*4. hoc re-
dolebat corporis humati ſanctitatem, ut proſe-
quitur *præcitatus Eminentiſs.Petra loc.præd. n.*
11. propterea omnibus aliis eſt interdictum re-
quieſcere poſt obitum ſub Sacri Altaribus, quæ
29 idcirco nequeunt conſecrari, niſi priùs extra-
hatur cadaver, & repleatur locus ſubtus eadem
Altaria, ut pluries declaravit *Sac. Congregatio*
Epiſcoporum juxtà relata per *Pignatell. d. con-*
*ſult.*32.*per tot.tom.*4.

Sin autem Altaria jam extiterint conſecrata,
non ob id conſecrationem amittunt; debent ta-
men interdici, donec dicta Cadavera, vel Alta-
30 ria ipſa in alium locum transferetur; ut reſol-
vit eadem *Sac. Congregatio* 23. *Septembris*
1593. relata per *Eminentiſſimum Petrum ad*
dict.

dict.Conſtit.3.Cæleſtini III.ſect.1.n.12.

Quod de Altaribus diximus, eſt etiam intelligendum de Scamnis eorumdem Altarium, quæ vulgò vocant Bradellas, Prædellas, ſeù
31 Pedillia, adeoùt Sacerdos celebrans non teneatur pedibus inſiſtere ſuper corpora defunctorum, ex allegat. per noſtrum *Authorem n.17.* & poſt *Fuſcb.de viſitat.lib.21.cap.1.n.15. Redoan. de Simonia p.3. cap.18. n.19.* firmat *Eminentiſs. Card.Petra, ubi ſupra poſt n. 12.* diſtantia verò à prædictis ſcamnis, ſeù Prædellibus ad oſtium ſepulchrorum debet eſſe trium cubitorum, &
32 ita aptari; ut tota circumferentia ipſius ſepulchri ſubtus terram effoſſi Pedilia ipſa, ſeù Scamna Altaris non attingat ex traditis per *Pignatell.dict.conſult.32.in fin.tom.4.*

Quia verò *Textus noſter* loquitur de profunditate ſervanda in effoſſione ſepulchrorum, ideò pro coronide non inutile erit adnotare, quod
33 ſepulturæ fabricandæ ſunt infra terram, & depoſita, ſeù conditoria cadaverum collocanda ſunt in tumbis profundis, & eorum operimenta debent æquare ſolum Eccleſiæ *Concil. Mediolonen. primum p. 2. tit. de ſepult. apud Card. de Lauræa in epit.can.v.ſepultura. Pignattell.to.4. Sebaſt. Medices tom.2. tract.de ſepult. qu.5. n.4. Novar. in Summ. Bullarii de ſepult. p.2. comm. 116.n.1.& Thomaſſin.de Benefic.p.3. lib.1. cap. 67.n.2.* cum aliis allegatis per *d. Eminentiſs. D. Card.Petram ad Conſtitut.3.Cæleſtini III.ſect.1. poſt num.12.fol.193.* ubi plura ad materiam videnda.

CAPUT VIII.

Diſſeritur, quæ ſit Diſtantia in aperienda Fovea: & quomodò hujuſmodi ſervitus conſtituatur: Cloacarum quidditas, conſtructio, ac purgatio expungitur.

SUMMARIUM.

1 *Scrobis nomen Puteos, & Foveas comprehendit.*
2 *Fovea quid ſit: quidve Foſſatum.*
3 *In propria ſolo qualitèr fieri poſſit propè vicinum.*
4 *Æmulatio quandò ceſſet, atque nocendi animus intret.*
5 *Tenetur dominus pro animali mortuo, vel debilitato in inutili fovea.*
6 *Ob publicam utilitatem licet cum vicini damno aquas divertere.*
7 *Si aqua per foveas fluere poſſit, non poterit inferior cogi ad eam recipiendam.*
8 *Spatium duorum pedum ad vicini confinium eſt relinquendum.*
9 *Propria eſt prædii, cui adhæret: vide num.13.*
10 *Ejus dominus viam reparare debet.*
11 *Quando judicetur communis.*
12 *Arbores etiam quando ſint communis judicandæ.*
14 *Privata fovea retractum impedit.*
15 *Publicas recipiens ſordes in ſervitutem redundat.*
16 *Publica expenſis publicis eſt excavanda.*
17 *Quicumque in ſuo poteſt illam aperire.*
18 *Denegata foveæ excavatione, clavica poteſt aperiri, in quo præſcriptio non officit.*
19 *Nemo ſuperiores aquas cum periculo nimiæ læſionis tenetur ſuſcipere.*
20 *Ad prædii dominum qualiter ſpectet fovearum purgatio.*
21 *Conductor, ſeù Colonus debet eas facere, ac purgare.*
22 *Quid ſi à pluribus fuerit debita ſervitus aquam recipiendi?*
23 *Non ſemper aditus pro illa purganda eſt habendus apertus.*
24 *Cloaca quid ſit, & qualiter aperienda, & purganda num.25.*
26 *Scrobes quomodò ſint effodiendæ?*
27 *Domus Civium deſtrui poſſunt pro foſſatis Civitatis.*
28 *Foveæ menſurandæ ſunt cum fundo vendito.*
29 *Idem dic de Alveo fluminis non navigabilis.*
30 *Foſſata tanquàm pars fundi, comprehenduntur in venditione.*
31 *Flumen, & Alveus foſſati, quandonam dicatur publicum, & quando privatum? & n.38.*
32 *Foſſatum inter prædia vicina, apponitur ad denotanda confinia.*
33 *Et unuſquiſque vicinus habet dominium ripæ foſſati à ſuo latere.*
34 *Foſſatum inter confinia ſpectat ad utrumque vicinum pro dimidio.*
35 *Amplia ſivè ſit inter agrum, & agrum, ſivè inter agrum, & vineam.*
36 *Via intermedia non impedit vicino dominium ripæ foſſati.*
37 *Secùs quando foſſatum eſt privatum.*
39 *Alveus publicus expurgari debet expenſis publicis abſque privatorum detrimento.*
Fallit ubi vigeat contraria conſuetudo n.42.
40 *Privati pro alveo publico tenentur dimittere pedes 15. ſpatii liberi.*
41 *Secùs in locis publicis, in quibus ſufficit diſtantia 10. pedum.*
43 *In expurgatione privatarum fovearum pacta ſunt attendenda.*
44 *Conductor tenetur in expurgatione, facere illas expenſas, quæ reſpiciunt fructuum recollectionem.*
45 *Fallit ſtante contraria conſuetudine.*
46 *Expurgatio reſpiciens longum tempus debet fieri à Domino, non à Conductore.*
47 *Uterque vicinus pro ſua parte tenetur expurgare foſſata.*
48 *Vicinus expurgans, in tota ſui latitudine foſſatum intermedium, præſumitur id facere jure communionis.*
49 *Expurgatio fieri debet ab omnibus, qui ſentiunt commodum dictæ expurgationis.*
50 *Amplia etiam ſi unus bona poſſideat in ſitu eminentiori.*
51 *Præcipuè ſi aqua decurrat ad fundos inferiores per opus manufactum.*
52 *Maximè accedente obſervantia.*
53 *Aqua ingreſſa in fundum ſuperiorem divertì poteſt in præjudicium fundi inferioris.*
54 *Amplia etiam ſi aqua ducatur à flumine publico.*
55 *Declara principalem concluſionem non habere locum, quando defluxus ad locum inferiorem ſit per opus manufactum.*
56 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione ducendi aquam per alienum fundum debet manuteneri.*
57 *Nequit tamen variare aquæductum.*
58 *Quid agendum ſtante pacto, ut quis poſſit variare?*
59 *In ſervitute aquæductus, fundus ſerviens non tene-*

teneatur præſtare, niſi patientiam.

60 *Amplia, etiam ſi ex decurſu aquæ ſentiat aliquod leve commodum.*

61 *Curſus aquæ nequit immutari in præjudicium publici boni.*

62 *Aqua inconſulto Principe duci nequit per loca publica.*

63 *Vicinus cogi poteſt ad vendendam fundi partem pro conſtruendo Aquaductu ad publicum bonum.*

64 *Aggeres reparandi ſunt expenſis omnium poſſeſſorum pro rata utilitatis.*

65 *Nec tenentur ad expenſas contribuere bona, ad quæ non ſunt perventuræ inundationes.*

66 *Maximè ſtante negativa obſervantia ſuper non ſolutione, & num. 68.*

67 *Conſuetudine induci poteſt, ut ſoli adjacentes teneantur reparare aggeres.*

69 *Idem in pactum deduci poteſt.*

70 *Declara, ut obligatus in vim pacti ad manutentionem aggerum non teneatur ad expenſas extraordinarias ob caſus fortuitos.*

71 *Adjacentes tenentur de jure ad ſolam manutentionem riparum.*

72 *Clavica an inducat conjecturam ſervitutis, & quommodò?*

73 *Cloaca inventa eſt ad conſervandas mundas Urbes.*

74 *Aer peſtilens redditur ex immunditiis.*

75 *Vicinus cogi poteſt ad expurgandam Cloacam, ne malus odor noceat vicino.*

POſſet nonnullis videri prima facie nihil prorsùs de Fovea Legiſlatorem hic ſtatuiſſe, cum tale verbum non legatur in textu. Sed verborum vires benè callentibus hæc non latent, ne-
1 que altiſſima, ut dicitur, ſunt repoſta mente; Tractatio enim de *Fovea* cadit ſub nomine *Scrobis*, quod eſt vox ſynonima, ſeù generica ſub ſe comprehendens Puteos, vel Foveas intrà terram manufactas (ideſt artificiali inſtrumento) ad vineas, vel arbores conſerendas, vel ad metalla, & quæcumque alia ſodienda, ut deſcribitur *in Theat. ling. lat.* & apud quoſcumque Græcos Lexicographos eſt compertum. Ad rem facit illud Columellæ: *ante annum quàm poma diſponere voles, ſcrobes fodito*, qui Auctor de hac materia multus eſt *in lib. 4. cap. 15. & lib. 5.* ubi agens de Ficu: *in ſcrobem*, ait, *Fici arbuſculam depoſito*. Immò, & promiſcuo ſenſu Fovea accipitur pro ferarum. Scrobe venandarum cauſa facta, ut in *l. 18. ff. ad l. Aquil.* & Pauli in ea reſponſio, *qui foveas Urſorum, Cervorumque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus fecerint coque aliquid decidit, factumque deterius eſt, lege Aquilia obligati ſunt.*
2 Deſcribitur Fovea ab Ulpiano *in l. un. ff. ut flum. public. Receptaculum aquæ manufactum*, ubi *gloſſ.* id exemplificat in iis terræ excavationibus, quibus caſtra cinguntur. Sed meliùs illæ appellari poſſent *Foſſata*, ſeu *Valla*, ut deducitur ex *Tex. in l. 3. §. 1. qui in exploratione ff. de re milit. Caſtra omnia foſſato circumibat*, *Capitol.* inquit *in Giordiano*: quod adprobat *Veget. lib. c. 16.* Undè hodiè ob ingraveſcentem in Imperio ſtatuum inter ſe differentiam, & imminentia civilium armorum pericula multos Principes ſuas Civitates palatinas turribus, & propugnaculis, vallis foſſiſve munire conſueſcere, aſtruit *Fritſch. in tract. de Palat. Princip. cap. 10. nu. 23.* Sed nos axiſtimamus in jure Foſſata, & Foveas pro iiſdem, rebus accipi. Satis eſt ſententiam roborare auctorit. *Bertazzol. in tract. clauſ. clauſ. 20. c. 7.* quem ſequitur *Coſta de fact. ſcient. diſp. 50. num. 12. cent. 1.* & communitèr dicitur Foſſata intra fundum, vel circa fundum exiſtentia, menſuranda eſſe cum fundo vendito.

3 Dubium in hoc capite peculiare eſt. Utrum fovea in proprio ſolo fieri poſſit, propè domum, & murum vicini? Ad hoc affirmativè reſpondeo, dummodò fiat, ut ſibi principaliter proſit, & vicino minimè nocumentum afferat, fundamenta ejus non deſtruendo, nec marceſcendo cum aqua in illa recolligenda, & non fiat ad æmulationem. Tota hujus ratio eſt in *l. vicinus 24. ff. de aqua, & aquæ plav. arc.* ibi: *ſed, & ſi foſſas feciſſet ea, quibus aqua pluvia poſſet nocere, arbitrum ſi appareat futurum, ut aqua pluvia noceret, cogere oportere foſſas eum explere, & niſi faceret condemnare: tametſi antequàm adjudicare, aqua per foſſas nunquàm fluxiſſet*; Conſpicitur enim ſemper damnum futurum, & condemnatio fit ad intereſſe, vel cautio jubetur de damno infecto, ut ex *l. Atteius §. fin. ff. eod.* & etiam manu militari poteſt effector Foſſæ cogi ad demoliendum, & ad opus deplantandum, benè ratiocinatur *gloſſ. ad c. l. Vicinus fundata in l. qui reſtituere ff. de rei vindic. & in l. ſtipulatio §. Sivè de nov. oper. nunc.* Immò ſi licentia ad illam aperiendam emanaverit, ſemper intelligetur conceſſa abſque damno, & incommodo alterius. *Tex. in l. 2. §. Merito, & §. Si quis à Principe ff. ne quid. in loc. public.* ubi *gloſſ.* plura ad hanc materiam allegat jura. Sequuntur *Cæpoll. de ſervitut. urb. præd. cap. 60. ſub n. 3. & Sabell. var. reſolut. & reſponſ. cap. 79. n. 21. 22. & 23.* De frequentibus in agro Romano Puteolani pulveris foveis, ejus inquam pulveris, qui *cum calce, ac cæmento commixtus, non modo cæteris ædificiis præſtat firmitates, ſed etiam moles, quæ conſtruuntur in mari ſub aqua facit ſolideſcere*, ut inquit, *Vitruv. lib. 2. cap. 6. poſt Plin. lib. 35. cap. 13.* undè in Gallias ob miram in ſtructuris firmitatem affertur, non diſſero; Satis enim erit poſt tractatum addere *Illuſtriſſimi D. Nicolai Severali* celeberrimi Advocati *Reſponſum* veluti precioſiſſimum ſummæ doctrinæ fragmentum.

4 Ceſſat verò æmulationis præſumptio cum Foveæ viam publicam reſpiciunt, tùm enim intrat communis, ac ſingularis ratio utilitatis. *Jaſ. conſ. 180. num. 18. lib. 2.* & ob id aqua à ſolito curſu rectè diverti poteſt. *Dec. conſ. 244. num. 7. & 8. verſ. ſecundo non obſtat. Pariſ. conſ. 205. n. 15. lib. 1. & Jo: Bapt. Antonell. conſ. 88. num. 11.* Quemadmodùm conſtat nocendi animus cum Ager his ſulcis non indigebat, ut advertit egregiè *gloſſ. in d. l. vicinus verbo, cogere poſſe.* Tùnc enim fovea inutilis eſſet, quo in caſu ſi aliquod vicini animal in eam ceciderit, & deindè fuerit debilitatus, vel mortuus, & teneretur do-
5 minus pretium ſolvere, vel damnum emendare, & animal mortuum, vel debilitatum pro ſe retinere. Sic diſponitur *in cap. 11. de injur. & damno dat.* plura affert *Capolla ubi ſuprà cap. 47. num. 2.*, & tradit *Sabell. dict. conſ. num. 27.*

6 Extenditur publicæ utilitatis ratio, cujus prædii domino licitum eſt cum aliquo vicini

damno aquas pluvias divertere, ut ſentiunt
DD. inter quos melius ſcribunt *Pariſ.in d.conſ.*
105.n.5.lib.1.Alex.conſ.108.n.2. lib.2. Menoch.
conſ.1172.n.8.& Theſaur.deciſ. Pedemont.145.
n.8.ad l.2.§.Sunt autem ff.ne quid in loc. public.
Eas foveis arcendo; quibus prædium adjacentis
viæ muniatur. *Tex.in l.1.§.Labeo,ff.de Flumin.*
Pariſ.ibid.Dec.conſ.144.n.4. & 9.fin. Antonell.
ubi ſuprà n. 15. quanquam promiſſio extitiſſet
de aquam recipiendo ex prædio ſuperiori. *Ce-*
phal.conſ.771.n.1.& ſeq. qui fusè materiam au-
get, & *Ladercb. conſ.146. n.3. verſ. ſcientiam.*
Quod ſi aquæ per Foveas fluere poſſit, non po-
7 terit prædii inferioris dominus cogi, ut aquam
à ſuperiori fluentem recipiat. *Beront conſ. 143.*
per tot.lib.3.& Ladercb.d.conſ. Præcipuè ſi dam-
num inferiori abſque ulla Superioris utilitate
afferretur, per tradita à *Cephal.conſ.130.n.15.&*
ſeqq.& à Jaſ.conſ.130.n.17. lib.2. quos citat &
ſequitur *Antonell.ubi ſuprà n.19.& 20.*

8 In illa tamen à privato facienda ad vicini
confinium, tantùm ſpatii eſt relinquendum,
quantum erit ipſius foveæ profunditas, ideſt
duorum pedum, ut ex noſtra *fin. d.Sabell. loc.*
cit.n.23. Quæ menſura non à Regione, & præ-
fixo domus vicini termino eſt capienda, ſed ex
eo, ubi cadit ſtillicidium, & quouſque ſtilli-
cidii rigor ſe extendit, per ea, quæ ſingulari-
tèr tradit *Capoll.in oper.cit.cap 28 n.8.* illudque
relictum ſpatium non propterea eſſe definit ip-
ſius foveæ domini. *Id.Capoll.cap.40.n.5.*

9 At in dubio quiſnam erit Foveæ dominus
cenſendus? Dicimus regularitèr Foveas pro-
prias eſſe prædii, cui adhærent. Ita exiſtima-
vere *Alex.conſ.120.n.5.lib.2. Burſatt. conſ.409.*
n.3. quæ pars fundi dicuntur: *Jo:de Amic.conſ.*
10 *1.n22.Jaſ.conſ.91. n.5. lib.1. & Surd. conſ.76.*
n.19. cujus dominus propterea ad viæ repara-
tionem tenetur, ut tradit *Pariſ.d. conſ.105.* ne
de damno teneatur *ex reg. damnum de reg. jur.*
in 6. quod etiam indicat *Antonell. d.conſ.88. n.*
3. Si verò ſint inter prædia privata, communia
11 erunt judicanda, maximè cum fuerint in uſu
publico, *ad l.un.ff.ut in flumin.public.navig.lic.*
§.Foſſa, & l.2.§.Intereſt ff.de flumin. Bartol. in
tract.Tyberiadis in princ.in verb. agro in 2. col.
ibi, *ex illo collige, & in 4.col.in verbo flumen.*
Alex.conſ.54. vol.5. Pyrrh.in conſuet. Aurelia-
nenſ.tit.de ſervitut.cap.21.Caſſinaeus in conſuet.
Burgund. rubr. 13.§.1. in verb. par foſſez verſ.
quaro n. 1. & ſeqq. fol.3. 66. ubi plura, & per
Nepit. in conſuet. Catanenſ. tit. 60. n.7. Item ſi
à Meridie Septentrionem verſus tendat ex in-
termedio agrorum, communis quoque judica-
bitur, *arg.text.in §. Riparum inſtitut. de rer. di-*
viſ. ibi: *ſed proprietas illorum eſt, &c. Mazoll.*,
qui videri poteſt *conſ.112.n.27.* Et demùm pro
tali habebitur ſi in ea piſcari non liceat, niſi de
Principis aſſenſu. *Bero.conſ.140.ſub n. 14. verſ.*
quinto dicuntur vol.3. Immò *Alex. in pracitat.*
conſ. aſſerit foſſatum, ſeù foveam intelligi pro
confine juris illam efficientis, ſed non per hoc
ex ea fundorum diverſitas neceſſariò pro-
batur, ut advertit. *Jo: de Antonio in conſ. 98.*
in 3. col. Neque prodeſt eam uti privatam
enunciare, quia talis eſt probanda, cum ſit quo-
que communis in duorum fundorum, confinio,
§.Præterea l.2.ff.de aqua, & aqu.pluv.arc. ibi-
que gloſſ.verb.confinio Bart.ubi ſuprà. Bald. in
l.Riparum ff.de rer.diviſ.Bruni de reb. dub. ſub
tit.de duob.diſpoſit.ratione loc.n.15.circa fin.Ca-
poll.de ſervitut. urb.præd.cap.80. ſub num. & de
ſervitut.ruſt.cap.21.ſub n.12. dixit (a) *Rota in* (a) Poſt 11. deciſ.19.
Veliterna Retractus 24. Novembris 1664. cor.
R. P. B.Toja §. fin. Flumina enim vix aliqua
publica ſunt, & alia privata, *l.1.§.Fluminum ff.*
de flumin. Sic arbor in confinio duorum com-
munis eſt. Optimè *Raginell.in tract.de Arbo-*
rib.cap.7.n.ult. qui advertit *cap.ult.n.28.* haben-
tes arbores ab utraque foveæ parte non ſuppo-
12 ni communes, cum de eis judicandum ſit, pro-
ut ab uno magis, quàm ab alio deglabentur,
Natta in conſ.672. n.19. ſicuti etiam arborum
judicandus eſſet poſſeſſor, qui foſſas mundave-
rit, vel frondes collegerit. Secus tamen eſt, ſi
arbor in communi ſit plantata foſſato, quià com-
munes etiam fructus erunt, quemadmodum ſi
unius, ejus tantum folius. *Gloſſ. in l. arbor 19.*
ff.commun.divid.verſ. pro diviſo. Avend. de exe-
qu.mand.reg.l.1.p.1.cap.12.n.13.& 14. plura ad-
ducit *Nevrec. Apicella dec.1.n.89.& ſeq.* cui ni-
titur idem *Raginell.cap.13.n.1.*

13 Nullo modo etiam publica eſt cenſenda Fo-
vea, ſi per eam perennes non fluant aquæ, ſed
pluviales: quod arguere ipſam eſſe privatam,
ex text.in d.fluminum reſolverat *Rota* in alia
Veliterna Retractus eodem anno 28.Januarii co-
ràm Reverendiſſimo Ninet in §.Et ſimilitèr, ubi
14 dicitur, quod uti privata retractum impedit, ad
quod citantur *Afflict.de ju. protomiſ.§.9.n.12.*
circa med. & ibi *modern.in addit.notab. p.12. Jo:*
de Amicis conſ.1. n. 27. & ſeqq. Riminald. jun.
15 *conſ.382.n.50.& alii.* Et ſic publicas reciperet
ſordes, in ſervitutem potiùs favore publico re-
dundaret, quam dominium, ut bene conſide-
rarunt *Jo:de Harprecht in §.Prædiorum.Ottbom*
Vuesbend.& Bucer.n. 7. inſtitut. de ſervitut. &
Manz.de ſervitut.urb.præd.tit.2. qu.19. n. 155.
& ſeqq. cit. in proximè adduc. *dec.§.In nihilo.*

16 Sequitur ex dictis, quod publica fovea ex-
penſis publicis, ſeù communibus ſit excavan-
da. *Florian.in l.fiſtulas ff.ſi ſervit.ut vindic. Ca-*
poll.de ſervit.urb.præd. cap.69. tit. de aquæduct.
ſub n.1. & meliùs *de ſervit.ruſt.præd.cap.4.tit.de*
ſervitut.aquæduct. ſub n. 90. ubi dicit, quod, ſi
viget conſuetudo eam aliorum expenſis exca-
vandi, attendenda eſt, puta eorum, ad quos
eadem fovea ſpectet. *Cyriac.controv.576. vol 4.*
n.ult. Quod autem ſpectat ad facultatem illam
aperiendi, aſſero, quemcunque dominum illa
17 frui in ſuo fundo, cum ibi hæc, & alia facere
valeat juxta diſpoſitionem *Text.in l.quoties la*
1.§.Servitutum ff.de ſervitut. & dixit *Rota in*
(b) *Romana Sæpis, & Arborum 15. Januarii* (b) Poſt 11. deciſ.34.
1668.coràm Eminentiſſimo Cardinale Cerro §.Et
hinc deſumebatur. In caſu verò, in quo denega-
18 retur foveæ excavatio, poſſet aperiri clavica,
ut benè diſcurrit *ibid. Cyriac. n.28. & 29.* Qua
in re præſcriptio non officit excavationi nega-
tivæ, ſi ex adverſo non licuiſſet agere ex regu-
la: quod non valenti non currit præſcriptio.
Text.in l.in fin.C.de annal. except. & l. 1. C.de
bon.matern.

Procedamus ad ejuſdem refectionem. Hic
præmitto neminem teneri aquas ſuperiores etiã
19 deſcendentes ex natura loci ſuſcipere, quando
ex earum nimio fluxu ſibi nimia afferatur læ-
ſio, ut notat *Caſtrenſ.in l.in ſumma fin.ſub n.3.*
ff.de damn.infec. quod *Cephal.conſ.130.num.17.*
ampliat etiam, ſi conventio præceſſiſſet de aquis
ſupe-

ſupetioribus ſuſcipiendis, quia etiam in eo caſu non tenetur inferior eas ſuſcipere, quod repetit, *conſ.761.n.2.*& ſequitur *Cæpolla de ſervit. ruſt. præd. cap.4.n.76.& Cyriac. d. controverſ.* ſubdens quod, ſtante recuſatione per inferiorem facta de ſuperiori defluxu, cauſa damni vitandi, juridicum eſt, quòd alibi excavetur fovea, per quam ſuperioribus conſulatur, ne aquæ in eorum prædiis reſtagnentur, ſed naturalem habeant decurſum; & generalitèr, quod non poſſit aqua ſuperior diverti, nec aggeribus, nec obturatione canalium, ſi foveæ ad id publicæ ſint, poſt *Riminald. jun. conſ.80. ſub n.10. cum ſeq.* dixit *id. Cyriac. controv.688.n.48.& per tot.*

Quia verò ex tali deſcenſu facillimè foveæ ſpecimen, & ſi ejus memoria non extet, poteſt
20 apparere, tunc (quemadmodùm in aliis caſibus, in quibus hujuſmodi conſpiciatur veſtigia) videndum erit, an jure ſervitutis aperta fuerit, hoc eſt pro evacuandis aliquorum aquis, & ii (quorum aquæ in ea evacuantur) alios in illam reficiendam, & (ſi opus fuerit) excavandam cogere poterunt *Caſtren. in l. in ſumma §. Apud Alphenum, ſeù apud Atbejum, & in §. Apud Namuſam verſ. planè ſi foſſa ff. eod.* fusè *Cæpoll. d. cap.4.n.72. cum ſeqq.& n.90. Pariſ. dict. conſ.105. n.26. lib.1.& Bertazz. de cauſ. gloſſ.16. clauſ.19. n.7.* qui unanimiter ſentiunt ad prædii dominum ſpectare fovearum purgationem prædii adjacentis. Hoc tamen ratione habita ad fundum conductum ita declarandum eſt, quod ſi perpetuam reſpiciat utilitatem, vel temporis diuturnioris, quàm ſit conductio, impenſa ad dominum ſpectet; Sin autem de foſſatis annuatim
21 reficiendis agatur, expenſarum onus ad conductorem pertinet, *l.1.§. De eo ff. de acq. pluv. arc.* Et ratio eſt, quàm latè digerit *Roland. in conſ. 83.n.6. vol.4.* quia nulli dubium eſt, quod Colonus fundum colere debeat, *l. ex conducto §. 1. ff. locat.* ſed foſſata, & aggeres ità facere, ſunt de fundi cultura *d. §. De eo*, cum præſentem reſpiciat utilitatem: Colonus igitur ea debet facere: & juxtà tradita per *Bart. in l. prædia. § penult. ff. de fundo inſtruct. Alex. in conſ.4. col.2. vol. 5. & Jaſ. in l.1. col.6. in princ. C. de jur. emphyt h.*

Hinc eſt quod, ſi ab omnibus invicem fuerit debita ſervitus aquam in tali aquæductu reci-
22 piendi, ab eorum etiam quolibet, tempore aquæductus repleti, adversùs alios ratio habebitur, ut excavetur, & reficiatur, Ita *Ladereb. poſt Capoll. ibid. conſ.146. num.5. Burſatt. conſ.277.n.6.*& benè *Cyriac. d. controv. n.17.* qui *Bald. citat. in cap.2.§. Si quis de manſo ſub n.15. verſ. item quod quis tenetur mundare, &c. de controverſ. inveſtit. in uſib. feud.* ubi inquit, quod inferiores poſſunt contrà ſuperiores agere, ut veteres aquæductus reſtituant, & curent, ut aquæ ſolitum curſum retineant. Et fundatur *in Text. l. hoc jura §. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſt.* Ex quo conſtat vetuſtatem in ea materia decurſus: & evacuationis aquarum ſemper attendi per illa verba, *Ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſit, jure conſtituti loco habetur.*

23 Non leve denique dubium eſt, an ad illam purgandam, ſervitutem aperti aditus aliquis pati teneatur? Cui negativè reſpondemus, quia enim nimis eſſet continua ſervitus hæc, & maximi cauſa incommodi, jura volunt ſatis eſſe aditus præſtationem de tempore tantùm, quo foveæ purgari debet, *ex l.1. ff. ſi uſusfruct. petat. l.1.§. Qui ait de cloac. & l. de ipſo ad Treb.* ex quibus apertè conſtat non licere, niſi eo tempore id petere, neque ſufficere ſervitutis quaſi poſſeſſionem, dummodò jus ad illam clarè non probetur, *arg. l. altius, & l. Divus de ſervitut. Bero. in eod. tract. cap.40.n.5.& cap.45. de Penu. n.22.* quibus optimè ſubſcribit *Gabriel. conſ.145.n.1.2.& 3. vol.1.*

Foveæ ſimillima eſt Cloaca ita dicta à *colluendo* ſecundum Feſtum, vel *quod ea percolantur aquæ, ex Iſidor. lib.15. orig. cap.2.* Ea vero locus eſt cavus, per quem colluvies quædam fluit de mente *Ulpiani in l.1. ff. de cloac.* cujus appellatione tubus & fiſtula continentur: ille foramen eſt, per quod aquæ purgantur colluvies, hæc autem aliud ad idem inſtrumentum, *d. l. cloacæ appellat. ibique gloſſ. & Cæpoll. de ſervitut. urb. præd. cap.48.n.1.* Ejus inventum Tar-
24 quinio Priſco tribuitur, qui montibus ſubfoſſis ac urbe penſili fornicibus ſuſpenſa, receptaculum omnium Urbis ſordium cloacam fecit in Urbe, *maximam* eam appellando in tres ductus diviſam, à qua foſſæ aliæ ductæ fuere, præcipuè poſt urbem à Gallis captam & incenſam, dum quiſque reædificare ſibi domicilium cæpit abſque primæva ratione, ita ut ferè cuncta privata tecta ſuas peculiares haberent cloacas a de qua materia fusè ſcribunt *Dionyſ. lib.3. Plin. lib.36 cap.15. Liv. lib.1. Alex. ab Alex. lib.3. cap. 14. Marlian. lib.3. cap.18.& Roſin. antiquit. Roman. lib.7. cap.32.* qui ſingulos cives iis curandis notat curatores viarum dictos, nec abſque honore magiſtratus fuiſſe propoſitos, fultus fortaſſe *Sueton.* teſtimonio, qui *in Auguſt. cap. 37.* ſcribit hoc modo: *ut plures partem adminiſtrandæ Reipublicæ caperent, nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum & aquarum alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, Præfecturarum urbis, Triumviratum legendi Senatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum quotieſcumque opus eſſet.* De hoc etiam *Onuphr. Panvin. in Civit. Roman. pag. mihi 326.* nonnullas affert inſcriptiones. Optimè Atthalaricus apud *Caſſiodor. variar. 8. 30.* ſic de cloacarum opportunitate: *Nihil prodeſt aquarum copias urbibus immiſiſſe, niſi tunc provideatur cloacarum opportuna degeſtio, more vitæ humanæ, cujus ſuſcipit, alia parte corporis relaxatas effuderit:* & donec Roma cloacis uſa eſt, ſanum fuit, ac ſalubre ibi habitare, *per gloſ. in cap. qualiter 7. quæſt. 1.* quam ad hoc citat *Ripa cap.4. de remed. præſervat. contra peſt. n.51.*

Sed ut rem clarius inſpiciamus, duo Prætor introduxit cloacarum interdicta, tùm ad Civitatum ſalubritatem, cum ad earum tutelam alterum nempe prohibitorium, ne cuiquam interdicatur ſuam reficere & purgare: alterum reſtitutorium, ne quis in eis aliquid mittat, per
25 quod fiant deteriores *d. l.1.* ubi in publicam & privatam cloaca diſtinguitur. Sciendum autem eſt, quod inter meas, & vicini ædes cloacam aperire licet invito etiam vicino, eoque contradicente, ut *Cæpolla* cenſet *d. cap.48.n.4. per d. l.1. §. Si quis mihi purganti. l. fin. ff. de cloac. & l. de pupillo §. ſi quis rivos ff. de nov. oper. nunciat.* Quæ tamen ſententia eſt intelligenda, quando ita fieret, ut communis paries minime læderetur *ad tex. in l. quidam Hiberus in princ. & l. ſi fiſtulas & l. fiſtulam ff. de ſervitut. urb. præd.* Ita Megalius explicat in ſuo *promptuar. tom.1. verb.*

*cloaca num.*3. Neque impediendus eſt cloacam
conſtiuere volens in publicam viam exitum
habentem, *d.l.*1.*§.Item Labeo de cloac.* dummodo
uſus publicæ cloacæ deterior minime fiat, via-
que minus habilis non reddatur, *l.* 2. *§ ſi quis
cloacam ff.ne quid in loc. public.* ſeu res fœtidæ
per viam minime excurrant, *l.ædiles in fin. ff. de
via public.* Purgare quoque, & reficere illam
quiſque valet, etiam ſi vi, vel clam, aut pre-
cario illius habeat uſum, adeò ut poſſit & ad
vicini ædes tranſire, & pavimenta reſcindere,
ſive proximi ii ſint, ſive ulteriores, ſi per eo-
rum ædes cloaca currat, dummodo tamen quie-
quid purgandæ, reficiendæve cloacæ gratia eſt
reſciſſum, reficiatur, ne damni infecti eo caſu
ſtipulationem committat, *in præd. l.*1. ſancitum
eſt. Veruntamen *Cæpolla d.cap.* 48. *n.*3. *& Me-
galius ibid.n.*5. æquè exiſtimarunt ob fœtorem,
vicinis invitis, hæc & ſimilia diurno tempore
facienda nequaquam eſſe, quin potiùs noctur-
no, maxime ſi non urgeat neceſſitas. Item ex
eadem cauſa neque in æſtate, cum aer facilius
corrumpatur: *gloſ.in l.ſi opus* 21. *§.fin. ff. quod
vi aut clam*; aeris ſiquidem corruptio ex fœ-
tore habilius generatur æſtivo tempore quam
hyberno, quia à frigiditate omnis pravus odor
reſtringitur, a calore autem relaxatur, ut egre-
gie defendit *Samuel StriKen in tract.de ju.ſen-
ſuum tit.de ſenſu olfact.cap.*2.*n.*15. qui meminit
Mediolanenſis ſtatuti, quo cavetur ob fœtorem
æſtivo tempore vitandum nullum Neceſſarium
ſpetiari in civitate à Kalendis Aprilis uſque ad
feſtum Sancti Michaelis ſub pœna librarum
trium Imperialium applicandarum, ex *Horat.
Carpano p.*2.*ſtat. Mediolan.c.*268. Quæ ita clara
ſunt, & ad ſcopum noſtrum ſufficientia, ut
alia hoc loci addere non opporteat.

ADNOTATIO.

CUm in verbis *noſtræ legis finalis* relatis ſupe-
riùs *cap.*3.*n.*21.*pag.*9. & ibi notatis *poſt.n.*27.
*pag.*10. habeatur mentio Scrobis, explicat hic
Noſter Author in princ. quid appellatione ſcro-
bis contineatur, & quomodo, & ad quem ef-
fectum ſcrobes effodiantur. Super iſtis, in ſpe-
cie pro eo, quod attinet ad diſtantiam, & men-
ſuram videri poteſt *Plinius natural.Hiſto. lib.*
17.*n.*11. ubi aſſerit altitudinem earum ad arbo-
res plantandas in argilloſo, aut duro ſolo trium
26 cubitorum eſſe in quamcumque partem. In
prunis verò (nimirùm teſte *Columella l.*2.*cap.*2.
terræ dulcis indicibus) palmo amplius fieri de-
bent, & ubique caminata foſſura ore compreſ-
ſiore. Nigra verò terra exigit duo cubita, &
palmum quadratis angulis.

Quia tamen in latiori ſignificatu ſcrobis no-
men poteſt ad quaſcunquè foveas transferri;
ideò de iſtis hoc caput octavum inſtituitur, cir-
ca quas poſt nonnullas obſervationes ad erudi-
tionem pertinentes de publicis foſſatis (pro qui-
27 bus aperiendis, vel ampliandis noto poſſe de-
ſtrui domus civium privatorum, *Rot.dec.*413.*n.*
31.*p.*12.*recent.*) affert *Pacichel.* primam con-
cluſionem in praxi, quod communiter foſſata
intra, vel circa fundum exiſtentia menſuranda
ſunt cum fundo vendito. ut *n.* 12. *in fin.*: Sed
28 nulla ad hoc comprobandum adducitur ab
ipſo auctoritas, & proinde in facti contingen-
tia videri poterunt affatim relati per *Rotam in
Romana Caſalis Teſtæ Leporis* 22. *April.* 1709.
cor.bo.me.Kaunitz §.Neque redargui. Et amplia-
tur etiam in alveo fluminis, dummodò non ſit
navigabile, à quo cum fundus vicinus redda-
tur pretioſior, immò cum vere ſpectet ad Do-
29 minos Tenutarum, per quas diſcurrit, ideò
menſurandum eſſe firmatur in *d.dec.*: atque id-
circò communiter traditur, quod foſſata tan-
30 quam pars fundi adjacentis comprehenduntur
in fundi venditione; *Trancheden.reſolut.*83. *n.*3.
*Gob.de Aquis qu.*30.*n.*17. *Zaul.ad ſtat. Favent.
obſerv.ad rubr.*32.*lib.*5.*n.*3.

Veritas hujus concluſionis dependet ab alte-
ra, an ſcilicet, & quando flumen dicatur pu-
blicum, an potius privatum, cum in primo
caſu non debeat in venditione comprehendi,
ſecus autem in ſecundo; & propterea omnia,
quæ ad ipſius publicitatem, vel ad ejus priva-
31 tam qualitatem comprobandam pertinent, ha-
beri poterunt digeſta pleniſſimè *in Piſauren mo-
lendinorum ſuper bono jure* 17. *Junii* 1707. *&*
23. *Martii* 1711. *cor.bo.me.*Kaunitz. *&* 27. *Mar-
tii* 1716. *ſub tit. Piſauren. vallatorum ſuper
bono jure cor.R.P.D. Rovault. de Gamdobeſ.* in
quibus latiſſimè firmatur dominium vallati
aquam ducentis à flumine Foleæ uſque ad Ci-
vitatem Piſauri favore Regiæ Celſitudinis Ma-
gni Hetruriæ Ducis Jo: Gaſtonis, quarum pri-
ma, quæ prodiit ad favorem cl. me. Cardinalis
Medicei auctoris ejudem Magni Hetruriæ Du-
cis, eſt impreſſa penès *Calderon. poſt reſolut.* 86.

Ut verò dignoſcatur, ad quem ex vicinis per-
tineant arbores plantatæ in ripis foſſatorum,
aliorumque alveorum diſtinguendum eſt: Quā-
do enim foſſatum interjacet bona utriuſque vi-
cini, cum regulare ſit, quod apponatur ad de-
32 notanda confinia *Mont.de finibus cap.*17.*n.*5.8.
& 9. *Paris de Puteo de finib.feud.cap.*18 *ſi fun-
dus n.*3. *Sperell.dec.*178.*n.*2. *Rot. cor. Ottbobon.
dec.*143. *ſub num.*12. cum aliis apud *D. Audet.
de Comitib.dec. Florent.*81. *n.*9. tunc unuſquiſ-
que ſeparatim habet dominium arborum exi-
ſtentium ſuper illa ripa, quæ reſpicit, & eſt
33 contermina ſuo prædio ad quod faciunt dedu-
cta per *Noſtrum Authorem num.*9. *& ſeq.* Quia
foſſatum inter prædia utriuſque vicini ad utrū-
34 que eorum ſpectat pro dimidia *Paulut. diſſert.*
90.*n.*4. ubi citatur *Noſter Author*, & ampliatur
hoc procedere ſive foſſatum ſit inter agrum, &
35 agrum, ſive inter agrum, & vineam idem *Pau-
lut.ubi ſup.n.*9.

Sin autem foſſatum bona mea circundet &
poſt foſſatum adſit via intermedia ſeparans
prædia, tunc videtur ſubdiſtinguendum: Aut
enim dictum foſſatum eſt publicum, & in tali
hypotheſi vicinus meus non obſtante prædictæ
36 viæ interſecatione tranſilire poteſt ipſam viam,
& uſque ad ripas d. alvei publici pervenire, ar-
boreſque inibi plantatas à ſuo latere pro lati-
tudine frontis prædii jure ſibi poteſt aſſerere.
*Ciroc.diſcept.*80.*num.*57. *Pecb.de ſervit, Ruſtic.
præd.cap.*4.*qu.*15.*n.* 7. *Gob.conſult.dec.*103.*n.*1.
& 2. *Card.de Luc.de regal.diſc.*138.*n.*5. *Zaul. ad
ſtat.Favent.lib.*5.*rubr.*27. *n.* 9. *&* 10. cum aliis
adductis à *Calderon.reſol.*86.*n.*20. Aut foſſatum
eſt privatum, & ejuſmodi caſu utraque Ripa
37 ſpectat ad eum, cujus eſt alveus *Barbos. conſ.*
28.*ſub n.*3.*lib.*4. *Gob.d.conſult.dec.*103. *n.* 18. *&*
19. *& n.*21. *&* 22. *& ſeq. & per tot. Calderon.d.re-
ſol.*86.*n.*12. *& ſeq.* Ex quibus autem dicta qua-
litas alvei, ſeù foveæ privatæ probari poſſit, ha-
38 betur apud eundem *Calderon. in d.reſol.*86. *ex n.*

23. &

23.*& ſeq.*ac uberrimè proſequuntur præcitatæ
Deciſiones in cauſa *Piſauren.molendinorum*, de
quibus ſuperiùs *n*.31.

Ut foſſata conſerventur duo præcipuè ſunt
neceſſaria, illorum ſcilicet expurgatio, & ag-
gerum ſeù Riparum conſervatio, unde aliqua
circa utrunque breviter attingemus · & ſuper
expurgatione ſtatuendum eſt, quod ſi alvaus
ſit publicus publicis etiam ſumptibus expurga-
ri debet, ut ſupra *n*.16.& quando idem alveus
publicus tranſit per loca privata debent in eo
expurgando ita fieri diligentiæ, ut nullum de-
39 trimentum eidem privato inferatur .ex relatis
per *Campell.ad Decret.Urbin. annot*.76. *n*.11. at
e contra privatus, per cuius prædium, fluunt
aquæ publicæ, tenetur dimittere locum arbori-
40 bus vacuum per 15. pedes,*l.*1.*ibiq.Bartal. C.de
aquæduct. lib.* 11. quod ſecùs accidit ſi fluant
per loca publica, in quibus ſufficit decem pe-
41 dum diſtantia, ut poſt *Cæpoll.de ſervit. Urb.
præd. cap.* 81. *de arborib, ſub principio, & Go-
bium de aquis quæſt*.19.firmat *Campell. ad de-
cret.Urbin. adnot. 76. & adnot.* 81. *utrobique
num*, 12. Ubi autem vigeat conſuetudo. exca-
vandi aquæductum, ſeù foveam publicam
42 expenſis aliquorum, ea eſt attendenda *Cy-
riac. controv*. 576. *n*. 25. *cum ſeq. Gob. de aquis
quæſt*. 19. *n*.14.& 18.*cum ſeq.* relat à *Zaul.
ad ſtat.Favent. rubr*.31.*lib*. 5. *n*. 9. In foveis
verò privatis duo præcipuè ſunt attenden-
da, contractus nimirum particulares, & iu-
ris diſpoſitio. Pro eo, quod ſpectat ad parti-
culares contractus, iſti poſſunt eſſe vel in
vim pacti expreſſi, prout quando inter Partes
convenit, ut unus tantum tenetur expurga-
re, quo caſu non eſt locus diſpoſitioni juris
43 communis, ſed attendi debet pactum, quod de-
rogat legibus, quemadmodum poſt *Rat*. firmat
ad propoſitum *Zaul. ad ſtat. Favent. obſervat.
lib*.5. *n*. 6. Vel ex pacto tacito, veluti ſiquis
conduxerit prædium à Domino, nam tenetur
ſuis ſumptibus expurgare foſſata non peren-
nia, quæ quolibet anno expurgari, & mundari
ſolent, & quæ reſpiciunt præſentem fructuum
perceptionem, ut tradit *Noſter Author n*.32. &
44 ultra relatos per ipſum firmant *Ruin. conſ*. 88.
n.3.*lib*.1.*Rymenald.jun.conſ*.411.*n*.21 *lib*.4. *Cy-
riac.controverſ*.229.*n*.42.&44.*Carpon. ad Stat.
Mediolan. cap*.381. *n*.5.& *ſeq.tom*. 2. *Gilian. ad
Stat.Peruſ.v. colonus partiarius n*.4. *Trombett.
de ſociet.cap*.8.*n*.83. *cum duob.ſeq. Pacian. de lo-
cat.& conduct.cap*.34.§.1.*n*.48. & 49. *Ludovic.
dec. Peruſ* 24. *n*.9. & *dec*.58. *n*. 8. quos allegat
Conſtantin.ad ſtat.Urb.adnot.29.*art*.2.*n*.76.*to*.1.
ubi quod hæc regula fallit, quando in loco
45 adeſt contraria conſuetudo, quod illa debeant
mundari, & expurgari à Domino.

Quando autem ejuſmodi foſſatorum expur-
gatio reſpiciat longum tempus, puta decennii,
& ſic excedat tempus perceptionis fructuum,
quæ fit à conductore, & potiùs expurgatio
concernat ipſam fundi proprietatem, tali caſu
46 onus expurgationis ſpectat ad ipſum dominum,
non autem ad conductorem, ut innuunt Do-
ctores mox allegati, & in ſpecie *Pacian. d. cap*.
34. §.1.*num*.51.*Conſtantin.ad Stat.Urb.d.adnot*.
29. *num*.77.

Tranſeundo ad generalem juris diſpoſitio-
nem duo in foſſatis debent in jure conſiderari,
ipſorum ſcilicet latitudo, & longitudo: In la-
titudine certum eſt, quod unuſquiſque tenetur
expurgare foſſata ex ſua parte, ne ex illorum
47 repletione aqua ſtagnet, nec noceat vicino
Paulut. diſſert.90.*nu*.15.*Zaul. ad Stat.Favent.
rubr*.10. *lib*.5. *num*.5. adeout ſi unus ex vicinis
ſecluſa conventione, de qua ſuperius *num*. 43.
& 44. ſuis ſumptibus excavet totum foſſatum
48 non præjudicet alteri vicino, ſed præſumatur
hoc facere jure communionis, *Paulut. d. diſ-
ſert*.9.*n*.14.

Pro eo quod attinet ad longitudinem eorun-
dem foſſatorum regula eſt, quod cavamentum
& expurgatio Aquæductus in tota ſui proten-
49 ſione fieri debet expenſis omnium eorum, qui
ſentiunt commodum, & utilitatem decurſus
aquarum, *Pecch. de aquæduct. lib*.4.*quæſt*.68. *per
tot*.& *quæſt*.75.*n*.16. plenè *Rot. in Romana ex-
purgationis fovei* 19. *Junii* 1713. §. *Exiſtima-
runt*, & §. *Et ſanè*, & 18. *Martii* 1715. §. *In
jure cor.bon.mem.Lancetta* & 11. *Junii* 1717. §.
Atque hinc cor.R.P.D.Criſpo, quarum prima ci-
tatur à *Zaul. ad Stat. Favent. rubr*. 10. *lib*. 5.
num.1.*in Addit*. ac per errorem ponitur ſub an-
no 1712. & ſecunda eſt *impreſſ*. penès *Statut.
Agricultura p*.3. *deciſ*.23. *fol.mihi* 367. & bene
materia reaſſumitur *in Bononien. Cavamenti
Palatæ*, *ſeù faſcaleæ* 23. *Junii* 1721. §. *Et ſanè
cor. bon. mem. Cerro*.

Atque id ampliatur procedere etiamſi bona
reperiantur in ſitu eminentiori, qui videantur
non timere alloviones ex inferiori fovea regur-
gitantes, quia hoc non obſtante eadem bona
quamvis eminentiora, contribuere tenentur ob
eam prævalidam rationem, quod niſi expurga-
50 tio in inferiori fundo facta fuiſſet, ſolum infe-
rioris foveæ limo, fecibus, & inutilibus herbis
excreviſſet, prout habetur in *præd. Bononien.
Cavamenti Palatæ*, *ſeù foſcaleæ* 23.*Junii* 1722.
§.*Quia iſtiuſmodi cor. bon. mem. Cerro*.

Hoc maximè procedente quandò aquæ à fun-
do ſuperiori, de quo movetur quæſtio ſuper
expurgatione, defluunt ad cæteros fundos in-
feriores non curſu naturali, ſed opere manu-
facto, quod eaſdem aquas ſuperiores ducat ad
fundum inferioriorem, quia cum in tali caſu
idem fundus ſuperior dicatur habere activam
ſervitutem contra fundum inferiorem, ſubin-
51 trat regula, quod excepta ſervitute oneris fe-
rendi, in reliquis omnibus expenſarum onus
pertinet ad eum, qui ſibi aſſerit ſervitutem,
non ad illum, qui eandem ſuſtinet, *Cyriac. con-
trover*.576. *n*.9.*cum ſeq*. cum aliis in eadem *Bo-
nonien. cavamenti Palatæ*, *ſeù Faſcaleæ*, §. *Ve-
rumtamen cor.bon.mem. Cerro*, ubi affertur hic
locus *noſtri Authoris*.

Quibus omnibus, ſi accedat obſervantia, res
ponitur extrà omnem difficultatem, cum præ-
ſertim in hac matera aquarum totum faciat ve-
52 tuſtas, quam obtinere vim, & locum Legis
diſertè affirmat *Ulpian. in l*. 1. §. *Denique ff.de
aqua pluv. arcen*.& *l.hoc jure* §.*Ductus aquæ ff.
de aqu.quotid. & æſtiv*. cujus verba refert per
extenſum *Pacicbell. n*.22. *in fin. Cæpoll. de ſer-
vit. ruſtic. præd.qu*.66. *n*.120.*Franc.Marc. dec.
Delphin*.112.*n*.10.*p*.2.

Cum tamen frequenter contingat, ut aqua
ducatur per alienum fundum, idcircò viden-
dum, quid de jure cenſeamus. Atque in hoc
regulare eſt, quod aqua ingreſſa in fundum
ſuperiorem poteſt diverti, aut retineri ad libi-
tum

tum ejuſdem domini fundi, etiam in præjudi-
53 cium inferioris, *Adden. ad Gob. de aquis q. 13.
num. 30. Cyriac. contr. 310. num. 140. & ſeq. &
contr. 688. num. 16. de Luca de ſervit. diſc. 25. n.
2. diſc. 26. n. 2. & diſc. 31. n. 2. Rot. cor. Priolo de-
ciſ. 275. n. 1. & 2.* quod procedit etiamſi aqua a
canali, vel flumine publico deducatur, *Gob. de
54 aquis quæſt. 13. num. 8. Calderon. reſolut. foren.
12. num. 2.*

Verum diverſio ejuſmodi fieri nequit, quan-
dò aqua à fundo ſuperiori ad fundum inferio-
rem defluit non naturali curſu, ſed opere ma-
nufacto, quia dictum opus manufactum, per
55 quod aqua deducitur, indicat ſervitutem
aquæductus ex pluribus congeſtia per *Rotam
in dec. 275. n. 3. cor. Priolo*; ubi allegatus *Mele-
vitana Decurſus aquarum*: quæ eſt *deciſ. 9. poſt
tract. & in Ariminen. Foveæ Patavinæ 2. Junii
1704. §. Accedente cor. bon. mem. Molines*, ac
conferunt deducta per eandem *Rot. in d. Bono-
nien. Cavamenti Pulatæ, ſeù Foſcalca 23. Ju-
nii 1721. §. Verumtamen in fin. cor. bon. mem.
Cerro.*

Et non ſolum Dominus fundi ſuperioris pro-
hibetur aquam divertere, ſed etiam Domini
fundorum intermediorum nequeunt alterare
paſſivam ſervitutem, quàm habent, ut illac
aqua ducatur, nàm exiſtens in quaſi poſſeſſio-
56 ne ducendi aquam per alienum fundum, debet
in eadem manuteneri, *Rot. in Anglonen. manu-
tentionis aquæductus 30. Junii 1724. §. Conſti-
tit. cor. R. P. D. Ratto, & 2. Julii 1725. §. Con-
ſtat enim, & ſeq. cor. R. P. D. Calcagnino*, quod
procedit etiamſi bonum jus ſit turbidum ob
cauſam adhuc in petitorio non reſolutam, ut
in prima *dec. §. Quin prædicta*, & in ſecunda *§.
Neque ad conturbandam.*

Nihilo tamen minus, qui habet ejuſmodi jus
ducendi aquam; ſi elegerit aliquem locum in
57 fundo ſerviente, ad rivum, vel aquæductum
habendum, nequit poſtea variare *ad Text. ex-
preſſ. in l. ſi cui ff. de ſervit.* relat. per *Rot. in
dict. Anglonen. manutentionis, & aquæductus
2. Julii 1725. §. Multoque minus cor. R. P. D.
Calcagnino.*

Et quamvis litatio prædicta non habeat lo-
cum ſtante contraria conventione, ut quando
generalitèr conceſſa eſt ſervitus ducendi aquam
per quamlibet fundi partem, etiam cum facul-
tate variandi: Quoties tamen contingit caſus
58 variationis, facienda eſt præventiva intimatio
Domino prædii ſervientis, ad hoc, ut bene ad-
vertere poſſit, quod variatio fiat cum minori
ſuo præjudicicio, abſque retardatione variatio-
nis interim faciendæ; Sed ſi quod damnum
fuerit illatum eidem prædio ſervienti, poterit
deinde per judicem, vel re ipſa, vel æſtimatio-
ne reparari, quemadmodum probat utraque de-
ciſio *in d. Anglanen. manutentionis, & aquædu-
ctus per tot.* & præcipuè *in fin.*

Ducta denique aqua per fundum alienum,
Dominus prædii ſervientis nihil aliud præſtare
tenetur, niſi patientiam pro alvei expurgatio-
ne, cum expurgatio debeat fieri ſumptibus il-
59 lorum, qui habent activam ſervitutem, *Altolin.
reſol. 110. n. 39. & ſeq. Rot. in Ariminen. Foveæ
Patavinæ 2. Junii 1704. §. final. circa med. cor.
bon. mem. Molines.* Et ſi ex hujuſmodi ſervitu-
te paſſiva aliquod tenue commodum reſultat
etiam habentibus paſſivam ſervitutem, prout eſt
retentio latrinarum, lotio pannorum, & pro
60 jectio immunditiarum, illud ſatis compenſari
valet cum incommodo, quod in propriis domi-
bus recipiunt de tempore expurgationis foveæ
*Rot. in d. Ariminen. Foveæ Patovinæ 2. Junii
1704. in fin. cor. bon. mem. Molines.*

Omnia prædicta locum habent, quando con-
tentio eſt inter perſonas privatas; quando ve-
rò agitur de jure publico, duo ſunt animadver-
tenda, nimirum, quod curſus aquæ cohiberi,
61 aut immutari nequit in præjudicium publici
boni *Rot. in Ariminen. Foveæ Patavinæ 2. Junii
1704. §. Accedente cor. bon. mem. Molines*, quod-
que inconſulto Supremo Principe nequit locis
publicis imponi ſervitus aquæ ducendæ, ut ad-
62 vertitus in eadem *Ariminen. Foveæ Patavinæ,
§. Quæ enim* (ubi in ſpecie deciditur non poſſe
in mæniis Civitatis inconſulto Principe aperire
feneſtram, ut per eam aquæ inundantes egre-
diantur;) & demum quod urgente neceſſitate,
utilitate, vel favore publico vicinus invitus
63 cogi poteſt ad præſtandam, ſoluto pretio, fun-
di partem pro conſtruendo alveo Canalis, nec
poteſt prætendere, ut totus fundus ematur,
ſed tantummodo, ut ſolvatur pretium portio-
nis neceſſariæ pro dicto alveo. *Paulut. obſert.
92. per tot. tom. 2.*

Expediti à foveis, eorumque expurgatione,
quamvis eadem concluſiones procedant circa
64 Aggerum reparationes, nihilominus non abs
re futurum exiſtimo, ſi præciſè de iiſdem Ag-
geribus aliqua tangantur. Aggeres igitur de
jure debent reparari expenſis omnium poſſeſ-
ſorum pro rata, menſura, & diſtantia bonorum
quæ per eoſdem Aggeres ob aquarum exun-
dantiam damno præſervantur illæſa juxtà uti-
litatem, quàm ex dicta reparatione bona per-
cipiunt. *Bonden. Collect. 47. b. 41. & 44. & 52. &
ſeq. Coſt. de ration. tutæ q. 27. n. 3. Pigant. ad Stat.
Ferrar. lib. 4. in addit. ad rubr. 2. n. 4.* cum aliis *in
Bononien. Contributionis 26. Julii 1720. §. Ve-
rum cor. bo. mem. Lancetta.*

Et proindè, qui habet prædia in ſitu ſupe-
riori, ad quæ veriſimilitèr inundationes non
ſunt perventuræ, exèmptus eſt à contributione
65 pro eorumdem aggerum reparationibus, ut
proſequitur eadem *Rot. in d. Bonon. Contribu-
tionis §. Fortiùs verò cum ſeq.* Et hujuſmodi
66 exemptio faciliorem ſibi vindicat locum ſtante
longæva obſervantia negativa ſuper exemptio-
ne ſolutionis juxtà perpenſa in *ſæped. Bonon.
Contributionis §. Omnem verò.*

Quamvis autem firmatum fuerit Aggeres
reparandos eſſe pro rata commodi omnium
poſſidentium, nihilominùs de conſuetudine in-
duci poteſt, ut reparatio fiat à determinatis
perſonis ex. gr. à ſolis poſſeſſoribus adjacen-
tium fundorum abſque requiſitione contribu-
tionis contrà cæteros remotiores utilitatem
67 ſentientes ad firmata per *Rotam in Imolen. Re-
parationis Aggerum 15. Junii 1716. §. Praeſer-
tìm verſ. ità ut exindè cor. bo. me. Lancetta*, quia
quando quis in reparatione Aggerum per lon-
gævum tempus continuavit, nulla facta requi-
ſitione contributionis, cenſetur agnoviſſe alios
68 nullum habere onus contribuendi, quemad-
modùm advertimur ab eadem *Rot. in Bononien.
Cavamenti Palatæ, ſeù Faſcalea 23. Jun. 1723.
§. final. cor. bo. me. Cerro.* Multoque fortiùs eadem
obligatio reparationis circà poſſeſſores adjacen-
tes,

tes, vel alias particulares perſonas induci poteſt in vìm pacti: proùt habetur in præcitata Imolen. §. *Non enim*, cum hac tamen declaratione, quod obligatus in vim pacti correſpectivi ad manutentionem Aggerum favore omnium poſſidentium in Territorio, non videtur obligatus ad expenſas extraordinarias venientes propter caſus fortuitos, inſolitos, & inopi-
70 natos, quemadmodùm concludit *d. deciſ. in Imolen. Reparationis Aggerum 15. Jan. 1716. §. fin.* ··· *r. bo. me. Lancetta*.

··· cluſis verò dictis pactis, vel conſuetudine ···iores adjacentes tenentur ſolum ad manutentionem Riparum, ex rationibus adductis per *Harpreſt. in §. Riparum n. 3. & in §. Inſula n. 9. Inſtit. tit. de rer. diviſ. Areas de Meſ. variar. reſol. lib. 2. cap. 44.* cum aliis *in d.* Imolen. *Reparationis Aggerum §. Nec majoris cor. bo. me. Lancetta*.

Ultra foveas, & foſſata, de quibus hactenùs actum eſt, appellatione Scrobis, de qua *in noſtro Textu*, venire poteſt in latiori ſignificatione Clavica, Cloaca, & Puteus, cumque de Puteo habeatur ſermo *in cap. ſeq.* Clavicæ hic mentio habetur à *Pacichell. n. 18.* de qua agit *Calderon. reſol. 12. n. 7. uſque ad finem*, ubi, quod
72 Clavica conſtructa per Dominum fundi ſuperioris ad uſum proprium, ut recipiat aquam ſuper excedentem, nullam inducit ſervitutem ad favorem Domini fundi inferioris; ſecùs verò ſi conſtructa fuerit à Domino inferioris fundi in ipſo fundo ſuperiori; contra quem prætendit ſervitutem; quia tunc eſt urgens conjectura ad eam inducendam.

Agendo tandem de Cloaca, noto, quod ejus definitionem traditam hìc à *Noſtro Authore n. 24.* ſequuntur etiam *Conciol. ad Stat. Eugu-*
73 *bin. lib. 5. rubr. 25. n. 1. Zaul. ad Stat. Fav. lib. 7. rub. 16. n. 1. 1. 2.* qui dicunt eam inventam eſſe ad conſervandas mundas Urbes, & advertendam aeris inſalubritatem, quia ex impuro alitu Cloacarum, & fœtidis vaporibus angiportuum,
74 aer ſæpè redditur peſtilens. *Pravidel. de Peſte ſub tit. de cæter. ad ſalubrit. pertinen. §. Sciendum n. 3. Marchin. eod. tract. cap. 1. n. 9. Card. Caſtald. d. tract. cap. 248. n. 50.* & propterea (quod ad noſtrum intentum facit) vicinus cogi valet
75 ad expurgandam Cloacam, ne malus odor noceat convicino, quemadmodùm per *Text. in l. ſi quonda 17. §. fin. ff. ſi ſerv. vend.* firmat *Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rubr. 25. n. 3.* quem ſequitur *Haul. ad Stat. Favent. d. rubr. 16. n. 7.*

Cloacarum expurgationem dicitur *in fine hujus Capitis* faciendum eſſe nocturno tempore non diurno, verùm de hoc actum fuit ſuperiùs in *Adnot. ad cap. 6. membr. 6. n. 65. fol. 93.*

CAPUT IX.

De Puteo quoad Diſtantiam, Dominium, & aquæ hauſtum Tractatio inſtituitur.

SUMMARIUM.

1 *Puteus qui dicatur; & à quo inventus?*
2 *Differt à Fonte.*
3 *De ſpatio in illo excavando apud Athenienſes.*
4 *Quæ perfunditas conſideratur ad diſtantiam in lege Solonis?*
5 *Latrina prope Puteum quomodo ædificanda?*
6 *Communis puteus vicinorum expenſis eſt reficiendus & mundandus: ubi amplia etiam ſi id fuerit renunciatum: num. ſeq.*
8 *Dominus in dominio præfertur vaſſallo.*
9 *Qualiter communis dividi poſſit?*
10 *Non acquiritur cum præjudicio vicini.*
11 *Omnes domus partes ſociæ ſunt in Putei exercitio.*
12 *In dubio, diviſo domo, cui ſpectat Puteus?*
13 *Aquæ hauſtus ſervitus quando prætendenda.*
14 *Dominus poteſt unam partem domus abſque putei uſu locare.*
15 *Conductor debet puteum purgare.*
16 *Aquæ hauſtus ſervitutis mentio in antiquis lapidibus.*
17 *Quando ſit perſonalis hujuſmodi uſus.*
18 *Exprimi debet ſervitus hauſtus aquæ, aliàs non includitur. Ubi quomodo probatur & præſcribatur.*
19 *Poſſeſſori ejus quando ſit danda manutentio.*
20 *An jus habens ad hanc ſervitutem, poſſit uti de nocte.*
21 *Ex lege Solonis quando poſſet aqua extrahi ex vicini puteo.*
22 *Danai filiæ fuerunt inventrices Puteorum.*
23 *Ciſterna non habet aquam perpetuam, nec ſuper ipſam conſtitui poteſt ſervitus.*
24 *Poteſt tamen convenire de hauriendo aqua, quoties adfuerit.*
25 *Et tale pactum non dicitur ſervitus, ſed obligatio perſonalis.*
26 *Diverſæ opiniones circa diſtantiam ſervandam in effoſſione Puteorum.*
27 *In Puteis obſervantia præcipuè attendi debet.*
20 *Puteus fodi poteſt propè murum vicini nulla relicta diſtantia.*
29 *Caveri tamen debet de damno infecto propter timorem ruinæ fundamentorum d. muri.*
30 *Itidemque proſpiciendum, ne vicinus ex humiditate damnum patiatur.*
31 *In conſtruenda latrina propè Puteum fieri debet murus ſaltem duorum pedum.*
32 *Pro Puteis Communitatis prius erogari debent introitus ejuſdem Communitatis ſuper extantes poſt alias expenſas.*
Si non adſint, devenitur ad collectam ibidem.
33 *Pro reparatione damnorum temporis præteriti non datur ulla excuſatio à contributione pro dicta collecta.*
34 *Pro expenſis factis ad futurum commodum Putei non ſufficit renunciatio eidem futuro commodo, ſed neceſſaria eſt tranſmigratio.*
35 *Puteus ſufficiens vaſſallo, & Domino debet utrique patere.*
Si non ſufficiat, præfertur Dominus ibid.
36 *Pro puteo communi inter plures vicinos agi poteſt, judicio* Communi dividundo.
37 *Puteo remanente indiviſo, licet unicuique ex Dominis aquam exinde haurire.*
38 *Amplia etiam, ſi pars domus Puteo carens alienetur.*
39 *Ex Puteo communi inter plures domus reſultat conſortium etiam ad effectum prælationis.*
40 *Ex Puteo communi poteſt condominus uſque ad Cælum haurire aquam, & ad talem effectum feneſtras facere.*
41 *Licitum eſt aperire Puteum in propria fundo, etiamſi venæ Putei vicini præcidantur.*
42 *Manutentio in Aquæ hauſtu non datur, niſi poſt lapſum temporis triginta dierum cum ſcientia, & patientia Domini.*
43 *Aquæ hauſtus ex Puteo concedi ſolet ex urbanitate.*

44 *Ad*

44 *Ad ipſius praſcriptionem requiritur; immemo-*
rabilis vel centenaria.
45 *Aqua Putei eſt inſalubrior aquis fontanis.*
46 *Servitutem debens nequit illam alterare, in*
præjudicium fundi dominantis.

QUoniam Scrobis nomine in antecedenti ca-
pite Foveas & Puteos diximus compræ-
hendi, & de primis jam ſatis diſſeruimus, me-
rito hic eſt obvia Puteorum materia. Eſt igitur
Puteus *locus defoſſus, ex quo hauritur aqua, à*
1 *potatione dictus.* Ita docet *Iſidor.lib.13. cap.21.*
Et Matth. Martinius in lexico. philol. cum de-
ſcribit locum in terra aquam vivam continen-
tem, ubi à greco verbo *ποτὸς*, quaſi *potum*
deductum exiſtimat; quod *in etymolog.triling.*
confirmat etiam *Frangerus*. Hinc *Virgil. 3.*
Georg.
Currentem lignis potare canalibus undam.
Ibique aquam contineri per terræ meatus per-
petuo derivantem dixit noviſſime *Brugiott. in*
epiſt. viar. & flumin. cap. 2. n. 36. Primus verò
Puteorum Inventor Danaus creditur Beli pri-
ſci filius eo temporis, cum ex Ægypto in Græ-
ciam, quæ *Argoſdipſion* vocabatur, fuerat ad-
vectus, quod refert *Grappold. in ſuo lexic. de*
partibus Ædium; Et quanquam alias fontis
2 appellationem fuerit ſortitus ex *Sprenger. de*
jure ædific. cap. 9. §. De Puteo, ex eo fortaſſe
quod fluant ad Ciſternæ differentiam, in qua
non ſemper eſt aqua, ſed tantum pluviali tem-
pore, quæ inutilis alvo, faucibuſque duritia-
rum cauſa notatur Plinii auctoritate ab eodem
Grappaldo, pro eoque non competit de fronte
interdictum *l.4.§.4. ff. de fonte*; Valde attamen
differunt, ut notum eſt, ideoque ipſæ puteorum
aquæ(in Avicennæ ſententia) reſpectu fontium
malæ ſunt, ſtagnantes namque damnantur, quæ
profluunt, ſalubriores dicuntur.
Potiſſima in eorum effoſſione conſideratio eſt
3 Diſtantia à vicini fundo. Hæc frequens in At-
tica terra, uti admodum ſiticuloſa, fontibus
ambulaſque perennibus orbata, *Dicaarchi te-*
ſtimonio; unde in votis pro impetranda pluvia
ſui tantum Attici meminerant, & rationem ha-
bebant, ut inquit *M. Anton.in vita ſua* & re-
fertur à *Samuele Petita in comment. leg.Attic.*
ſæpe cit.lib.5.tit.1. qua de cauſa Solon. Legiſ-
lator accuratiſſimus legem ſcripſit, qua licere
cavit publico uti puteo, ſi intra hippicum fue-
rit, ſi majus eſſet intervallum, privatum ſibi
quiſque effoderet. Quod ut elucēſcat, verba
ipſa *Plutarc. in Solone* (Germano Cluverio in-
terprete) referenda ſunt, ſcilicet: *quia verò nec*
omnes perennes, neque lacus, neque fontes abun-
dè ſuppeditant regioni, verùm puteis manufactis
utuntur ferè, legem ſcripſit, ubi puteus publi-
cus intra hippicum eſſet, eo uti jus. Hippicum
ſpacium, quatuor ſtadiorum erat, ut privatam
aquam pervestigarent, ubi majus interveniret
intervallum. Quod ſi foſſa decem paſſus in altum
depreſſa; aquam in ſuo non inveniſſent, tunc ut
ſumerent à vicino, & ſex congiorum hydriam
bis die implerent. Inopiæ enim ſubveniendum,
non alendam exiſtimabant ignaviam. Plura no-
tatu digna de Puteorum effoſſione apud *Vi-*
truv. lib. 8. cap. 7. Quoniam etiam temere non
licebat intra fines ſuos ſibi puteum fodere, ſed
orgyæ latitudinem ab alieno fundo relinquere
oportebat ex ſimili alia Solonis lege his verbis
ibidem relata à Petito: *Si quis puteum juxta*
alterius agrum fodiat, orgyæ ſpatium relinquito,
quod ſpatium alii ſex pedum eſſe volunt, alii
trium paſſuum, quidam unius, ſeù ulnæ, ut
alicubi Plinius, nempe duorum palmorum ex
Nicol. Perotto, vel utriuſque manus extenſæ,
vel unius cubitus, quod idem eſt, ut fusè pro-
bat *Alciat.1. Parerg. cap.18.* & ad legis noſtræ
mentem. Exquiſitus tamen omnium rerum ſen-
ſus accipitur ab iis, quæ *Jo:Leunclavius* tradi-
dit *in Eclogis Baſilic.* ſcilicet: *ſi quis puteum*
effodiat, dummodo puteo, quem jam antè vicinus
effodit, novo hoc apert non noceatur, ad tantun-
dem ſpatii, quanta fuerit putei profunditas, de-
bet recedere. Quæ ſcriptura (ut ibid.acute con-
ſideravit *Petitus*, alteri nititur Solonis legi,
qua idem cavetur, quod profectò legitur in no-
ſtro textu, nempe: *quantum profunditatis ha-*
buerint, tantum ſpatii relinquito. Nomine *pro-*
funditatis certe hic non intelligitur geometri-
4 ca ipſiuſmet putei profunditas, quia nimia &
pæne ridicula eſſet diſtantia, ſed ad genericum
Scrobis nomen id refertur, ſicque ad duos pe-
des, quod eſt veriſimile ac rationabile. Seu, ſi
malueris cum *Crinit. de honeſta diſcipl. lib. 25.*
cap.4. ad hunc modum eadem Solonis conſtitu-
tio eſt legenda: *ſi puteum*(intellige quis foderit)
paſſum relinquito, ſcilicet quinque pedes, cum
totidem in paſſu contineantur per Almeidæ
ſententiam in *Analyſ. excellen. in jure numer.*
quinar. cap.17. n. 9. Melius autem dicimus pu-
teum vel penum ſubterraneum propè vicini
fundum, ſive ruſticum, ſive urbanum, etiam,
dicto ſpatio non interpoſito, ſeù relicto fieri
poſſe, adhærentes *Capoll.de ſervitut.Urb.prad.*
cap.30.n.1.& c.47.n.7. ubi n.5. hoc poſtremum
extendit, etiam ſi aperto novo puteo, venæ al-
terius putei vicinæ præcidantur. Per *tex. in l.*
fluminum §. fin. ff. de damn. infect. ubi *Ulpian.*
hæc habet: *ſtipulatio enim hoc continet, quod vi-*
tio ædium, loci, operis, damnum datum ſit, ut-
puta in domo mea puteum aperio, quo aperto ve-
næ putei præciſæ ſunt, an tenear? ait Trebatius
non teneri me damni infecti, neque enim exiſti-
mari operis mei vitio damnum tibi in ea re, in
qua jure meo uſus ſum. Si tamen tam altè fo-
diam in meo, ut paries tuus ſtare non poſſit, dam-
ni infecti ſtipulatio committetur. Quæ non
indigent explicatione, iiſque conſonant gemi-
næ ſequentes leges ejuſdem tituli, & optime ita
diſtinguit *Sabell.var.reſolut.cap.79 n.23. & 24.*
idemque *Cæpoll.in tract.prad.cap.46.* adverteras
in ſenſu ejuſdem *§.fin.*contrarium noſtro textui
ſe vidiſſe obſervari, cum quilibet penum faciat
in ſuo, quatenùs durat ſolum ſuum, dummodo
5 vicinus per ſe damnum non patiatur. Ideoque
prope puteum latrinam ædificans, murum duo-
rum pedum verſus illum condere debet. *Text.*
in l.16. §.7. de act.empt. & Sprenger. ubi ſupra
in fin.
Procedamus modo ad Putei dominium in
dubio. Qua in re plura notanda ſunt. Et primò,
6 quod puteus, vel eſt privatus nempè unius do-
mini, vel publicus. Hic & communis puteus
vicinorum expenſis refici, & mundari debet, ut
ſcribit *Nepit.in conſuet.Catan.tit.60.n.5.* ità ut
pro hoc agendo poſſit imponi collecta: Sic ait
Angel.in l.a. §.Viam publicam ff. ne quid in loc.
public. Quod onus evitat minime, qui propè
refectionis tempus illius uſui renunciat. *Text.*
in

7 *in l. ad portus C. de oper. public. l. ad reparationem C. de aquæd. lib. 11. Sprenger. ubi ſuprà, & Galerat. de Renunciat. p. 2. lib. 4. cap. 14. poſt Specul. tit. de cenſib. §. 2. verbo item pone. Roman. ſingul.* 68. *Jaſ. in l. 2. n. 26. C. de jur. emphyt. & Cepoll. d. cap. 47. n. 4.* Ratio autem eſt, quod licet per renunciationem res deficiat, perſona tamen remanet principalitèr obligata. *Klocb. de contribut. cap. 2. n. 19. & cap. 5. n. 106. & 107. & cap. 10. n. 18.* Idemque dicit *Angel. in d. l. 2. §. Hoc interdicta n. 3. ff. ne quid in loc. public.* qui firmat vicinum non teneri, ſi ante collectam aquas dereliqui, ſecus ſi poſtea, & citat *l. Incola in 2. ad mund. & l. ſervum fructuarius de uſufruct.* ibi: *& puta utile interdictum competere, quia ipſe eſt perſonalitèr obligatus.*

8 Secundò, quod ubi Vaſſallus, & dominus communem habent puteum, & non ſufficit utrique, præfertur dominus. Idem *Sprenger. arg. l. 4. cit. §. 1. commun. divid.*

Tertiò, quod puteus communis, ſi inter duos vicinos ſit, poteſt judicio communi dividi, ſi ſo-
9 lum ejus ſit, commune ipſorum, vel viciniæ ipſorum adjudicetur. *Text. in l. 4. §. Commun. divid.* ubi *Florian.* qui tamen dicit ſecùs eſſe, ſi ipſis tantùm jus eſſet hauriendi aquam, quia fortaſſe ſolum, in quo eſt puteus, publicum eſt, vel aliorum, quod acutè recitat *Cepoll. d. cap. 47. n. 2.*

Quartò, noto quod puteum aliquis in ſuo ſolo acquirere non poſſit, ſi per id venæ vicini
10 putei in totum præcidantur *l. fluminum §. fin. de damn. infect. 2. Sprenger. etiam d. loc.* ubi Statuti meminit Francofurtani, quo cavetur, ut omnes putei ædibus adſtructi lapidibus ſimilibus, & non ſcandulis tegantur, nec amplius pedes quinque, pollices duos extrà parietem excedant *p. 8. tom. 6. §. 0. & 2.*

Quintò, quando ædes licet magnæ conſtruuntur, & cum illis fons, ſeù puteus, iſtæ
11 profectò totis ædibus dicuntur deſtinatæ, omnibuſque earum manſionibus, & partibus, quæ ſociæ dicuntur in hoc exercitio. & puteo, per ea, quæ tradit *Gratian. diſcept. for. cap. 536. n. 4. & 5.* quodque puteus dicatur pars integralis domus, dùm intrà ejus contignationem exiſtat, dicunt *Bertazz. de clauſ. 19. gloſſ. 11. n. 2. Paſctb. conſ. 173. n. 6. 6. 7. & 8.* & meliùs *text. in l. Julianus §. fin. ff. de act. empt.* ibi: *ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ puta quaſi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut putealia* ſequitur *Altograd. conſ. 12. n. 29. vol. 1.* qui ad eum textum bene advertit Florentinas Pandectas habere *Puteal*, & manuſcriptas *Puteus* in apoſtilla marginali.

Quanquàm verò etiam unus puteus plurium domorum uſui deſervire ſoleat, atque ab
12 eis pro communi poſſideri, ut benè probat *Text. in l. quia hoc 4. in princip. ff. commun. divid.* ibi: *de puteo quæritur, an communi dividundo agi poſſit.* Et de puteo communi inter plures domos *Bald. in cap. 1. §. Si quis de manſo de controverſ. inveſtit. in uſib. feud. & Cepoll. d. cap. 47.* & de puteo communi toti viciniæ *Roman. ſingul.* 68. Si tamen ex una domo per diviſionem plures factæ fuerint, & nulla habita mentione de puteo, ſtante poſſeſſione pro indiviſo, & nova poſſeſſione quoad partes diviſas, ex totius poſſeſſione etiam pars dicetur poſſideri per *l. qui univerſas ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum, qui ædes ff. de uſucap.* præſumi poteſt continuata ea regula, quod, qui ſemel poſſedit, etiam hodiè poſſidere præſumatur, ut fusè *Maſcard.* notat *de probat. concluſ.* 1201. & etiam ſi aditus ad tubum non fuerit factus, cum fieri potuiſſet, quia nemo in ſuo laborare cogitur, *l. 1. §. final. ff. de aqua pluv. arcen. l. quotiès in 1. §. 1. de ſervitut.* Neque amittatur poſſeſſio, dùm abſque uſu, corpore, vel animo inſiſtatur, per ea, quæ tradit fusè *Monac. deciſ. Lucenſ. 14. per tot.* & ſignantèr *n. 11. & 12. ad Text. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. 3. § In amittenda ff. eod.* & ſecundùm *Maſcard. concluſ. 184. n. 1.* ibi cit. Si verò domus cum puteo intrà ejus contignationem fuerit vendita, in ipſius venditione cum ea venit, & tranſit puteus, & ſi non ſit in confinio, dicunt *Altograd.* ubi proximè, & *Borgnin. Cavalc. deciſ. 8. n. 43. lib. 5.* Sic etiam veniunt putealia, funes, quibus hauritur aqua, labra, ſeù vaſa, ſeù crateres lapidei ad recipiendam aquam apti, fiſtulæ, aquæductus, rota, & ſitula ad hauriendam aquam, *l. Julianus §. fin. cum duab. ll. ſeqq. & l. qui fundum §. fin. ff. de contrah. empt.* Item Ciſterna dummodò, ſicut puteus, intrà domus confines, vel intrà domum ipſam ſit. *Bertazzol. de clauſul. clauſul. 19. gloſſ.* 11. Quo caſu prætendi non poteſt de putei dominio, ſed tantum
13 de hauſtus aquæ ſervitute, ut decidit *Florian. de S. Petro in l. per hoc §. De puteo in fin. verſ. ſecùs ſi habes ſolus ff. commun. divid. Cepoll. loc. cit. n. 2. & Petr. de Ubald. de duob. fratrib. 4. p. princip. n. 2.* Sed de hoc infrà.

Sextò demùm adverto poſſe Dominum locare unam partem cum uſu putei, vel ſine, pro-
14 ut ipſe vult, cum Paterfamilias poſſit fundos ad ſui libitum dividere, ac ſeparare, & ex uno duos, & ex duobus unum facere, & membrum unius, prout ipſi placet, alteri applicare, *l. ſi quis duas §. Si quis partem ff. commun. præd. l. quod in verum §. Si quis poſt*, & utrobique *DD. ff. leg. 1. Laderch. conſ. 78. n. 5. verſ. & hac ſi pars altera. Rota Bononienſ. diverſ. deciſ. 67. num. 11.* Etiam ſi tamen Dominus locando ædes, eas reficere teneatur, & omnia alia facere, ſine quibus conductor frui non poteſt; Non per hoc tenetur purgare puteum, neque ad viæ ante domum ſuam refectionem conferre, quandò impenſa eſt
15 parva, & non ultrà tempus conductionis protendatur, quia hanc pati debet conductor: at quandò eſt magna, reſpiciteque perpetui temporis utilitatem, ad locatorem ſpectabit, ut probatur ex dictis per *Bald. in l. licet in 4. quæſt. verſ. ſed quid ſi nihil C. locat. Rolând. à Valle conſ. 83. n. 4. & 5. vol. 4.*

Hactenùs de Putei dominio: nùnc eſt videndum de aquæ hauſtus ſervitute, quæ materia frequens diſceptatur in foro, ideòque maximè neceſſaria exiſtimatur. Hujus autem conceſſio-
16 nis multiplex admodum in lapidibus mortualibus antiquorum eſt mentio, quàm ita explicat *Brummer. ad l. Cinciam Comment. pag. 227.*: *Ultima vox hauſtus notat jus perſonale hauriendæ aquæ è puticulo, vel fonte vicino. De hoc jure aquæ hauſtus eſt inſcriptio Veronenſis, quàm profert Cujac. lib. 13. obſervat. cap. 36. HUJUS. MONUMENTI ACCESSIT. ITER. AC. JUS. AD. PUTEUM. HAUSTUS. Ejus verò non minus, quàm iter, aditus, ambitus ceſſione opus fuit, propter uſum aquæ, quàm in inferiis, ſeù ſacrificiis mortuorum libari ſolebant, quamque Romani arferiam, ſeù adferial teſte*

Feſta vocabant, *&c.* & de his alia *Kirchmann.* adducit *lib.4. de Funer. Roman. cap.2.* Quod ſi perſonalis hic uſus in caſibus particularibus maximè patebit, ſi ad contrahentium perſonas fuerit reſtrictus, ità ut ſi res alienatur, in ſin-
17 gularem ſucceſſorem non tranſeat, ut in terminis probat, & egregiè firmat *Manz. de ſervit. ruſt.præd.tit.3.qu.53.n.247.Veinzeger.eod.tract. diſſert.4.cap.7.n.2.in fin. fol.mihi 531. Borgnin. Cavalc.deciſ.7.n.19.& n.38 & ſeqq.p.5.* Item ex uſus reſtrictione ad actus perſonales. *Capoll. de ſervitut.præd.cap.2.n.19.poſt med.ver.& propterea eſt dicendum. Borgnin. d. deciſ. n.38.* quod extendi, & exemplificari poteſt peculiariter in hujuſmodi uſu fratribus conceſſo in domo dividentibus, reſpectu quorum non fuiſſet,ex.gr. conceſſus aliis aditus, ne extranei domus ſecreta viderent, & alia incommoda afferrent, ut egregiè probat *Bart.in Pater ff. de ſervitut.leg.* qui attentè eſt legendus, & ad facti ſpeciem aptandus: optimè *Borgnin.ibid.* ubi quod, licet ad hæredes familiæ tranſeat, non tamen tranſit ad extraneos, & benè *Roman. ſingul. 90.* quod incipit *concedo tibi*; *& ibi plena additio.*

18 Hæc ſervitus hauſtus aquæ exprimi omninò debet, aliàs in domus venditione minimè includitur per *text. in l. vendenda 66. verſ. quædam ità demùm ff. de contrah. empt.* & latiſſimè *Surd.conſ.17.n.6.& ſeqq.* cum quæque res vendi præſumatur libera, & venditor liberam illam præſtare cogatur. *Bald.in l.ex his prædiis n.2. C.de evict.Surd.* clarè *conſ.36. ſub n.9.* Probari tamen poteſt ex aliquibus circumſtantiis, puta, quod pars dominans portam apertam habuerit, quàm ad nutum claudi potuiſſet, ac ſimilibus, de quibus DD.conſulendi ſunt. Et non poteſt prætendi, niſi fuerit præſcripta, *§.fin. inſtitut. ſervitut. Urb. præd.* Sufficit autem ad præſcriptionem lapſus decennii. *Cæpoll. de ſervit. urb. præd. cap.24. n.5. Alex.conſ.130. in fin. verſ.ità etiam lib.6.& Surd. conſ.121. n.21.* qui dicunt etiam quod, quando ſunt lapſi 30. & 40. anni, contrà ignorantes etiam præſcribitur.

At perpendamus, an hujuſmodi poſſeſſori danda ſit manutentio, & quando? Primò autem intuitu videbatur dicendum actus hau-
19 riendi aquam uti facultativos, non eſſe in poſſeſſione manutenibiles, & probare jus, ac permittentis permiſſionem,nullamque in ipſo obligationem inducere. *Poſſib.de manut.obſervat.53. n.1.& 2.Rota poſt eum deciſ.541.n.9.* Verumtamen tutior ſententia eſt affirmativa, quod ſcilicet in hac poſſeſſione exiſtenti danda ſit manutentio. *Text.eſt expreſſ.in l.unic. in princ. ff. de Fonte*, in qua *Prætor ait* (verba ſunt Ulpiani) *uti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua, nec vi, nec clàm, nec precario ab illo uſus es, quominùs ità utaris vim fieri veto. De lacu, puteo, piſcina item interdicam.* Quæ clariſſima verba reaſſumit *Menoch. in tract. de adipiſc.remed.8. n.1.* ubi, *& n. ſeq. ac per tot.* firmat hoc retinendæ interdictum, quod vulgò manutentionem dicimus competere, dùm non agitur de uſu, ſed poſſeſſione à ſolo curſu naturali reſultante, in cujus terminis dubium hoc moveri poteſt, juxtà deciſa *in Romana decurſus aquarum 23. Junii 1662. coràm Taja.* Stante multo magis diuturna poſſeſſione, quæ boni juris juſtificationem non requirit, ut legitur clarè ſancitum *in l.ſi quis diuturno ff.ſi ſervit.vendic.* Sed nihilominùs advertendum, quod hæ ſervitutes cauſam diſcontinuam habentes, ut ſint manutenibiles, tempus immemorabile requirunt juxtà *dec.101.p.4.recent.tom.2.* approbatam *in* (a) *Romanæ ſervitutis 29.Januarii 166.coram Eminentiſſimo D.Cardinali Cerro*, quæ omnia refert, & ſequitur *Jo: Bapt. De Luca ſuo Theat. Verit. & Juſt. ſeù de ſervit.tom.4. diſcur.32.n.3. & 7.* ubi malè aſtruit Pompeii Theatrum illud fuiſſe, cujus rudera extant adhùc in Monte Sabello, qui ibi erat Theatrum Marcelli, de cujus veritate vulgatiſſimæ ſunt hiſtoriæ. Sed à prolixo, egregio tamen Scriptore, tanta adverti non poterant.

(a) Deciſ. 838. cor. Cerro & deciſ. 25. poſt Tract.

Cadit hìc ſub calamo non contemnenda concluſio,quod ſcilicet jus habens hauriendi aquam
20 de puteo vicini, non poſſit eo uti de nocte,ſub periculo quod, ob uſum jus illud amittat, ea nimirum ratione, quia nocturno tempore per Civitatem, vel domos alienas ire non licet, ut probatur *in l.iter, ubi Bart.& gloſſ. ff.commun. divid.& ad l.ſi communem §.Si is ff.quibus mod. ſervitut.amitt. Carpan.ad Stat. Mediolan. tit.2. poſt caput 33. n.20. & Roman. ſingul. 819.* qui tamen declarat id non eſſe, ità amare intelligendum, & inciviliter, ut nullo modo liceat eo tempore; Cum ſi pateat abſque periculo, de nocte, ac de die, æquè poſſimus, & de nocte uti illa, ac quacumque alia ſervitute *argum. l. furem cum ibi notat.ff.de ſicar.*

Neque pro uberiori totius materiæ tractatione prætermitto vetuſtam Solonis legem ſu-
21 periùs adductæ nexam, hiſmet verbis ibid. à Petito relatam: *ſi quis depreſſis in altum puteo decem orgyas, aquam in ſuo non invenerat, extrahito è vicini puteo bis quotidie aquam urna ſex choum capace:* quam commendat in ejuſdem vita Plutarchus. Volebat profectò ſapientiſſimus Legiſlator neceſſitati,abſque vicini prejudicio, conſulere, quod patet, quia non ſemper, nec pro libito id licebat, ſed bis in die. Motis autem illa in re controverſiis, Magiſtratum adibant, cui id erat jure,ſeù in ſimilibus *Aquarum Curatorem*, qui providere tenebatur ne quis aquam puteorum publicam, privata ſua auctoritate violaret, derivaret, aut oletaret. Profectò gens illa judicii acumine quàm maximè locupleta, poterat in multis eſſe nobis magiſtra.

A D N O T A T I O.

INventionem Puteorum quam *Pacichell. n. 1.* tribuit Danao Argorum Regi, referendam potiùs eſſe ad filias ejuſdem Danai, teſtatur
22 *Cælius Rhodigin. lect.antiq.lib.10.c.27. pro fin.* ibi: *Poſtremo in hac Puteorum mentione adnotanda eſt Strabonis Hiſtoria, qui Danai filias ſcribit ſumma ſolertia apud Agros adinveniſſe Puteos, cum Civitas eo in loco jaceret arido, teſtante idipſum Græco verſu, quod Latinè vertetur.*

Agros aquis vacuum Danaæ ſtruxere redundans & rurſus idem Auctor *lib. 27. c. 5.* ibi: *ad Danaidas referunt alii, quæ ab Ægypto profectæ phreorychiam docuerint, ideſt Puteorum artem profodiendorum.*

Differunt verò Putei à Ciſternis, quia in Ciſternis, ut dicit ſuperius *Gloſſator. Noſter legis n.2.* non adeſt aqua perpetua, nàm Ciſterna imbribus tantum conſtituitur, & ideò ſuper
23 ipſam ſervitus aquæ hauriendæ conſtitui non poteſt,

poteſt , quia Ciſterna non habet cauſam perpe-
tuam ut conſiderat *Pecch.de ſervit. to. 2. cap.8.
qu.40.n.1.*
Nihilominus ſi convenerit inter Partes , ut
quoties in Ciſterna, vel Puteo adſit aqua, libe-
rum ſit accedere ad d.aquam hauriendam , hoc
pactum valeret, & obſervandum eſſet, nec poſ-
24 ſet eidem pacto contraveniri , ut ex verbis te-
tus per extenſum tranſcripti in *l. ſervitutis 4.
ff.de ſervit. : Sed tamen ſi hæc adjiciantur per
pacti, vel doli exceptionem occurretur ;* & *Gloſſ.
in d. L. ſervitutes in verbo pacti , & in verbis
contra placitum* firmat *Pecch. d. cap. 8. q. 40.
n. 28.* ubi ſubdit , quod hæc non dicetur ſervi-
25 tus , ſed tantùm obligatio perſonalis ex mente
*Bartoli in l.mela §.Quidam. ff.de aliment. & ci-
bar.legat.*
Circa diſtantiam ſervandam in Puteorum ef-
foſſione, de qua ſupra *n.3. & 4.* non benè con-
ſtat inter DD. Nam *Capoll. de ſervit. Urb.præd.
cap. 47.* tenet nullum eſſe relinquendum ſpa-
tium, ſeu diſtantiam à muro vici , cui opinioni
adhæret *Pacichell. d.n 4.* referens etiam *Sabell.
var. reſolut. cap.79. n. 23. & 24.* Contra verò
*Pecch.de ſervit.d.tom.2.cap.8.q.40. ex n.31. uſq;
ad fin.* & præcipuè *n. 38.* conatur defendere,
quod ex mente *Noſtræ Legis* intercapedo ſal-
tem duorum pedum relinqui debeat : Cum
26 enim Puteus non ſit in Noſtra Lege expreſſis
verbis denotatus , ſed veniat ſub generica ap-
pellatione ſcrobis , in ſcobre autem effodienda
dimittendum ſit tantum ſpatium, quanta ſolet
eſſe profunditas ejuſdem ſcrobis , ſcilicet duo-
rum pedum juxta ſenſum *Pacichell. poſt n. 4;*
tanta igitur debet ſaltem eſſe diſtantia inter
Puteum meum, & Puteum vicini , quemadmo-
dum pluries citato *Noſtro Authore* , eoque re-
probato una cum *Capolla* in hac opinione , ra-
tiocinatur idem *Pecch.d.q.4. cap.8.to. de ſervit.*
ubi etiam videri poterunt opiniones aliorum
Doctorum requirentium ſpatium quinque pe-
dum in Putei effoſſione .
Veruntamen quidquid ſit in puncto ſtricti
juris, Ego libenter adhæreo opinioni *Noſtri Au-
ctoris* aſſerentis nullam in praxi diſtantiam in
Putei aperitione ſervari , cumque alibi non ſe-
mel animadverterimus in ſervitutum materia,
præcipuè quoad diſtantias plurimum deferen-
27 dum eſſe obſervantiæ , hoc debet potiſſimùm
procedere in puteis *Card. de Luc. de ſervit. di-
ſcur.32.n.ta .Panimoll.deciſ.26. Annot. 1. n.60
& ſeq.* Quoniam cum in *Textu noſtro*, ut ſupra
diximus, nulla expreſſa mentio putei habeatur,
debet proindè inſpici, quidnam obſervantia cir-
ca puteos induxerit, & certè videtur induxiſſe;
ut nulla diſtantia ſervetur , quemadmodum
apertè colligitur ex voto *Præſidis vior. in Re-
cent. deciſ.233.p.7. n. 48.* ubi quod puteus po-
28 teſt fodi propè fundum , & propè murum vici-
ni etiam nullo relicto ſpatio , & proindè ipſius
contigua conſtructio non arguit dominium,
aut communionem muri .
Hujuſmodi tamen facultas puteos aperiendi
debet ita intelligi , ut nullum vicino damnum
reſultet : Damnum autem dupliciter poteſt re-
ſultare , primo nimirum ut corruat paries ejuſ-
dem vicini , ac propterea fodiens propè d.muru
29 tenetur cavere de damo infecto, itaut cadente
pariete dicatur ſtipulatio commiſſa , & fodiens
teneatur ad omnia damna, & intereſſe ut *ex L.
fluminum 24. §.Item videamus in fin. ff.de dam-
no infecto* firmat. *Pecc.de ſervit.d.to.2.c.8. n.40.
num.37.*
Secundo timeri poteſt damnum ex continua
humiditate aquæ pullulantis in puteo , & pe-
netrantia muros ejuſdem vicini , & proinde, ne
iſtud humiditatis continuum damnum eveniat ,
vel debet ab fodiante fieri in ſuo Solo alter mu-
30 rus ita incruſtatus , & lateritiis ſegmentis calce
interlitis ita conſtructus , ut nimiam aquæ pe-
netrationem impediat, vel eſt tam altè effodien-
dus puteus , ut aquæ ſuperficies remaneat infra
primos lapides fundamentorum parietis vicini ,
quemadmodum eruitur *ex d. vot. in deciſ. 253.
num.49. p.7. rec.*
Sed licet puteus cum præd. declarationibus
fieri poſſit propè murum vicini , attamen diver-
ſum eſt im latrina , quæ ſi valit ædificari propè
31 puteum debet conſtrui murus duorum pedum
verſus illum , ut tradit *Pacichell. num. 5.* quem
citat , & ſequitur *Pecch.de ſervit. d. q.40.cap.8.
to.2. num. 39.*
Poſtquam vidimus quid ſit in puteorum ef-
foſſione ſervandum , inſequendo veſtigia *Paci-
chell.* videndum eſt, quid juris ſtatuendum cir-
ca expenſas in puteo faciendas , & cum nulla
adſit quæſtio, quod in puteo privato , & in to-
tum proprio ſpectent ad Dominum , dubium
verſatur in puteo Communitatis, de quo ſupe-
riùs *num.8. & 7.* Et regula eſt, quod primo ex-
penſæ fiant ex bonis communibus, hoc eſt ex il-
lis , quæ ſuperabundant de introitibus Commu-
nitatis , deductis aliis expenſis; quibus non ſuf-
32 ficientibus devenitur ad collectam inter habita-
tores tantum illius loci : qui comodo putei per-
fruuntur *Evendan. de exeq. man. reg. p.2. cap. 3.
num. 9. Guid. Pap. dec. 444. ex num. 1. per tot.
relat.* per *Solon. Campell.ad decret. Urbin.annot.
76. num.2.* ſin autem vicinus proteſtetur ſe am-
plius nolle uti puteo , tunc inſtat diſtinctio ;
33 Aut enim agitur de reparatione propter damna
illata tempore præterito , & in tali hypotheſi
nulla excuſatione poteſt jurari à contributione
dictarum expenſarum , ea prævalida ratione ,
quia is jam utilitatem tempore præterito per-
cepit : Aut agitur de expenſis reſpicientibus
futurum aquæ hauſtum , & in hujuſmodi caſu
non ſufficit ſola proteſtatio , quod nolit uti pu-
teo , ſed debet à loco diſcedere , & alio com-
migrare , & tunc , facta demum tranſmigratio-
34 ne, ad expenſas factas pro futuro commodo non
tenetur , ut poſt alios desertè explicat *Solon.
Campell. ad decret. Urbin d. annot. 76. num.8.*
Deſcendit deindè *Pacichell. num. 8.* ad diri-
mendas quæſtiones in uſu putei inter vaſſal-
lum , & Dominum, qua in re concluduut DD.
quod ſi inter domum feudatariam , & domum
propriam directi Domini concedentis feudum ,
35 ſit in medio puteus , qui continet tantam
aquam, quæ ſit ſufficiens uſui utriuſque domus,
debet ſervire utrique , ita ut proprietarius non
poſſit prohibere feudatarium ab uſu dict. aquæ
quid aliud ſit , quando non ſufficeret utrique ,
nam tunc dominus eſſet præferendus *Bald. in c.
41. §. Si quis de manſo num. 10. col.5. ad med de
controverſ. Inveſtit. Jaſ. in L. quominus num.58.
verſ. quarto ad prædicta ff.de fluminib.poſt Rom.
in L. in concendendo ff. de aq. pluv. arcend. Bald.
in L. ſi plures 6. num.3. C.de fideicommiſſ.* relatis
à *Gratian diſcept. forenſ. cap. 992. num. 4. to. 5.
fol mihi 562.*

Sin autem Puteus ſit communis inter plures
vicinos, tunc agi poſſe judicio communi divi-
36 dundo, tradunt DD. hic relati *num.* 9. & ulte-
riùs firmant allegati per *Panimoll. annot.* 1. *ad
dec.* 26. *num.* 55. Et ſi remaneat indiviſus, tunc
unicuique ex condominis, ſeu Inquilinis licere
haurire aquam ex eodem puteo certum eſt,
quia cenſetur deſtinatus in ſervitium totius do-
37 mus omniumque ejus manſionum, & partium,
quæ inter ſe dicuntur ſociæ in hujus officinæ
dominio, poſſeſſione, & uſu, tanquam pro com-
muni inſolidum poſſidentes, ea prævalida ra-
tione, quia in omnibus manſionibus, & ſingu-
lis partibus domus diverſi putei conſtitui ne-
queunt, ſed unus pro toto domo quamvis ma-
gna ſufficit, prout communiter, & regulariter
ædificia ſecundum artem conſtitui ſolent, ut
experientia, & oculari rerum aſpectu demon-
ſtratur, *Cardina. de Luc. de ſervit. diſc.* 32. *num.*
9. *in fin. Panimoll. annot.* 1. *ad dec.* 26. *num.* 56.

Puteoſque adeò eſt hujuſmodi conſortium ex
communi Puteo reſultans, ut etiam ſi devenia-
tur ad venditionem partis domus, in qua puteus
38 non adeſt, vel etiam eadem pars puteo carens,
transferatur in alium titulo lucrativo, cenſea-
tur etiam in ipſum translata commoditas hau-
riendi aquam ex puteo, quemadmodum priùs
hauriebatur, quando domus manebat ſub unius
Domini poteſtate, ut probat *Noſter Author nu.*
12. & ultra adductos per ipſum tradunt *Bera.
conſ.* 132. *num.* 13. *Rovit. dec.* 98. *num.* 2. *Pani-
moll. d. annot.* 1. *ad dec.* 26. *num.* 59. Et quamvis
Cæpoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 46. *de curia,
ſive curte nu.* 21. concludat, quod manſio trans-
lata in alium titulo oneroſo, vel lucrativo, quæ
prius haberet oſtium cum aditu ad puteum, hoc
jus amittat per d. ſeparationem ab aliis parti-
bus domus in quibus puteus remanſit, nihilo-
minùs ejuſdem *Cæpoll.* opinio abundè refellitur
per *Pecch. de ſervit. tom.* 2. *qu.* 41. *cap.* 8. *per tot.*
Quando verò Puteus inſerviat non uni tantùm
domui; ſed pluribus domibus prout fieri ſolere
docent relati per eundem *Card. de Luc. d. diſc.
num.* eædem plures domus pro una quodammodo
39 reputari debent præcipuè ad effectum prælatio-
nis, cum ratione ejuſmodi conſortii dicatur quis
habere participationem dominii, *Panimoll. d. an-
not.* 1. *ad dec.* 26. *num.* 57.

Duo tandem pro coronide ſunt adnotanda
primum ſcilicèt, quod ex puteo communi poſ-
ſeſſo pro indiviſo poteſt condominus ex latere
ſuperiori uſque ad cœlum haurire aquam & fa-
40 cere ad hunc effectum plures feneſtras cum hu-
juſmodi communio uſque ad Cœlum ſe extol-
lat, *Borgnin. dec.* 8. *num.* 42. *& ſeq. p.* 5. *Pani-
moll. annot.* 1. *ad dec.* 26. *num.* 62. *&* 63. Alterum
notabile eſt, quod in hoc *Capite poſt num.* 4. ad-
ducuntur verba *Ulpiani* ex quibus apparet,
quod puteus aperiri poteſt in proprio ſolo etiam
ſi venæ putei vicini præcidantur: Contra verò
num. 10. *Noſter Author* eſt in ſenſu, quod ſi ve-
næ in totum præcidantur, puteus aperiri non
poſſit, quæ videtur aperta contradictio. Ego
verò teneo pro certa priorem concluſionem eru-
tam ex prædicto apertiſſimo reſponſo Ulpiani,
quam concluſionem firmat *Pecch. de ſervit. cap.*
8. *q.* 40. *poſt num.* 35. ibi: *quod licet ego habeam*
41 *puteum in meo fundo, cujus venæ ſcaturiunt in
fundo vicini, ſi vicinus illas præcidat faciendo ex.
gr. puteum in proprio fundo, quæ mediante aqua,
quæ in meo fundo defluebat, ceſſavit, & puteus
meus remanſit vacuus, etiam ſi vicinus meus
promiſiſſet per ſtipulationem damni infecti, at-
tamen ego non dicor in nihilo damnificatus, quia
hic lucrum, quod ex alieno conſequebar, amiſi,
non autem damnum paſſus ſum*: ad quam con-
cluſionem comprobandam plures pulchros Tex-
tus per extenſum tranſcribit. *Idem Pecch. ubi
ſupra.*

Qui plura erudito viro digna ſcire cupit de
Puteis, Putearii, Puticulis, & Putealibus,
adeat *Cælium Rhodig. lect. antiq. lib.* 10. *cap.*
17. *per tot.*

Abſolutis quæſtionibus de puteorum effoſ-
ſione, agit *Pacichell.* de affinibus controverſiis
ad materiam aquæ hauſtus, in qua duplex oc-
currit principalis inſpectio, prima ſcilicet ſuper
ipſius manutentione in ſummariſſimo poſſeſſo-
rio, altera ſuper plenaria cognitione circa ipſius
ſervitutis acquiſitionem: Et quod ad primam
ſpectat, funditus rem examinat *Pecch. de ſer-
vit. tom.* 2. *cap.* 8. *q.* 40. *ex num.* 3. *uſque ad num.*
21. ubi ponit differentiam, & rationes ejuſdem
differentiæ inter Aqueductum, & Aquæhau-
42 ſtum; ut in Aqueductu ſufficiat quaſi poſſeſſio
per unicum diem, vel unicam noctem, contra
verò in Aquæhauſtu neceſſarium ſit tempus ſal-
tem triginta dierum cum ſcientia, & patientia
Domini putei, ut *n.* 14. juncto *n.* 19. plurimas
adducens auctoritates.

In plenario autem judicio cum agatur de
ſervitute habente cauſam diſcontinuam, & de
actibus qui per urbanitatem Domini cenſentur
permiſſi titulo precarii, quia magna inurbani-
tas eſſet vicini habentis puteum perennem, ſi
43 convicinis hujuſmodi commodum denegaret,
præcipuè quando nullum damnum, vel aliud
incommodum ex d. Aquæhauſtu ſentiret, ut
tradit *Panimoll. annot.* 1. *ad deciſ.* 26. *num.* 49.;
Ideò ad hujuſmodi ſervitutis coactivam præ-
44 ſcriptionem requiritur tempus immemorabile,
vel centenaria ex abundè relatis per eundem
Panimoll. d. deciſ. 26. *annot.* 2. *num.* 48.

Pro coronide illud eſt advertendum, quod
qui debet ſervitutem aquæhauſtus ex fonte,
non poteſt illam immutare, & cogere habentes
ſervitutem activam, ut pro aqua fontis, hauriant
aquam à Puteo, quia puteariæ aquæ non ſatis
45 probæ ſunt præ fontanis, quod terroſæ pluri-
mum ſint, & quæ in arcto retinentur occluſæ,
& propterea quippiam etiam putreſcentis mate-
riæ inesſa neceſſe eſt, illàc ſolis radio minùs per-
tingente, nec prorſum perflatu ullo vapores
corruptioni obvios detergente, juxta teſtimo-
nium Galeni, & Avicennæ relat. à *Cel. Rhodi-
gin. lect. antiq. lib.* 27. *cap.* 6. *circa med.* & innuit
Noſter Author in princip. hujus c. num. 2. Ac
46 proinde ſubintrat concluſio quod ſervitutem
debens nequit illam alterare, aut minuere in
præjudicium fundi dominantis, ut ſunt jura
notiſſima.

CAPUT X.

*Inveſtigatur, an & quæ Diſtantia in Olea,
& Fico ab alieno ſolo requiratur.
Nonnulla ſcitu digna Exornatio-
nis gratia adducuntur.*

SUMMARIUM.

1 *Olea, ac Fici eadem eſt Diſtantia.*

2 *Par-*

2 *Particula* Aut *disjunctivè ſtat, vel conjunctivè.*
3 *De virtute particulæ* Et.
4 *Deſumpta eſt lex iſta à* XII. *tabul.*
5 *Serere, ac plantare hoc loco idem ſunt.*
6 *Hæ arbores Athenis primùm editæ.*
7 *Oleæ, & Olivæ promiſcuitas, & varietas.*
8 *Hiſtoria plantarum Delecampii eſt mendoſa.*
9 *Olea Minervæ inventum, ipſique arbor ſacra,* & num. 35.
10 *Diſtantia in illa plantada:* & num. ſeq. *ubi de radicibus.*
12 *Aliud ſpatium conſideratur cauſa Aquæductus.*
13 *De conſuetudine ſpatium non ſervatur.*
14 *Priſcis, quæ fuerit Oleæ reverentia* & n. 15.
16 *Pœna ſecundùm nonnullos pro Olivarum inciſione.*
17 *Fici fructus natura, & maturitas.*
18 *Ficorum plantæ non diù vivunt, habentque longas radices.*
19 *Dictio* Et *ſtat ampliativè.*
20 *Ac ponitur inter diverſa.*
21 *Dictio* Aut *juxta ſuam naturam eſt alternativa.*
22 *Et dat electionem inter unum ex alternatis.*
23 *Efficitque, ut electio ſit debitoris.*
24 *Eſt de ſui natura disjunctiva.*
25 *Et habet ſignificatum adverſativum.*
26 *Quid dicendum de ſynonima dictione* vel?
27 *Alternativa appoſita inter perſonas reſolvitur in conjunctivam.*
28 *Declara ut quando perſonæ ſunt ex illis inter quas cadit nodo charitatis reſolvatur in diſcretivam & denotet ordinem ſuccedendi.*
29 *Appoſito in lege, ſeù ſtatuto efficit, ut in unoquoque membro ſeorſim ſumpto diſpoſitio verificetur.*
30 *Diciturque tunc ſtare ampliativè.*
31 *Lectio* Legis finalis *ſive exponatur per dictionem* & *ſive per dictionem* Aut *habet eundem ſignificatum.*
32 *Verbum Oleæ, & olivæ promiſcue accipitur pro arbore, & pro fructu.*
33 *Arbores Olearum ſi publicæ ſint, dicuntur moriæ, privatæ vero dicuntur Elææ.*
34 *Fabularum commentum circa arbores Olearum.*
36 *Nuclei Olearum ſunt in fructu.*
37 *Baroni, cui debetur pars Olivarum ſoluta prima macinatione ex olivis, debet ſolvi macinatio etiam ex nucleis ipſorum.*
38 *In plantandis Olivis requiritur diſtantia novem pedum* Idem *dic de ficu n.* 42.
39 *Arbores olivarum in via vicinali ſpectant ad vicinum, qui earum fructus recolligit.*
40 *Gravatus non repetit à fideicommiſſario expenſas factas in plantatione Olivarum.*
41 *De Olivetis donatis à B. Gregorio magno Baſilicæ S. Petri.*
43 *Ficorum natura, varia genera, & qualitates.*

EAdem planè inter utraſque arbores, tàm ſcilicet Oleam, quàm Ficum à Gajo noſtro hic
1 ſancita ex ſuis met verbis conſpicitur Diſtantia, ait enim: *At verò Oleam, & Ficum ab alieno ad novem pedes plantato*, ſuperiorem proſequens materiam. Cui interpretationi illa prorsùs conſonat aliorum, qui per *Oleam, aùt Ficum* Græcum Textum expoſuere, illa namque particula, *aùt* quamquam videatur, ut plurimum ſtare disjunctivè, ſeù ſubdisjunctivè, ut conſuevit, & planum fit ex *Textu. in l. hæc verba* 124.
2 *ff. de verb. ſignifi.* cujus vis eſt alterum fieri ſatis, ut fit *l. ſi is qui* 13. *§. Utrum ff. de reb. dub.* Hic tamen pro conjuncta particula eſt accipienda, ut ſepè fit ad *Text. in l. ſepè* 53. *ff. de verb. ſignific.* ubi Paulus inquit *cum dico, quod dedi, aùt donavi*: & hoc *Juſtinian.* confirmat *in l. penult. C. eod.* & patet ex *tit. interd. quod vi, aùt clam*. Ità quoque meliùs, & clariùs copulat ſupradicta particula. Et ad tradita per *Rodenſcb.*
3 *conſ.* 10. *num.* 57. & *ſeqq* & *recens per Urceol. conſ* 79. *num.* 10. & 24. quæ conjungit inter ſe diverſa, ut reſolvit *Rota decif.* 14. *num.* 9. *p.* 8. *recent.* Auget, & includit. *Rovit. conſ.* 55. *num.* 6. *tom.* 1. impeditque ne ſequentia ad precedentium terminos reſtringantur. *Surd. conſ.* 475. *num.* 6. *in fin.* & *num.* 27. licet aliquandò ſtet expoſitivè pro *ideſt*, maximè cum ponitur inter genus, & ſpecies, ex *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Cæſareis* 24. *Martii* 1654. *coràm Taja*, quod non eſt conſiderandum in iſto loco.

Deſumpta verò ictu oculi ab ipſiſmet 12. tabul. leg. hæc apparent, in quibus agens Solon.
4 de arboribus plantandis, cavit, ut Oleæ, & Ficum novem pedes ab alieno fundo longè ſererentur, ità prorsùs ſcribens: *Oleam & Ficum novem pedes longè ab alieno fundo ſato*, quemadmodum *Samuel Petit. in comment. ſepe addac. in leg. Artic. lib.* 5. *tit.* 1. deſcribit. Profectò autem in his textibus idem ſunt, *ſerere*, ac *plan-*
5 *tare*, quia, & ſi primum ad ſpargendum, ſeu fundendum ſemen reſtringatur ex *Connan. in comment. jur. civil. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 2., Secundum, non modo de arboribus dicitur tranſlatis, vel ruptis, ſed (præ herbis) de iis, quæ ex ſeminibus oriuntur, ut ad *Text. de rer. divſ. inſtit. §. Si Titius*, & poſt *Serv.* optima eſt *Jo: Calvini* auctoritas *in lex. jurid. verb. planto.*
6 Verum quia hæ arbores (quas ambas Athenienſem terram primum edidiſſe tradit *Ælian. de var. hiſtor. lib.* 3.) materialitèr ſunt ſejunctæ quamquam utrarum ex textu ſit una ratio formalis; Caput illud pro majori perſpicuitate, bimembre attamen efficiemus. Et ideò ſit.

MEMBRUM I.

De Olea.

OLeam, & Olivam promiſcuè acceptam pro nota arbore, & pro ejus fructu, Rei Ru-
7 ſticæ auctores clariſſimè demonſtrant, qui abundè ſatis *in Theatro ling. lat.* cum ipſorummet verbis afferuntur, probatque Vir inſignis *Gerard-Voſſius in etbymol.*; Undè minimè audiendus eſt *Flavius Caper*, qui *in lib. de Ortograph.* ſcripſit: *olea arbor eſt, oliva fætus, oleum liquor*: ità verò dici quaſi *Eleam* exiſtimat *Varra lib.* 4. *de ling. lat.* Parumque prodeſt Oleam ſativam diſtinguere, quæ vulgò dicitur *Olivo domeſtico* ab Olea ſylveſtri, ſeù Oleaſtro, vel potius Æthiopica Oliva, de quibus *Dioſcorides lib.* 1. *cap.* 118. ibique *poſt cap.* 20. *Matthiolæ* egregiis commentariis materiam illuſtrans; & ex veterum
8 notitiis hujus plantæ decem genera diſtinguens. Plura etiam legi poſſunt in eruditiſſima *Plantarum Hiſtoria lib.* 3. *cap.* 20. cujus auctor eſt *Jacob. Delecampius*, ſed evulgator *Molinæus*, neuter *in lib. fronte inſcript.*, quamquam alicubi, & præcipuè in figuris mendoſa fuerit inventa, ut *Gaſpar Bovin.* monuit *in ſuis animadverſ. ad illam prælo tradit.*

Hanc

9 Hanc arborem Minervæ inventum innuit *Virg. Georg. 1.*

Adſis ò Tegeæ favens : Oleaque Minerva Inventrix ————

Et idcircò Minervæ ſacra *ex Plin. lib. 12. cap. 1.* A mundis pueris olìm tractabatur : *nàm arbori* (teſte Palladio) *Præſul eſt caſtitas*, & futuræ felicitatis prognoſticum ipſam benè florentem veteres admirati ſunt, apud *Ovid. in Faſt. lib. 5.*

Si benè floruerint Oleæ, nitidiſſimus annus
Poma quoque eventum temporis hujus habent.

10 Quantùm vero ad earum plantationem, in qua obſervanda primum eſt Diſtantia, illam refero, quàm inter ipſas, nempè alteram ab altera planta *Plin.* dijudicavit *hiſtor. lib. 17. cap. 12* ubi poſtquàm de arboribus in genere dixit collis minora quærere intervalla, locoſque ventoſos crebriores ſeri conducere : *Olea tamen* (inquit) *maximo intervallo* (ſupple plantanda) *de qua Catonis Italica ſententia eſt : in 25. pedibus minimum, plurimum 30. ſeri. Sed hoc variatur locorum natura.* Quo ad alias verò plantas diſtantia conſiderata dicimus Oleam prope Punicam benè plantari cum eam in ſui conſortium alliciat, ambæque mutuo fecundentur. Sic ſcripſit *Aldrovand. Dendrologiæ lib. 2. pag. 589.* contrà verò eſt ſi juxta quercum plantetur, ſunt enim valdè inimicæ, ut idem auctor *lib. 1. fol. 301.* obſervatum his verbis teſtatur : *olea juxtà quercum plantata, continuò vitalitate deſtituitur, & areſcit, ac pertinacitèr adeò diſſident hæ plantæ, ut ſi altera alterius tangat ramos, iſti curveſcere alioque inclinare, & reſilire obſerventur ; quinimò quercus etiam exciſa, duduṁque emortua, atque olivetum deportata, vel inter olivæ radices immiſſa, plantas enecat, & areſcere cogit.* Ad differentiam verò fici, eſt adagium, quod paſſim ſub his verbis circumfertur.

L'Olivo groſſo, e'l Fico piccolino.
Ponga ch'ingannar brama il ſuo vicino.

Fortaſſe quia melius vigent taleæ ficus tenellæ ſi plantentur, quàm rami aliquantò craſſiores, ut è converſò evenit : ita opinantè *eod. Aldrovando lib. 2. pag. 468.*

At curent id Agricolæ. Nos Juſtitiam cuique tribuendam intuiti, Juriſconſultorum pla-
11 cita ſolummodò inveſtigamus. Intervallum igitur Olearum de jure communi ab alieno fundo eſt novem pedum, ea nimirùm de cauſa, ne radices, quæ ex ea arbore longiùs aguntur, tùm alimenti ereptione, tùm quoque halitus efflatu aliquibus infeſta, damno ſint non modico viciniæ, quorum (poſt legis mentionem) acutum ratiocinatorem in Solone ſeſe *Plutarc.* exhibuit his verbis : *Ad hæc modum plantandi digeſſit, per quam artificiosè. Aliam arborem, qui in agro ſuo plantaret, eam à vicino abſiſtere pedes quinque ſuperavit, qui ficum, aut oleam, novem, quod radices hæ agant longius, neque ſit omnibus earum innocens vicinia, &c.* Quibus addi poteſt ſententia *Theophraſti in Hiſtor. Plantar. lib. 1. c. 9.* ubi dicit : *ſunt etiam aliæ* (arbores) *radicibus altis, ut robur : aliæ ſummo adhærentibus terræ, ut olea punica, malus, cupreſſus : item aliàs recta æqualeſque, aliis obliquæ, inæqualeſque. Id enim non ſolum loci ratione evenit, quod ſcilicet & recta tramita progredi non poſſunt, ſed etiam naturæ ipſius proprium eſt, ut in lauro & OLEA liquet, ac FICO; cæteriſque hujuſmodi radix obliqua propterea eſt, quod expedita facilique ſemita carent.*

12 Aliud vero conſideratur ſpatium, ſi aquæductus per locum privatum diſcurrat, quia tunc ab utraque parta 15 pedum ſpatium relinqui debet, in quo nullæ ſint arbores, & ſi eò naſcerentur, poſſent, facta denunciatione ipſi domino, exeidi, *l. 1. ubi hoc notat Bart. C. de aquæd. lib. 11.* quia præſumitur per totidem pedes arborem radices mittere; Quod ſi aquæductus per publica loca tranſiret, latitudo à cunctis arboribus munda debet eſſe decem pedum, *l. omnes circa med. eod. tit. de aquæd. Bart. in d. l. 1. & Capall. de ſervitut. Urb. præd. cap. 81.*

13 De conſuetudine tamen prædicta nullatenus ſervantur, ut dixit *Rendella in ſuo* perquam eleganti, atque erudito *tractat. de Olea & Olea Monopolit. cap. 7.* qui eſt impreſſus *poſt ejus tractat. de Paſcuis.* Immo neque (in ejuſdem ſententia) ſunt in uſu diſpoſitiones quod rami earum ſuper domos, vel vicinorum agros pendentes ſuccidi debeant, idque à fortiori & ſecundum *Nevizan. conſ. 58. Anton. Scap. de jure non ſcript. lib. 3. cap. 101. & Ant. Theſaur.* qui de non uſu Legis noſtræ in Italia, poſt *Baldi* auctoritatem, teſtatur.

14 Tanta vero Priſcis erat huic arbori reverentia, ut non modo ex alieno agro oleas avellere non liceret ad privatos uſus, niſi duas quotannis, vel in uſum templorum ; verum neque ex ſuo ipſius agro: & qui ſecus feciſſet, centum multaretur drachmis in ſingulas oleas, idque ex 12. *tabul.* etiam lege, quam ex Demoſthene deſumptam hiſmet verbis refert *loc. c. tat. Petit.*: *Si quis Oleam Athenis evellat, niſi in uſum templorum Athenienſium, aut in privatum ſuum duas evellat quotannis, aut in funus, in ſingulas oleas centum drachmas pendito: decima multa Minervæ ſacra eſto : centum quoque drachmæ addicuntur actori. Dea ſcribuntur apud Magiſtratum, cujus eſt judices dare. Actor Sacramentum depoſita. Reo damnato Magiſtratus exigendam tradito multam, quæ in ærarium publicum infertur, exactoribus ; decimam vera quæ Minerva cedit, Quæſtoribus Deæ. Si ficus fecerunt magiſtratus, ipſi de ſuo pendunto.* Omnia hæc uberrimis commentariis illuſtrat idem eruditiſſimus ſcriptor, cum quo ſufficit notare *Sacramentum* fuiſſe, vel decimam multæ, vel drachmis tribus definiri conſuetum, ſi de centum drachmis ageretur, aut pluribus, puta 30. ſi de mille initio litis deponi ceptum, cum ab actore tum à Reo ita ut, qui vicerat, ſuum auferret, illud victi, & quod victor abſtulerat ; ſed victus cum victore ad ærarium redeundo, seponebat, Sic ex *Polluce lib. 8. cap. 6. & Ariſtophane in Veſpis.*

15 Alia quoque erat ratio, quod Oleas evertere ex agro non liceret, quia templis ad uſum ſacrum cum aliis arboribus ſererantur, quemadmodum *Statius* Miſericordiæ templum Athenis deſcribens meminit *Thebaid. lib. 12.*

Mitis nemus circa, cultuque inſigne verendo.
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ.

Et cum ſemper ſint virentes, & folia nunquam amittant, ſepulchris cum ſimilibus aliis plantis erant ſuperimpoſitæ, cum mortuis elatæ, immo etiam templa iis ſuperſtructa, vaniſſimo quodam Religionis honore, ut ex ejuſdem Petiti lectura ſuis auctoritatibus fulcita plane conjiciuntur.

16 Por-

Digitized by Google

16 Porrò in Longobard. *tit. de damn. injur. dat*
habetur ſpecialis pœna ob Olivarum inciſio-
nem, quod ſcilicet *ſi quis olivam ſcapillaverit,
aut ſucciderit, componat ſolid.* 3. quibus adhæ-
ret *conſtit.Reg. ſuper inciſionibus tit.de damn.
gland.* ponens gravem pœnam ex communi ju-
re *l.3.ff.arbor.furtim caſ.* ibi: *Stirpes oleæ arbo-
res eſſe magis eſt, ſive jam egerant radices, ſive
nondum*: quod ſecundum *Azon. ibi cit. à gloſſ.*
intelligendum eſt de Olea, ſive ſylveſtri, ſive
ſylveſtri, ſive domeſtica, ut eadem pœnæ ſub-
ſit earumdem inciſio, & ſequitur *Rendella ubi
ſupra cap.7.* qui pluſimas controverſias in hac
materia utiliſſima occurrentes ingenioſe ac doctè
diluit.

MEMBRUM II.

De Legitimo Fici Arboris intervallo.

FIcus arbor eſt inter genera Pomorum ampliſ-
ſima numerata, quorum quædam & Piros
17 magnitudine æmulantur, ex *Plinio hiſtor. lib.
15.cap.*18. Et quandoque pro fructu accepta,
ut nonnulli ex corrupto quodam tanti aucto-
ris loco, deducere conantur, nempe *lib.* 16. *c.*
25. ubi de flore arborum & conceptu, germi-
natione, ac partu diſcurrens: *In Ficis, ait,
mirabiles ſunt & abortus, qui nunquam matu-
reſcunt.* Quod verò in ingentem creſcat for-
mam *Cic.* quaſi admirans refert *in de Senect.*
ibi: *Ex Fici tantulo grano terra tantas trun-
cos ramoſque procreat, &c.* quod eſt ad men-
tem Solonis, qui *ſationem in l. 12. tabul.* pro
plantatione adhibet, ut jam diximus. Sed hi
fructus ante maturitatem facillimè perduntur,
quemadmodum educta ex Palma, Amygdala,
Malo, ac Piro teſte eodem *Natural.hiſt.ſcript.
d.lib.16.c.26.* Hinc bellè *Juvenal.* dictis videtur
aſſentiri *ſat.10.verſ.5.*

*. . . . . . ad quæ
Diſcutienda valent ſterilis mala robora Fici.*

18 Immò & plantæ quoque Ficorum diù non
vivunt, cum, teſte *Catone Rei Ruſt.capit.42. qui-
dam brevitate radicum celerius ſeneſcere arbo-
res putant, quod coarguunt Fici, quarum ra-
dices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima.* Et *Plin.
d.lib.16.cap.*31. ubi de radicibus arborum ma-
gna inquit, *& radicum differentia, Copioſæ
Fico, &c.* idque confirmarat *Theophraſt. lib. 1.
cap.11. Ficum,* dicens, *longiſſimam radicem ha-
bere putaveris*: & Scaliger, ad ſimilem propo-
ſitum locum *ejuſdem Theophraſt.* jam in ſupe-
riori *membr.cit.* illuſtrans, nempe *lib. 1. cap. 9.
Neque enim* (advertit) *omnis ficus locis impedi-
tis, aut impedientibus eſt. Igitur de Ficu, ut
Ficus eſt loquitur, non ut hic aut ibi, &c.* Et
paulo poſt: *non enim carent ſemita, ſed natu-
ra.* Nil mirum igitur quod in iis conſideranda
foret quàm maximè à vicinorum prædiis di-
ſtantia, & proinde, ne facillime ad alterius vim
exugendam cum ejus præjudicio pervagarent,
abſque novem pedum ſpatio pervagarent, abſ-
que novem pedum ſpatii dimiſſione, illos plan-
tare nefas eſſet.

ADNOTATIO.

JUxta ea, quæ adnotavimus ſuperiùs *cap. 3. n.
18. in fin.* Lectio Pandectarum Florentina-
rum in noſtro Textu eſt, hoc loci *oleam vel ſuggie
Oleam, & Ficum*: Et quamvis aliæ editiones
legant *Oleam, & Ficum* nihilominus, ut in-
nuit Pacichell.*n.1.& 2.* otraque lectio in idem
cidit. Nam licet dictio *Et* ſit propriè copula-
tiva, & ponatur ad ampliandam orationem, &
demonſtrandum quod diſpoſitio locum habet
inter diverſa tam in primo, quam in ſecundo
19 ſubjecto per copulativam conjuncto, ex alle-
gat.per *Pacichel.n.3.* quibus addo, quoad pri-
mam propoſitionem *Rot.dec.427.n.9.& ſeq.p.5.
& dec.137.n.4.& ſeq.p.11.& dec. 150. n.18.&*
20 *ſeq.& dec.144.n.12. p.19.recent.*, & quoad ſe-
cundam *Peregr.conſ.36.n.8.lib.1.& coram Du-
nozett. Jun. dec.650.n.26.& 27.& dec.537. n.6.
& 7.cor.Bich.* & quoad utram *eadem Rot. cor.
Ubald.685.n.8.& optime in d.dec. 425. n.10. &
duob.ſeq.par.5.recent.*

Attamen idem multoties operatur etiam Di-
ctio *Aut*, quæ verè quidem juxta propriam
21 naturam eſt alternativa ut affirmat *Noſter Au-
thor.poſt n.1.* ita ut detur electio inter unum ex
alternatis *Rot.dec.6.de uſur. cor.Emin. D. Card.*
22 *Falconeria n.3. paula ante n. 3.* unde quando
addita eſt obligationi per debitorem ſuſceptæ
23 efficit, ut electio ſit ejuſdem debitoris, ut per
Tex.in cap.in alternativis de regul.jur. in 6. de-
*cidit Rot.in dec.9.n.2.de ſalvian. interdict. cor.
eodem* & proindè invaluit regula, quod hæc di-
24 ctio ſit de ſui natura disjunctiva *decif.660.cor.
Emerix.jun.& dec.798.n.4 cor. eod.* quodque ſe-
cundum proprium ſuum ſignificativum princi-
25 paliùs ſit adverſativa *Roland.à Valle conſ.99.ex
n.53.ad n.56.vol.4.Rot.dec.374.num.4.p.17.rec.*
idemque operantur ſynonimæ dictiones *vel, ſi-
ve, ſeu*, quanquam in propoſito dictionis, *vel*
illud occurrat, quod dicit *Gabriel.conſ.118.n.3.
& 4.lib.2.* quem ſequitur *Rot.dec. 1849. n.10.
& duob.ſeq. cor. Cav.* ubi quod dictio *ſeu* ſicut
dictio *aut* ampliant, ſecus in dictione *vel* quæ
26 nunquam auget, ſed ſimpliciter, alternat, &
ſubdit exemplum de vino legato, quod eſt do-
mi, ſeu in portu, & hoc caſu utrumque venit:
Secus ſi dicatur, domi, vel in Portu, quia al-
terum tantum venit: ſuper qua concluſione
crederem attendendas eſſe peculiares facti cir-
cumſtantias, cùm cæteroquin omnes prædictæ
dictiones habeant naturam alternandi.

Hanc verò, ut innuimus, alternandi pro-
priam naturam multoties immutant, nam quan-
27 do reperiuntur appoſitæ inter perſonas, eaſdem
conjungunt, & in conjunctivam reſolvuntur,
*L.cum quidam 4.ff.de verb.ſignif.Rebuff.in l.ver-
bum 37. in fin.ff.eod.Rot.decif.9. n.11. poſt. Pai-
tell.& decif.2.num.11. de Stat. excluſ.Feminar.
cor.Emo D.Card.Falconer.* & quando alternati-
va ponitur inter perſonas, ſuper quibus cadit
ordo charitatis reſolvitur in diſcretivam, & in
28 modum ſucceſſivum invitandi, juxta ordinem
ſcripturæ, ut ſcilicet non adſit libertas eligen-
di, aut ſuccedendi inter unum ex alternatis,
ſed prius admitti debeat, prior loco eſt nomi-
natus, deinde vero eo non extante admittitur
alter, qui per prædictam dictionem alternati-
vam fuit vocatus *Rot.dec.31. num.2. de Jurepa-
tronat.cor.Emo Falconer.10.2.*

Et quod ad propoſitum noſtrum attinet quan-
do eadem Dictio reperitur in lege, ſeu ſtatuto
plura demandante, tunc eſt quidem verum,
quod utrumque extremum disjungit, & præ-
29 bet indicium, quod unum in ſe ab altero ſit ſe-
paratum, ſed eodem tempore efficit, ut in uno-
quoque ipſorum etiam ſeorſim ſumpto diſpoſi-
tio locum habeat, *Jaſon. in l. ſi ita quis ſub a.*

3.ff.

3.*ff.de verb. oblig. Rot. deciſ.* 2342. *num.* 3. *cor.*
Emerix. jun. ita ut ſufficiat unam partem veri-
ficari adhoc, ut diſpoſitio locum habdat, *Rot.de-
ciſ.* 58. *num.*7.*cor.Bich.& dec.* 441. *num.*4 *cor.*
Priol. & dec 83. *num.*7.*p.*8. *& dec.*261. *nu.* 14.
*p.*18. *& dec* 642.*num.*4. *p.* 19. *recent.* & propte-
30 rea tunc dicitur ſtare ampliativè, prout dixi-
mus ſuperiùs *num.*19. evenire de Dictione *Et*,
ut ſcilicet in diſpoſitione non ſolum contineau-
tur, ea, quæ priori loco fuerant enunciata, ſed
etiam ea, quæ addita fuerunt in ſecundo mem-
bro per eandem alternativam expreſſo, licet
ſint diverſæ qualitatis *Rot.cor.Cocein. dec.*1849.
*n.*10.*&* 15.*& deciſ.*175.*n.*3. *cor.Caprar.& deciſ.*
69.*nu.*5.*p.*1.*rec.*

Et hæc omnia applicando ad Lectionem No-
ſtræ Legis, illi, qui exponunt *Oleam*, & *Ficum*,
habent relationem ad actum, & diſpoſitionem
ejuſdem legis, ut nempe procedat, & quando
plantatur Olea, & quando plantatur Ficus: il-
31 li vero qui legunt *Oleam*, *aut Ficum* habent
relationem ad actum hominis & ad ipſam plan-
tationem, in qua ad verificandam legis diſpo-
ſitionem, non requiritur uterque actus homi-
nis copulativè, ut nempe fiat utriuſque arbo-
ris plantatio, ſed ſufficit, ut unicus tantummo-
do actus expleatur, nimirum quod *aut* plante-
tur Ficus, *aut* quod plantetur Olea.

De Olea itaque priori loco agendo verum
eſt, quod *Pacichell.* tradit *num.*7. Oleam ſcili-
cèt, & Olivam promiſcuè accipi pro fructu,
32 & pro arbore, ut probat *Lagunea de fructibus
p.*1 *cap.*4. *num.*31. Sed in Lege noſtra de Olea-
rum tanquam arborum mentio habetur; Arbo-
33 res autèm Olearum, ſi publicæ ſint Morias di-
ci, privatas autem vocari Eleas tradiderunt
nonnulli, quorum meminit *Celius Rhodig. lect.
antiq.lib.*18.*cap.*19. *circa med.* & proinde Gajus
qui in noſtra Lege finali Græco textu eaſdem
Elaeam nomine nuncupavit, in priori ſigni-
ficatu de privatis intellexiſſe videtur, quamvis
utriuſque diſpoſitio Noſtræ Legis aptari poſſit.
Moriarum vero nomine fuerunt in Arce Athe-
narum Oleæ Pallidi ſacræ, feruntque, non-
nulli Hallirthothium Neptuni filium eas ador-
tum excidere, quoniam inventa Olea Urbs
34 Minervæ contra Neptunum fuiſſet adjudicata,
inter cædendum verò aberraſſe, ac ſecurim ſi-
bimet impegiſſe, atque inde decubuiſſe. Quod
35 Olea fuiſſet Minervæ ſacra innuit etiam *Au-
thor Noſter num.* 9. & tradit ex noſtris *Lagu-
nez.de fruct.p.*1. *cap.*4. *num.*31. qui ulterius *nu.*
32. firmat quod nuclei Olivarum fructus ſunt,
36 quos & fructus appellat. *Mell.in addit.ad Giz-
zarel.dec.*34.*num.*30. unde ſi Baroni aliqua pars,
ſivè, ut vulgò dicitur, macinatio Olearum in
caſtro debeatur ſoluta prius, aut facta macina-
tione ex Olivis, remacinationem ex nucleis
37 fieri debere, niſi obſtet in contrarium conſue-
tudo, notabiliter inferunt *Borel.deciſ.*3. *Thoro
in compend. deciſ. p.*2. *verbo jus, ſed emolumen-
torum Tappetorum*, quos refert, & ſequitur *La-
gunez.de fructib.d.p.*1. *cap.*4.*n.*31.

Pro eo verò quod attinet ad diſtantiam
(omiſſis iis, quæ docet *Noſter Author nu.* 12. *&*
13. de diſtantia ſervanda prope aquæductus, cir-
ca quod videnda ſunt, quæ diximus in adno-
tatione ad *cap.*6.*memb.*9.*num.*39. 40. 41. *pagin.*
97.) clara eſt diſpoſitio *Noſtri Textus* requiri
38 novem pedes inter agrum plantatis Oleas, &
agrum vicini, & ideò hoc ulteriori non indiget
explicatione; non omittendo tamen id, quod
in propoſito arborum Olivarum reſpectu vici-
ni firmat *Rot.dec.*6.*&* 7.*de ſervit.coram Em.Do.
Card. Falconer.* quod nimirum, ſi exiſtant in
via vicinali, ſpectent ad habentes prædium vi-
39 cinum, & quod ipſi manuteneri debeant in ea-
rum poſſeſſione, ſi fuerint ſoliti colligere fru-
ctus earundem Olivarum.

Olivarum autem plantationes factas per
Gravatum non eſſe reputanda melioramenta
perpetua, quæ refici debeant per fideicommiſ-
40 ſarium, tanquam eaſdem plantationes fece-
rit tantummodo pro uberiori fructuum re-
collectione decidit *Rot. deciſ.* 80. *num.* 13. *p.*
15. *rec.*

Illud pro coronide addendum quod de Oli-
vetis donatis à Beato Gregorio magno Baſili-
cæ Santi Petri ad inſtruenda abundantius ejus
41 luminaria agit *Ang.Roc. in diverſ. tract. t.* 2. *à
pag.* 406. ubi inferuntur, ferè prout, jacent,
tabulæ marmoreæ hoc donum teſtificantes, &
multa notatu digna indicantur.

Poſtquam *Noſter Author* egit de Oleis tra-
ctationem inſtituit de ficu afferens in ea pariter
42 plantanda novem pedum diſtantiam requiri ra-
tionemque deducit ex qualitate ejuſdem arbo-
43 ris habentis longas radices, de cujus natura va-
riiſque generibus, diverſiſque qualitatibus vi-
dendus latiſſimè *Celius Rodiginus lect. antiq.
lib.*18. *cap* 9. ubi plurima ad eruditionem per-
tinentia, & *Anton. Maria Salvin. in quadam
Lectione Academica vulgo* Cicalata *impreſſ. in-
ter ejus reliquas lectiones*, ubi eruditiſſime ad
ſatietatem materiam de more exornat.

CAPUT XI.

Arborum Diſtantia expoſita, leg. fin. Interpretatio abſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Arbor quid ſit. Eius ortus, ethymon varietas.*
2 *Radices in iure conſiderantur.*
3 *Textus ratio quæ ſit.*
4 *Vites, hederæ, atque arundines improprie ve-
niunt ſub arbore.*
5 *Limitatur hoc de iure Municip., præcipue Flo-
rentino.*
6 *Textus legitur ad* duo, *non vero* quinque pe-
des.
7 *Ratio huius lecturæ*: & num ſeq. *contrariis
adductis reſponſum datur.*
9 *DD. per tranſennam loquentes, communem opi-
nionem non faciunt.*
10 *Interſtitio non relicto, arbor eſt eradicanda, ubi
hoc declaratur.*
11 *Præſcriptio videtur admitti in plantatione
abſque Diſtantia: verùm contrarium reſolvi-
tur num.* 13.
12 *Frondes ac rami accreſcentes poſſunt excidi
iudice adito.* Et num. 15. & 18. *modus expri-
mitur.*
14 *Quiſque in ſuo arbores ac vites plantare po-
teſt.*
16 *Umbra quid ſit.*
17 *Vites quoque ſunt brevianda;*
18 *Fructus in ſuo pendentes poſſunt colligi, dum-
modo id non ſit præſcriptum, ubi modus.*
19 *Uſufructuarius arborem incidens uſumfru-
ctum omittit.*

20 *Tu-*

20 *Talis pedum menſuratio quomodo facienda, & cui ſpatium cedat.*

21 *Florentiæ aliis viget arborum Diſtantia.*

22 Lex iſta fin. *non abiit in deſuetudinem, ſed l.* Maniana, *& allegari meretur.*

23 *Arborum appellatione veniunt arundines, & hederæ.*

24 *Declara, ut non veniant tali appellatione, niſi impropriè, & proinde non comprehendantur in diſpoſitione pœnali, & exorbitanti à iure communi.*

25 *Quid dicendum de vitibus?* & n.27.

26 *Prohibita Colono arborum inciſione; prohibita etiam cenſetur inciſio vitium.*

28 *Vineæ in agro Romano ſunt potius damnoſæ; quàm utiles.*

29 *Et deſerviunt potiùs ad oblectamentum quàm ad fructum.*

30 *Pro expenſis cuiuslibet Petiæ vineæ, taxantur ſcuta duodecim.*

31 *Vinum vinearum ſuburbanarum debet eſſe immune à quolibet onere.*

32 *Tabernæ vini Romani non coguntur diſtare à Cauponis, niſi intermedia unica domo.*

Amplia ut vendentes dictum vinum in propria domo non teneantur ſervare ne quidem dictam intercapedinem ibidem.

33 *Arbores dicuntur ſtatim plantatæ etiam ſi adhuc ſolum non comprehenderint.*

*Amplia etiam ſi iam ſint aridæ,*ibid.

34 *Amplia 2. etiam in arboribus à ſolo avulſis, dummodo habeant radices virides, ut reponi poſſint.*

35 *Lignorum appellatione an veniant appellatione materiæ?*

36 *Arbores quando non veniant appellatione materiæ.*

37 *In æſtimandis melioramentis factis per arborum plantationes habetur ſola ratio expenſarum, non autem incrementi, quod mediantibus radicibus arbores ſumpſerunt à ſolo.*

38 *Pullones ſunt gemina illa; quæ à radicibus arborum ſurgunt, & vocantur etiam pedamenta.*

39 *Frequentiùs tamen appellantur germinales.*

40 *Arbor dicitur gemina, quando junctura truncorum cum radicibus non apparet ſuper terram. Secùs verò quando apparet d. junctura ſuper terram.*

41 *Arbor ejus eſt, in cujus fundo truncus erumpit, quamvis radices egerit in fundo alieno.*

42 *Poteſt tamen implorari Iudicis Officium ut dd. radices tollantur.*

43 *Arbores interdum non dicuntur eſſe in fructu niſi quoad ramos, & n.ſeq.*

45 *Truncus Arboris plantatus in legitima diſtantia, non debet incidi prætextu damni reſultantis agro vicini.*

46 *Quid ſi damnum inferat non agro, ſed domui?*

47 *Fructus cadentes ex ramis propendentibus in agrum vicini, dominus poteſt infra triduum colligere.*

48 *Arborum plantatio, & reductio ad culturam poteſt fieri in præjudicium paſcuorum competentium jure civico.*

49 *Secùs autem ſi competat vigore expreſſe ſervitutis.*

50 *Quid dicendum in caſu, quo ſervitus competat in vim præſcriptionis?*

51 *Quando Boni, ſeù Communitas ſunt domini paſcuorum Territorij, nequit reduci ad culturam ſolum à particularibus habentibus fructus induſtriales.*

52 *Idem dicendum, quando Communitas ſolvit ex paſcuis onera cameralia.*

53 *Diſtantia requiſita in plantandis arboribus debet eſſe in quinque pedum.*

54 *Referuntur rationes, & auctoritates id comprobantes.*

55 *Statutum Faventinum requirit diſtantiam decem pedum perticæ in plantandis arboribus, & quando intermediat foſſatum contentatur quinque pedibus.*

56 *Statutum Florentinum in arboribus, de quibus hìc, requirit diſtantiam octo brachiorum.*

57 *Quandonam d. ſtatutum habeat locum?*

58 *In Urbe requiritur in ſæpibus diſtantia trium palmorum.*

59 *Et in arundinetis, & arboribus novem palmorum.*

60 *Arbores an debeant incidi ſtante præſcriptione ipſius plantationis in diſtantia non legitima?*

61 *De opinione Sacræ Rotæ circa hoc, aliorumque Auctorum.*

62 *Continuus motus, & curſus, qui datur in arboribus, an impediat præſcriptionem?*

63 *Rami arborum damnum inferentes præcidi poſſunt, non obſtante præſcriptione.*

64 *Arbores, fructiferæ nequeunt incidi ab uſufructuario, Emphyteuta, & ſimilibus.*

65. *Idem dic de arboribus, non fructiferis non deſtinatis ad cædendum, ſed ad pulchritudinem, & amœnitatem.*

66 *Caſtaneæ Sylveſtres an reponi debeant inter arbores cæduas, an inter frugiferas?*

67 *Arbores grandes, & frugiferæ incidi poſſunt ab Emphyteuta, & ſimilibus pro uſu ſuæ familiæ.*

68 *Idem de arboribus ventorum vi avulſis.*

69 *De prohibita, vel permiſſa inciſione lignorum,* remiſſive.

70 *Bannimenta magiſtrorum Juſtitiarum de arborum inciſione.*

71 *Arborum folia aliquando ſunt in fructu.*

72 *Ea ſunt folia motorum.*

73 *Et folia myrtorum, & aliarum arborum* ibi:

74 *Herbæ vulgò* Riſcoli, ò ſodæ *nequeunt incendi per diſtantiam quatuor milliarium ab Urbe.*

ARboris nomine plantam intelligimus a radice ſtipitem, ſive caudicem oblongum ſu-
1 pra terram altius ramis ornatum emittentem, quemadmodum nititur deſcribere *Jul. Caſ. Reginellus tract. de arborib. controverſ. cap. 1. num. 1.* & eſt res notiſſima, de qua *Columell. lib. 4. cap. 10.* ſcribit ortum eſſe arborum in terra, ibique ſuper radicibus veluti fundamentis, ſeu pedibus truncum tanquam corporis habitum ac ſtaturam imponi, ramiſque diffuſis quaſi brachiis, alias fructu donari, alias verò fronde ſola veſtiri. Sic autem eſt appellata à nonnullis quaſi *arvos* more græcanico ab arvis, in quibus creſcit: ſeu *à robore* quaſi fortitudines, quæ totius arborei generis prima eſt eſſentialitas, non enim perfecta dari arbor poteſt, niſi & ſit robuſta, quemadmodum eleganter fuit meditatus *Ulyſſ. Aldrovand. Dendrolog. l. 1. p. 12.* Hinc de vario earum genere *Virg. Georg. 2.*

Principio arboribus varia eſt natura creandis;

Namque aliæ nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſua veniunt . . . .
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine . . :
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylva.
Hos natura modos primum dedit . . . .
Sunt alii, quos ipſe via ſibi repperit uſus.
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum.
Depoſuit ſulcis . . . .
Nam quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit ſeriſ factura nepotibus umbram.

Quod brevius *Plinii text.* declarat *lib.* 17. *cap.* 10. his verbis *aut enim ſemine proveniunt, aut plantis radicibus, aut propagine, aut avulſione, aut ſurculo, aut inſito, & conſecto arboris trunco, &c.*

Jureconſulti in arboribus præcipue radices conſiderarunt, ex iis alimentum capitur per
2 medullam in parte intima, ut habet *text. in l. ſed ſi meis* 26. *§. Arbor ibi : credibile enim eſt alio terræ alimento aliam factam eſſe arborem ff. de acquir. rer. domin.* Id cum effectu excellenter animadvertit *Theophraſt. in vetuſta ac erudita ſua Plant. hiſt. lib.* 1. *cap.* 11. ubi *Naturæ*, inquit, *viresque plantarum tot differentiis variant. Radices omnium priuſquam partes ſupernæ augeſcunt, nulla tamen ſubire altius poteſt, quam Solis calor attingat, calor enim eſt, qui vim habet gignendi. Cæterum vel natura humi ad radicis altitudinem, longeque magis ad longitudinem plurimum conferre videtur, ſi levis, rara tranſmeatuque facilis ſit; Nam in ejuſmodi locis alterius producitur, & maiora incrementa ſequuntur.* Et deinde regulam conſtituens univerſalem : ad ſummam, ait, *quæ raro corpore ſunt, rectamque agunt radicem, longius mittunt; & novæ, ſi ad vigorem ætatis ſuæ pervenerint, magis quàm veteres, longitudineque altitudineque radicis fulciuntur.* In noſtro
3 tamen textu Gajus hæc non diſtinguit, ſed permittit fortaſſe veluti noxiæ cauſam vicino, à cujus ſolo proximæ arbores alimentum faciliime poſſunt exugere : ideoque agit de Diſtantia, quam in cunctis plantis, exceptis olea & ficò, de quibus ſupra actum eſt, aut videtur valle ad quinque ſervari pedes, aut ſpatium iis ſaltem brevius.

4 Primo hic poteſt controverti utrum arboris appellatione Vites contineantur? Ad hoc autem reſpondeo cum diſtinctione, impropriè ſcilicet contineri, in quo ſenſu reſpondit *Ulpian. in l.* 1. *ff. de arbor. cædend. & in l.* 3. *in princ. arbor. furtim caſ.* ad quod facit illud *Plinii lib.* 14. *capit.* 1. *vites jure apud Priſcos magnitudine quoque inter arbores numerabantur: & Horatius.*

Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem.

Quod fortaſſe Ab Alcæo ſumpſit ut *Ægid. Managius putat in Amænit. Jur. civil. cap.* 9. & ex juriſtis tradit ſignanter *Jo. Pet. Molignat. in tract. de appellat. verbo arb. jur. ſignific. n.* 66. Non autem proprie, ut dicunt *Columell. lib.* 3. *cap.* 1. *& lib.* 4. *etiam cap.* 1. & poſt *Pallad.* fuſe *Reginell.* impugnans auctores adverſantes *cap.* 8. *nu.* 21. quia nihil penitus arboribus ſimilis eſt, Sic aſtruunt *Gall. in tract. Vitium pag.* 52. *in princ. & Aldovin. conſ.* 12. *num.* 13. Idem quoque de Hederis dicimus, & Arudinibus ex *gloſſ. in d. l.* 3. *verb. hederæ ff. de arb. furt. cæd.* ſcribunt *Molignat. d. tract. n.* 67. *ibique Aldovin.*

5 Hæc de jure communi excellenter procedunt; verùm de municipali quorundam locorum, puta Tuſciæ, poſſunt limitari, ibi namque hujuſmodi ſervanda eſt praxis, quam adfert *Il Savelli* (materna lingua) *nella pratica universale de gli ſtati del Sereniſſimo Gran Duca di Toſcana litt. A. §. Arbori num.* 5. ſic: *Si dichiara che ſotto nome d'arbori ſi comprendono le viti, ellera, canne, & ogni pianta di materia non tenera, ma dura, e che abbia le radici in terra, e che da quella riceva alimento vegetativo.* Ibique citantur *Cepoll. de ſervitut. ruſtic. prædior. tit. de arborib. num.* 13. *Tuſch. litt. A. concluſ.* 479. *cum aliis adductis à Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat.* 21. *per tot. Bonifac. de furt. §.* 6. *num.* 7. *& ſeqq. fol.* 214. quæ tamen doctrinæ cum allatis diſtinctionibus conciliandæ ſunt, maximè quia in his declarationibus præciſis intrat regula *Aldovin. dict. conſil. num.* 7. quòd nempe ſtatutum ſtrictè intelligendum ſit, ut ſi de arboribus cedendis loquatur, non ſit extendendum ad vites.

6 Diximus ſupra videri Juriſconſultum ad quinque pedum arborum diſtantiam firmare voluiſſe, quia non ſtatim abſolutam ferre ſententiam auſi ſumus, ea plane ratione, quia nonnullis (meliùs equidem) verbo *duo* pro *quinque* textum vertere, nec non legere placuit; liique ſunt *Monteront. in comment. ad Stat. Bonon. lib.* 4. *tit. de impediment. arbor. tollen. & de arbor. non haben. in præjudic. vicin. verb. Tres perticas. Maxill. ad conſuet. Barl rubr. ſi vicini arbor. in vicini fundum impendat. nu.* 3. *Reginell. de arbor. cap. ult. num.* 4. *Giovagn. conſ.* 30 *num* 12. *lib.* 2. qui gloriantur quodammodo ſequi lecturam *Alciati lib.* 2. *diſp. cap.* 6. dicentis hanc legem Athenis latam per Solonem, & maxima ex parte à J. C. Gajo Græcè ſcriptam male fuiſſe latinè per Bulgarum tranſlatam, qui loco illorum verborum *alia autem ligna quinque pedes* ſcribere debuiſſet, *alias autem arbores duo pedes*: & hunc errorem ideò invaluiſſe, quod in Juſtinien. Cod. Valentis Imperatoris legem eſſe fuit animadverſum, quæ alio ſenſu nonnihil de quinque pedum præſcriptione loquitur; Idemque alibi ratificantis, atque ex *Juſti Lipſii* Commentariis declarantis. Quam lectionem (eo etiam Doctore non viſo) ſequuntur *Nevizan. conſil.* 56. *num.* 11. *Franciſ. Marc. decil. Delphin.* 501. *n.* 11. *par.* 1. *Urſill. concluſ. legal.* 62. *ſub n.* 59. *verſ. ut ait idem Franciſc. Marc.* & nuperrime ita eandem legem edidit *Anton. Mornac.* J. C. *Gallus in ſuis obſerv. ad Jus civil. & Stephan. Forcatul. in Cupid. Juriſperit. cap.* 16. *ſub num.* 3. plura his verbis addens; *Nec ſupervacue de quinque pedibus jus redditur, cum de uno vel duobus legem tulerit Solon.* Quos auctores, eruditis adjunctis obſervationibus, refert, & ſequitur *R. P. D. Marcell. Severolus Juriſconſultus, & Advoc.* olim egregius, atque in utraque Signatura modo Referendarius, qui in juventa adhuc tenera, maturo pollens ingenio, eximiam ad ſummos viros fecundiæ, doctrinæ, & (quod his additum ſolet eſſe) morum ſuavitatis gloriam ſibi comparavit, ſuamque nuperis luminibus familiam auxit, acumine profectò tanto, ut non

anceps

anceps ſteterim, cui ſententiæ ex duobus deberem ſubſcribere: Quod ipſius Conſultum inſcript. *Romani Sepis & Arborum* eſt impreſſ. *in epit. Viar.*, *& flum. D. Alexan. Bragiotti* *cap. n. 156. pag. 78.* & nos infra (*a*) referemus.

(a) Poſt tractat. dec. 34. num. 14.

7 Tutior igitur eſt hæc duorum pedum lectura & ſententia ad ſervandum in cunctis generaliter arboribus interſtitium, cum pro ſe habeat inevitabilis rationis fundamentum, quod ex pluribus, ac variis deſumitur juris ſanctionibus, præcipuè ex ipſiusmet Caii *in l. adeo ff. de acquir. rer. domi. & Juſtin. in d. ſi Titius inſtitut. de rer. diviſ.* qui reſpondendo perſæpe diſcurrunt, de vitis arboriſque vicini in agrum alterius deprehenſione, vel depreſſione, & traductione, ac radicum arboris prope confinium propoſitæ traductione maxima, ex qua arbor communis efficitur. Ex quibus arguit *Hieron. Magius lib. 4. Miſcell. cap. 7. §. Quanquam* quod, ſi quinque pedum ſpatium interceſſiſſet, prout in noſtra *l. fin.* præſupponitur præſcriptum, non admodum fuiſſet cuiquam integrum vicini arborem in fundum ſuum quadam quaſi propagationis ſpecie deducere, nec arbor quamvis termino adplantata, tot tantaſque radices in alienum agrum effundere potuiſſe, ut tanquam ex æquo hinc inde, radicum partitione facta, arbor efficeretur communis. Sic ille, cujus hæc verba quoque recitat ubi ſupra *D. Marcell. Severolus.*

8 Parum officiunt *DD.* adverſam opinionem, quinque ſcilicet pedum pro lectura defenſantes, nempe *Fab. in Rational. ad d. l. Capoll. de ſervitut. Urb. præd. cap. 81. n. 1. & 2. Pet. Gregor. Toloſ. in ſyntag. jur. univer. p. 3. lib. 20. cap. 9. n. 6. Valla de reb. dub. tit. 8. n. 8. & ſeq. Pet. Crinit. de honeſt. diſcipl. lib. 25. cap. 4. Cel. Rhodig. lib. 14. lect. antiqu. cap. 41. in fin.* quibus ego addo *Ferret. de Re naval. lib. 16. n. 26. Cardoſ. in praxi ſeu ſumma judic. & Advoc. verb. arbor. n. 2. & Almeid. in analyſ. excellen. in jure num. quinarii cap. 17. n. 1. & per tot.* qui tamen diſceptando materiam non tractant, ſed potiùs referendo alibi ſcripta inventa, præcipuà corruptione in eorum Pandectis, & fortaſſe fuere decepti ab alia *l. de quinque pedum præſcript.* quæ longe alium ſenſum habet, ut animadvertit Eminentiſſimum Juriſprud. columen Alciatus *ubi ſupra c. 6. diſput. lib. 2. & commun. in l. quinque pedum n. 2.* ubi deceptum inde *Pet. Crinit.* dicit, & Plutarchi interceptum pro *quinque pedum* reprehendit. Ideoque Doctores iſti nec ſunt allegandi, juxta *Garon.* conſilium *in var. reſolut. cap. 2. n. 96. 98. & 99.* qui aſtruit attendendos non eſſe, nec poſſe connumerari ad communem conſtituendam opinionem, cum per tranſennam loquan-

9 tur, & aſſimilentur avibus, quæ eo volant, ubi alia volavit abſque ulla ſui volatus ratione; Unde non modo refutatur *Ant. Auguſt. lib. 2. emendat. cap. fin.* nimis audacter vulgatis præferens omnino & ſemper Florentinas Pandectas; Verum & *Conſtant. Harmenopulus lib. 2. promptuar. jur. cap. 4. & Petitus lib. 5. comment. in leg. Attic. tit. 1.* qui utuntur verbo *quinque* cum ii cuncta acceperint à Gaji & Plutarchi corruptis ac depravatis codicibus, uti de Harmenopulo ſcite obſervavit *Deſider. Heraldus* inſignis Juriſconſultus, & Advoc. Pariſienſis *in lib. obſervat. cap. fin.* & de Petito *idem in lib. 2. animadverſ. in Salmaſij obſervat. ad jus Attic. &* 10.

Roman. cap. 13. n. 4. & lib. 3. cap. 3. n. 2. & ſeqq. Et utroſque multoties in exemplaria corruptiſſime, & non tute concinnata incidiſſe apud eruditos compertum eſſe teſtatur. *Id. Eruditiſſ. Severolus.* Cui ſententiæ eo libentius accedo, quia *Rota in deciſ. ſubſequuta 25. Januar. 1668. coram Eminentiſſimo Cardinali Cerro*, quæ eſt impreſſa poſt ipſiuſmet Severoli reſponſum, etiam apud *Bragiott. pag. 90.*, & noſtro adjungetur (*b*) tractatui, quanquam viſa fuerit in ſenſum Alciato adverſum inclinare, nil tamen certi contra nos firmavit.

(b) Poſt tr. dec. 30.

In dubio tamen adverto quod, qui arborem plantavit, debitum ſpatium reliquiſſe præſumitur, cum actus quicumque ſecundum juris diſpoſitionem factus præſumitur; ut affirmat *Vicecomes Placent. in ſuo tractat. de menſur. pag. 193. verſ. quandoque*, & tradunt *Nevizan. conſ. 58. ſub n. 5. Federic. Scot. reſponſ. 6. n. 25. tom. 2. lib. 2. Michael Caccia in reſponſ. impreſſ. penes Raginell. d. tractat. cap. ult. n. 154. & Severol. in præcit. conſ. verſ. quod autem dictum ſpatium.*

10 Si verò probetur interſtitium relictum non eſſe, cum *nec per arboris quidem occaſionem vicino nocere oporteat*: qua ratione munita erant in albo à Prætoribus propoſita, ut *in l. 1. C. de interd.* A radicibus arbores debent evelli, atque extirpari. *Tent. in l. 2. §. Sed loci ff. fin. reg.* Ita *gloſſ. in d. l. 1. verbo rediget verſ. oppone C. de interd.* ubi *Salic. n. 3. circa med. in quarta opposit. Nicol. Valla ubi ſuprà n. 8. Jo: Bapt. Garg. de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 1. cent. 1. n. 1. & n. 20. Raginell. d. cap. 7. n. 7.* qui fatetur Senatum Mediolani ſic declaraſſe *de anno 1616. die 18. Novembris* ejuſque declarationis verba refert n. 8. *Viv. d. dec. 242. n. 2. Calvin. de Æquit. lib. 2. cap. 120. n. 1. & ſeqq. ac n. 8. Anſaid. conſ. 54. per tot. ac Severol. in præcit. conſil.*, quod aprobat, ejus doctrinas referens, *Rota in dict. dec. cor. Eminentiſſ. D. Cardinali Cerro.* Quod exempli gratia Etruriæ benè permittitur, in qua Mori arborea oppida circum frequentiſſime ad pretioſiſſimum bombycum nutrimentum, & opus plantantur, ſed relicta diſtantia, quæ foſſa oſtenditur, ne ſumma utilitas, quæ indè proveuit, ſit cum privatorum detrimento. Id tamen intelligitur abſque vicini ſcientia, quia ſciente, & minimè contradicente vicino, ſi plantetur, non eſſe eradicandum, *ex gloſſ. in l. Maniana C. de ædific. priv. dicere Nevizan. d. conſ. 58. n. 1.* ubi de communi, & *Gratian. diſcept. 314. n. 7. & 8.*

11 Diſceptari etiam poteſt, utrum arborem habens plantatam juxtà domum, ſeù fundum alienum præſcribat, ita quod ſi non diſtet novem, aut quinque, vel duos pedes, ſeu decem per locum publicum, vel 15. ubi aquæ hauſtus (de quo juri communi adhærens *Galganett.* ſcribit *in tract. de jur. public. lib. 4. tit. 40. n. 15.*) vicinus reclamare non poſſit. Dicendum autem videtur, quod ſic, ſufficit enim præſcriptio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ubi eſt cauſa continua, quemadmodum in iſto caſu, in quo ſiunt jura, & qualitates prædiorum, & onera, quæ prædia ſubſtinere debent. *Tent. in l. 1. ff. de ſervitut. urb. præd.* & tenet *Cardoſ. in loc. cit. verbo arbor. n. 2.* Secùs verò eſt quando frondes tantùm, ſeù rami accre-

12 ſcunt, quia tunc (adito judice) poſſunt, & debent excidi, & facta denunciatione per actionem negatoriam, *l. cum meus, & l. quando*, ubi

Bart. ff. ſi ſervitut. vendic. Merg. conſ.34.n.10. & Abbat. conſ.72.n.31. Non tamen propria auctoritate. *Nevizan. conſ. 58.* quem ſequitur *Anton. Scapp. de jure non ſcript. lib.3.cap.101.*

13 Verum contrarium eſſe reſolvendum dicimus cum *Raginell. d.cap.cap.7.n.27.* qui fundatur *in l. quod autem ff. de ſervitut. urb. præd.* cujus verba ſunt; *Quod autem ex ædificio meo me poſſe conſequi, ut libertatem uſucaperem, dicitur idem me non conſecuturum, ſi arborem eodem loco ſitam habuiſſem, Mucius ait, & rectè, quia non ita in ſuo ſtatu, & loco maneret arbor, quemadmodum paries propter motum naturalem arboris*; ubi Angelus *non præſcribitur*, inquit, *libertas ſervitutis altiùs non tollendi, licet arbor altiùs extollatur, ſecus ſi ſit conſtituta de non officiendo proſpectui*. Præterea quia, ubi eſt naturalis motus, ibi non eſt continua poſſeſſio, ideò uſucapio locum non habet; & in habentibus præſtationem difformem, nec conſuetudo, nec continua poſſeſſio reſultat, ideò neque præſcriptio juxtà *l. nemo §. Temporalis ff. de reg. jur. & l. ſcio §. Modico ff. de ann. leg.* quæ fusè, ac benè ponderat ibi *Ragienell. n. 31. & ſeqq.* & ſequuta eſt Rota in cit. *Romana Sepis*, (a) *& arborum cor. D. Cardinali Cerro § fin. poſt Magon. deciſ. Florent. 6 ante n.4. verſ. & quamvis*. Et quotiès diſcurrit aquæductus per locum privatum, apparet ſemper arborem plantatam excidendam eſſe, *ex l. amnis de aquæd. l.1. §. Præterea C. ead. ubi gloſ. & Bart. lib. 11.* Sic etiam ab Imperatoribus Valentin. Theodoſ. & Arcad. rejecta eſt (ut pertranſeuntèr jam diximus) quinque pedum præſcriptio, ut conſtat *ex l. quinque pedum C. fin. regund.*; Cum enim olim illius tituli actio non daretur niſi contra fines alienos occupantem per ſpatium pluſquam pedum quinque, in ea lege Imperatores, tali ſublata præſcriptione, conſtituerunt, quod pro minori ſpatio agi poſſet, ut ibi exponit *gloſ. verb. præſcriptione*, quam ſequuntur *Paul. Sulicet.* & plerique alii *in Alciat.* ibi *n. 2.* atque *Almeida in analy. cit. n.5.* Sed pro legis hujus *quinque pedum* uberiori explanatione vide *Alciat.* fusè *in lib. Parerg. Aymar. de hiſtor. jur. civil.* & melius cunctis *Cic. de legib.*

(a) Poſt tractat. dec. 34.

14 Hoc igitur in arboribus intervallo præmiſſo, ſequitur quod in ſuo fundo quiſque poſſit arbores, ac vites plantare, ut tradit *Cæpoll. de ſervitut. urb. præd. tit. ſeminat. & plantat.* Et parum refert, ſi per vitium plantationem paſtus communis omnium Concivium animalibus impediretur, quia eo etiam caſu plantare poteſt, ut erudite per *Didac. pract. quæſt. cap.37. num.3. verſ. hinc ſanè*, quem citat & ad probat *Aldovin n.6.* Secùs verò eſt, ſi ſegetibus vicini nocere poſſit. *Gloſ. in l.2. ff. de ſervitut. ruſt. præd. Petr. de Ubald. in tractat. de duob. fratrib. in 6.p. princip. n.5.* Ex qua fortaſſe ratione moti fuere 12.

15 tabular. leg. auctores (cujus verba recitat *dict. conſ. Aldovin. n.11.* ſcilicet, *ne umbra arboris vicino prædio noceat, 15. pedes altiùs ramos arboris circumcidito*) & Prætor deinde ad ſtatuendum per totidem pedes ramos arboris circumcidi. *Text. eſt in l.1. ff. de arbor. cæd. §. Quod ait Prætor.* Sed hic noto umbram nil aliud eſſe quam

16 aerem Sole carentem propter aliquod corpus denſum objectum, valdè fructibus officientem. Ità eam deſcribit *Anfald. conſ.54. n.1.* & conſonat Mantuani ſenſus in *Eclog. 10.*

Surgamus: ſolet eſſe gravis cantantibus umbra:

Juniperis gravis umbra: nocent, & frugibus umbræ.

Qui *Georg. 1.* ſic Agricolas ad arborum umbram cauſantium amputationem hortatus fuit.

Falce premes umbras, votiſque vocaveris.

In quam ſententiam jure ivit *Columel. cap.7. eius lib.5.* in quo; *dum omnes*, ait, *penè virgæ ne umbrent, eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Pallad. verò lib.3. tit.12.* ſecundum agrorum diverſitatem declarat vitem humiliorem, celſiorem habendam eſſe. Et quanquam in teneris paucarum gemmarum viticulis, & inter-

17 nodiorum modicis ſudibus, & adminiculis, non autem in frondoſis arboribus alligatis, & maritatis, quorum diſpar eſt ratio, hæc procedere conſtet, quod *Plin. indigitavit lib.17. cap.12* dicens, neque novellarum vitium dumtaxat umbram prædiis officere poſſe; & ſupponit *Gall. in dial. de vera Agric. in tract. vitium pag. 59.* in vitium attamen cultura militat quoque *Conſtantini Cæſaris* præceptum *lib.5. ſelect. præcept. de Agric. cap.22.* pedamenta ſcilicet, perticas, & adminicula frangenda longitudine à pedibus quinque uſque ad ſeptem; & cuſtodes relinquendos eſſe, ut vites humiles remaneant, advertit *Gall. ibid. fol.61.* addens etiam *fol. 67.* ſi vites humiliores, quoad fieri poteſt, non retinentur, in nihilum reſolvuntur, & ſequitur *Aldovin. ubi ſupra n.8. & 11.*

18 Quare ſi etiam juſtum ſit dimiſſum ſpatium, ſi damnum ſentiat vicinus ex proximi arboris in ſuo fundo pendentis, æque poteſt fructus ramorum impendentium colligere, vel eos ad prædictam 15. pedum uſque ad altitudinem abſcindere. Ratio eſt, ne contra æquitatis terminos dominus cum vicini jactura fiat locupletior, ut *Bald. probat in d.l.1. de arbor. cædend. num.1 in fin. verſ. gloſa apponit. Cavalc. in tract. de Brach. Regis p.6. tit. Æquit. n.612. circa med.* & poſt illos *Calvin. in tract. de Æquit. lib.2. cap.120. n.7. & 10.* Limitatur tamen in caſu præſcriptionis juris incidendi ſpatio 30. vel 40. annorum ſciente vicino, eoque patiente. Eſt *text. in l.1. ff. de gland. legen. & d.l.1. §. ult. Cavalc. tradit dec. 30. n.47.* quam ſequitur *Hortenſ. frater ſub allegat. n.612.* Quod nihilominus dubito an facere poſſit auctoritate propria, cum *DD.* quaſi communiter affirment pro Juſtitia Prætorem adeſſe dum eſſe: & regulariter quod arborum inciſio domino tantum territorii concedatur, tuentur *Ciarlin. controv. jur. tom.1. cap.51. n.11. & Quaſada plures referens in diſſertat. 4. n. 4. & ſeqq.* ubi ait, quod, ſi ſint fructiferæ, nec à vaſſallo, nec ab Emphytheuta vel uſufructuario excidi valent, cum id æquiparetur domorum demolitioni, ex *Barbat. de diviſ. fruct. p.1. cap.17. num. 108* Sic quoque etiam ſi radices ad fundamenta perveniant domus vicini, eas, propria auctoritate non poteſt avellere, ſed Prætoria. Tradunt id *Cæpoll. de ſervitut. urb. præd. d. tit. de arborib. n.4. cum ſeqq. Foler. ad conſtit. Regni rubr. de offic. Juſtitiarii n.90. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.371. n.4. p.2. Hortenſ. Caval. cit. tit. de Æquit. n.612.* poſt quem optime diſtinguit *Calvin. ubi ſupra n.11.*

19 Pejus eſſet ſi totaliter arbores incideret, quia id tam malum eſt, ut uſufructuarius uſumfructum amittat per *l. item ſi fundi ff. ad l. Aquil.*

& per

& per *l.hoc amplius 9.§.fin ff. de damn. infec. &* *ea,quæ tradit Jaſ.in auth.qui rem C. de ſacroſan. Eccleſ.* Unde *Menoch.de arbit.jud.caſ.78.n.2.&* 7.declarat, quod duæ cæſæ arbores fortaſſe poſſunt ad illam pœnam ſufficere; & *Marc. Ant. Natta conſ.477.* de quatuor quæritur *n.7.* dicens *n.18.* quod rem alienam uſufructuandam incidens tanquam propriam, ab uſufructu cadit; de quo fusè *Anſald.conſ.50.n.6. & 7. cum ſeqq.*

20 Hic notare debeo, quod in menſuratione quinque pedum (& idem valet dici de duobus ex eadem finali cauſa & ex ſupradicta interpret.) ſi in confinio ſunt arbores, includitur medietas trunci arboris ipſius. Ita *Raginell. in cit.ſæpe tractat.de Arborib.cap.ult.num.17.* Tale vero ſpatium lucro ejus cedit, qui fundum ſuo conjunxit. *Forcatul.in Cupid.Juriſperit.cap.16. ſub n.3.Raginell.ibid.ſub n.35.*

21 Nec prætereo Florentinam praxim, ubi arbores fructus hominum uſui comeſtibiles non producentes, per brachia octo a vicini agris diſtare debent, alias inciduntur, quemvis longiſſimo tempore toleratæ. Sic ait *Magon. deciſ. Florent.6.& Proſper Rendella de Olea & Oleo c.7.* Cujus ſtatuti ex *lib.4. rug.69.* verba refert *Anſald.conſ.5.n.4.*

22 In puncto tamen principali, ſcilicet de requiſitis Diſtantiis, non poſſum concludere Legem hanc final. nullibi eſſe receptam; & generali conſuetudine rejectam & antiquatam adeo ut nulletenus valeat allegari, ut aſtruunt *Nevizan.d conſil.58.n 3.Mumerent. ad Statut. Bononien. lib.4.d.rubr.de impedimen. arcar. tollen. & de arbor.non habend.in præjudic.vicin. eod. verb.tres perticas verſ.ſed certe illa lex pag.332. Aldovin.conſ.12.n.19.Pancirol.conſ.30.n.14. & conſ.54.n.13. Giovagn.d.conſ.30.n.15.lib.2.* qui dicit ex Corneo quod, ex quo iſta Lex per deſuetudinem abiit, allegari non meretur, qui enim ipſam allegat, in pœnam incidit falſi:addens etiam quod, ſi illa ſervaretur, totus mundus ſubverteretur; Quod etiam tradunt, *Pet. Patracin.in ſubſcript.ad reſponſ. Raginell. pro fratre impreſſ.in cit.tract.de arborib. cap.ult. n. 114.& ibid.in alio reſp. Angel.Caccia n. 152. & ſeqq.Magius d.lib. miſcell. cap.7.* Ex quibus intrat regula, quod non eſt in foro allegenda conſtitutio ſeu lex uſu non recepta *ex dec.375. d.13.coram Em.Card.Celſo,alias cit.* & per ea, quæ adducit *Ill.R.P.D. Severol. in ſua cit. (a) conſultat.* in qua contrariis acute reſpondet. Verum hæc facillime diluuntur unico etiam verbo, cum legat hanc legem *Accurſ.* legerit *Bulgar.*leget. *Fulg.ſ.*eamque ſervet in pleriſque *Capoll.de ſervit cap.30.& cap.61.* Quæ eciam non ſervatur eſt *l.Meniana C. de ædif. priv.* ut ibi notat *gloſ.* Nos autem in illa interpretanda multum adlaboravimus, dum quis priſca quæcumque etiam uſu non recepta, nec non abſoluta, ſcire prodeſt, quemadmodum in noſtris *Adnotat. ad ll. priores ff. de in Jus vocan.* fusè probavimus *cap. 2.* Tum etiam, cum ex iſta quamplures equidem practicabiles controverſias pro tenuitate noſtra examinandi, ac ſolvendi occaſio nobis fuerit ſuppeditata.

(a) Poſt tractat. idem 34 num. 14. & pluribus ſequentib.

A D N O T A T I O.

QUæſtiones præcipuæ, quæ in hoc *Capite XI.* proponuntur per *Pacichellum*, reſpiciunt primo Authorum naturam, & quid eorum appellatione contineatur; Secundo, ipſarum partes, Radices nimirum, Truncos, Ramos, ac Fructus: Tertio, libertatem plantandi Arbores in Solo proprio; Quarto Diſtantiam requiſitam in ipſis plantandis: Quinto demum, prohibitam, vel permiſſam Arborum inciſionem; circa quas omnes quæſtiones adnotabimus de more, quid alii ſenſerint Authores.

Et quod ad primum attinet, Arborum appel-
23 latione veniunt etiam hederæ, & arundines; ut notat *Molin. de Juſtit. & Jur. Tract. 2. diſput. 699. ſub n.1.Lagunez.de Fructibus p.1.cap.4. n. 69.in fin.Gall.eodem tract.diſput.3.art.5.n.25.in fin.V.Sexto quæro, Solon.Campell.ad Decret.Urbini Annot.84.n.1.* Verum quia, ut inquit *Noſter Author n. 5. in fine*, Iſtæ non appellantur
24 Arbores, niſi impropriè, idcircò in conſtitutione pœnali, vel exorbitanti à Jure Communi, non veniunt Arborum Appellatione, ut innuit *Pacichell. d. n.5. in fine*, & tradunt relati per *d.Solon.Campell.ad Decret.Urbin. d. Annot. 84. ex n. 2. uſque ad n. 6.* De vitibus verò licet *Pacichell.* aſſerat, quod etiam ipſæ in impro-
25 pria dumtaxat ſignificatione comprehendantur ſub nomine Arborum, attamen de hoc dubitarem, generaliter loquendo, cùm etiam in conſtitutionibus pœnalibus, qualis eſt *l. 1. ait prætor ff.de Arbor.caden.* disertè dicitur Arboris appellatione etiam vites contineri, & prohibita colono fructiferarum Arborum inciſione, pro-
26 bitam etiam cenſeri inciſionem vitium firmant relati per *Conſtantin.ad ſtat.Urb.Annot.29. art. 2. n.97. & 98.* & proinde ſi tàm *Textus*, quàm *Doctores* comprehendunt vites in diſpoſitione pœnali pro Arboribus facta, negari non poteſt, quin veniant Arboris appellatione minori improprietate, quàm hederæ, & arundines; unde crederem tenorem diſpoſitionis eſſe attendendum, & finem propter quem emanavit, ut ominirùm ſi loquatur generalioribus verbis, vel
27 ſaltèm dignoſcatur habuiſſe rationem fructuum Arborum, tali caſu earum nomine vites etiam venire pro certo haberem.

Vitium occaſione liceat hic adnotare vulgare adagium, quod invaluit in agro Romano de
28 poſſeſſoribus Vinearum, quod ſcilicet, qui habet Vineas habet tineas cum multoties in illarum cultura majores ſint expenſæ, quàm fructus, qui ex illis percipiuntur, & propterea habentes Vineas imitantur illos, qui laborent, ut in præcipitium ruant, quemadmodum latè probat *Rub.de validit.legal.cap.2.n.51. & ſeqq. Idem in additione ad deciſ.181.n.106.p.8.recent. Adden.ad Pamphil.dec.720.n.10.& 11.Conſtantin. ad Stat.Urb. Annot.29. art.2. n.67. & 68. Zaul. ad Stat. Faventiæ lib.5. rubr.39.n.8.* ubi latiſſimè per totam obſervationem proſequitur materiam plantationis Vinearum. *Rot.cor.Cerro deciſ.598.n.3., & cor.Priola deciſ.416.n.17., & cor.Emerix Jun. deciſ.79. n. 4., & inter recentior.deciſ.191.n.19.p.15., & dec.203.n.5. p.17., & dec.612.n.5.& ſeqq.p.18. tom.e.* & propterea
29 Vineæ præſertim ſuburbiorum dicuntur deſervire potiùs ad oblectamentum, quàm ad fructum, ut poſt *Rot.dec.167.poſt n.2.verſ.non fuit datum in verb.quæ Vinæ* obſervat *Conſtantin. ad ſtatut.Urb.annot.44. artic.3. n.228.* & ex praxi
30 Urbis pro expenſis Culturæ cujuslibet petiæ vineæ ſolent taxari ſcuta duodecim *Rot. deciſ. 261.n.6.cor.Pamphilio.*

De:

Damnum autem ex Vineis reſultans longè
augetur à difficultate vendendi Vinum Vinea-
rum Suburbanarum procurata præcipuè ſtu-
dio, & opera Appaltatorum Dohanæ Studii,
qui cum exigant quamdam Gabellam ſuper
quolibet Vinorum genere excepto Vino Vi-
31 nearum ſuburbanarum (quod Summi Pontifi-
ces voluerunt eſſe ſemper immune à quolibet
onere) omnem lapidem movent, ut exactio Ga-
bellæ, quæ directè prohibetur, indirectè ab ipſis
exigatur per multas reſtrictiones, quas contra
libertatem vendendi Vinum dd. Vinearum face-
re conantur, & antea etiam conati ſunt, ut ſi-
gnanter evenit anno 1718., in quo contra
Bānimenta generalia Dohanæ ſtudii diſponen-
tia. quod Domini dd. Vinearum poſſint vende-
re Vinum ubicumque ipſis libuerit, prætenſio-
nem excitarunt reſtringendi hanc libertatem,
ſed à Congregatione particulari deputata re-
ſcriptum fuit; *Nihil eſſe innovandum, & ſer-
vandum Bannimentum, anni 1708. ſuper liber-
tate vendendi Vina ſuburbiorum Urbis*, vulgò
Romaneſchi *ab eorum Dominis, nulla alia ſer-
32 vata diſtantia à Cauponis*, nempè Oſtarie, *præ-
terquam intermediatione unius Domus, & exce-
ptis Dominis vendentibus Vina proprio in eorum
Domibus, quibus permiſſa erat venditio ſuorum
Vinorum, quamvis eorum Domus coberæant di-
ctis Cauponis* quod libentiùs adnotavi, eo quia
agit de noſtra diſtantiarum materia.

Redeundo in præſens unde non inutiliter di-
greſſi ſumus, arborum appellatione veniunt
omnes arbores ſtatim plantatæ etiamſi nondùm
comprehenderint terram, idem quouſque ma-
33 neant in ſolo nativo, ſive in eo ad quod transla-
tæ ſunt, & eadem terra contineantur, etiam ſi
jam ſint aridæ & ejus radices mortuæ *ad text. in
l. vitem 3. §. Quod ſi quis ff. arbor. furt. caeſ.* Idem
ſi ſint à ſolo avulſæ, ſed adhuc virides, & quæ
utiliter reponi poſſint, ſive ex propoſito, & ani-
34 mo ita ſint avulſæ, ut reponantur, ſivè etiam
ex accidenti, ut de omnibus apertiſſimè teſtatur
*Solon. Campell. ad Decret. Urbin. annot. 83. n. 97.
& plurib. ſeq.*

Lignorum autem appellatione venire tam li-
gna conciſa, quàm Arbores ad concidendum
deſtinātas, per *Text. in l. ligni appellat. 53. ff. de
legat. 3. verſ. idem* dixit *Rota in Piſauren. Mo-
lendinorum, ſed vallatorum 23. Martii 1711. §.
Alteram cor. bo. mem. Kaunitz.* Quia tamen arbo-
res, dum terra aluntur, non vocari proprie ligna
notavit *Gloſ. in d. l. ligni appellatione verb. ſyl-
35 vam*, ideo inſpectandus videtur totus tenor
inſtrumenti, ut partium voluntas elici poſſit,
quemadmodum factum fuit in *d. Piſauren. Mo-
lendinorum*, in quo ex tota facti ſerie lignorum
nomine comprehenſæ fuerunt etiam arbores cæ-
duæ, dum terra aluntur.

Arbor itaque vel habet requiſita, de quibus
ſuperius *n. 33. & n. 34.* & tunc proprie dicitur
arbor, vel iiſdem caret, & tali caſu quando non
fuit deſtinata ad comburendum, venit appella-
36 tione materiæ: quando verò deſtinata fuit ad
ignem videtur ſubdiſtinguendum, aut enim
habet nomen proprium ut Virgæ, Carbones,
Nuclei olivarum, ſtirpes, radices, & iſta licet
ad ignem deſtinata ligni appellatione non con-
tinentur: aut ſic inciſa, & deſtinata nullum
habent nomen proprium præter quam arboris
ex quo inciſa fuerunt; & tunc veniunt appel-
latione lignorum, ut etiam fert communis lo-
quendi uſus, qui Romæ ſervatur, ubi lignorum
nomen vertunt *le legna*, intelligentes proprie
de lignis deſtinātis ad comburendum non ha-
bentibus aliud nomen. Totum hoc latè explì-
catur *ab Ulpian. in l. ligni appellat. 53. ff. de le-
gat. 3.*

Agnita arborum appellatione, & ad earum
partes examinandas tranſitum nobis facientibus
occurrunt ipſarum radices, quibus mediantibus
arbores, ut dictum eſt, alimentum a terra ſu-
munt, quod alimenta a terra ſumptum adeò in
jure conſideratur, ut in æſtimandis melioramen-
tis factis in plantandis vitibus, & arboribus ha-
benda ſit duntaxat ratio temporis, quo fuerunt
37 facta, & nihili æſtimandum ſit favore melio-
rantis incrementum valori eorum, dum hoc
procedit potiùs ex ipſo ſolo alimentum radici-
bus, & toti arbori præſtante, quam ab indu-
ſtria meliorantis, juxta *Gloſ.* communiter rece-
ptam *in l. in fundo verbo plus pretii ff. de rei
vindicatione*, & tradit *Frag. de reg. reip. p. 3. lib. 6.
diſput. 10. §. 4. n. 11. verſic. ſed quid ſi melioratio-
nes Urſill. ad Afflict. dec. 67. n. 3 poſt med. verſic.
circa præfata tamen Carpan. ad ſtat. Mediolan.
lib. 1. cap. 417. n. 748. & 753. Garzia dec. Bono-
nien. 23. n. 16. poſt med.* quos allegat *Pacion. de
locat. cap. 34. §. 4 n. 32. Zaul. ad ſtat. Faven. ru-
br. 24. lib. 5. n. 20.* ubi adducitur *Rota in Romana
Emphyteuſis ſuper melioramentis* 26. *Jun.* 1705.
§. Nec tiv lore coram Omanna.

Alimentum autem quod radices à terra ſu-
munt, tantum interdum eſſe ſolet, & tanta vis
vegetativa arboribus, ut interdum alios pullo-
nes producant, qui nihil aliud ſunt in ſubſtan-
38 tia quam germina illa, quæ à radicibus arbo-
rum ſurgunt, & vocantur etiam pedamenta ex
trunco pullulantia, ut poſt *Rugginel. de arbor.
cap. 6. n. 22. & cap. 14. n. 48.* obſervat *Rot. Senen.
in Senen. Juris lignandi 15. Martii* 1709. im-
preſſa penès *Banfin. ad Bannim. General. c. 72.
append. unic. n. 64. & 65.*, & frequentius appel-
39 lantur germinales *juxta Gloſ. in l. ex ſylva cæ-
dua, l. divortio §. Puto autem, & l. ſeq. ff. ſolut. ma-
trim. Poſth. reſolut. 136. ſub n 3. eadem Rot. Se-
nen. in dec. mox citata n. 66.* & in hoc eſt obſer-
vandum, quod ſi talium germinum junctura
40 cum arbore principali appareat ſuper terram,
una tantum arbor eſſe videtur, ſi vero junctura
ſuper terram non apparet, tot erunt arbores,
quot ſeparatæ ſuper terram exiſtunt, ut benè
diſtinguit *Ulpianus in l. 20. ſi germina ff. arbo-
rum furtim cæſarum*, quem refert *Campell. ad
Decret. Urbin. annot. 83. n. 96.* Idem autem ger-
men quamvis principales radices egerit in fun-
41 do vicini, attamen ejus eſt, in cujus fundo
erumpit è terra ad literas *Text. in l. ſi plures 6.
in v. ſi radicibus ff. arbor. furt. caeſ. & in l. ſi vitem
21. ff. quod vi aut clam.* Eaſdem tamen radices,
quamvis dominus fundi in cujus ſolo coale-
ſcunt, nequeat auctoritate propria præcidere in
præjudicium alterius vicini, qui habet trun-
42 cum in ſuo ſolo, poterit nihilominus implora-
re Judicis officium ad hoc, ut ipſæ radices alie-
ni arboris ex ſuo prædio tollantur *ac textum in
d. l. ſi plures §. Si arbor. furt. caeſ.*

A radicibus ad ramos progredientes, de qui-
bus *Pacichell. n. 12.* illud eſt notandum, quod
nonnullarum arborum truncus nullum alium
43 fert fructum, niſi ramos, cum nimirum ex de-

Digitized by Google

ſtinatione Patriſfamilias ſtipites perpetuò ſer-
vantur, ut ramos emittant, emiſſi verò rami
ſtatis temporibus, & cum coaluerunt, truncan-
tur in uſum lignorum, *l. ex ſylva* 21. ubi *Angel.*
ff. de uſufruct. Quod ad vicinos attinet, tam an-
tiquo, quam recentiori jure fuit circa ramos re-
ceptum, quod ſi rami arboris ſupra vicini fun-
44 dum adeò pendeant, ut ratione umbræ illi no-
ceant, tunc Dominus arboris à vicino damnifi-
cato requiſitus tenetur hujuſmodi ramos ad al-
titudinem quindecim pedum à terra circumci-
dere, ut relato *Noſtro Authore* una cum juribus,
& authoritatibus per ipſum allatis, additiſque
Borel. in ſum. deciſ. to. 1. tit. 46. n. 136. Conciol. ad
ſtat. Eugub. lib. 6. rubr. 27. n. 1. Chriſtin. ad legem
municipal. Melchinianen. tit. 14. art. 42. n. 2. tra-
dit *Zaul. ad ſtat. Favent. lib. 5. obſervat. 38. ex n.*
5. uſque ad n. 8. pariterque adducto *Pacichell.*
firmat *Campel. ad Decret. Urb. Annot. 83. n. 51.*
& ſeq.

De trunco arboris eſt notandum quod ipſum
truncum poterit vicinus in ſuo fundo retinere
ad quamcumque altitudinem excreſcat, nec
prætextu damni ex umbra, vel aliàs reſultantis
45 agro ejuſdem vicini, truncus erit incidendus,
dummodò tamen in plantanda arbore, legitima
diſtantia fuerit relicta, de qua inferius agemus:
Solon. Campell. ad Decret. Urbin. annot. 83. n. 51.
Sin autem agatur de præjudicio reſultante non
in agro, ſed in domo vicini, tunc videtur ſubdi-
46 ſtinguendum, nam aut damnum reſultat in
fundamentis domus ejuſdem vicini, & in tali
caſu truncus non debet principaliter reſcindi,
ſed tantummodò radices, quæ obſtant funda-
mentis domus, aut etiam omnes, quæ coalue-
runt in fundo vicini juxta tradita ſuperius *nu.*
42. Vel rami protendunt ſuper tecto domus, &
in tali hypotheſi debere totaliter exſcindi trun-
cum aſſerunt relati per *Solon. Campell. ad De-*
cret. Urbin. annot. 83 n. 52.

Denique circa fructus arboris ad noſtrum
intentum animadvertendum eſt, quod ſi vici-
nus non contradicit, ut rami ſe protendant ſu-
47 per ſuum ſolum, licitum eſt Domino arborum
in agro ejuſdem vicini colligere uſque in tri-
duum propria auctoritate fructus in eundem
vicinum agrum cadentes, *ad text. in l. unica ff. de*
glan. leg. ind. Solon. Campell. ad Decret. Urbin. an-
not. 83. n. 58. & annot 103. *n.* 125. adſunt tamen
alicubi ſtatuta particularia demandantia, ut
Dominus arboris fructuum partem teneatur
relinquere vicino, niſi detruncet ramos pro-
pendentes ſuper ejuſdem vicini fundum, ut de
Statuto Melchinianen. demandante relinqui
fructuum ſemiſſem tradit *Chriſtin. ad l. munici-*
pal. Melchinianen. tit. 14. art. 42. n. 3. quem refert
Zaul. ad ſtat. Favent. obſervat. ad rubr. 38. lib. 5.
num. 22.

Abſolutis duabus principalibus quæſtioni-
bus, ſuccedit tertia ſuper libertate plantandi
arbores in ſolo proprio, quamvis per planta-
tionem paſtus communis omnium civium ani-
malibus impediretur ex traditis per *Pacichell.*
poſt n. 24. Hæc tamen propoſitio eſt cum diſtin-
ctione accipienda: Nam ſi quis reducat ad cul-
turam bona ſua, in quibus Incolæ ex quodam
48 jure civico, & naturali retinere poſſint anima-
lia ad paſcendum in vim cujuſdem univerſalis
conſuetudinis magis quàm præſcriptionis in
agris, & fundis apertis, & campeſtribus deſti-
natis ad culturam poſt recollectas eorum ſege-
tes, tali caſu vera eſt propoſitio *Noſtri Autho-*
ris, quod poſſint plantari vites, & arbores, etiam
ſi paſtus animalium impediatur: Ea ratione
quia per hujuſmodi conſuetudinem non oritur
aliquod formale jus, aut quæritur realis, & ve-
ra ſervitus juris paſcendi, ſed tantum relinqui-
tur quædam libertas ſeu naturalis facultas, ut
animalia civium depaſci poſſint in Territorio
aperto, & campeſtri à ſegetibus non impedito,
ſalvo ſemper jure domini ſuis bonis pro libito
utendi, atque ad alium uſum convertendi ju-
xta communiter recepta diſtinctionem, de qua
Covar. practic. quæſt. cap. 37. n. 3. & 4. & ſeq. Bar-
bat. de diviſ. fruct. p. 1. cap. 6. n. 15. & ſeq. Tuſc.
lit. l. concl. 218. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 11.
n. 50. in fin. Capyc. Latr. conſult. 83. n. 10. Novar.
de gravam. vaſſal. p. 1. gravam. 32. De Luca de
ſervitut. diſc. 37. n. 4. 5. & ſeq. Panimol. dec. 27.
annot. 2. num. 32.

Sin autem jus paſcendi competat jure ſervi-
tutis expreſsè conſtitutæ, tali caſu in præjudi-
cium ſervitutis impoſitæ nequeunt plantari
49 arbores, & reduci bona ad diverſam ſpeciem
culturæ, aut muris vel ſepibus, aut foveis re-
ſtringi, aliudque adferri impedimentum, quo
habentes tale jus nequeant uti jure paſcendi,
Capoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 91. n. 56. Anton. l.
de tempore legali lib. 2. cap. 110. n. 4. Bonden. ad
Otter. de paſcuis annot. ad cap. 16. n.

Quando verò ſervitus acquiſita fuit non ex-
preſſo pacto, ſed præſcriptione, impediri non po-
teſt, quin fundus prius pro paſtu inſerviens
arboribus conſeratur, vel alias ad culturam re-
ducatur, quia ſervitus præſcripta cenſetur ex
patientia partis, quæ intelligitur præſtita du-
rante paſcuo inculto, in quo Dominus non cen-
50 ſetur invitus: unde reſtringi debet ad ſuos li-
mites non factæ culturæ, *Antonell. de temp. legal.*
lib. 2. cap. 110. n. 4. Panimol. d. dec. 25. annot. 2. nu.
32. Contrarium ſentit *Caccar. lib. 2. cap. 4. n. 80.*
& ſeq. Utramque tamen opinionem crederem
conciliandam, ut prior procedat, quando ſu-
mus in ordinaria præſcriptione 20. vel 30. anno-
rum, in qua tantum debet dici præſcriptum
quantum poſſeſſum, & non ultra: & ideò, cum
poſſeſſio paſcendi acquiſita fuerit ordinaria
præſcriptione, tempore, quo in fundo Vineæ,
& arbores non erant plantatæ, nequit trahi ad
caſum, in quo fieri velit d. plantatio; Secunda
verò opinio procedat in immemorabili, vel cen-
tenaria, in qua cum vulgare ſit præſumi melio-
rem titulum de mundo, poterit etiam in vim
ejuſdem præſcriptionis centenariæ allegari
quælibet expreſſa conventio ſervitutis: Cum-
que ſuperius *num.* 49. firmatum fuerit, quod
quando ſervitus debetur in vim expreſſæ con-
ventionis, nequeat fieri plantatio, aut alias
prædium reduci ad culturam in præjudicium
juris paſcendi alteri competentis, inde profluit,
quod quando centenaria, vel immemorabilis aſſi-
ſtit, paſcuorum ſtatus nequeat immutari.

Duo præterea ſunt alii caſus, in quibus arbo-
rum plantatio, vel alia cultura in præjudicium
juris paſcendi fieri nequit, quorum primus eſt,
quando Communitas, vel Baro habet domi-
nium territorii reſpectu juris paſcendi, ſive
herbarum totius territorii relictis tantum-
51 modo fructibus induſtrialibus favore Civium
particularium, cum non repugnet quod eadem
res

res à duobus poſſideatur, ſeù quod ſit in domi-
nio unius quoad certum genus fructum, & in
dominio alterius quoad alterum genus ex de-
ductis per *Panimol. d. dec. 25. annot. 2. num. 8.*
atque in tali hypotheſi particuleres domini fru-
ctuum induſtriallum nequeunt alterare uſum
paſcuorum in præjudicium Domini, *Cardin. de
Luca de ſervit. diſc. 36. num. 10.* Alter caſus eſt,
quando Communitas habet jus paſcendi in præ-
diis ſuorum Civium ex cujus juris paſcendi
52 venditione ſolvuntur onera cameralia pro ipſis
Civibus, In tali hypoteſi non poſſunt muta-
re culturam prædiorum claudendo ſcilicet illa
plantando Vites, Olivas, vel quid ſimile ex
quo prohibeatur, & impediatur tale jus pa-
ſcendi *Cobell. ad Ball. Bon. regim. capit. 50.
num. 198.*

Præcipua quæſtin *Capitis noſtri* eſt circa
arborum diſtantiam, in qua *Pacichell.* proba-
re connititur lectionem Textus veriorem eſſe
duorum pedum, eoque relato, controverſiam
tangit, & relinquit indeciſam *Zaul. ad ſtatut.
Favent. lib. 5. rubric. 38. num. 1.* verum quod
verior lectio Textus contra opinionem Noſtri
Authoris ſit *quinque* non *duo*, amplius haud vi-
detur ambigendus quia ultra deciſionem in *Ro-
mana Sepis, & arborum cor. Carro in ordine la
913. & poſt Tractatum la 34.* adeſt etiam *deciſ.
129. p. 17. rec.* tempore poſterior, ubi reproba-
53 to *diſcurſ. Severol.* qui ſubnectitur inferius poſt
d. dec. 34. ſtatuit veram lectionem eſſe *quinque
pedum.*

Nec dici poteſt tenentes hanc opinionem
fuiſſe deceptos ab alia lege 12. tabularum lo-
quente de præſcriptione quinque pedum, ut du-
bitativè innuit *Noſter Author poſt num. 8.* quia
juxta teſtimonium *Balduin. ad dd. leges 12. ta-
bularum* Decemviri collecta *d. lege* Solonis fi-
nium regundorum, & de Sepulchris, aliud non
fecerunt, niſi illam immutare circa eadem ſepul-
chra, & redigere ad eam formam, quam expre-
ximus ſupra *adnot. ad capit. 7. membr. 9. num. 29.
& ſeq. fol. 125.* atque ulterius ipſam ampliare
circa arbores in finibus exiſtentes, & ubi Solon
ſanxerat non poſſe intra quinque pedum fines
plantari arbores, ipſi Decemviri non ſolam plan-
tationem prohibuerunt, ſed ulterius ſtatuerunt
non poſſe dd. fines unquam præſcribi.

Et recta quidem ratione, quia ſicuti plantatio,
eſt actus poſſeſſionem indicans, & fuerat per
leges in d. termino quinque pedum interdicta,
conſeqnens erat, ut diminuto d. exercitio poſ-
ſeſſionis debuiſſet domino, & poſſeſſori caveri
quamvis iſtos actus plantationis, aut etiam alios
intra prædictum ambitum non faceret; Ea evi-
denti ratione, quia contra non valentem agere
non currit præſcriptio. Ideoque admiſſo, quem-
admodum omnes admittunt, quod in *L.* de præ-
54 ſcriptione abſque controverſia legatur *quinque
pedum*, ea certè valuti ab eodem fonte, & ab ea-
dem valida ratione permanans, bena trahi po-
teſt ad validum argumentum pro vera lectione
quinque pedum etiam in noſtro Textu *Balduin.
ad d. l. LL. 12. tabulor. cap. 19. §. Porro* ubi poſt-
quam enarravit Solonem promulgaſſe legem
de planeatione intra quinque pedes, inbdit am-
pliationem factam per decemviros ibi; *Porrò
12. tabulis non ſolum fuit præfinitum quinque
pedum ſpatium, quod inter vicinorum agros con-
finet communi relinquendum erat vacuum, & lic;
berum, ſed & ejus uſucapio ſublata eſt:* In idem
coincidit etiam ſententia. *Ludov. Charond. in
d. tract. prope fin. verſic. eſt lex de finibus*, ubi
poſt expoſitam legem Solonis affert extenſio-
nem, quam fecerunt Decemviri per hæc verba:
*Lex quoque de quinque pedibus generaliorem
habuiſſe ſententiam videtur, ea autem eſt: In
controverſia de finibus quinque pedum uſucapio
nulla eſto.* In id collimante etiam teſtimonio
Plutarch. in Vita Solonis relat. per ipſummet
Pacichell. in ſuperiori *Cap. 10. poſt num. 11.* ubi
tranſcribentes ejuſdem Plutarchi verba hæc ha-
bet: *Aliam arborem qui in agro ſuo plantaret eum
à vicino abſiſtere PEDES QUINQUE impe-
ravit, qui ficum, aut Oleam, novem.*

Prædicta tamen omnia obſervavimus ad quan-
dam in theorica exurberantiam, cum de cæte-
ro in praxi res hodie videatur abſolutiſſima
propter præcitatas *dec. 913. cor. Carra, & 129.
p. 7. recent.* quæ ſtatuerunt veram lectionem in
quinque pedes, inſequendo Textum Pandecta-
rum Florentinarum, de quarum auctoritate
contra ea, quæ dicit *Pacichell. poſt num. 9.* egi-
mus ſuperiùs *Annot. ad cap. 3. ex num. 15. uſque
ad finem fol. 9. & 10.*

Ad robur addendum noſtræ aſſertioni circa
hanc lectionem *L. final.* eſſet per totam tranſcri-
benda Adnotatio *Solan. Compoſt. ad Decret. U-
bin. 83.* ubi optimis rationibus, tuetur noſtram
ſententiam, egregiè reſpondet contrariis funda-
mentis allatis in *Diſcurſ. bo. mem. Severol. im-
preſ. poſt tract. ſub dec. 34. num. 13.* materiam
latiſſimè explanando; Sed ne actum agamus,
ſatiùs eſſe duximus ad illum nos remittere,
qui *loc. cit.* alia etiam de Arboribus egregiè
concinnat.

In aliquibus tamen locis hæ quæſtiones de
jure communi non habent locum propter ſta-
tuta demandantia certam diſtantiam, ut de ſta-
55 tuto Faventino requirente diſtantiam decem
pedum perticæ, niſi intermedium adfuerit foſ-
ſatum, & quinque pedum ſimilium, ſi tale foſ-
ſatum adfuerit, videre eſt apud *Zaul. ad d. ſta-
tut. rubric. 38. lib. 5.* & de Statuto Florentino
lib. 4. de virgis incidendis diſponente quo arbo-
res non producentes fructus comeſtibiles ad
56 uſum hominum exiſtentes prope agrum vicini,
per octo brachia incidi debeant fert teſtimo-
nium *Pacichell. hic num. 21.* qui allegatus à
Zaul. ad Stat. Favent. rubr. 38. lib. 5. ubi cita-
tur etiam *Card. de Luc. de ſervit. diſc. 111. n. 3.*
reſpondens non intrare dictam diſpoſitionem
Statuti Florentini contra populos, & ulmos,
57 quæ producant fructum homini comedendum,
attamen ſi fuerint deſtinatæ, prout fieri ſolet,
ad maritandas, & fulciendas vites, non debent
incidi, etiamſi d. diſtantia brachiorum octo re-
licta non fuerit.

Etiam in Urbe Magiſtri Juſtitiarii in ſuo Tri-
bunali (in quo dum hæc ſcribo Aſſeſſoris mune-
ra fungor) publicant dicta, & Bannimenta no-
mine Eminentiſs. Domini Cardinalis Camerarii:
*Che ciaſcun Padrone di tali poſſeſſioni, che vorſ-
ſe ſpinto fratte, che da ſe ſteſſo feſſero camminare
verſo li termini, ò confini, debba fra il termine di
15. giorni over dichiarata ſradicare le loro frutte
58 diſcoſto tre palmi dal filo delle termini ſotto pena
di ſcudi 25. e di farle ritirare ex officio à loro ſpe-
ſe. Dichiaranda che li Canneti, ed alberi deb-
59 bano ſtare nove palmi lontano dal filo delli termi-
ni.*

ui ſotto le ſudette pene, e chi aveſſe occupati, ò deteriorati li vicoli ſopradetti, debba fra il termine d'un meſe averli nettati, e ritirate le loro fratte, e riempiti l. dd. foſſi, ò Carbonare allo ſtato priſtino ſotto la pena predetta di ſcudi 15. da applicarſi, come ſopra. Notificando, che ſe alcuno fra detto termine non farà quanto di ſopra, li detti Maeſtri faranno nettare, e ritirare le fratte per riempire li foſſi à ſpeſe delli Padroni di eſſe Vigne, Canneti, e Poſſeſſioni, e ſi procederà alla pena ſudetta ſenza remiſſione.

Verontemen haud obſtantibus prædictis Judicis diſpoſitionibus ſi annoſæ arbores fundo vicini ſuperimmineant, eo patiente, & nonquam reclamante, ſuboritur dubium, an dominus arborum mediante legitima præſcriptio-
60 ne tutus videatur à ſubcunda earum inciſione? Negativam partem tuetur *Pacicbell. num. 13.* & cum *Raginell. de arborib. ac ſac. Rot.* reſolvit arbores eſſe incidendas non obſtante præſcriptione, quem refert, & ſequitur *Zaul. ad ſtatut. Faventin. lib. 5. rubric. 38. num. 11.* ea ratione, quia arbores propter naturalem motum nunquam in eodem loco, & ſtatu permenent, ſed quotidie ſe dilatant, & creſcunt, & creſcendo, & ſe dilatando gravant, nec proinde ſinunt ullam unquam præſcriptionem incipere, cum percipi nequeat principium extenſionis, exceſſus, & gravaminis: ſubintrante propterea regula, quod ubi eſt naturalis motus continuus, non poteſt dici continua poſſeſſio. Contrariam opinionem ſequitur *Giovagnon. reſponſ. 30. per tot. volum. 2.* quem licet videatur non approba-
61 re *Rot. in Romana Sepis, & Arborum* allegata ſuperiùs per *Authorem num. 13.* & eſt deciſio 914. *coram Cerro.* Attamen eadem *Rot.* ibi nihil firmat, ſed refert tantummodo verba unius Partis, ibi: *Altera pars aſſerebat non admitti in hac materia præſcriptionem*, & ulterius *eadem Rota in dec. 129. p. 17. recent.* quæ tempore eſt poſterior, allegat, & ſequitur eundem *Giovagnon.* una cum aliis firmantibus per legitimam præſcriptionem 30. vel 40. annorum ſublatam cenſeri querelam arborum cædendarum, additque ulterius *eadem Rot.* contrariam opinionem *Raginell.* & ſequacium procedere tantummodo, quando concurrit mala fides reſpectu plantationis arborem, & deficit negligentia in vicino, qui de nimia arborum proximitate conqueritur. Poſt has authoritates prodit in ſcenam *Solon. Campell. ad Decret. Urbin. Annotat. 83. num. 53.* & format quæſtionem ſuper præſcriptione immemorabili, & longiſſimi temporis, ac propter d. rationem continui motus in arboribus inclinare videtur pro negativa, ut nempe, d. longiſſimi temporis præſcriptio non obſtet arborum inciſioni, quando in debita diſtantia non reperiuntur. Ego crederem diſtinguendum, nam quando agitur de immemorabili, vel centenaria non
62 ita putarem arborum continuo curſui, & motui inhærendum, ut debeat judicari potiùs ex d. naturali curſu, quam ex præſumpto pacto, & conceſſione reperiri arbores in debita diſtantia, adeout, niſi pars poſtulans inciſionem claræ & concludentes probet arbores ab initio fuiſſe plantatas in debita diſtantia, & poſtea ex dilatatione radicum fuiſſe progreſſum truncum ad occupandum legalem intercapedinem, nunquam mihi eſſet animus demandandi inciſionem trunci, ſed ſinerem illum permanere in loco, ubi reperitur, ut in facto pluries id ad praxim deduxi in Tribunali Magiſtrorum Juſtitiariorum cum Partium acquieſcentia: Sin autem agatur de præſcriptione ordinaria, cum hæc non det alium titulum præſumptum, præter ſe ipſam, fateor rem eſſe magis dubitabilem, nec adhuc occaſio dedit ſuper hoc judicandi: maximam tamen vim faceret auctoritas *Sac. Rot.* quam licet *Solon. Campell.* aſſerat non elidere fundamentum continui motus arborum, in *d. deciſ. 129. p. 17. recent.* Attamen cum iſte continuus motus etiamſi eſſet talis, qui poſſet Arborem à legitimo ſpatio ad non legitimum ſenſim trahere, non poſſit aſſeri eſſe magis in parte reſpiciente fundum vicini, quam aliorſum, crederem proinde attendendas alias facti circumſtantias, nimirum qualitatem, altitudinem, & ſitum fundi, ad dignoſcendum utrum arbores facilius erga prædium vicini, quam erga partem alteram ſe potuerit dilatare: Quod ſi nullibi de d. dilatatione appareat, tunc crederem ex evidentia facti ceſſare rationem continui motus, & cum *Rot. in d. dec. 129. p. 17. rec.* ſentire, quod Dominus Arboris mediante præſcriptione ſecurus eſſet. Intelligendo tamen omnia prædicta de incidendo trunco arboris, nam de ramis ſtat firma concluſio deſuper allata *nu. 44.* non obſtante qualibet temporis intercapedine, quia verè in
63 ipſis datur oculariter perpetuus motus conſideratus à DD. cum quolibet anno creſcant aut decreſcant, vel tempore, vel facto hominis per amputationem, & amittant, reaſſumantque folia, ex quibus majus, vel minus damnum reſultat vicino, & proinde in iſtis recte procedit, ut non detur univoca obſervantia, & per conſequens nulla præſcriptio; ac proinde ſepiſſime in dict. Tribunali ramorum vicino officientium amputationem demandavi.

Ultima quæſtio ſupereſt ſuper arborum inciſione; in qua hic firmatur nec vaſſallum, nec
64 Emphyteutam, nec uſufructuarium incidere poſſe arbores, ut *num. 18. in fin.* & ut bene proſequitur *Pecch. de ſervit. to. 2. cap. 8. quæſt. 28. num. 82. Raginell. de arbor. cap. 14. num. 36. Ciarlin. contr. 2. num. 1. & 2. & contr. 51. num. 13.* cum aliis per *Rot. in Hortana Sylvarum 10. Martii 1698. §. In ſequelam, & §. En natura, & in eadem 9. Junii ejuſdem anni §. Deveniendo, & 25. Februar. 170 . §. Poſito cum ſeqq. cor. bo. me. Muto, & in eadem ſuper incaduitate Sylvarum 1. Junii 1703. num. 2. cor. bo. me. Molinet* adductis per *Rot. Senen. juris lignandi impreſſ. apud D. Auditorem Bonfin. ad Bannim. generalia c. 72. apend. antic. num. 13.* & non ſolum prohibentur cedere arbores fructiferas, ſed etiam
65 proceras infructiferas ad cædendum non deſtinatas, ut ſunt arbores grandes frondoſæ, quæ ſerviuntur ad deliciam, & pulchritudinem, ac amænam voluptatem, ut diſerte deciditur in *l. æquiſſimum 17. §. Fructuarius verſic. & ſi ff. de uſufruct.* ibi: *& ſi forte voluptuarium fuerit prædium, viridaria, vel geſtationes, deambulationes arboribus infructuoſis opacas, atque amœnas habens, non debebis dejicere*: Et advertunt *Capoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 81. num. fin. Valenzuol. Tract. Illuſtr. lib. 2. tract. 1. c. 3. num. 4. Gall. de fruct. diſput. 3. art. 5. num. 21 Laganez. de fructib. cap. 6. num. 38. & 39.* cum aliis in *d. Senen. apud Bonfin. d. cap. 72. append. antic. num. 7.* ubi *num. 18. 22. 60. 62. & 91.* an caſta-

næ Sylveſtres debeant reponi inter arbores
66 cæduas, quarum inciſio ſit permiſſa, an po-
tius inter frugiferas, quæ cadant ſub prohibi-
tione incidendi.

In certis tamen caſibus conceſſam cenſeri
facultatem incidendi arbores, etiam grandes,
67 & frugiferas tradunt *Doctores*, quorum pri-
mus eſt, ut Emphytheuta, vaſſallus, & uſu-
fructuarius eaſdem arbores poſſint incidere pro
ſuo uſu, & ſuæ familiæ quemadmodum expreſ-
sè firmant *Pacian. conſ.32.num.71.in fin. Mon-
tic. de T.acit. lib.22. tit. 29. num.32. Fulgin. de
Jur. Emphit. tit. de var. caduc. quæſt. 2. num.
57. Gratian. diſcept. foren. c. 25. num.11. Ciar-
lin. contr. cap. 8. lib. 1. num. 72. & 75. & cap.
51. num.32.*

Secundus caſus eſt, quod prædictis Perſonis
68 licitum ſit uti arboribus vi ventorum evulſis,
ut probant *Text. in l. arboribus ff. de uſufruct.
Ciarlin. contr. d. cap. 51. num. 38. cum ſeq. Ca-
ſtill. de Uſufr. cap.45. num. 23. Lagun. de fruct.
cap.6. num.56. Ludovic.dec. Peruſ.5.num.2. Rot.
in d. Hortana Sylvarum ſuper conceſſione S. M.
Innocentii VIII. 4 Junii 1730.§.Conſueverant car-
bo.nc. Molines*, cum aliis allegant *in d. Senen.
penes D. Audit. Bouſin. Bannim. general. d. cap.
72. append. mtc. num.* 81. in qua per totam vi-
deri poterit, explicata hæc materia, & præci-
pue ſylvæ, vel arbores cæduæ quænam dican-
69 tur vel non. Uſufructuarius, Emphyteuta,
Conductor, & ſimiles an. & quomodo faculta-
te cædendi uti poſſint. Facultas, ſeù jus lignan-
di quomodo interpretanda ſint.

In propoſito autem prædictæ inciſionis ad-
ſunt Bannimenta promulgata à prædictis ma-
giſtris Juſtitiariis; *Che neſſuna perſona debba ta-
70 gliar viti, ò alberi fruttiferi, e non fruttiferi
nelle Poſſeſſioni, Canneti, ò Vigne d'altri, nè
ſpiantare, ò ſtirpare inſiti, ò altri alberi, e pian-
te ſotto la ſimil pena di ſcudi 15. da appliparſi
&c. e di pagare il danno alli Padroni.*

Abſolutis quæſtionibus principalibus tria
per modum ſpicilegii notanda occurrunt, pri-
mum circa opinionem DD. qui dicunt noſtram
L. final. non eſſe uſu receptam, quos refert *No-
ſter Author num.*12.circa quod ſufficit lectorem
remittere ad ea, quæ notavimus ſupra *Cap. 4.
num.32. uſq.ad fin.fol.35.*Secundum, quod etiam
71 folia arborum aliquando ſunt in fructu *ad text.
in l. plenum autem 12 ff. de uſu & habit.§.Idem
Nerva* ubi Gloſſ. ad vermes, qui pariunt ſeri-
cum: *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. p.3.cap.
18. §.1. num.8. Cyriac. controv.*868. *num.*15. &
72 *ſeq.* ubi adeò putat folia mororum eſſe princi-
paliter in fructu, ut ſi bombyces alantur ex fo-
liis fundi exempti à gabella, ipſum etiam cleri-
cum eſſe immune contendat *Knipſchild. de ju-
ribus & privileg. Civitat. Imperial. lib. 2. cap.
16. num.70. Lagun. de fructib. p. 1. cap. 4. num.*
48. ubi reprehendit *Giurb.*tanquam ſibi contra-
rium *Barbat. de diviſ. fruct. p. 1. cap.17. n.111.
cum ſeq. Zaul. ad ſtat. Favent. rubr.6. lib.5. n.
21. Rot. dec.*827. *in princ. & poſt num.* 3. *coram
Zarat. deciſ.*90. *num.*3. Idemque procedit etiam
in foliis myrtorum, *unde* (ut ait *in d.l.plenum*)
ſit tincturæ cordonum, unde tingunt corium: &
in latiori ſignificatu ſunt in fructu etiam folia
aliarum arborum, ex quibus utimur pro bobus,
pro vaccis, aliiſque animalibus juxta mentem *d.
gloſſ. in l.plenum in verb.foliis denique.*

Tertium denique eſt notandum, quod non in
arboribus ſolum, ſed etiam in herbis aliquando
diſtantia requiritur prout in ſpecie illarum her-
73 barum, quæ vulgo vocantur *Riſcoli*, ò *Sode*
ſolet demandari ab *R.P.D.* Vigilantiſſimo Ur-
bis *Gubernatore*, qui menſe Junio, vel circiter
promulgat edicta, ne quis dd. herbas ferat pro-
pè Romam, niſi in parva ſufficienti quantitate,
permittens tantummodò, ut in locis maritimis,
quæ libentius dd. herbas alunt, poſſint dd.her-
bæ indiſtinctæ retineri, firma tamen remanen-
te ſemper prohibitione non comburendi eaſ-
dem herbas inter quatuor milliaria ab Urbe
diſtantia.

CAPUT XII.

*Multiplices Diſtantiarum modi, ac ratio-
nes enucleantur. Univerſalia, ac ſin-
gularia plura ad Tractatum lo-
cupletandum adjunguntur.*

SUMMARIUM.

1 *Diſtantia ſumpta pro diverſitate. Sed inter-
vallum ſignificat n. 2. & quid ſit n.3.*

4 *Qualiter probetur.*

5 *Per illam ſilent leges, & ignorantia præſu-
mitur.*

6 *Abſentes qui dicantur? quomodo probetur ab-
ſentia ab urbe? num. 7.*

8 *Cauſa ſtudii abſentes beneficiati diſtributiones
lucrantur.*

9 *Studia generalia quæ ſint? ubi de Romano,
Salmaticenſi, Sorbonenſi, & aliis.*

10 *Parochus quandoque abſentiæ pro ſtudiis licen-
tiam obtinuit.*

11 *Legale ſtudium commendatur: ſed quinquen-
nium in ſcholis proponitur, & contrarium im-
probatur.*

12 *Morales virtutes, & aliarum ſcientiarum noti-
tia J. C. ſunt neceſſariæ.*

13 *Juvenes Juriſconſulti aliquando ſenibus præ-
lati.*

14 *Cauſæ plures afferuntur ad excuſandos diſtantes,
qui tenentur adeſſe, veluti militia, capitalis
inimicitia, Peſtis, & aeris intemperies.*

15 *Eccleſiæ ſervitium clericum excuſat. Item in-
firmitas* num. ſeq.

16 *In dubio canonicus diſtare non præſumitur.*

17 *Papæ, Cardinali, & Legato inſerviens habetur
pro præſenti.*

18 *Non habetur diſtans pro præſenti, niſi in ex-
preſſis à jure.*

19 *Otii aeris vituperatio.*

20 *Ad reſidendum obligatus, præſumitur malitiosè
abeſſe.*

21 *Abſentes non condemnandi, nec poſſeſſione pri-
vandi, & quomodo in illos procedatur.*

22 *Jus tamen acquiritur.*

23 *Neceſſitas & modica diſtantia excuſat in Epi-
ſcopis & Parochis id exemplificatur. Item in*

24 *Redeundi præſumptio elidatur decennio.*

25 *Jubilatio quid ſit, & quomodo ea fruantur Ca-
nonici, Doctores, & Muſici?*

26 *Abſentes quibus de cauſis vocandi?*

27 *Statuta civitatis dominantis ad territorium
extenduntur, ubi de Urbis ſtatuto.*

28 *Diſtrictus quid ſit & quæ loca comprehendat
Urbis diſtrictus? Plures ad rem dec. afferun-
tur* num. ſeqq. *ibique de Baronalibus terris.*

32 *Diſtantia adminiſtrationem permittit, etiam non
ſequuta confirmatione.*

33 *Sententia contra abſentem lata, in judicatum non tranſit.*
34 *Indiarum magiſtratui plura diſtantiæ cauſa conceduntur.*
35 *Quandoque valde diſtantibus fides minuitur, uti tranſmarinis.*
36 *Diſtantes valde, ſunt iidem ac remoti: in quo diſcernendo, quemadmodum in expectandi tempore judicis adhibetur arbitrium.*
37 *Vici legibus oppidi, cui ſubſunt reguntur: & privilegiis gaudent.*
38 *Natus in vico, ob modicam diſtantiam ortus præſumitur in civitate, & n.39.*
40 *De ſedibus in Eccleſiis nonnulla.*
41 *Spacium in navibus ex Rhodiis legibus quale!*
42 *Pro debito contracto in Urbe, ſi quis ab ea ſe abſentet, poteſt citari per diligentias.*
43 *Aliquando citatio fit per Edictum, vel Proclama, adhibitis tamen prius ſolitis formalitatibus.*
44 *Quando quis aliquando retinuit domum apertam in loco judicii, citatio fieri poteſt dimiſſa copia domui in manibus domeſticorum.*
45 *Elector abſens quando vocari debeat per nuncium, vel per litteras?* remiſſive.
46 *Clericus abſens ſtudiorum cauſa lucratur fructus beneficii.*
Limita in Parocho. num.48.
47 *De Archigymnaſio Romano.*
49 *Cardinalis abſens an, & quomodo, & ſub quibus pœnis revocari debeat.*
50 *Bellum, ejuſque ſolus timor eſt juſta cauſa non reſidendi.*
51 *Itidem intemperies, & mala qualitas aeris.*
52 *Declara quando intemperies ſupervenit tractu temporis; ſecùs autem ſi fuerit ab initio.*
53 *Legati, & Præſides Provinciæ poſſunt in qualibet parte ejuſdem reſidere.*
54 *Contrarium procedit in Epiſcopo, qui tenetur reſidere in loco Cathedræ Epiſcopalis.*
55 *Nec poteſt reſidere extra Diœceſim per modicam diſtantiam abſque licentia Sac. Congregationis Concilii.*
Et de ratione num.56.
57 *Solet tamen eadem Sac. Congregatio d. licentiam aliquando concedere ex juxta cauſa.*
58 *Canonicus abſens pro utilitate Capituli excuſatur à reſidentia.*
59 *Infirmi habentur pro præſentibus, & intereſſentibus.*
60 *Debet tamen probari ea infirmitas, quæ prohibeat, intereſſentiam; & ſolitam reſidendi de tempore.*
61 *Requiſita prædicta quomodo probari debeant?* remiſſivè.
62 *Canonici ſenio confecti jubilantur, & habentur pro intereſſentibus.*
63 *Nec tenentur ſolvere eleemoſinam Canonico cantanti Miſſam in hebdomadis ſpectantibus eiſdem jubilatis.*
64 *Tenentur tamen ad Miſſas lectas ipſis obtingentes ex repartitione facta inter Canonicos.*
65 *Nec lucrantur funerales portiones, & mortuaria.*
66 *Abſentes propter ſervitium Papæ non lucrantur diſtributiones, ſed ſolos fructus Beneficii.*
67 *Abſentes propter familiaritatem Principis lucrantur ſtipendia ſuorum officiorum.*
68 *De reſidentia Beneficiatorum, & quando quis ab ea excuſatur, vel diſpenſari poſſit, & qua pœna puniatur?* remiſſivè.
69 *Officiales abſens non privatur officio, niſi prævia interpellatione ad redeundum.*
70 *Abſenti an jus acquiratur ex ſtipulatione Notarii.*
71 *Enunciativæ non præjudicant abſentibus.*
72 *Breviter reverſurus habetur pro præſente.*
73 *Proximiores intervenire debentes in contractu mulieris, ſi breviter ſunt reverſuri, expectandi ſunt.*
74 *Ibidem Canonicus breviter reverſurus expectari debet ad electionem, niſi periculum ſit in mora. Et omnes Canonici abſentes vocandi ſunt,* ibidem.
75 *Nec intereſt an ſint intra, vel extra Provinciam.*
76 *Diſtrictus quid ſit?*
77 *Nomen diſtrictus debet intelligi juxta ſubjectam materiam, & conſuetudinem.*
78 *Diſtrictus, & Comitatus promiſcuè uſurpantur.*
79 *Pallit in ſtrictiore ſignificatione.*
80 *Præcipuè quando ex nomine, & uſu incolarum habitus fuit pro ſeparato à reliquis.*
81 *Fundorum nomina, & Territorium fines deſtinatione hominum conſtituuntur.*
82 *In diſtrictu Urbis quidnam antiquitus, quidve hodie contineatur?*
83 *Situatio in diſtrictum probatur ex atteſtatione Priorum.*
84 *Enumerantur Alphabetico ordine loca intra, vel extra diſtrictum.*
85 *De modo probandi ſituationem in diſtrictu* remiſſive. *Quando ex vulgi opinione conſtat locum extra diſtrictum, denegatur menſuratio.* ibidem.
86 *Civium appellatione veniunt etiam diſtrictuales, & Comitatenſes.*
87 *Comitatenſes dicuntur illi, qui ſunt de eadem juriſdictione, & territorio.*
88 *Privilegium conceſſum diſtrictualibus, non extenditur ad Comitatenſes.*
Et quando hoc procedat? ibidem.
89 *Scamna, & ſedilia poſſunt retineri à Laicis in Eccleſiis: & quomodo?*
90 *Patroni habens jus prohibendi, ne alii retineant ſcamna in Eccleſia.*

INterpretatione finalis legis ſubſumptæ prope ad terminum perducta promptuaria tamen ac ſecundæ curæ, ut fere ſemper ſcribentibus evenire conſuetum eſt, Tractatum varia, ſed connexa quidem augent rerum congerie, quæ poſtremo hoc in loco ſunt collocandæ. Initium igitur ab univerſalioribus capiendo, præ iis, quæ juxta textus ordinem ſupra
1 annotavi. *Diſtantiæ* nomen comperio pro *differentia*, ſeu *diverſitate* acceptum. Sic *tanta eſt* (inquit, *Cic. de Amicitia*) *inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia.* Similiter ex jure *in §. Si grex inſtit. de legat. - eſt autem gregis unum corpus ex diſtantibus capitibus, ſicut ædium unum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus*: ubi *Doctiſſ. Mynſinger. Lydiſtantibus* explicat *ideſt diverſis ac ſeparatis*. Ea ſane, quæ diſtant, differunt. *Lucret.* id probat *lib.4. iis verſib.*

Semina cum porrò diſtent, differre neceſſe eſt
Intervalla, viaſque foramina, quæ perhibemus
Omnibus in membris, & in ore, ipſoque palato.
Et *Arnob.* textus *lib.2.* ibi *vultis favore depoſi-*
to, cogitationibus taciti pravidere, animantia
nos eſſe, aut conſimilia cæteris, aut non plurima
diſſeritate diſtantia? Verum plerumque *inter-*
2 *vallum* ſonat, ut fidem facit *Hirc.4.belli Alex.*
cum hi tam parvo ſpatio diſtarent ab ipſis, exem-
pliſque abundat *Ling Lat.theſaurus*: ex quibus
hauritur *diſtantiam* dici ab eo, quod eſt *diſta-*
re, haberique pro intervallo; quo corpus diſtat
à corpore, ut deſcribit *Martin. in lex. philol.*
Nonnulli attamen conati ſunt eam definire *ali-*
quorum locorum ſed rerum ſpacio quodam diſ-
junctionem, & ita hallucinati ſunt diſtantiam
penitus cum diverſitate confundendo. Aliis
vero, fortaſſe Geometris, & nimis adſtractè ſeu
in poſteriori diſtantiam conſiderantibus, eam
placuit deſcribere, *oculi diſgregationem ab utro-*
que termino per aerem, cognoſcendæ longitudinis
& latitudinis gratia Sed his omiſſis, noſtra de-
3 finitio hæc ſit: *Diſtantia Spatium eſt longitu-*
dinis inter duo determinata loca: & hæc eſt lo-
calis prout diſtinguitur à temporali, juxta tra-
dita à *S.Tho.in 1.p.quaſt.89.a.7.ad 3.* & lat ſſi-
mè *in Phyſicorum lib.* Quæ definitio & ſi, tan-
quam pleræque in jure, periclitetur, ut eſt *tex.*
in l.omnis definitio ff.de reg.jur. & latè diſcutit
Mantica de tacit. & ambig.lib.19. tit.2.n.5. pa-
rum refert, non enim ſumus in minimis verbo-
rum conjecturis nimium ſcrupulis extimulati.

Probatur diſtantia per famam & vulgi opi-
nionem, ſi liquidæ aliæ deficiant probationes,
4 cum id à metiendi quadam origine deſumptum
cenſeatur in ſententia *African.in l.non omnes §.*
à barbaris ff.de re milit. & *Bart. in l.continuus*
§.Cum ità ſtipulatus n.2.ff.de verb.oblig. qui do-
cet ferentem de illa teſtimonium, reddere ra-
tionem debere, quod ipſe pluries, & cum aliis
iverit, videritque tanto tempore, ſic iter com-
putari: eoſque ſequitur *Maſcard. de probat.*
concl.525.cum Tuſc.concl.507. lit.D. Monetque
id. Bart. elegantiſſime, quod itineris diſtantia
per directum, non per obliquum denominari
debeat *in tract. de Tyberi. in 20. fig.* & *in l.pe-*
nult.§.Fin. C.de navic. lib.12. ubi notat quod,
ſi ambaſiatores qui, ad hoc ut majus lucrarentur
ſalarium, & majori ſtent tempore in eo munere,
per tranſverſam & non rectam incendant viam,
ſalarium pro tempore illo conſequi minimè
poſſunt. Quia profectò ſollicite accurateque
Principum munia obeunda ſunt, nec per ſemi-
tam obliquam ad leviſſimum animi ſolamen
iter ab ipſis eſt protendendum.

Hæc verò diſtantia plures in jure producere
conſuevit effectus, Primo enim per illam ſilent
5 leges, cum aliquem expectare oportet, dum-
modò tamen neceſſitas non urgeat, quæ tunc
jus facit. Ita *Francaſ.in tract.de Eccleſ.Cathedr.*
probat *cap.6.n.89.* Rurſus facit præſumere igno-
rantiam *Bart. in l.is poteſt ff. de acquir. hæred.*
Dec.conſ.303.n.5, & conſ.348. col.penult. Surd.
deciſ.246.num.17.Solorzanus de Indiar. jure tom.2.
lib.2. cap.8. ex num. 41. cum nemo ſcire valeat
quicquid ſe abſente fit., quanquam id in bene-
ficialibus locum non habeat, ut per *Vaſtr. in*
prax. lib.3.cap.4.num.1. Unde abſentium favore
plura quoque privilegia ſunt inducta, quæ ut
ſummarie attingantur

Sciendum *diſtare* interpretari prò *abeſſe* à
Steph.in theſ. ling. lat. Abſentes vero non dici,
6 quam in aliqua diſtantia conſtitutos, prout ii,
qui non ſunt in loco, ubi petuntur ex *Ulp.in l.*
abſentem 199. ff.de verb. ſign. ſeu qui in vigili-
bus caſtriſve Urbanis militant, *l.ſi maritus 15.ff.*
de adulter: qui extra territorium jus dicentis
degunt, *l. heres abſens & ibi gloſſ. ff. de judic.*
Alex.conſ.10.n.11.lib.5. Cravett. conſ.201. num.
45. ubi loquitur in materia excuſſionis & *Fe-*
lin. qui videri poteſt *in cap.quoniam ut lite non*
conteſt.nu.9.& 10. quem ſequitur *Fuſc.ſing.2.in*
verb. abſens. Etiam abſentes in legis diſpoſitio-
ne dicuntur illi, qui longe abſunt, ex *Alciat.in*
l.mulieris §.Abeſt. de verb. ſignif. Item abſentes
dicuntur qui ſunt mortui *c. ſi deleg. ubi Franc.*
n.1.de offic.deleg.in 6.Alciat. in l.1. §.Ead. autem
num.47. ff. de verb. obl. unde, juxta vulgatum
adagium quod eſt in curia, mortuis æquiparan-
tur, de quo teſtatur *Tuſc.concl.74. lit.A. nu.7.*
& tradit *Giurb.de auctor.legat. de lat.l.9.nu.161.*
Nam abſentiarum quinque genera enumerat
Accurſ. in l. fin. ff. de in integ. reſt. probabilem
ſcilicet, ac neceſſariam, ut militis: probabilem
tantum, ut ſtudiorum: neceſſariam tantùm, ut
in relegato: voluntariam ſine contumacia ut
mercatoris, vel alius non contumacis: & per
contumaciam; Quas non expedit gloſſari ne ni-
mii ſimus. Probatur verò abſentia ab Urbe (quæ
ob non mediocrem incolarum numerum diffi-
7 cilis videtur) teſtibus & curſorum diligentiis,
atque notia ab eis habita per viciniam, ut dixit
Rota in Romana domorum 10. Decembris 1659.
coram Za ata, quæ eſt *deciſ.45. poſt Oleum de*
ceſſ.jur.num.2.

Cæterum favore abſentium inductum eſt, ut
ſæpe pro præſentibus habeantur, puta beneficiis
Eccleſiaſticis inſigniti, qui fructus lucrantur,
ſed non diſtributiones, dum ſtudiis generalibus
8 approbatis ad ingenii culturam ſint addicti,
non verò particularibus. *Tex.in cap.ſuper ſpecu-*
la & ibi communiter ſcriben. *de magiſt. Abb. in*
c.licet num.5.verſ. an autem ſtudens de præbend.
Gloſſ.in cap.tua de cler.non reſid. ibique *R.P. D.*
Fagnanus. Grat. diſcept.283. num.12. Carol. de
Graſſ.de effect. cleric.in prælud.n. 106. Tondut.
quæſt.& reſol.benefic.cap.102.num.15.p.2.Pyrr.
Corrad.in tract.de diſpenſ. lib.5.cap.6. nu. 21. &
ſeqq.aliique innumeri. Generale autem ſtudium
dicitur, quod à Papa, Imperatore, Regibus, ſeu
Principibus, aut immemorabili conſuetudine
erectum, ſive inſtitutum eſt. *Caſſan. in Cathal.*
9 *glor.mund. p.10. conſid. 32.* ubi ferè cuncta enu-
merat ſui temporis ſtudia, quæ etiam aliis ad-
junctis, recitat *Philipp. Cluver. in introd. ad*
Geograph. At de antiquitate & magnificentia
Romani ſtudii videnda eſt, *l. un. de ſtud. liber.*
Urb.Romæ C.lib.11.ibique gloſſ. & Cobellius de
notit. Cardinal. cap. 15. congreg. 19. De ſtudio
Salmaticenſi, aliiſque nuper eſt editus tracta-
tus *P. Mendo: Soc. Jeſu* inſcript. *De Jure Aca-*
demico. De Sorbona ita appellata quaſi Corbo-
na ex hebræo corrupto vocabulo, ſacrum the-
ſaurum apud Rabbinos denotans, & apud Pa-
riſienſes quaſi ſacrum Theologiæ theſaurum,
Ita *Rebuff.in l.item publica 27. ff. de verb ſignif.*
plura demum *Pereyra in ſua Republ.literar.*

Verum idem *Fagnanus* noviſſime poſt mul-
tos ſcripſit *in c.cum ad hoc num. 14. de cler. non*
reſid. Parochum ſtudiorum cauſa à reſidentia

diſtate

diſtare non poſſe, præſumitur enim doctus. Fallere hoc nihilominus nos non ſemel obſervabimus, relicto enim pro neceſſaria Sacramentorum adminiſtratione ſubcurato, etiam ob ſtudium præſtita fuit Parocho ad diſtandum licentia. Cujus permittendæ rei cauſa fuit fortaſſe impulſiva cura animarum ipſa, quæ (maxime in exiguo ambitu) æquè poſſit ab altero ſuppleri: vel Parochus met, qui quaquam ſapientiæ laurea decoratus, perfectam, ſolidamque in ſcholis doctrinam, brevi, ut hodie mos eſt, curriculo captaſſe nequit. Cito enim, clamant ſcholarium pleriqne, ſe velle ab Imperialibus Inſtitutionibus expedire: & paucorum menſium ſpatio; quo vix ſtudendi modus percipi valet, de tota legali facultate ampulloſè quidem gloriantur. Hoc profecto Juriſprudentiæ ſtudium, à viris ſummis plurimi penſum fuit; Hinc *Joan: Scaliger. epiſt.*378. *ad Jo. à Vuovirer.*
11 ſcripſit: *ſtudium juris malim te proſequi, neque à tam bono incepto deſiſtere, ſcis enim eam viam eſſe unicam hodie illis, qui & ſummos honores conſequi, & patriæ prodeſſe volunt.* Ob ampliſſimam attamen rerum ubertatem, ut juvenum eſt in votis, celeriter abſolvi non poteſt, & multoties magis tam feſtinanter, ut ſæpe fit, minime prodeundum eſt in forum, ne quandoque ſaltanti perſonæ toga videatur inducta, quemadmodum in ſimili meditabatur lepidus *Martiales in epiſt. prævia ad ſuum 2. lib.* Hinc feliciori ævo ætas 30. annorum ad judicandum fuit conſtituta, ut *Sveton. in Auguſto cap* 32. & *Plin. lib.*10. *epiſt.*3. fidem faciunt: & Socrates apud *Xenoph. de dictis ajus, & factis lib.* 1.: *ad quot annos*, inquit, *debeat juvenes arbitrari?* At Charicles: *quouſque*, dixit, *in conſilium ſuſpici non poſſunt, tamquam nondum prudenter, nec tu loquere eis, dum juniores* 30. *annorum ſunt:* quaſi ante hujuſce ætatis limen clarum ſit animum pro muneribus firmari non poſſe, & meores plerumque Scholaſticis egere exercitiis. Ita ante trigeſimum annum in mathematicis, & publicis negociis juvenem erudiendum, poſteà vero ad Dialecticam admittendum *Ficinus* ſcripſit *in proæm. lib.*8. *de Republ.* Item *Lipſ. in manuduct. ad Stoic. Philoſ. lib.*1. *diſſert.*7. *ab Homero & Poetica Philoſophia fructum capere, non niſi magni viri eſt, & ætate judicioque maturi:* Ergo multo magis in Jure. Quapropter Sapientiſſimus ac prudentiſſimus Imperator audiendis profeſſoribus, legendiſque juriſconditorum libris *in Digeſt. proœm.* juris candidatis quinquennium olim præſcripſit: eoſque, qui certo tempore legum ſtudiis operam non dediſſent, in Advocatorum album nequaquam ſcribi voluit. Quinquennium vero iſtud paulatim fuit diminutum, & Cujacii temporibus ad triennii menſuram coercitum; cui infortunio Doctorem tantum hoc modo illacrymaſſe comperio: *Si quinquennium illa ætate, qua mores & jura, & verba civilia ſanè erant notiora aut faciliora perceptu, quid non erubeſcimus iſta, quo horrere ſpinis omnibus videntur omnia quæcumque de jure ab antiquis prodita ſunt, vix tamen ea nos transfigere triennium? plurimum vitio parentum qui, ut Petron. Arbiter ait, cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt, &c.* Et perpetuo à ſummis viris celeres ſtudiorum gradus improbati ſunt. *Senec. Epiſt.* 89. inquit, *ſummaria enim non docent, ſed admonent, & magis profutura ſunt ſcientibus, quam diſcentibus;* Pſellus *in ſynopſi legum:*

Multiplex & contemplatu difficilis eſt ſcientia legis.
Nec ſummatim comprehendi, & obſcura eſt in compendio.
Nec ſermone explicari poteſt.

In arduis enim verò ſummario ſtudio non poſſunt juvenes inſtrui. Qua de cauſa *Theodoret. ſerm.*1. *de fide* dixit: *non omnium eſt ſcientia, ſed eorum tantum, qui diſciplina, diuturnitate temporis, & experientia doctrinam ipſam conſecuti ſunt. & Chryſoſt. ho. cap. x. Matth. ne quære omnia ſimul diſcere, ſed ſeparatim, & paulatim:* Studio autem in ſcholis breviori tempore, quam triennio abſoluto, & ſæpiſſime cum inani (ſophiſtarum more fallacibus concluſiunculis ad quandam ſapientiæ ſpeciem oſtendendam) jactura; qualeſnam erunt hi novi homines ad Doctores abſque aliarum ſcientiarum & morum ornamento, quæ ex conſtanti probatorum virorum lectione, frequentique cum viris eximiis conſuetudine parantur? adeo ne tam imprudenter, jejuni, atque illotis (ut ajunt) manibus, ad magnificam publicamque honorum menſam accedent? Audiant *D. Ambroſ.* ſic loquentem *lib.*8. *in Luc.*: *Legiſperitum in omnibus vole eſſe perfectum:* Fidem præſtent ex recentiori-
12 bus *Jacob. Durant. Caſilio var. lect.*2. *cap.*13. *in tom.*3. *Theſaur. critic. Jani Gruteri*, qui ſcripſit: *decet Juriſconſultum non modo leges noſſe, verum etiam mores, quos in judiciis privatis publiciſque obſervavit antiquitas:* Et de virtutibus moralibus, quæ ad clericorum ſtatum plurimum faciunt longaque parantur conſuetudine, niſi Deus illas infundat, exquiſitus adeſt *vetuſti ſcriptoris vitæ B. Fulgentii* ſenſus his verbis *in ejus prolog.* exaratus: *Duo Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus neceſſaria judicantur, vita bona, & ſana doctrina. Vita enim bona commendat ſapienter docentem, doctrina ſana ornat benè viventem. Vita bona facit amabilem: doctrina ſana laudabilem, Vita bona continuo creditur imitanda, doctrina ſana nunquam judicatur eſſe repudianda. Vita bona tollit occaſiones detrahendi, doctrina ſana reſiſtit contradicentibus:* Quæ ſententia ab ethnicorum lacunis eſt etiam hauſta; clariſſimus namque *Iſocrat.* nobis ad hoc eſt obvius in illo *Panathen.* loco ubi hæc habet: *Doctos eſſe oportet prudentes, humanos, & in utraque fortuna moderatos, licet quidam inepti ſint ac male morati:* Quæ cuncta vegetiori ætate, ut diximus: longoque rerum experimento egregie acquiruntur. Hoc modo ad ſtudium adoleſcentes invitandi ſunt, deinde vero adulti, ad dignitatum faſtigia promovendi. Si ſic fuerint imbuti, certè in doctrinæ reſponſis, confecta ætate præferri poſſent, quemadmodum fieri multoties *Jo: Nevizzan.*
13 inquit *in ſylv. nuptial. fol. mihi* 627. Tanta autem fuit materiæ hujus opportunitas, ac neceſſitas, ut quamquam ab ordine noſtro fuerimus nimium digreſſi, moleſtum non erit, ac benevolam tamen lectoris voluntatem in hoc volumus nobis declarandam.

Priſtina igitur reſumendo, alias eſſe dicimus rationes, eos, qui diſtant, excuſandi, veluti eſt
14 militia ex *Afflict. deciſ.*289. cauſa votum adimplendi (a) *Rota in una educationis* 20. *Martii coram Ubaldo* 1695. Capitales inimicitiæ, quæ

(a) Dec. 157. p.5.ſ.1. rec.n.17.

Paro-

Parochum quoque excuſant à reſidentia *c. bonæ il 1. de elect. Gloſ. in cap. 1. ad ſupplicat. de renunciat. Bald. in l. 3. §. fin. ff. de adim. leg.* qui docet quænam eæ ſint. Et *R. P. D. Fagnan. in c. clericos de cleric. non reſid. num. 25.* in hujuſmodi caſu docet Sacram Concilii Congregationem conſueviſſe literas mittere ad Epiſcopum, ut videat, ſi inimitiæ ſint graves, & in tali caſu dilationem det, ut Beneficiatus in tutiori loco reſideat. Cauſa quoque Peſtis facit diſtantes pro præſentibus haberi. *Franc. Marc. dec. 883. p. 2.* quamvis conſcientiæ ſuæ debeant animarum curati cavere, Sacra enim Concilii Congregatio D. Carolo Borromeo reſponſum dedit Parochum tunc abeſſe non poſſe, ſcribente *eod. Fagnano in d. cap. clericos n. 8.* Item pro iiſdem beneficiorum fructibus, aeris intemperies excuſat. *Id. Marc. dec. 643. p. 2.* quia, cum bona aeris temperies plurimum ad ſanitatem conducat, ex *Homer. Odyſſ. 4.* & fuſius *Hippoc. in lib. de flatib. & de aere aquis & locis* ſub Cælo habitationis præcipue, ut per *Varron. Rei Ruſt. lib. 3. in caſu Tremelhi Scrofæ, & ex moderat. Jo: Bapt. Donium in lib. de ſalabritat. reſtit. agri Roman.* atque ideirco, ne ob malam valetudinem Reipublicæ inutiles ſimus, jure quærenda eſt; A qua tamen & ſimilibus cauſis obligatio in Parocho reſidendi non ſolvitur, etiam per minimum temporis ſpatium, *ex tradit. per Barboſ. de offic. & poteſtate Parochi cap. 8. num. 29. & plurib. ſeqq.*; Verum caſu quocumque ſuperioris mandatum, cui parendum eſt. *Sair. dec. 10. de Cleric. reſiden.* Reipublicæ cauſa. *Ruin. decis. 91.* ſed non affectata, ut *Ludov. Roman.* notat *ſingul. 591. incipit tu ahes, quod quamvis abſentes.* Et peculiariter quodcumque rationabile Eccleſiæ ſervitium clericum diſtantem pro excuſato habet, quia tunc præſens exiſtimatur.
25 *Rota decis. 10. de procrat. in noviſſ.* Maxime pro jurium ejuſdem defenſione *ad text. in cap. ex parte il 2. ubi communiter ſcriben. de cleric. non reſiden. Hoſtienſ. in ſumm. eod tit. num. 2. circa med. verſ. item videtur reſiden.* adeò ut ad hoc ſuperioris licentia minimè ſequitatur, quia jus eam dat. *Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 48. & ſeqq. iterumque num. 96. Leſſ. de Juſti. & Ju. lib. 2. cap. 34. dub 29. num. 164. Bonacia tom. 1. diſput. 5. de onere & obligat. benefic. pun. 5. n. 12. Sanfelicell. var. reſol. quæſt. 4. n. 9. Barboſa de univer. jur. Eccleſ. lib. 1. c. 9. n. 87. & Rota cor. Seraph. dec. 662. num. 2. & 3.* & præ Canonicis, de quocumque inferiori clerico *Rot. decis. 222. p. 2. diverſ.*

26 Moneo hic tamen in dubio Canonicum abſentem non præſumi, quia eſſet in eo delictum præſumere. *Cravett. conſil. 8. n. 19. Maſcard. de probat. concl. num. 5.* quod ad quemcumque extendi valet, ratione offici aut beneficii ad reſidentiam adſtrictum. Porrò caſus infirmitatis non revocatur in dubium, cum ſit ad excuſationem validiſſimus: ex quo fit quod Capellanus male valens, de ſuperiorum licentia, etiam abſens, diſtributiones lucretur ad canonicorum exemplum. *Text. eſt in cap. 1. de cleric. non reſiden. in 6. ubi DD. Covarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 13. n. 8. Franciſ. Marc. qu. 726. num. 3. & Rot. de. 177. num. 1. in fin. p. 2. recent.* Immo quod nulla requiratur conſuetudo *Covarr. & Marc. in dd. ac Seraph. decis. 1239. num. 5.*

27 Maximè verò pro præſenti habetur diſtans Papæ ſamulatui detentus, *cap. cum dilectus de cleric. non reſiden.* Idem pro Epiſcopi ſamulatu *ut eod. tit. & cap. ad audientiam. Jo: Andr. de conſuet. cap fin. lib. 6. in novell.* ubi notat *D. de Sancto Gemin.* extenſionem fieri de caſu vero ad caſum fictum, quando jus æquiparat caſum fictum cum vero, ſicut eſt *text. in cap. ad audientiam, & c. ex parte 2. de cleric. non reſiden.* Verùm ſubditus epiſcopi non cenſetur præſens cum Archiepiſcopo, ut *Anchar.* docet *d. cap. cum dilectus ſub n. 4. & Jo: Andr. eod. loc. in fin.* Eſt tamen difficultas, an cenſeatur eſſe reſidens, an vero ſit privilegiatus, quod in diſtantia fructus percipiat, ac ſi reſideret. Primo caſu habetur pro præſente ac reſidente quoad omnia. Secundò vero quoad fructuum perceptionem dumtaxat. Ita *Jo: Andr. in cap. fin. de conſuet. lib. 6. ſuper verb. per alias in novell.* quem refert *Miliſ. in repert. verb. abſent n. 6. in fin.* Sic pro præſente habetur diſtans in ſervitio Legati, nam reſidens quoad provinciam ſibi commiſſam reputatur. Idem dicitur de eo, qui reſidet cum Cardinali juxta conſuetudinem, quæ ſervatur *ſecund. Hoſtienſ. quem allegat idem Miliſ. num. 6.* ubi dicit hoc verum eſſe in ſententia *Jo: Andr.* quod omnibus Cardinalibus ſuper hoc privilegia conceduntur *n. 7. & Anchar. n. 4. de cleric. non reſiden.*

18 Veruntamen hoc ſciendum eſt, quod abſens, ſeù diſtans pro præſente non habetur, quam in caſibus à jure expreſſis, abſentia enim eſt quædam fictio, ergo allegari non poteſt, niſi tunc, ut eſt caſus *in l. §. hæc verba ff. de neg. geſt.* quam legem ad hoc ſingularem appellat. *Bart. in l. omnes populi ff. de Juſtit. & Ju.* Et hoc fortaſſe *DD.* voluere ad nimiam tollendam facilitatem, qua quiſque ſæpiſſime ad vacandum traheretur in diſtanti loco: otium enim univerſaliter valde peramatur, ſed non illud ſapientis, quod *animum relaxat, vigorem excitat, triſtitiamque omnem, quæ continuatione pertinacis ſtudii adducitur, feriarum hilaritate diſcutit,* do-
19 cent *M. Senec. in proœm. controv. lib. 1.* ſed quod amollit, *malitiam quærit, ad eamque diſtrahit*, quemadmodum *Hippoc.* egregie *in lib. de decenti ornatu*; Pauci vero ſunt hoc ævo præcipuè juvenes atque in blanda conſtituti ſtatus libertate, qui deliciarum frequentia minime capiantur ac laſciviant. Auſcultent vere Chriſtianum *D. Nazianz.* ſenſum de ſe ipſo *orat. 6.* ubi: *enitor*, inquit, *quantum potero, daboque operam ne gratiam divinitus acceptam, privem atque occultem, ac lucernam ſub modio ponam, talentumque in terra defodiam.*

20 Utique igitur præſumitur malitiosè abeſſe, qui tenetur reſidere. *Cravett. in d. conſil. 88. ſub n. 15. & Innocen. ubi ſupr. de cleric. non reſiden.* fuse probat abſentiam præſumi fraude mixtam, quando is diſtat, qui alicujus rei ratione certo in loco ſtare deberet.

Fruuntur quoque abſentes aliis privilegiis; Unde condemnari minimè poſſunt, ſed abſolvi.
21 *Butr. in cap. veniens de accuſ.* De condemnatione fallit nihilominus concluſio nonnullis caſibus, qui videri poſſunt apud *Bart. in penult. §. Ad crimen ff. de public. judic. & per Salicet. in l abſentem C. de accuſat. in l. ſingul. §. In verb. abſens.* Et multo magis contra illos, quemadmodũ adverſus indefenſos de jure per edictum procedi non poteſt, ſed ſaltem bonis illius, qui diſtat, cura-

curator datur, & immiſſio ex primo decreto, non autem ax ſecundo juxta doctrinam *Caſtrenſ.* communiter receptam *in l.actor 3.n.2. C. ubi in rem actio*, *Cephal. conſil.263. n.4. uſque ad 12.Carleval.*latè alios allegans *in ejus tract. de judic.diſput.2.qu.3.n.189.& duob.ſeqq.& qu. 4.n.220.& ſeqq.Barboſ.in l.hæres abſens §.1. nu. 18.& ſeq.ff. de judic.fol. 257.* Rurſus abſantes jure ſuo ac poſſeſſione privari non poſſunt, non ſervata forma.*Clement.cauſam 3.de elect. ut per Rot.dec.42.n.5. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottbobono*: iiſque ſemper aſſignandus eſt terminus ad comparendum *juxta text. in Clement. 5.de Judic.& in extravag. rem novam de dolo & contum.cum aliis relat.in dec.104.n.13. & ſeqq.*
22 *p.6. recent.* Itidem acquiri poteſt abſentibus, quando intuitu Divino hoc ſit, puta ſi ita ſtipuletur: promitto tibi centum pro maritanda puella,quæ abſens eſt; amore Dei, nam obligatio & promiſſio cenſetur ſacta Deo, qui ubique eſt. Ita ſingulariter *Abb.in præm.Gregor. in ult.col.* & pro valde ſingulari commendar ibi *Felin. in 7. col. verſ. & ex iſto* ad ea, quæ traduntur per *DD.in l.ſtipulatia iſta §.Alberi, & §. Si ſtipulatus ff. de verb. oblig.* lata *Cornent conſil.2.viſa petat in 1.lib.& Cotta in verb. abſenti*.

In prædictis tamen caſibus, cum quiſque ax cauſa utili ac neceſſaria ad habitandum in loco diſtanti quodammodo cogatur, præſumitur
23 voluntaria adaſſe; Quapropter intrat etiam regula in modicis diſtautiis præcipuè, ſeu ax urgentium nagotiorum cauſa militans, qua dicitur quamque non abeſſa à loco, ubi mente adeſt & animo, etiam ſi corpore ſit alibi. *Card. in Clement.1.qu.44.de ſor.compet.& Rota coram Gregor. deciſ.70. n.5. & 7.* tunc autem ejus declarationi ſtandum aſt, de cujus animo agitur, ut in iis conſuevit, quæ pendent ab animo, ut inquit *Bart.in l.non ſolum §.Morte n.17. & Jaſ. n.14.ff.de nov.oper.nunciat.Menoch.de arbit.lib. 2.qu.86.n.9.* Ex quibus infertur,quod Epiſcopus à diœceſi per aliquot diſtans milliaria, reſidere dicitur, ſicut per *text. in cap. præſenti 34. de prabend.in 6.* dicit *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ.43.n.44.& ſeqq.* ax alia ſimili ratione,quia parum diſtans à loco, dicitur ibidem eſſe, & habetur pro præſenta.*ad text in l.nihil ff.de captiv.& poſtlim.reverſ.§.Pavonum inſtitut.de rer. diviſ.Gomeſ.in reg.de impetrand.beneſic.per obitum familiar.Cardinal.quæſt.17. n.2. Gonzal. d. gloſſ.34.n.10.& addens n.48. ac ſeqq.* Sic Parochus ax cauſa ſufficit, quod habitet intra limites ſuæ parochiæ, quamvis de jure teneatur habitare in domo ſuæ Eccleſiæ contigua, cum ſcilicet vel propriam ſeu parochialem non habet, ut refert deciſum in *Cur.Archiep. Neapol. Riccius dec.42.p.4 Barboſa p.3.allegat.53. n.71. & de poteſtat. Parochi cap.8. n.34.* aut in domo paterna, vel cognatorum, commoda majora quit ſuſcipere, ſed ibi tamen poſſit reſidentiæ muneri ſatisfacere. *Poſſevin.de offic.curati cap. 1.n.7.& Barboſa ubi proximè num.37.* Sic etiam modica diſtantia non attenditur in Arreſtato in domo, qui ſi poſtea repertus fuerit ſedens in ſcamno tabulæ affixæ domui, nequaquam arreſtum fregiſſe dicetur: ea potiſſimum ratione, quia in pœnalibus benigna facienda eſt interpretatio, ut late probat *Xamma Rer.Judica-*
24 *tar.p.1.* Et demum ſemper præſens præſumitur de proximo reverſurus. *Caph. conſ. 928. n. 18.* quæ tamen præſumptio decannij lapſu penitus eliditur, tunc enim redeundi animus deſiiſſe præſumitur ax *Alex.conſ.91.n.8.lib.7.*

Dictis addo poſſe diſtautes axigara fructus, dum fuerint jubilati. Et Jubilatio nil aliud eſt,
25 quàm quodam legitimum aut conſuetudinarium privilegium nonnullos ab oneribus aximendi poſt quoddam tampus cum eodem lucro: rationabile namque videtur,quod longævis laboribus conſumpti, tandem quieſcant, & de priori merito fructus reportent. Itaque juſta eſt conſuetudo,ut canonicus,qui per 40. annos Eccleſiæ inſervivit, jubilatur, & fructus conſequatur, ut affirmant *Caſtro Palao part.9.§.12. n.9.Zened.in collect.ad 6.decretal.collect.15.n.8. argum. & l. à muneribus ff. de muner.*quæ ſententia probabilis exiſtimatur ab *Hurtado in tr. de reſidentia ſacra t.1.reſol.3.ſubreſ.8. Barboſ. collect.in Conc.Trident.ſeſſ.24. de reformat. cap. 12. n.59.* Sed id non procedit quando is valens eſt viribus & nulla infirmitata præpeditus, ut idem *Hurtad.* aſtruit, probans nec Pontificem ex vi hujus tituli ſolius poſſe canonicum omnion à reſidentia relevare, ita ut diſtributiones quotidianas lucretur: quod tamen aſt intelligendum,ſi in raſidentiæ radice diſpenſaret, quæ aſt de jure poſitivo in canonicia. Unde notat optima *Reboff. in praxi tit. de diſpenſat. in non reſiden.n.20.& 60.*quod diſpenſatus in non reſidando, fructus non lucratur, niſi id expraſſa Pontifex in diſpenſationa concedat: quæ ſi non exprimat, proderit tantum diſpenſatio, ut propter abſentiam privari minima poſſit præbenda. Tempus autem jubilationis advertendum eſt,quod perfici debet per ſa, unde coadjutus per coadjutorem non perficit. *Rota deciſ. 790.cor.Pænia n.11.* debet enim canonicus propriatarius per ſe reſidera, ut ait *Fermoſin.de judic.ad cap.quia verſ.7.qu.25.a.2.* At vide *Navarr.conſil.12.de Cleric.non reſiden.* Jubilantur Doctores univerſitatis poſtquam per 20. annos in cathedra proprietatis legerint. *Gomez in l. 83. Tauri num.fin. & Fermoſin. tractat. cit. de judic. n. 3.* Itam Muſici Papalis Cappellæ poſt viceſimum quintum exercitii annum *ex conſtitut.Sixti V.38.in ſuprema.* Aliique, qui penitus à ſerviendi onare liberati, æquè poſſunt diſtara.

Quæri hoc loco potaſt, utrum abſantes ſint vocandi? Ad quod reſpondeo, ſi de iis loqua-
26 mur, ad quos collegii vel univerſitatis actus non pertineant, vocandos non eſſa. *Dom. in reg abſentes.* Immo generaliter abſens ex cauſa juſta, non tenetur procuratorem dimittere. *Dec. conſil.138.n.8.* Sed ſunt equidem vocandi capitulares in collatione per capitulum facienda, dummodò minimè ſint diſtantes à civitate. *Cravett.conſil.88.n.18.conſ.134.n.11.*concluſionem extendit ad abſentes à civitate, dum de re quā maxime præjudiciali agatur,*ex gloſſ. communiter DD.in cap.cum omnes,*ubi *Felin. ſub n. 2.*videndus *n. 22. & 41.de conſtitut:* niſi tamen conſuetudo in contrarium ſit, ut *Gemin.* declarat *conſ.84.n.11.* Sunt itidem vocandi in alienatione magnarum rerum eccleſiæ, quia tunc id æquiparatur cauſæ ſtatus,*ad l. propter litem in princip.ff.de excuſ.tutor.Bald.in cap.cum omnes n.5.verſ.*dicunt *DD.de conſtitut. & Jaſ. in l. placet in 1.notab.C.de ſacroſan Eccleſ.*in lectu

ta Fi-

Digitized by Google

rā Ficinenſi, licet in utraque lectura referat,
alioſque contradicere; Secùs verò eſt in præju-
dicii tolerabilis alienatione, quo caſu erit ſatis
citare præſentes in territorio juxta *auth. hoc jus
porrectum C. de ſacroſan. Eccleſ. & cap. præſen-
tium, ubi gloſ. ſingularis in verb. ipſum de teſtib.
in 6.* Alia, quæ poſſent in hoc materiæ articulo
diſceptari, brevitatis gratia omitto, ſufficit
enim potiora, & magis practicabilia attigiſſe.

Plurimum conſideratur etiam loci diſtantia
in jure municipali, quia ſi particulare non vi-
27 geat jus in aliquo territorio, illud civitatis do-
minantis erit ſervandum, ut poſt *Dec. conſ. 419.
n. 5.* dixit *Rota cor. ſan. mem. Gregor. XV. dec. 269.
n. 2. cor. Buratto dec. 834. & ſæpe in aliis.* Qua-
propter Urbis ſtatutum amplectitur cuncta lo-
ca ſub eius diſtrictu comprehenſa, quando in
illis peculiare non adeſt ſtatutum ſuper mate-
ria controverſa juxta theoricam *Bart.* univer-
ſaliter receptam *in l. 2. n. 41. C. quæ ſit longa con-
ſuet.* ſæpe canonizatam à ſacra Rota, ut ultra
dec. 12. p. 9. recen. teſtatur *Em. Cardinalis Otthbo-
bonus dec. 1. num. 6.* ubi quod non extenditur ad
alia, quemadmodum dictum fuerat *in decis. 540
n. 8. & 3. p. 5. to. 2. recent. & in aliis.* Verùm circa
procedendi modum tantummodo diſponens, li-
gare etiam forenſes dicunt *Roland. conſ. 48. n. 19.
& ſeqq. lib. 3. & Maſcard. de generali ſtatut. in-
terpret. concluſ. 6. n. 195. & ſeqq.*

Quid ſit diſtrictus, ſcire oportet. Dicimus au-
tem Priſcis id non clare innotuiſſe, ut *Jo: Calvin.*
28 à ſe obſervatum teſtatur *in ſuo lex. jurid.* At
nos dominium intelligimus, vel territorium
accedens civitati in ſubjectionem ultra fines
ſimul cum civitate ſtatutos, intra quos quic-
quid eſt, territorium vocatur. *l. pupillus §. Ter-
ritorium ff. de verb. ſignific.* Vocatur etiam *Co-
mitatus* juxta *Baldi ſententiam in l. § In initio
n. 2. ff. de offic. Praf. urb.* ſub cujus comitatus no-
mine, niſi concedatur quicquid de novo civi-
tati accedit, dicetur *Diſtrictus.* Ita ſentiunt *Cyn.
in l. etiam n. 3. C. de ju. dot. & Bald. ibid. n. 9.* plu-
reſque affert *Fenzon. in ſuis annotat. ad eiuſd.
Urb. ſtatut. lib. 1. cap. 197. n. 70.* ubi triplicem di-
ſtrictum eſſe probat, ſcilicet ex conventione,
privilegio, & ex præſcriptione, materiam ſin-
gillatim explicans. Conſideratur quoque hu-
iuſmodi diſtrictus in mari, qui dicitur aquæ
ſpatium, ſeu latitudo munita iuriſdictione, &
imperio. Sic *Bald. in rub. quæ ſint regalia in
uſib. feud. n. 3. & gloſſ. in cap. ubi periculum 3. §.
Porro verb. territorium de elect. in 6.* ubi habea-
tur quod, ſi Papa moriatur in mari, Cardina-
les pro futuri Pontificis electione convenire de-
bent in civitate, per quam locus ille maris di-
ſtinguitur. Idem affirmat *Gemin. ibid. num. 2.
Angel. in l. ſane 14. nu 6. ff. de iniur. optime Hier.
de Monte in tract. de fin. regund. cap. 7. num. 7.*
& obſervatur in cælo, & aere cum uſque ad
cælum debeat eſſe liberum poſſidentis, ex *Bald.
in conſ. 420. verb. principis n. 1. in fin. lib. 1. Hier.
Monte ibid. n. 8. aliiſq; citat. à Fenzon. ubi ſup. n. 81.*
Unde patet ad hoc, ut locus quilibet diſtrictus
nomine contineatur, iuriſdictionem requiri vo-
lentis eundem locum ſub diſtrictu comprehen-
dere iuxta *Bald. conſil. 419. num. 1. verſ. diſtrictus
& conſil. 499. lib. 4.* ubi declarat non ſufficere
quamcumque iuriſdictionem, ſed imperium exi-
gi & gladii poteſtatem. Alia *apud Barboſ. de ap-
pellat. 76. & Eylan. in cap. Rodolphus num. 17. &*
ibidem addit. de reſcript. ac *Bertazzol. in tract. de
clauſul. 20. gloſ. 23.*

Neque ſilentio involuendum eſt, quod plu-
rimum ad diſtantiam facit, olim ſcilicet diſtri-
29 ctum centum milliaria comprehendiſſe, tam
in mari, quam in terra ex omni latere, ut no-
tat *Bald. in l. 1. §. Initio num. 1. ff. de offic. Præf.
Urb.* Sed hodie quadraginta milliaribus unde-
quaque finitur, quæ ab ipſis mænibus urbis aſ-
ſumenda ſunt ex adduct. *per Fenzon. ubi ſupra
n. 127.* & in ſpecie dixit Rota in (a) *Sabinen. ſeu* (a) decis. 17. cor. Bich.
*Farfen. fideicommiſſi 2. Martii 1640. coram Bi-
chio*, quod fuit declaratum *in bulla Gregorii
XIII. ſuper ſtat. Urb.* quamvis etiam ante ſerva-
retur, ut per *Putcum lib. 3. deciſ. 24. & Tuſc. con-
cluſ. 516. litt. D. num. 11.* ad cujus Bullæ formam
quiſque de diſtrictu, eſt judicandus. *Coccin.
dec. 456. n. 11.*

Eſſe aliquem de diſtrictu, quamvis probari
poſſit ex Priorum atteſtatione, ac ejuſdem
30 municipii magiſtratus, ut dixit Rota *in cit.
dec. 5. num. 6. coram Eminentiſſimo D. Cardinali
Otthobono*, ſæpiſſime tamen dubitatum eſt de
nonnullis caſtris ac municipiis, an ſcilicet ſint
in diſtrictu comprehenſa; Quapropter aliquas
de hoc reſolutiones hic referre non deſinā. Habet
igitur locum urbis ſtatutum in civitate vetule
quæ includitur in diſtrictu, ut idem *Eminen-
tiſſimus Otthobonus* teſtatur, *dec. 5. num. 4.* Item
concluditur Terra Roncilionis, ut per *Adden.
ad eund. Buratt. dec. 834. num. 15.* Urbs Veliter-
na, ut opponit *Rota in recent. deciſ. 592. ſub
num. 3. p. 4. tom. 3.* Civitas Balneoregienſis ex
Rota poſt Fenzon. deciſ. 116. & de Uetrella vide
Rotam in recent. 561. num. 3. p. 3. Rurſus Ana-
gnina civitas, ut deciſum fuit *in* (b) *Anagni-
na Bonorum 10. Martii 1617. coram ſanctæ mem.* (b) Dec. 544. cor. Pam
*Innocentio X. §. Neque obſtare & in Anagnina
ſpolii 26. Junii 1648. §. Si vero coram Meltio.*
Comprehenduntur quoque Tiburtini. Sic di-
xit *Rota in Tiburtina hereditatis 27. Junii
1634. coram Verolpio*, & ſequuta fuit in eadem
cauſa 13. *Februarii 1634. coram eodem*, quæ
eſt *poſt Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 123. ſub §. 1.
& deciſ. 249. n. 12. poſt Statil. de Salv. interd.*
quæ attente legi poteſt in caſibus occurrenti-
bus, hanc etiam materiam examinat, & anti-
quioribus deciſionibus reſpondet. *Caval. deciſ.
616. num. 2.* ubi quod ſubjacet urbis ſtatuto
de duabus conformibus, & *Rubeus ſingul. tom.
2. fol. 675. num. 6.* Et quod ligentur Tiburtini
tanquam in diſtrictu *Rota poſt Fenzon. dec. 90.
§. licet contractus. Lotiber. de re benefic. lib. 7.
quæſt. 18. num. 85. qui num. 87.* declarat proce-
dere in civilibus, non item in criminalibus.
Secus vero eſt de Setia, quam non eſſe in di-
ſtrictu habemus ex *deciſ. Buratti 326. num. 5.
verſ. tum quia dubitatur.* Et de Caſtro Julia-
nelli ex *Rota diverſ. deciſ. 551. p. 1.* hujus tamen
deciſionis fundamenta videntur corruere ex tra-
ditis alibi per *Rotam*, ſcilicet *deciſ. cit. 249. poſt
Statil. de Salv. interd.*

Et amplius notandum eſt, quod ſtatuta Ur-
bis habent locum etiam in terris Baronalibus
31 exiſtentibus intra diſtrictum, in quibus non
adſunt particularia ſtatuta illis contraria, ut
de civitate Signina Baronali Excellentiſſimo-
rum DD. de ſfortiis extat *deciſ. 661. p. 1. recent.*
& de terra Fiani tunc exiſtente ſub Dominio
Excellentiſſimorum DD. de Urſinis *Rota co-*

ram

coram Coccino dec. 547. num. 11. & de civitate
Albani Excellentiſſimorum DD. de Sabbellis
extat dec.245. num.3.poſt Zacch.de oblig.Camer.
& de terra Sermonetæ Excellentiſſimorum DD.
de Gaetanis loquitur prædicta dec. 1. Eminen-
tiſſimi D.Cardinalis Ottbohoni in princip. Hæc
enim coudita de ordine Papæ dieuntur Papa-
lia, & habentur perinde, ac ſi condita fuiſſent
ab ipſo Papa, qui eſt Supremus omnium; Et
iutrat concluſio, quod ſtatuta civitatis domi-
nantis ſint ſervanda ab omnibus terris exiſten-
tibus in diſtrictu, licet juriſdictiones ſint di-
ſtinctæ, quia hoc eſt juſtitiæ & æquitatis, quod
ſupremus princeps facere poteſt, inquit Bald.
in conſ.333.num.1.circa fin. verſ.reſpondeo iſtud
non eſſe lib.1.& ſequitur Brun.conſ.feudal.1. nu.
43.lib.1.& Cephal.conſil.12.num.27. pariter lib.
1.Vide Rubeum in ſingul.tom.2.p.6. ad cap. 178.
Statuit Urb.n.26.fol.675. Quæ ita extendenda
ſunt, ut ſicut Barones non poſſunt ſe eximere
à ſtatuto civitatis dominantis, ita nec poſſint
ſtatuendo illud excludere juxta doctrinam
Rom.in conſil.219. num. 4. & ponderavit Rota
poſt Merlin,de legit.deciſ.198. ſub num.5. verſ.
& rationem conſiderat; Quia ſtatuta ſupremi
principis quoad ipſum ius commune diriguntur
ut præter Bald. & Brun. ſupra cit. firmat Ma-
ſtrill.de magiſtrat. lib.4. cap.18.n.11. Capiblanc.
de Baronib.tom.1.ad pragmat.14.num.55.& tan-
git Rota in recent. deciſ.250. num.21. p.6. & eſt
regula generalis quod Barones non poſſunt
ſtatuere contra legem ſuperioris, ut poſt Af-
flict.firmat Roland.à Valle conſ.4. n.31. lib.3. &
in terminis quod Barones, quamvis magni,
non poſſint ſtatuere contra ſtatuta confirmata à
Papa cum decreto irritanti. Rota coram Buratt.
dec.6.num.3.juncto num.6.

Nunc venio ad alios Diſtantiæ effectus pro-
ductos in jure. Sunt autem cum electi ante
confirmationem habitam, poſſunt in ſpiritua-
libus, & temporalibus adminiſtrare, dummo-
31 do electio fuerit nemine diſcrepante celebrata,
electique valde ſint diſtantes, utpote ſi curia,
ſit Romæ, ubi reſidet Papa, ii vero fuerint ex-
tra Italiam, ex gloſſ. in cap. nihil §. fin. de elect.
Sic generaliter epiſcopo non conſecrato, Pon-
tifex eadem de cauſa adminiſtrationem conceſ-
ſit in extravag.nuper 3. tit. 7. de præbend. inter
commun. Idem in regno Portugalli procedere
Tuſc.refert litt.P. etiamſi confirmatio facienda
ſit à Pontifice, qui ſi longe abſit, poſſit eſſe li-
cita interim adminiſtratio. Pet.Gregor. ſyntag.
lib.17.cap.13.num.8. immo in monachis Indo-
rum, quod provincialis electio, ſit confirma-
tio, ſcribit Alfaro in tract. de offic. fiſcal. deque
fiſcalib.privileg. gloſſ.24. num. 3. Et in Eccleſiis
diſtantibus, electum ante confirmationem
æque adminiſtrare dixit Bart.in l.ex eo tempore
num. 6. de milit. teſtamen. Quod tamen hodie
amplius locum non habere Abb. exiſtimat in d.
cap. num. 4. cum Papa providendi poteſtatem
electoribus ablatam, ſibimet de dignitatibus
reſervaverit. Item alter diſtantiæ effectus eſt
cum Hiſpaniæ Rex de obitu Præſulis in loco
remoto non poſſet à comprovincialibus celeri-
ter admoneri, fuit Archiepiſcopo Toletano fa-
cultas tributa Epiſcopos à Regali poteſtate,
ſalvo cujuslibet provinciæ privilegio, electos
confirmandi & ordinandi in quibuslibet pro-
vinciis, de quo habetur text.in capit.cum longe

63. diſt. 3. eſt caſus cap. cum olim de dol. & con-
tum. in quo ſtatuitur, quod ſententia lata, con-
33 tra abſentem, licet contumacem & indefenſum,
in cauſa beneficiali non tranſit in rem judica-
tam.

Rurſus locis quam maxime diſtantibus a
principis ſede, plurima neceſſe eſt late permit-
34 ti, aut concedi. Sic de indiarum audientiis
utpote magiſtratu tranſmare, auctoritatem for-
taſſe majorem habere, quam Hiſpaniæ Regna
ſcripſit Alfaro loc.cit. Similes diſtantiæ rationes
traduntur à Menoch. conſ.477. lib. 5. & de Ar-
bitrar. centur. 5. caſu 297. & caſu 497. Boba-
dil:in Polit.lib.2.c.17.num 110. & cap. 21. nu.
90. aliique, quos citat, & ſequitur Franceſ. in
præd.tract.de eccleſ.cathedr.d.cap.6.n.70.

Verum valde diſtantibus quandoque a no-
ſtris minuitur fides, rationabiliter equidem,
35 cum ſubſint multiplicia fallendi pericula, &
plura ſubripi poſſint. Quapropter Anaſtaſ. 1.
epiſt. 1. cap. 2. in decret.diſtinct. 98. hæc habet
tranſmarinos homines in clericatus honorem ne-
mo ſuſcipiat, niſi quinque aut eo amplius epiſco-
porum chirographis ſignati: quia multa per ſub-
reptionem ſolent evenire. Valde autem diſtantes
36 crederem eſſe eoſdem, ac remotos: iique, qui
debeant dici, recurrendum ad judicis arbi-
trium, qui motum informavit animi ſui
ſentit Doctiſſ. Panormit. in d. cap. nihil de elect.
num 8. conſiderando ſcilicet circumſtantias lo-
ci, temporis, ac perſonarum, & legis ratio-
nem bene perpendendo. Ita etiam in temporis
menſura expectandi prælatum abſentem cita-
tum, ut ad reſpondendum compareat de juribus
ſuis arbitrari poterit, quemadmodum Id.Abb.
in d.cap.cum olim de dolo & contum.num.13.ma-
xime ſi de maritimo itinere agatur, cujus com-
putatio a terreſtri valde differt, ut habetur ex
Rota deciſ.228.p.6.recent. num. 29. & deciſ.95.
num.9.& 13. coram Royas.

Modicæ vero diſtantiæ favore factum eſt, ut
vici, ſeù ſuburbia legibus oppidi cui ſubſunt re-
37 gantur, ut dicunt Bald.in l.ex hoc jure oppoſit.
5.ff.de juſtit.& jur. Angel.in l.Inſulæ ff.de judic.
& Felin. in cap.Rodulphus de reſcript. Ideoque
cuncti civitatis ordinea caſtro & villis ſubje-
ctis communes ſunt, ad text. in l. qui ex vico ff.
ad municipal. l.nulli §.Quod ſi ex vico C.de Epi-
ſc.& cleric.Bald.in l.ſi convenerit §. Nuda ff. de
pignorat.act.latè Mantica de tacit.lib.4. tit.14.
num.9. & lib.13. tit.6. num. 10. Ricc. in praxi
reſolut.208.p.3.Molfeſ.ad conſuet. Neapol. p. 2.
q.9.Theſaur.quæſt. forenſ. 49. lib. 2. Valenzuel.
conſ.79. Seſſe dec.70.aliique apud Suelveſ. conſ.
38 15. num.3. tom.2. Et natus in vico pro orto in
civitate habetur, d.l.qui ex vico & l. nulli, ha-
betque villam patriam ex Bart. doctrina in l.3.
num.1.C.de natural.lib.& in l.imperium num.7.
ff.de juriſd.omn.jud.quem ſequuntur Bald. in l.
ut inter divinum num. 8. C. de ſacroſanct. eccleſ.
Abb. conſ.52. num.6. p.2. Silvan. conſ.31. quæſt.
6. dub.2.& 3. Gregor. Lopez gloſſ. 4. in l.5. tit.
15. partit. 4. auctorit. illius legis gloſſ. in auth.
quib.mod.natural.effic.ſui collat. 7. §. ſi quis igi-
tur perſolvit.Gratian. deciſ. Marchiæ 96. num.
5. Affertque rationem Valenzuel. conſ. præcit.
quia villæ Civitatis vel villæ pars & portio
ſunt, ac pro una & eadem re reputantur. Hinc
39 eſt quod in d.cap.Rodulphus dicunt DD. omnia
civitati ſeu villæ conceſſa, vicis & comitatenſi-

bus ſavorabiliter concedi. Sic etiam volunt *in l.2.C.de Nundin. Bartol. in l. 2. verſ. ſed quæro quando ff.de verb.ſignif.& in l.ſi finita §. ex hoc in fin.ff.de damno infec. Anchar.in cap.ſi civitas col.1.de ſenten.ex commun in 6. Alex.in Rubr. ff. ſolut.matrimon.*Item *Jacob. Anton. de Mauro alleg.36.num.1. Thoro in compend. deciſ. Neapol. verb.ſuburbia civitatis Gironda,de explicat.privil.num.52.& 238.& Gratian. d. deciſ. 96. per tot.cum Svelves conſ.43.num.2. & 3. to.etiam 2.* qui aſtruunt legatum relictum ad matrimonium filiarum civitatis, vel villæ, adnatas in vicis extendi.

40 Tandem ad quæſtionem plurimum practicabilem deveniendo, in Eccleſiis ſcilicet de ſedium diſtantia, obſervo cum *Barboſ. in collect. Apoſtol. deciſ.coll. 666. num. 13. & ſeqq.* laicorum etiam Præfectorum ſedes in Presbyterio apud altara nequaquam eſſe locandas; quæ tamen ſicut ſcamna in laicorum eccleſiis moderanda ſunt arbitrio Epiſcopi, qui eum jus ſedendi poſſit concedere, ut ſcribit *Gratian.diſcept.for. cap.210.n.47.& 48.* etiam hac in re abuſus tollere valet. *Fuſcus in tract. de Viſitat lib.1.cap. 27. num. 1.* Diſtare autem, de mente ejuſdem Barboſæ, quodammodo ſedes debent, ac ita aptari, ut aliis retro ſtantibus concionatoris viſui minime officiant. Verùm penes ejus cappellam patrono, cui jus honorificum debetur, & non aliis conceditur. Ita *Ita Hector Felicius allegat.Jur.par.3.cap.8.num.15. & 18.* Et generaliter quod jus quo ad bancos & ſedes in Eccleſiis acquiri non valeat ad juriſpatronatus normam, planum fit ex *Gratiani* doctrina *loc. mox cit.num.50.*

In Rhodiis quoque legibus pro iis, qui nàvibus vehebantur certi ſpatii aſſignatio curio-
41 ſe erat ſancita, nempe Mercatori duorum pedum, Vectori in longitudine trium cubitorum in latitudine unius cubiti: Mulieri cubiti unius, & Puero nondum adulto dimidii cubiti ſpacium. Ita refert *Reinald. KuricKe in commentario ad Jus Maritimum Hanſeaticum ad tit.1.n.5.pag.89.circa fin.* Et *habetur in ejuſdem legibus Rhodiis num.10.& 73.juxta editionem Arnoldi Vinnii.*

Hæc ſunt, quæ in æſtivis mox elapſis menſibus, aut levandi caloris (qui ingenio ferveſcente minus videtur corpori moleſtus) aut tranſigendi temporis cauſa, pro noſtra minime operis vacua conſuetudine *ad L.ult.fin.reg.* annotare oportuit: quæ, eo quo aggreſſi ſumus animo, ſtudentium ſcilicet juvandi, abſolvere percupimus; Quod faxit Deus Opt. Max. à quo bona cuncta emanant. Salecta equidem Diſtantiarum materia cum ſit ampliſſima, novis dubitationibus excitatis, poterat in alia quoque capita extendi. Verum parum apte aut indecore ſub membri forma comprimuntur ea, quæ ad integrum fortaſſe corpus aliquando melius reſpondebunt. Itaque verbis *D.Proſpe. 3.de Vit. contemplat.cap.fin.* loco huic aptiſſimi (ecquid aliud enim eſt mentis labor, quam contemplatio?) inſtituto tractatui finem imponimus: *hujus quoque libelli jam terminus fiat, ne amplius juſto productus, non ſolum de ſua ſequitura, ſed etiam de nimia prolixitate diſplicerat;*

ADNOTATIO.

ABſolutis particularium diſtantiarum quæſtionibus, nonnulla *Pacichell. in hoc Ultimo Capite* congerit, quæ ad genericam diſtantiæ notitiam, ejuſque effectum conferre videntur. Et præmiſſa definitione, Diſtantiæ, de qua Nos egimus ſupra *cap. 5. num. 97. & ſeq.* eamque cum abſentia ex ipſamet nominis interpretatione fraternizare docens, multa de eadem abſentia congerit, de qua ne nimii ſimus nihil aliud differemus, niſi de iiſdem concluſionibus allatis per *Noſtrum Authorem* eas exornando aliiſque auctoritatibus fulciendo.

Hæc autem abſentia quomodo probetur præcipue in Urbe docetur *hic num.7.* Et auctoritatibus ab *Auctore* relatis addi poteſt *Card. de Luc.de judiciis p. 1. diſc. 9. num. 23.* ubi quod quod quando agitur de debito contracto in Urbe pro cujus ſolutione partes nullum locum
42 deſtinaverint, ſi debitor ſe abſentet, non tenentur Creditor illum perquirere in partibus, ſed ſufficit eum citare per diligentias in eadem Urbe à Curſoribus adhibendas, atque ita judicium contumaciale rectè perfici poteſt; & fit
43 etiam citatio per edictum, vel per Proclama, adhibitis tamen priùs ſolitis formalitatibus, & diligentiis, ut inquit *Rota deciſ.96.num.3. cor. bonæmem: Anſaldo.* In caſu verò, quo Debitor Principalis retinuerit aliquando apertam domum in loco judicii, tunc citatio fit domi ſuæ ſolitæ habitationis dimiſſa copia in manibus domeſticorum, per quos defenſio abſentis fieri
44 poterit *Gratian.diſcept.forenſ.cap.489. num.24.* Sin autem agatur de Electore abſente, tunc vocatur non per citationem, de qua ſupra dixi, ſed invitatur ad electionem vel per
45 Nuncium, vel per litteras juxta diverſorum caſuum contingentias, quarum remiſſiva mentio habetur apud *Rot. in deciſ. 5. num.7.& ſeq. par. 18.recent.*

Abſentes verò ſepè fruuntur privilegio, ut habeantur pro præſentibus, juxta exemplum quod habemus in Clerico abſente ſtudiorum cauſa qui lucratur fructus præbendæ, ut aſſerit *Auctor Noſter n.8.* ſuper quo omnea ferè quæ-
46 ſtiones, quæ cadere poſſunt, haberi poterunt eleganter propoſitæ, & feliciſſimè de more reſolutæ per *Em.& Reverendiſs. D. Card. Petram* In aureis Commentariis ad *Conſtit Apoſtolic. tom.3.Conſtit.9.& 10. Bonifacii VIII.per tot.* ubi pleniſſimè de hac materia: Atqui in earum prima
47 latè differit de Archigymnaſio Romano vulgò la *Sapienza*, cujus mentionem habet *hic Pacichell.*

Præmiſſa tamen concluſio circa fructus lucrandos quidquid aſſerat *Pacichell.poſt n.10.in verbo fallere* non habet locum favore Parochi, cum is ſtudiorum cauſa abeſſe non poſſit, & licentia ab ipſo petita pro abſentia debeat cenſeri damnoſa potiùs, quàm utilis, atquè ideò talem licentiam denegandam eſſe, pluribus Sacris Canonibus allegatis, & firmiſſimis fundamentis adductis, firmat *Em. D. Card. Petra ad conſtit. Apoſtolic. to. 3. ad Conſtit. 10. Bonifacij VIII. n.18.& 19.fol.mihi 556.*

48 Juſta pariter abſentiæ cauſa reputatur militia, de qua *Pacichell.n.14.* ubi allegat *Afflictum* qui loquitur in terminis militiæ paſſivæ, nempè belli illati, non autem de eo, qui abeſt militandi cauſa (nam in hoc poſtremo caſu in-

trant

ſtant regulæ mox adducendæ de eo, qui abeſt
propter ſervitium Principis.) Et apud eundem
Afflictum habetur diſtincta diſſertatio de Car-
49 dinali abſente, an, & quomodo, & ſub qui-
bus pœnis revocari debeat ad titulum ſui Car-
dinalatus. In propoſito vero ejuſdem paſſivæ
militiæ nempè belli illati habetur plena, *Deciſ.*
50 100.*n.*1. *&* a.*p.* 15. *rec.* ubi quod ſolus timor
belli eſt juſta cauſa non reſidendi.

Sub eadem cathegoria juſtarum cauſarum
abſentiæ cadit intemperies, & mala qualitas
aeris, de qua poſt d. *n.*14. An hoc ſit motivum
51 ſufficiens excuſandi à reſidentia, videndi ſunt
relati per Celeberrimum Virum *D. Auditorem
Bonfinium ad Bannimenta generalia capit.* 67.
*n.*19. in propoſitio autem Epiſcopi habetur di-
ſtinctio apud *Card. de Luc. de juriſdict. diſc.* 24.
*n.*9. quod ſi intemperies, aut mala qualitas ae-
ris adfuerit ab initio ex ipſomet ſitu Regionis
52 in Conſtitutione Cathedralis, non ſit eidem
excuſatio ſufficiens ad habitandum alibi præter
quàm propè ipſam Cathedralem: Sin autem
progreſſu temporis eadem aeris incommoda ſu-
pervenerint, poteſt alium diœceſis locum ad
53 permanendum eligere. Cum ceteroquin abſque
juſta cauſa Epiſcopus, ad differentiam Lega-
torum, vel Præſidum Provinciæ, qui in qua-
libet parte Provinciæ ſibi bene viſa reſidere
poſſunt *Gratian. diſcept.* 655. *num.* 12. *Idem dec.
March.* 113. *n.*4. teneatur reſidere in loco in quo
54 Cathedra Epiſcopalis conſtituta eſt, & in Ec-
cleſia digniori juxta *deciſ.* 1185. *num.*3. *coram
Emerix jun.* cum aliis apud *Bonfin. ad Bannim.
general. d. cap.* 67. *n.*28.

Ex quibus a majoritate rationis infertur,
quàm ſit periculoſa opinio hic firmata per *No-
ſtrum Authorem ſub n.*23. quod, Epiſcopus ab-
ſens per modicam diſtantiam dicatur in Diœce-
55 ſi reſidere, cum hoc etiam juſta de cauſa nulla-
tenus permitti debeat, niſi accedente licentia
Sacræ Congregationis Concilii, ex generali re-
gula, quod ſola neceſſitas, vel cauſa juſta, & le-
gitima non eſt ſufficiens, niſi per ſuperioris li-
56 centiam approbetur, ut latè probat *bo: me: Pi-
ton. diſcept. Eccleſiaſt.* 37. *per tot. & præcipuè n.*3.
*to.*2. ubi habentur etiam plura ſuper juſtis cau-
ſis abſentiæ hic enumeratis.

57 Eadem tamen Sac. Congregatio ſolet Epiſco-
pis aliquando dictam licentiam concedere, pro-
ut inter cœtera habemus exemplum in cauſa
Soanen. ſeù Aquipenden. Permutationis, in qua
ſcripſit *idem Piton. de Controverſ. Patronorum
allegat.* 55. *to.* 2. contra quam adeſt allegatio
Rev. P. D. Franciſci Mariæ de Spannochiis Vi-
ri propter præſtans ingenium, & doctrinam le-
galem, aſſiduumque laborem verè conſpicui, ad
Subdatariatus munus, dùm hæc ſcribo, meri-
tiſſimè evecti à Ss. D. N. Clemente XII., quæ
allegatio inferiùs apponitur in *primo Appendi-
ce hujus ultimi Capitis*.

Excuſatur itidem à reſidentia, & habetur
pro præſente Canonicus, qui adeſt pro defenſio-
ne ſuæ Eccleſiæ, & utilitate Capituli, quem-
58 admodum ultrà hic relatos *n.* 15. tradit *Rot.
dec.* 467. *n.*1. *p.* 1. *rec.* aliique adducti per *D. Bon-
fin. ad Bannim. generalia d. cap.* 67. *n.* 24. quibus
addo *Rot. in dec.* 1255. *n.*5. *coram Emerix. jun.*

Inter præcipuas autem excuſationis cauſas
eſt infirmitas, de qua ſupra *n.*16. *verſ. porrò* adeo,
59 ut infirmus habeatur pro præſente, ac etiam
intereſſente pro lucro non ſolum fructuum, ſed
etiam maſſæ groſſæ ad tradit. per *Quarant. in
ſum. Bullar. verb. abſentia, ſeù reſidentia* latè
Barboſ. de Canonic. cap. 24. *n.*27. *& ſeq. de Marin.
reſolut.* 40. *lib.* 1. *Rot. cor. Penia dec.* 1129. *& cor.
Bich. deciſ.* 567. *n.*2.

Ad hoc tamen, ut infirmitas ad d. effectum
ſuffragari poſſit, duo copulativè requiruntur:
Primò quod probetur infirmitas ejus generis,
ex quo intereſſentia prohibeatur, remittendo
60 arbitrio Judicis qualitatem infirmitatis: Secun-
do quod Infirmus ſolitus fuerit intereſſe divi-
nis Officiis tempore ſanitatis; nam aliàs infir-
mitas non cenſetur juſta cauſa abſentiæ *Rot.
cor. Bich. dec.* 567. *&* 626. *per tot.*, ubi habetur,
ex quibus, & quomodo probari debeat utrum-
61 que requiſitum, de quo eſt etiam ſermo apud
Card. de Luc. de Canonic. diſc. 12. qui ſcripſit in
eadem cauſa, in qua emanarunt contra ipſum
dd. dec. cor. Bich.

Ex præſuppoſito Infirmitatis ſaltem habitua-
lis procedentis ex longo ſervitio, & ſenectute
reſultat privilegium Jubilationis, de quo per
*Paciebel. n.*25. Unde Senex licet actualiter non
dicatur infirmus, ſi tamen ſit adeò ſenio confe-
ctus, ut arbitrio Judicis ob rationabilem, & ju-
62 ſtam corporis neceſſitatem, nempè ſi ob decre-
ſcentes corporis vires ærumnis, ac doloribus
prematur, & horis, & divinis Officiis intereſſe
nequeat, modo aliàs intereſſe conſueverit, per-
cipere debet diſtributiones quotidianas, unde
qui ſeptuageſimum, vel octogeſimum annum
explevit, excuſari ab intereſſentia divinorum
officiorum, & tamen percipere debere quoti-
dianas diſtributiones dixit *Mont. de diſtrib.
quotidian. p.* 2. *q.*7. *n.*5. *& ſeq. & n.*15. ubi ita fir-
maſſe ſubdit *Sac. Congregationem in una Ra-
venaten.* & clariùs ex declaratione *Sac. Congre-
gat. Concilii in una dubii Jubilationis ſub die
7. Julii* 1668. ſequentis tenoris: *Canonicus de-
crepitus, & de ſua Eccleſia Cathedrali optimè
meritus, ob Servitium ultra quadraginta an-
nos aſſiduè præſtitum ex hujus Sac. Congregat.
indulto percipiet fructus ſui Canonicatus una cum
diſtributionibus quotidianis etiam ſi Choro non
interſit, non ſecus, ac ſi perſonaliter omnibus
horis divinis intereſſet*, quam refert *Panimoll.
in annot.* 3. *deciſ* 20. *n.*69. Nec tenetur ſolvere
63 eleemoſynam Canonico, qui cantat Miſſam in
hebdomadis per turnum eidem ſeni, ſeù Jubi-
lato ſpectantibus, ut reſpondit *ead. Sac. Con-
greg. Concilii in una Præneſtina* 11. *Martii*
1662. Tenetur verò Canonicus Senex, ſeù
64 jubilatus celebrare ſeù celebrari facere Miſſas
lectas, quæ eidem obtingunt, ex repartitione
facta inter Canonicos, prout de Canonico in-
firmo declaravit *ead. Sac. Congreg. in una Præ-
neſtina* 11. *Martii* 1662. ſcilicet: *teneri ad Miſ-
ſas celebrandas per alium exceptis Convent. Pa-
nimoll. in d. adnot.* 3. *dec.* 20. *n.*70. *&* 71. ubi quod
portiones funerales, eidem Canonico jubilato
65 ſpectantes repartiuntur pro rata inter illos,
qui verè interſunt, unde neque ſolent conferri
infirmis, & ſic multo minùs carceratis, & ha-
bentibus alia impedimenta excuſantia intereſ-
ſentiam.

Qui verò inſerviunt ipſimet Papæ, licet ha-
beantur pro præſentibus, ut inquit *Noſter Au-
thor n.*17. non tamen lucrantur diſtributiones,
66 ſed tantummodò fructus Beneficii ob defectum

S 2 intoy

intereſſentiæ *Rot.dec.567.n.10.cor.Bich.* ubi la-
tè; Et generaliter quod à reſidentia excuſen-
67 tur, qui in ſervitio, familiaritate Principis
morantur, quibus etiam ſtipendia ſuorum of-
ficiorum debentur tradit *Caſſan.in Cathal.glor.
Mundi p.6.conſiderat.35.* cum aliis apud *Bonfin.
ad Bannim.general.d.cap.67.n.21.22.& 23.*

Propoſitum fuit exornandi tantummodo
concluſiones in hac materia adductas per *Pa-
cichell.* cum de cætero hæc ſit adeò patens ma-
teria, ut integrum per ſe Tractatum exigeret,
68 ac propterea, qui alia ſcire cupit de reſidentia
Beneficiatorum, & quando quis ab ea excu-
ſetur vel diſpenſari poſſit, & quando locus ſit
privationi Beneficii, vel ſubtractioni fructuum
ob non reſidentiam, aliaſque complures quæ-
ſtiones adire poterit *Abbat, Panor. Fagnan. &
reliquos Canoniſtas, in tot.tit.de Cleric. non re-
ſid. Barboſ.de Epiſcop.p.3.alleg.53.& de Canonic.
cap.20.per tot.& in Collect.ad Concil. Trid. ſeſſ.
6.de Refor.cap.1.& 2.& ſeſſ.23.de refor.cap.1.&
ſeſſ.24.cap.12.pariter de refor.Leo: in Theſaur.
For.Eccleſ.cap.33.n.4.& ſeqq. Pax Jordan. Var.
Lucubr.vol.2.lib.10.tit.40.per tot. Garz. de Be-
nef.part.3.cap.2.pariter per tot.Theſaur.de Pen.
Eccleſ.p.2.V.reſidentia cap.10.& ſeq. Ventrigl. in
Prax.Eccleſ.to.1.cap.19.& 20.per tot. Amoſtaz.
de Cauſ.piis lib.3.cap.11.item per tot. Gratian.
diſcept.990.per tot.Antunell.de jur.& Oner.Cle-
ric.lib.2.p.6.c.7.per tot. P. Ludov. de Ameno de
Delict.& Pœn.tit.9.§.9.per tot.Hurtad. de reſid.
Pagon de reſid.Epiſc.Lother.de re benefic. lib. 3.
qu.27.per tot.Panimoll.deciſ.80.per tot.Rot. cor.
Mont.dec.67.& cor.Anſald.dec.82. & in Rec. p.
14.dec.506.& p.18. dec. 420. ubique per tot. &
apud Poſth.de Manut.dec. 463. n.10. cum ſeq. &
dec.21.& pluries.ſeq.uſque ad deciſ.30.inter im-
preſſ.ad Ornatum Card.de Luc.de Regular.* quos
ferè omnes refert *Bonfin. ad Bannim. general.
cap.67.num.19.*

Gradum deindè facientes cum *Pacichell. n.
21.* ad alia privilegia, quibus fruuntur abſen-
tes, animadvertimus primum illud eſſe, quod
abſentes nequeant condemnari ex deductis ſu-
periùs *d. n.21.* quod tamen eſt ſubintelligen-
dum, niſi præcedat citatio, & interpellatio,
69 prout in terminis Officialis, qui ob tempora-
lem abſentiam licet amiſſionem Officii prome-
reatur, attamen nequeat privari d. Officio,
niſi prævia citatione, & interpellatione ad re-
deundum tradit *Capiblanc.de Baron. pragmati-
ca 5.n.9.Bobadill.politicar. lib.3. cap. 14. n. 89.
Novar.de gravam.Vaſſallor.gravam.145.num.4.
Rot.cor.Bich.210.n.23.*

Alterum privilegium abſentis eſt, ut acqui-
ratur ipſis ex ſtipulatione, quando eſt facta
intuitu divino, ut exemplificat *Noſter Author*
70 *n.22.* de qua acquiſitione favore abſentium, an
jus illis quæratur per ſtipulationem Notarii ſi-
ne ratificatione eſt *Magiſtrale Votum in dec.12.
p.1.rec.* ubi concludit pro negativa, *Rot. dec.21.
ſcq.per tot.cor.Card.Celſo* ubi diſtinguit, & *dec.
259.n.1.cor.Emerix jun.*

Contra verò inductum eſt ad magis conſu-
lendum indemnitati abſentium, ut enunciati-
væ contra ipſos factæ nullum damnum infe-
71 rant, *Gratian.diſcept.forenſ.924.n.5.& ſeq. Lar-
rea dec.Granaten.33.n.56.Addit.ad dec.355.nu.
154.p.9.to.2.rec.Rot.dec.446.n.10.p. 13. & dec.
457.n.3.p.14.rec.* & conferunt deducta per ean-
dem *Rot.in dec.33. n. 5. cor. Bich. repetit. poſt
Merlin.de pignor.& hypothec. dec. 35. n.pariter
5.& cor.Coccin.dec.1887.n.30.& dec.524.n.9. d.
par.14.recent.*

Tertium privilegium abſentium, quod tan-
git *Pacichell.n.24.* eſt, quod breviter reverſurus
72 habeatur pro præſente, ut tradit *Chaſſan. ad
Conſuetud.Burgund.rubr.4.§.1.n.45.* allegat *per
Rot.in Romana legitima 12. Martii 1725.§. &
hæc licet cor.R.P.D.Calcagnino.* Et proinde le-
73 gitime citandus eſt, & expectandus, ut in pro-
poſito proximioris intervenire debentis con-
tractui mulieris ex particulari ſtatuto, quod is
debeat expectari, quando eſt in eadem pro-
vincia, & eſt breviter reverſurus firmavit *ead.
Rot.in d.Romana legitima cor. R. P. D. Calca-
gnino*, & in terminis electionis, quod Canoni-
74 cus brevi reverſurus expectari debeat, niſi
periculum ſit in mora, eo quod inſtet lapſus
termini juris, tradunt relati per *Rot. in dec. 5.
n.6.p.18.recent.*

Habent ulterius abſentes privilegium, ut in
electione vocandi ſint, quemadmodum tangit
Noſter Author poſt n.26. ac ſecluſa conſuetudi-
ne, ſeù lege particulari, non eſt attendendum,
75 an abſentes ſint extra, vel intra Provinciam
dummodò repetiatur in loco, ex quo commodè
vocari poſſit, ut ex *gloſſ.in cap. cum Eccleſia
23.V.ſi commodè de præbend.* notat *Paſſerin. de
electione in cap.11.n.35. 36.& 38.Rot.dec.6.n.7.
p.8.recent.*

Cum ad diſtantiarum, & abſentiæ cognitio-
nem plurimum referat ſcire, quid ſit Diſtrictus;
ideò de hoc tractationem inſtituit *Author No-
ſter n. 27. & ſeq.* Diſtrictus autem nihil aliud
dicitur, quàm univerſitas agrorum intra cu-
juſcunque loci fines exiſtens *Guillelm.de Mont.
76 Landun.in Clement.paſtoralis n.17.de ſentent.&
re judic.* quem refert *bo. me. Severol. in Sabau-
dien.privilegiorum impreſ. in appendic. ad deci.
poſt Proſper.de territor.ſeparato n.26.* & propte-
77 rea nomen diſtrictus in hac latiſſima ſignifica-
tione debet intelligi juxta ſubjectam materiam,
& conſuetudinem *Rot.deciſ.29.n.6.cor. Emerix
ſen.* in qua diſtrictus nomen acceptum fuit pro
diviſione terminorum territorii Oppidi, à ter-
ritorio Civitatis.

Unde promanavit concluſio, quod diſtri-
ctus, & comitatus promiſcue uſurpentur, &
utrumque præſeferat territorium Civitatis,
78 quæ cum ſuis caſtris, vicis, & terris adjacenti-
bus unum corpus conſtituit, *Gloſſ. in cap. Pro-
vinciæ diſt 99. Imol.in cap.Rodulph. n.1. verſic.
an autem de reſcript. Rot.in Imolen.Ripaticè ſu-
per bono jure 8. Junii 1725. §. Neque caſui cor.
R.P.D.Ratto.*

Verumtamen nomen diſtrictus juxta ſuam
ſtrictiorem ſignificationem debet intelligi de
locis illis proximioribus Urbi, qui eidem ma-
79 gis cohærent, cum nihil aliud ſignificet, quam
id, quod actualiter à loco diſtinguitur, ut ani-
madvertit *Felin.in cap.Rodulph.ſub n.19.verſic.
& per hoc poteſt contingere de reſcript.* & tradit
*bo.me.Severol.in d.Sabaudien.privilegiorum im-
preſ.in append.ad deciſ. poſt Proſperum de territ.
n. 26.* Præcipuè quando nomen diſtrictus ex
80 uſu Incolarum habitum fuerit pro nomine di-
verſo, & ſeparato à Civitate, Comitatu, & re-
liquo territorio: Cum enim tam fundorum no-
mina, quàm territoriorum fines non natura, ſed

deſti-

81 deſtinatione hominum conſtituantur; Inde promanat, quod quando ex regionis more diſtrictus fuit nomine à reliquis partibus diſtinctus, non debeant in tali caſu vocabula confundi, ſed in ſtrictiori ſuo ſignificatu accipienda ſint, *Cardin. de Luc. de reg. diſc. 165. n. 11. Rot. dec. 695. n. 13. & 14. p. 18. rec. & in d. Imol. ripatici ſuper bona jure §. Animadvertebant & §. Hanc intelligentiam in fin. cor. R. P. D. Rotta.*

Cujus rei clarum habemus exemplum in diſtrictu Urbis commemorato per *Noſtrum Authorem n. 29.* ſub quo comprehenditur certa determinata diſtantia antiquitus comprehendens centum milliaria, deinde reſtricta ad qua-
82 draginta, in illis temen duntaxat locis, ubi Incolæ recipere ſolent à Populo Romano Sal, & focaticum: At poſtmodum ſecuta nova ſtatutorum reformatione ſub Gregorio XIII. ac ſublatis omnibus diſerentiis, & dubietatibus, abſque ulla diſtinctione ſalis, & focatici firmatum fuit indiſtinctè protrahi Diſtrictum ad quadraginta milliaria circum circa, ut benè probat *Card. de Luc. de Regal. diſc. 71. per tot.* Et hodie ſervatur *Rot. deciſ. 161. n. 2. coram Emerix Jun.*

Situationem intra Diſtrictum probari ex at-
83 teſtatione Priorum tradit hic *Pacichell. n. 30.* auctoritate *Rotæ in dec. 5. cor. Ottubon.* qui idem firmat *in dec. 1. n. 6.* Affert deinde Noſter Author nonnulla loca, quæ ſunt, vel dubitatur, an ſint in diſtrictu, & nos ipſius veſtigiis inhærendo aliqua hic alphabetico ordine ſubjiciemus.

Aſcrem Caſtrum non probari eſſe in diſtrictu
84 dicitur à *Rot. in dec. 123. n. 2. cor. Priol.*

Balneoregium eſſe in diſtrictu præſupponitur *in dec. 133. poſt Pacific. de Salvian.* ubi diſſeritur de extenſione ſtatutorum Urbis.

Civitatem Caſtellanam eſſe in diſtrictu firmat *Rot. in deciſ. 75. n. 6. coram Ubago & dec. 361. aut n. 2. cor. Emerix Jun.*

Coranam etiam Civitatem intra diſtrictum poſitam eſſe comprobat *Rot. in Oſtien. ſeù Corona Fideicommiſſi 6. Decembris 1720. §. 7. cor. bo. me. Lancetta*, & licet ab hac deciſione fuerit receſſum ſub die 20. *Jun.* 1721. attamen etiam in deciſiona ravocatoria præſupponitur. Coram eſſe intra diſtrictum.

Farſenſe pariter territorium generaliter eſſe intra diſtrictum tradit *Rot. in dec. 269. n. 3. & per tot. cor. Gregor.*

Galleſii Terram itidem in diſtrictu collocatam eſſe habemus ex *Rot. in dec. 176. n. 2. par. 18. tom. 1. recent.*

Genazanum ſimiliter diſtrictualibus legibus Urbie ſubjici aſſerit *Panimoll. dec. 2. n. 37.*

Hortanam Civitatem eodem diſtrictuali jure cenſeri certum eſt ex traditis per *Rot. in dec. 388. n. 2. cor. Emerix Jun.* repetit in *dec. 235. n. 2. p. 19. rec.*

Nepeſinæ Civitatis ſubjecto ſtatutis Urbis, tanquam poſitæ intra diſtrictum eruitur ex *Gratian. in diſcept. 524. juncto princip. cum n. 47.* & clarius comprobat *Rot. in Nepeſina juris Patronatus Capellæ 11. Decembris 1725. §. Firmata cor. bo. me. Criſpolte.*

Pennæ Caſtrum; & Polimartii territorium an eſſet in diſtrictum dubitatum fuit *in dec. 1231. cor. Seraphin.* & deciditur tunc non fuiſſe probatam ſituationem extra diſtrictum, quo
85 loci plenè habetur de modo probandi d. ſituationem; Ac poſtea in *dec. 1370. Rota* noluit concedere menſurationem ad effectum probandi ſituationem extra diſtrictum ea ratione, quia quando ſecundum vulgarem uſum & opinionem conſtat aliquem locum eſſe in diſtrictu, eo caſu denegatur menſuratio, quæ deciſio fuit confirmata in *dec. 1482. cor. eod.*

Podium Myrtetum eſſe in diſtrictu habetur *in dec. 17. coram Bich. n. 2.* repetit *in dec. 201. p. 8. rec.* & clarè deducitur ex *deciſ. 269. n. 3. cor. Gregor.*

Polimartii territorium eſſe in diſtrictu hodie remanet abſque controverſia non ſolum ex deductis ſuperius *§. Pennæ*. Sed etiam ex *Rub. ſingular. Rotæ ta. 2. p. 6. de ſtatut. Urbis Rot. in Romana, ſeù Balneoregien. Fideicommiſſi de Menſe Martii* 1700. *§. Totum cor. bo. me. Muta.* impreſſ. penès *D. Auditorem de Comitibus deciſ. Florentin. 69. §. 2. n. 3. tom. 2. par. 1.*

Reatinam Civitatem eſſe in diſtrictu adhuc pendere ſub quæſtione dixit *Card. de Luc. de ſtatutaria ſucceſſion. §. 2. ſub n. 21. ſub tit. Civitates verſ. Reatina*, & probebiliorem reputat opinionem negetivam. Acerrimè de hoc fuit diſputatum in Sac. Conſulta in cauſa de Vechiarellis anno 1671. & ſub die 21. Novembris ejuſdem anni fuit demandata menſuratio. Quamvis autem exitum Cauſæ verè ignorem, attamen in adnotationibus alligatis in fine cujuſdam libri ſtatutorum Civitatis Reatinæ reperio memoriæ traditũ, quod eadem Sac. Congr. conſulta fuit in ſenſu, quod non comprehenderetur; adſuntque ibi aliæ rationes pro excluſione dictæ comprehenſionis, quod ſcilicet [redacted] Eminentiſs. D. Card. Vicarius, [redacted] R. P. D. Gubernator Urbis, [redacted] Senator, aut Tribunal Capitolinum qui alias exercere ſolent juriſdictionem in toto diſtrictu, ab ea abſtinent in Civitate Reatina, abſque commiſſione Sanctiſſimi, & Sac. Conſultæ. in ſuis reſpectivè caſibus. Ulterius quia nec ſtatutum Urbis, nec Bulla Gregoriana, quæ habent locum in toto diſtrictu, niſi aliter ſtatuta localia diſponant, non attenditur in d. Civitate, ſed in defectum proviſionis factæ per ſtatutum locale, recurritur ad jus commune; Tertio quia tam ſub die 13. Novembris 1629. quam ſub die 15. Auguſti 1630. cor. R. P. D. Theſaurario præſuppoſitum fuit Civitatem Reetinam eſſe extra Diſtrictum; Et tandem quia Executores Urbis quando eunt ad d. Civitatem pro exequendis mandatis contra Debitores Reatinos exigunt mercedem duplo majorem quam exigant in diſtrictu Urbis & alia ex prædd. annotationibus excerpta comprobant d. Civitatem Reatinam eſſe extra diſtrictum.

Sermonetam eſſe in diſtrictu aſſerit *Card. de Luc. de juriſd. diſc. 50. n. 1. Rot. dec. 1. n. 5. coram Ottobon.*

Setia quamvis hic per *Pacichell. n. 30.* ponatur extra diſtrictum ex auctoritate *Rotæ in dec. 326. cor. Buratt.* Attamen *in d. deciſione* nihil firmatur circa hoc, & concluſio adducitur ad abundantiam, & tantummodo per modum dubitandi ibi: *dubitatur an Satia ſit in diſtrictu Urbis*: contra vero *Cardin. de Luc. de juriſdict. diſc. 50. n. 5.* dicit probabiliorem eſſe opinionem affirmativam juxta praxim Capitolii, ſeù Senatoris ab eo relatam, & ex atteſtatione Communitatis Setiæ.

Sonianum etiam in eodem diſtrictu ſitum eſſe pro-

probat *dec. 386. num.8. p 19 rec.*

Terracina in eodem diſtrictu ponitur & intra quadraginta milliaria à *Card. de Luc. de juriſdict. diſc.50.n.4.in fin.*

Tyburtinæ Civitatis ſubjectio ſtatutis Urbis tanquam diſtrictualis fuit antiquitùs in quæſtione; attamen hodie res eſt extra controverſiam, ut fuit reſolutum per plenam ſignaturam in *Romana, ſeù Tyburtina diſtrictus* 9. *Decembris* 1694. in qua adeſt *Votum bo.me. Fantinelli* impreſs. poſt ejuſdem tractatum de *ſignat. Votan. fol. mihi* 61. ubi reſpondetur omnibus iis, quæ videntur contraria, & firmatur Civitatem Tyburtinam ligari ſtatutis Urbis optimis rationibus, & auctoritatibus, tam *DD.* quàm *Rotæ* Deciſionum. In quo Voto *bo. me. Fantinelli* poterunt videri alia loca exiſtentia in diſtrictu Urbis, nempe Civitas Tuſculana, Caſtellana, Vetula, Prænestina, Sermoneta, Veliterna, & aliæ.

Tuſculum eſt in diſtrictu ex *dec.26.de fideicommiſſ.cor.Emo D.Card Falconer.*

Veliternam Civitatem alligari ſtatutis Urbis apparet ex *dec.* 18. *n.*3. *in princip. poſt Michalor.de Fratrib.*

Vetrallam quamvis receptum ſit ſitam eſſe in materiali diſtrictu, attamen in ea non ſervatur ſtatutum Urbis, nec ad illud recurritur, ut ſolvit *Rot. in Sutrina bonorum* 14. *Jan.* 1594. cujus habetur mentio in *dec* 561.*n.*3.*p.*3.*rec.* hic per *Noſtrum Authorem allegat.* & diſertius eadem *Rota in dec.*320.*n.*2.*coram Priolo.*

Viterbium eſſe extra diſtrictum dicitur in *dec.*542. *in fin. num.* p.3. *rec.* ſed contra præſupponitur eſſe in diſtrictu ab eadem *Rot. in deciſ.*1035. *n.*10. *cor.Coccin.* quæ eſt tempore poſterior.

De prædd.& de aliis pluribus locis videndus eſt *Card. de Luc. de ſtatutaria ſucceſſione* §. 2. *poſt num.* 21. ubi omnia alphabetico ordine ponuntur.

Quamvis autem propter vicinitatem, aut modicam diſtantiam Diſtrictualium, cum reliquis
86 Accolis de Civitate, Comitatu, aut Territorio
ſit connexio, ut proſequitur *Noſter Author* *n.* 37. 38. & 39. adeò ut Civium appellatione veniant etiam diſtrictuales, & Comitatenſes juxta *theoricam Bart. in l.2. n.* 4. & *ſeq. ff. de verb. ſignif.* quam communiter ſequuntur *Panormit. in d. c. Rodulph. n.6. de reſcript. Felin. ibid.n.*18. *Ancharan.n.*2. *Butr.n.*13.*verſ & appellatione, Zabarell. verſ.Bartolus autem, Card. de Luc de regal. diſc.*94.*n.*9. & *diſc.*167. *nn.*5. *verſ.Iſto igitur,* quibus addi poſſet Rot. *in Brictinorien.Gabellæ* 23. *April.*1717. §.23. *cor.bon. mem.Anſaldo.* Cum Comitatenſes ſubſtantia di-
87 ſtantur illi, qui ſunt de eadem juriſdictione, &
territorio, ut probat *Felin.in d.cap.Rodulphus n.*17.*V.diſtrictus, & n.*19.*V.Comitatus de reſcript.Rebuff.in l.*2. §.*In quantum ff. de verb. ſignif.* allegat. per *Rot. in Imolen. Ripatici ſuper bono jure* 8. *Junii* 1725. §.*Neque caſui cor. R. P. D. Rotto:* Nihilominùs, quando aliàs conſtat Diſtrictuales à reliquis habitos fuiſſe pro ſeparatis, tunc privilegium conceſſum diſtrictualibus
88 eos duntaxat comprehendit, nec ad Comita-
tenſes extenditur, ut tradit *Cepparell.reſolut.fiſc.* 87.*num.*4. Rot. *in d.Imolen. Ripatici.* §. *Firmata ex his.*

Super hac diſtrictus ſuburbiorum, & Comitatenſium materia latè ſcriptum fuit in Sac. Congreg. Concilii in Cauſa Praten. & Piſtorien. Juriſdictionis, in qua cum adſint plures concluſiones ad ornatum præſentis materiæ ideò hic *Allegationem in d. Cauſa* imprimendam curavimus in *Appendice ſecunda poſt hoc Caput XII.*

Tangit denique *Pacichell.n.*40. quæſtionem ſuper retentione ſcamnorum in Eccleſiis, de qua Nos nonnulla delibavimus in *Adnotat. ad cap.*6. *membr.*2.*n* 62. *fol.*54. & notandum modo
89 ſupereſt quod permiſſum eſt laicis retinere
ſcamna, ſeù ſedilia in Eccleſiis, dummodo non ſint in Præsbyterio apud Altare, ad effectum commodè audiendi verbum Dei, & datur manutentio, ac licet ſe opponere turbatoribus *Rot. dec.*717.*n.*10.*coram Pamphil.cum ibi notat.poſt n.* 7. ubi ampliatur præcipuè favore Patroni
90 Eccleſiæ, qui habet etiam Jus prohibendi nè
aliæ perſonæ in Eccleſia ſui Patronatus ſcamna retineant, & plures allegantur *ibidem.*

APPENDIX I.

Soanen. ſeù Aquipenden. Permutationis.

ARGUMENTUM

Epiſcopus ab altero vicino Epiſcopo allegante incommodum reſidendi in locis ſuæ Diœceſis propter Aeris intemperiem, nequit cogi ad permutationem loci ſalubrioris: præcipuè ſtante diſſenſu Patroni, Populi, & Cleri, Ac Locorum Permutandorum diſparitate.

SUMMARIUM.

91 *Facti ſeries.*
92 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*
93 *Contractus procedere debent à libera hominum voluntate, non à coactione.*
94 *Vendere, vel emere alienam rem nemo cogitur invitus.*
95 Amplia *etiamſi offeratur juſtum pretium, vel rei æquivalens.* Et n.122,
96 *Dominia rerum ſunt à jure gentium inducta, modi autem acquirendi à jure poſitivo.*
97 *Jus naturale, & gentium ſtringit etiam ſupremos Principes.*
98 *Princeps ex juxta cauſa poteſt dominia rerum intervertere.*
*Debet tamen eſſe publica, & ſimpliciter neceſſaria n.*100.*& ſeq.*
99 *Deficiente dicta juſta cauſa, Princeps nequit immutare dominia, etiam prætextu æquitatis.*
101 *Plus petens, quàm neceſſe ſit, videtur petere non propter ſolam neceſſitatem.*
102 *Aeris intemperies eſt juſta cauſa ex* Concil. Trid. *non reſidendi per tres menſes.*
103 Sac. Congreg. *ejuſdem* Concilii *tempus prorogare ſolet per alios tres menſes.*
104 *Et per facultatem prædictam ſuccurritur, ut non ſit neceſſe extendere Diœceſim ad loca ſalubria, vel concedere dimiſſionem, aut translationem Epiſcopatus.*
105 *Epiſcopo non debet concedi locus extra Diœceſim, quando in aliquo ejuſdem Diœceſis loco poteſt ſalubriter habitare.*
106 *Major commoditas non ſupplet cauſam neceſſitatis.*
107 *Ad permutationem rerum Eccleſiæ requiritur, neceſſi-*

neceſſitas vel utilitas ejuſdem Eccleſiæ, nec ſufficit utilitas perſonarum.

108 *Diœceſum diviſio, præſertim antiqua, non præſumitur improvida, & indiſcreta, & num. 110.*

109 *Vetuſtas obtinet legis auctoritatem.*

111 *Inſalubritas aeris, quando adfuit ab initio conſtitutionis Diœceſis, non eſt cauſa ſufficiens pro excuſatione reſidentiæ.*

112 *Epiſcopus ubi nequit exerciſſe, tenetur conſtituere unum, vel plures Vicarios.*

113 *Epiſcopo negligente correctionem morum in aliquo loco, non debet idem locus diſmembrari, ſed excitari ſollicitudo Paſtoralis Epiſcopi adimplendè ſuum munus.*

114 *Magnum incommodum viſitationis propter remotionem Locorum ſuppleri poteſt per Vicarios.*

115 *Diſmembratio fieri non ſolet invitis Epiſcopis.*

116 *Nec diſſentiente Patrono.*

117 *Patronus cogi nequit ad præſtandum d. conſenſum.*

118 *In qualibet diſmembratione, ſeù permutatione facta etiam à ſummo Pontifice ſubintelligitur tacita conditio conſenſus Patronorum:*

119 *In diſmembratione, aut permutatione requiritur conſenſus Capituli.*

120 *Item conſenſus Populi, & Cleri.*

121 *Novitates ſunt cauſa ſcandalorum, & vitari debent.*

123 *Coactio eſt pretio æſtimabilis: Et de ratione ibidem,*

124 *In permutatione etiam voluntaria debent tradi bona æquivalentia.*

125 *Loca inſalubria, & obnoxia periculis, minoris valent.*

126 *Subditorum meliorum conditio auget nomen & æſtimationem imperantis.*

127 *Loca, ubi plura ſunt beneficia, debent pluris æſtimari.*

128 *Epiſcopus Soanen. ſuam exerceret juriſdictionem inter merè laicos præveniente.*

129 *Juriſdictio eſt ſubſtantialis eſſentia majeſtatis Epiſcopalis.*

130 *Vicinitas, vel diſtantia prædiorum auget, vel minuit valorem bonorum Eccleſiæ.*

131 *Epiſcopus tenetur cuſtodire omnia pertinentia ad ſuam Eccleſiam.*

132 *Superior dicitur adminiſtrator bonorum publicorum, & nequit eadem bona alienare. Aliàs dicitur proditor ſubditorum.* Ibid.

ACtum de humana libertate, actum de jure gentium, & naturæ, ſi nemo in poſſeſſione ſuorum bonorum poſſit eſſe tutus, ſi quilibet poſſit arbitrio ſuo vicinum perturbare, eumque invitum cogere ad vendendam, aut permutandam Bonorum ſuorum portionem ſelectiorem. Anno 680. in antiqua Civitate Soanæ jam aderat Sedes Epiſcopalis, tunc uſque deſignata, & certis limitibus circumſepta jam fuerat Diœceſis Saonenſis, & ab eo tempore uſque in præſens etſi deterior evaſerit ob populi, decrementum, ob agrorum culturam deſtitutam, nullam tamen paſſa fuit diminutionem locorum, neque ullam variationem confinium. Itidemque anno 964. poſitus fuit Epiſcopus in Civitate Caſtri, eique pariter certam Diœceſim certis limitibus diſtinctam aſſignavit Apoſtolica Auctoritas, & licèt poſt notam Caſtri

91 demolitionem, translatus fuerit in Aquipendii Civitatem, attamen ſivè in una, ſivè in altera Civitate ſteterit Epiſcopus, ſemper ſua ſorte contentus intra propriam Diœceſim quievit, aut contra quietem vicini Soanenſis Epiſcopi quidquam molitus non fuit, aut ſi quidquam moliri tentavit, citò deſtitit ab inceptis ob deficientiam juſtæ cauſæ.

Longiſſima autem hæc quies tot ſæculorum ſpatio obſervata, uno momento defecit, quia perindè ac ſi nova emerſerit cauſa alterandi Diœceſum diviſionem Eccleſiaſtica ordinatione ſtabilitam, ac temporis vetuſtate comprobatam, modernus Reverendiſſimus Epiſcopus Aquipendii ubique in ſua Diœceſi trepidans ob aſſ. aeris intemperiem, laceſſivit Reverendiſſ. Epiſcopum Soanenſem Principalem noſtrum, eumque adegit ad traditionem Caſtrorum Onani, & Proceni, & in eorum compenſationem obtulit duo alia Caſtra Maneiani, & Caparbii Verùm quia Reverendiſſimus Soenen. ſibi oblatam permutationem reſpuit, & ſuæ Eccleſiæ Cuſtos fidelis ſibi credita jura tueri velle profeſſus fuit; idcircò Reverendiſſimus Epiſcopus Aquipendii priùs ad Sanctiſſimi Regnantis pedes devolutus obtinuit deputari particularem Congregationem, quæ cognoſcere deberet utri partium meliora Jura aſſiſterent, & poſtmodò in prædictam Congregationem eludens clanculum, & abſque citatione *Sum. Num.* 1. confugit ad hanc Sacram Congregationem, & obtenta ſubſcriptione præmiſſi dubii, illius favorabilem reſolutionem ſibi pollicetur, ut in effectu poſſit Reverendiſſ. Principalem ad oblatæ permutationis acceptationem cogere.

Sed fallitur Reverendiſſ. Aquipendenſis, ſi præſens controverſia ad Sacram Congregationem cenſeri debet remiſſa, ut decidatur, prout juris eſt, ut notat *Fagnan. in cap. quoniam au. 68. de Conſtit. del Bene de Immun. cap. 14. ſect. 2. n. 22. & ſeqq.* quia de jure libertas unicuique competens debet illæſa ſervari, quia Jura gentium, & naturæ nequeunt perimi, quia quilibet Epiſcopus tenetur Eccleſiæ ſuæ utilia facere, & damnoſa vitare.

Etenim de Jure nil notiùs, nilque certiùs, quàm quod in re ſua quilibet eſt moderator, &
92 arbiter *L. in re mandata C. Mandati, Vaſquez contr. Illuſtr. cap. 17. num. 2. Guzman. de evict. quæſt. 52. num. 17. Giurb. deciſ. Sicil. 86. num. 1.* quodque ex hoc juris naturalis prindeſcendit contractus procedere debere à libera hominum
93 voluntate, non autem à coactione, ut notat *Covar. var. lib. 3. cap. 14. num* 8. Ideòque neminem poſſe invitum cogi, ad rem propriam, vendere, aut alienam emere, per *Text. litterales in*
94 *l. neque enim ff. rerum amotar. & in l. nec emere C. de jur. delib., & in l. invitum C. de contrahen. empt.*, ubi communitèr Doctores tradunt neminem poſſe cogi rem ſuam vendere etiam juſto pretio, & poſtea uno ore firmarunt *Meno-*
95 *ch. de arb. caſ. 462. num. 12. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 433. n. 70. Boer. deciſ. 318. num. 2. Surd. conſ. 2. n. 20. Giurba dec. Regni Siciliæ* 86. *ſub n. 1. Guzman. de evict. quæſt. 52. n. 15.* Cum-
96 que dominia rerum à Jure naturali, ſeù gentium ſint inducta, *l. ex hoc jure*, ubi *Bart.* & alii Scribentes notant *ff. de inſtit. & jur.* licèt modi, per quos dominia acquiruntur, bene diſtincti fuerint à Jure poſitivo, ut declarat *Bar-*

tol.

tel, in d.lex hoc Jure n.5. ibique Jaſon.n.43. poſt
gloſſ. in l.1, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. pro-
pterea nemo eſt, qui poſſit alios cogere ad ven-
dendum, vel emendum, vel alitèr contrahen-
dum, quia jus naturale, ſivè gentium non ſo-
lùm inferiores obligat, ſed ſtringit etiam Prin-
97 cipes Supremos, qui non ſimplicitèr, ſed in fi-
de, veritate, & juſtitia conſtituti ſunt; ut Rei-
publicæ præſint, ut poſt Baldum concludit
Cart. Jun. conſ.257.n.12. & generalitèr edocent
Menochius conſ. 298. n. 29. Fragaſ. de regimin.
Reipub.par.1.lib.3. diſp.5.n.39. Rocc.reſponſ.le-
gal.42.n.12.tom.2. Antunez de donat.Reg. lib.2.
cap.2.n.13.& ſeq.

Siquidèm quotieſcumque juſta cauſa con-
currat dominia poſſe interverti, & naturalia,
ſivè gentium jura poſſe aliqualitèr immutari,
98 non ambigitur, ut ait Surd.conſ.203.num.17.
Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.10.num.11.
Caſtill.controver.jur. lib 5. cap.89. n.93. Capyc.
decif.Neap.166.n.6.Pignatell.conſultat. cap.58.
ſub n. 16. tom. 3. At juſta cauſa non reputatur,
niſi quæ neceſſitatem, & publicam utilitatem
directè, & immediate reſpiciat. leviſque, immò
injuſta cauſa creditur eſſe, quæ commodo pri-
vatorum cedat duntaxat, adeòut qualiſcum-
que dominii immutatio aut citra cauſam neceſ-
ſariam, & publicam; nullo ſub pretextu etiam
99 æquitatis poſſit excuſari, quia juſtitiam po-
tiùs, & æquitatem deſtruit; & eſt injuriæ
genus, ut teſtatur Petra de poteſtat. Princip.
cap.24. ſub num.59. verſ. tertiò principaliter ibi:
Quod ſi tentaverit poſſeſſores pellere ſedibus &c.
privatorum condonare, & labefactabunt Reipu-
blicæ fundamenta, ſcilicet concordiam, & fi-
dem, quæ eſſe non poteſt cum aliis bona adimun-
tur, & aliis condonantur, item, æquitatem, &
juſtitiam, qua tollitur omnis; ſi cuique ſuum
habere non licet, quia æquitas non poteſt eſſe,
ubi agrum multis annis poſſeſſum deſerere cogi-
tur poſſeſſor, ut is, qui nullum habebat jus in
ea, fundum modo alio invita poſſideat &c. & ita
in Jure noſtro tenent Gloſſ. in l. fin. C. ſi contra
jus, vel util. publ., quæ loquitur in Jure Di-
vino naturali, & gentium, & in ſpecie de re,
& dominio alterius non auferendo, aliique
ibidem Scribentes, & conſonant Canoniſtæ
communiter in Capit.quæ in Eccleſiam de Con-
ſtitut., & præſertim Innocen.num 2. & ſeq.ubi
allegat illud Deuteronom.cap.11. Omnis locus,
quem calcaverit pes veſter, veſter erit: Jo. Andr.
col.2.circa princ., Ancharan. n.7. Imol.n.9. Abb.
n.11. Anan. conſ.81. ad fin.verſ. Præterea com-
muniter Cravett. conſ. 103. n. 3. ubi paritèr de
communi Canoniſtarum Sententia Bellag.Spe-
cul. Princip.rubr.17. verſ. videamus n.27. Lay-
man.Theolog.moral.lib.2. Tract.2.cap.17. num.6.
verſ.dico 3. & alii collecti per Antunez. de don.
Reg.lib.2.cap.2.n.29.& ſeq.

Prætereaque, & ſi publica neceſſitatis cauſa
concurrat, attamen non quævis neceſſitas ſuffi-
cit, ut aliena jura poſſint abrogari, aut immu-
tari, ſed debet eſſe extrema, & inſuperabilis,
alioquin tanta neceſſitate ſublata, non revivi-
ſcit priſtinum illud jus utendi rebus, tanquam
100 ſi communes manſiſſet, ut colligitur ex tradi-
tis per Ugon. Gratt. lib.2. de Jur. Pac. & Bell.
c.2.n 6.Gail.lib.2.de PP.cap.4.n.4. nec dominia
confundi, neque jura interverti, neque juſta-
rum Legum Sanctiones poſſunt abrogari, ut
ſentiunt Petra de poteſtat. Princip. cap.32. fol.
191.à tergo n.27.& n.29.Capyc.dec.52.n.24. &
dec.69.n.3. Marta vot.deciſ.166.n.23.& 24. Pi-
gnatell.conſult. Canon.58.n.11. tom.9. Ideoque
diſtinguendum eſt, an neceſſitas ſit abſoluta,
vel præciſa coactionis, & compulſionis, quæ
nec plane evitari poteſt, nec mediis prævalen-
tibus ſiſti, vel potiùs ſit cauſativa, vel reſpecti-
va, ſeù de conſequentia, cui aliis mediis poteſt
occurri, veluti diſtingunt Cujac. in Recit. ad
L.1.ff.de Act.empt.Donell.in L.2.C.de Hæred.vel
act.vend.n.39. & Havem.de Jur.Epiſc. lib.7. §.
10.n.102. Burſatt. conſ.307. n.93. lib.3. Ponta-
nell.dec.164.n.14 Creſp.deciſ.Aragon.p.1. obſer-
vat. 34. n. 24. adeòut nemo poſſit cogi emere,
aùt vendere, aùt permutare, nec ulli poſſit li-
bertas, aùt dominium adimi, niſi urgeat neceſ-
ſitas extrema abſoluta præciſa, & extraordi-
naria, cui nullis aliis mediis poſſit provideri,
ut in caſibus noſtris ſimillimis Lap. allegat. 66.
ſub n.6. Ricc.in prax. For.Eccleſiaſt. par.2.reſo-
lut.486.n.6. Coſta de Remed. Subſid. Remed.75.
n.10.Lotter.de Re Benefic.lib.1. quæſt.28. n.30.
& ſeq.Card.de Luca de Paroch.d.ſc.35.n.6. Ro-
ta cor.ſan.mem. Alex.VIII. dec.6.n.7. coràm Celſa
dec.403.n.5.& dec.578.n.5.& ſeq.par.19.tom.2.
recent.in Lucana uniavit 3.Junii 1707. §. Ne-
que exindè coràm Eminentiſſimo Priolo.

Ex his autem præmiſſis, quo certum eſt ab
Epiſcopo Aquipendii afferri debere juſtam, ur-
gentem, & neceſſariam cauſam, eò indubium
eſt ejus inſtantiæ indulgeri non poſſe, quia ex
juribus ex adversò productis non emergit cauſa
urgentiſſima, quæ cogat, imò nec leviſsima,
quæ alliciat ad permutationem exadversò præ-
tenſam.

Etſi enim Reverendiſs. Aquipenden. extol-
lat aeris intemperiem, qua tota ejus Diœceſis
angitur, itaùt ibidem locum non habeat, in
quo poſsit purum aerem reſpirare, ideòque te-
neatur æſtivo præſertim tempore abeſſe à Diœ-
ceſi, & Populum ſibi commiſſum derelinquere,
ſicque prætendat verificaſſe cauſam publicam,
& neceſſariam acquirendi loca, in quibus citra
vitæ diſcrimen degat, cum non alitèr, ut ipſe
concludit, poſſit ſatisfacere Divino Reſidentiæ
præcepto, ex cujus implemento univerſi Populi
cura, & ſalus Spiritualis dependet.

Re tamen veras Reverendiſs. Aquipendenſis
inſtantia, aliunde movetur, & animatur, & ut-
cumque zelantiſsimus ſit Cuſtos, & Paſtor
gregis ſibi crediti, attamen, non ut gregem vi-
deat ſemper, & paſcat, ſed potiùs, ut ſibi au-
geat, ac extendat Ovium numerum, & ovile,
petit locorum permutationem, de qua res eſt,
Etenim ſi permutationis inſtantiam promove-
ret ea mente, ut in ſua Diœceſi poſſet reſidere,
ut cominùs poſſet gregi ſuo conſulere, utique,
aùt Onani, aut Proceni Caſtrum alternativè
peteret, quia ex alterutro loco poſſet intentus
ſui gregis gubernio præeſſe; eum autem, &
Onanum, & Procenum copulativè petat ſibi
adjudicari Reverendiſs. Aquipenden. & uno
non contentus loco, qui ad conſulendum aſſer-
tæ neceſsitati ſufficeret, duo petat loca Sum-
maria dicto num. 1. quæ metas neceſsitas longe
101 excedunt, unicuique ſuaſum erit aſſertam
neceſsitatem reſidendi ad colorandam magis,
quam ad fundandam inſtantiam poſſe ſuffra-
gari ex animadverſis per Card. de Luc. in ſup-
ple:

plement. ad Miſcellan. diſcur. 51. toto num. 4. cum
ſeqq.
Sed utut ſit de mente Reverendiſs. Aqui-
penden. & utcumque habeat Sedem, quæ dun-
tum Caſtrorum menſuram exigat, & poſſit im-
plere; Profectò nec unus ex dictis Locis eſt
neceſſarius; quia licet Sacri Cannones in capit.
Relatum, & capit. Nonnulli, de Reſiden. in 6.
& in capit. ex parte de Clericis non reſiden. &
Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 1.
de Reformat. arcto ſub præcepto Epiſcopis in-
jungant onus reſidendi intra Diœceſim, atta-
men juſtis urgentibus cauſis expreſſe patiuntur
Epiſcopos ſingulis annis per tres Menſes abeſſe
poſſe ab eorum Diœceſibus, ut ſpecialitèr pro-
102 videt Sacrum Concilium loco proxime citato,
& inter alias juſtas, ac neceſſarias cauſas ab-
ſentiæ, intemperiem aeris recenſent, & appro-
bant Gloſſ. in Clement. Ne in agro in fine verbo
Rationabili de Stat. Monac. Pariſ. de Reſign.
lib. 5. quæſt. 3. n. 247. Squil. de Obbligat. Epiſcop.
part. 1. cap. 2. n. 19. Pax Jord. tom. 1. Lucubr. præ-
lud. 8. n. 76. & ſeqq. De Roſa de Reſiden. Epiſcop.
cap. 3. ſect. 2. n. 6. Corrad. in prox. diſpenſ. lib. 5. cap.
8. n. 5. verſ. Altera verò. Imò, quia trium Men-
ſium tempus, ut edocuit experientia, non ſuf-
ficit ad aeris craſſitiem diluendam, & æſtivis
caloris malignitatem fugandam, ideo beni-
gnior ſatiſque notus inolevit uſus prorogandi
tempus a S. Concil. præſcriptum ad alios tres
103 Menſes, ut teſtatur Card. de Luca in miſcell.
Eccleſiaſt. diſc. 51. n. 10. in fine, itaut hac juſta
urgente cauſa quilibet Epiſcopus poſſit, abeſ-
ſe per ſex Menſes impune, & abſque propriæ
conſcientiæ gravamine. Quapropter etſi in to-
ta Diœceſi Aquipendii non adeſſet locus, ubi
per tres, aut etiam ſex Menſes abſque periculo
obeundæ mortis non poſſet vivi, nihilominus
ceſſat neceſſitas extendendi Diœceſim ad loca
ſalubria, quia Lex ipſa diſpenſat a reſidendi
neceſſitate, quam præſcripſerat, quemadmo-
dum in terminis individualibus ad effectum re-
jiciendi, ſive oblatam dimiſſionem Epiſcopatus,
ſive petitam tranſlationem Epiſcopi de una ad
104 aliam Eccleſiam tradit Card. de Luc. in ſup-
plem. ad Miſcellan. diſc. 51. d. n. 10.
Et ſicuti ceſſat præciſa neceſſitas ex parte
Legis benigniter diſpenſantis à continua reſi-
dentia, ita etiam deficit ex parte loci, quia ſi
Reverendiſs. Adverſarius nolit uti diſpenſatio-
ne ſibi promiſſa, aut poteſt impavidus manere
in ipſa Civitate Aquipendii, ubi Cives omnes
abſque temporum diſtinctione morantur, ibi-
que non magis, quàm alibi ægrotant, & plu-
res incolumes ſeneſcunt, & octuageſimum
ætatis annum excedunt, aut poteſt citra ſuſpi-
cionem alicuius periculi, quocumque tempo-
105 re moram trahere prope ipſam Cathedralem,
cum in Suburbiis Aquipendii duo adſint Pala-
tia à Petruccis, & Damianis nobiliter extru-
cta, quæ in eminenti loco poſita è conſpectu
Caſtri Onani ejuſdem ſerenitatis, & amœnita-
tis partem ſortiuntur, & fructum Summaria
n. 2. & quatenus Reverendiſs. Adverſarius velit
longius ire, intra ſuam Diœceſim habet plures
Terras, & præcipuè Farneſium, & Iſchiam, ubi
aer purus, gens ſatis compta, & habitatio tuta,
ac digna, quæ Epiſcopum excipiat, & ſervet
incolumem. Summario dicto n. 2.
Si autem nec prope Cathedralem Aquipen-
dii, nec longius ab ea placeant indicata loca;
ubi populus numeroſus habitat plureſque Re-
ligioſi vivunt incolumes, rurſus, vel magis
ſuſpicandum, quod Reverendiſſimus adverſa-
rius Onanum, & Procenum petat non ad fi-
nem implendi præceptum reſidentiæ, cui ſatis-
106 facere poſſet in propria Diœceſi, ſed ſolum
ratione propriæ commoditatis, quæ non ſup-
plet neceſſitatem requiſitam ad effectum co-
gendi, Rota dec. 327. n. 2. part. 4. tom. 1. rec., & ad
effectum, de quo quæritur melius tradunt Paſ-
ſerin. de ſtat. Homin. qu. 185. art. 4. à num. 31. cum
pluribus ſeqq. Garz. de benefic. par. 11. c. 4. n. 45.
ubi quod permutatio fieri debet ex cauſa ne-
107 ceſſitatis, ſeu utilitatis Eccleſiæ, non autem
ex ſola expedientia, & utilitate perſonarum
ex Textu in cap. Quæſitum de Rer. Permutat.,
& Paulo poſt ſubdit, quod permutatio debeat
ſolum fieri pro cauſa ſpirituali, puta ut melius
Deo ſerviatur, aliàs ſi pro aliquo terreno com-
modo utriuſque, vel alterius fiat, permutatio
eſt ſimoniaca, juxta ſententiam D. Thomæ, cuius
ſunt verba prædicta in 4. diſt. 25. qu. 3. art. 3. Lot-
ter. de Re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num. 4. &
ſeqq.
Vel fatendum eſt, quod intendat improbare
Diœceſim diviſionem velut improvidam, & in-
diſcretam, licèt præſumptio Juris, & de iure
reſiſtat in contrarium, cum juſta cenſenda ſit
108 Diœceſum deſignatio, quæ ab Eccleſiaſtica
ordinatione facta fuit Card. de Luc. de Juriſdict.
diſc. 24. n. 9. ibi: Tum quia eſſet redarguere Se-
dem Apoſtolicam de imprudentia faciendo in tali
loco potiùs, quam in altero Diœceſis hujuſmodi
erectionem, præſertim quia comprobata fuit tot
ſæculorum vetuſtate, quæ legis auctoritatem,
& pondus obtinet ad Textum in L. Hoc iure
109 §. Ductus aquæ ff. de Aqua quotid. & æſtiv.
Rocc. diſp. Jur. ſelect. cap. 7. n. 12.
Et maximè quia ſi neceſſitas reſidendi, aut
eſſet indiſpenſabilis, aut intra Diœceſim Aqui-
pendij non poſſet impleri, facile Diœceſis ip-
ſius diſtinctio corrigi, ejuſque confines facile
innovari potuiſſent eo tempore, quo Sedes Epi-
ſcopalis alio debuit transferri ob emeritam ſub-
verſionem Civitatis Caſtrenſis; cum autem
tunc Sedes tranſlata fuerit Aquipendium, nil-
que dictum de aſſignatione novi Loci, ubi Epi-
ſcopus poſſet æſtivo tempore reſidere, nilque
actum de confinium mutatione, quæ tunc ap-
tior, & facilior fuiſſet, propterea fatendum
eſt, vel quod tanta non ſit aeris intemperies;
quæ confinium innovationem exigat, vel quod
intra Diœceſim exiſtat locus ab aeris impurita-
te immunis, veluti ſuadet longiſſimi temporis
110 obſervantia, ut ad effectum, de quo agitur,
optimè ponderat Card. de Luc. in ſup. de Paroch.
diſc. 32. ſub n. 5. ibi: Dùm pro tempore, in quo
dicti Rectores vixerunt, ita obſervatum fuit,
ergo non dicitur adeſſe illam præciſam neceſſita-
tem, quæ ad hunc effectum deſideratur, &c.
Vel demùm concludendum eſt, quod alle-
gata cauſa non reſidendi non ſit extra ordina-
ria, nec nova, ſed ſit ordinaria, & antiqua,
cum locorum poſitio ſit eadem hodie, prout erat
antiquitùs, fineſque nunquam variati fuerint,
& Solis, & Stellarum idem ſit calor, & influ-
xus, nec illumina, neque lacus, neque maria
alveum, & litus unquam immutaverint, itaut
ſicuti ob vetuſtam neceſſitatis cauſam abſentia

Epiſcopi Craſſetti, & Maſſæ Populoniæ ſin-
gulis annis abeſſe permittuntur ab eorum Diœ-
ceſibus per ſex menſes, ita etiam abſentia Re-
verendiſs. Adverſarii ab ejus Diœceſi poſſet to-
lerari abſq; neceſſitate cogendi finitimum Epi-
ſcopum Soaneaſem ad diſmembrationem, quia
diſmembratio, quæ forſan concedi deberet, ſi
juſta cauſa de novo ſupervenisset, nullatenus
concedi debet ob cauſam ordinariam, quæ non
minùs, quam hodie urgebat de tempore, quo
Sedes Epiſcopalis, aut conſtituta fuit in Civi-
111 tate Caſtri, aut translata fuit in Oppidum
Aquipendii, ut in ſimili bene argumentatur
Valenz.conſ. 18.*n.* 133. & in puncto *Card. de Luc.
de Juriſd.diſc.* 24.*n.* 9.

Quemadmodum verò neceſſitas permutandi,
ſeù potiùs diſmembrandi loca Onani, & Pro-
ceni ceſſat ex parte Legis, quæ diſpenſat à re-
ſidentia, & ex parte locorum, quæ in Diœceſi
Aquipendii exiſtunt ſalubria, & honorabilia
apta equidem ad excipiendum, & ſervandum
Epiſcopum; ita etiam neceſſitas ceſſat ex parte
finis; Quatenùs enim Reverendiſſ. Adverſarius
revera locum quærat Aquipendio proximum
non ad alium finem, niſi ut exindè Diœceſi
ſuæ præſideat, oveſque ſuas paſcat, ceſſat uti-
que neceſſitas faciendi permutationem, aut
quia ad hunc finem ſufficit, quod in altero ex
petitis Caſtris degat tamquam Hoſpes, abſque
eo quod eorundem Caſtrorum dominium ſibi
nanciſci affectet, aut quia ſuſceptum Paſtoris
munus implere poteſt per vicarios, itaùt niſi
unus ſufficiat, poſſit, immo teneatur conſtitue-
112 re plures, qui vigiles præſint, ſibique ſint
adjutores ubique locorum, ut per *Text. in cap.
Quoniam in pleriſque de Offic. Ordin.* firmant
Doctores collecti per *Pignattell.conſult.Canon.*
71.*n.* 3. *to.* 7. & conferunt tradita per *Cardin. de
Luc. in Sup. de Paroch. diſc.* 42. *ſub n.* 5. *&* *Rota*
(a) *in Leudien. Diſmembrationis* 1. *Februarii*
1711. §. *Idcirco coràm R.P.D. Falconerio.*

(a) Impreſſa coram eodem deciſ. 34. tom. 4. in miſcell. num. 12.

Et quidem, prout Vicariorum opera, & vi-
gilantia indiget Reverendiſ. Adverſarius, dùm
in Cathedrali ſua reſidet Hyemali, & Verno
tempore, quia locis remotioribus ſuæ Diœceſis
nequit per ſe ipſum proſpicere, ità etiam dùm
Diœceſis limites egredi cogitur ob aſſertam ae-
ris intemperiem ſive ad proxima, ſive ad remo-
ta loca confugiat, poteſt ac debet Vicariorum
operam adhibere abſque ulla confinium immu-
tatione, quia ob latitudinem Diœceſis ſuæ,
quocumque vadat, & ubique moretur, ac etiam
in Caſtris Onani, & Proceni reſideat, nequit
ab omnia loca ſibi ſubjecta oculorum, & men-
tis aciem dirigere cum nova non ſubſit cauſa,
quæ magis urget, quàm antiqua ex Doctori-
bus ſupracitatis.

Si vero Onani, & Proceni Caſtra Diœceſi
ſuæ uniri exoptat Reverendiſs. Adverſarius, ut
pravos corrigat, ignaros erudiat, utque Po-
pulum illum bonis moribus imbuat, & ad Chri-
ſtianam pietatem excitet, prout ſibi velle vide-
tur, quatenùs exhibet Teſtes ſibi amicos, ac
etiam ultroneos, & non informatos, qui il-
liuſmet Populi extremam Indigentiam ſpiritua-
lem æquè, ac temporalem extollunt; exinde
tamen non juſta cauſa diſmembrationis deſumi
poteſt, ſive quia non ſubſiſtit aſſerta morum im-
probitas; cum ibidem gens Religioſa degat,
quæ Eccleſiaſticis functionibus intereſſe gau-
dat, & opera pietatis quotidiè exerceat, ut la-
tius *in Summaria num.* 3. *lit. A. num.* 4. *num.* 5.
lit. B. num. 6. *lit. B. num.* 7. *lit. A. & num.* 8. Si-
ve quia ſi unquam verificaretur illius Populi
Religio inculta, & pietas neglecta, exindè ta-
men nunquam deſumi poſſet juſta cauſa effi-
ciendi diſmembrationem Onani, & Proceni,
quæ parum diſtant à Civitate Soanæ, & à pro-
prio Paſtore poſſunt facile gubernari; ſed ſo-
lum elici poſſet juxta ratio excitandi Reveren-
diſs. Soanenſem, recens aſſumptum ad Epiſco-
patum, ut ipſe Paſtorali ſollicitudine pravita-
113 tem morum caſtiget, ſcandalis occurrat ne-
glectam pietatem elevet, & Religionem Chri-
ſtianam facit, coli, & augeri, ut in puncto ad
effectum denegandi partitionem monet *Pigna-
tell. Conſult. Canonic. to.* 7. *conſult.* 71. *n.* 6.

Et quatenùs denique Reverendiſſimus Ad-
verſarius petat permutationem, eo quià non ſi-
ne gravi incommodo viſitare queat, & cuſtodi-
re loca Caparbii, & Manciani à Cathedrali
Aquipendii nimium remota, & exiſtentia in
Ditione Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ;
utique reiicienda eſt inſtantia, tum quia Reve-
rendiſſimus Adverſarius non procul ab iiſdem
Caſtris alias poſſidet terras, ferme æqualiter re-
motas *Summarii Num.* 9. *lit. A.*, *&* *num.* 10.
tum quia ratio vitandi incommoditatem itine-
ris non quidem reſpicit publicam, ſe privatam
Epiſcopi utilitatem, quæ ad effectum cogendi
ad emptionem, ſivè ad permutationem de jure
114 non attenditur, cum poſſit ſuppleri per de-
putationem Vicariorum, ut ad rem ajunt *Bar-
boſ. de Offic. Epiſcop. allegat.* 54. *num.* 127. *Pi-
gnatell. dicta conſult.* 71. *tota num.* 3. *tom.* 7. *cum
aliis ſupra laudatis.*

Nec unquam auditum fuit, quod unquam
ullus Epiſcopus ob peculiarem ſui commodita-
tem obtinuerit, imò nec petierit vicinum Epi-
ſcopum cogi ad receptionem locorum remotio-
rum, quodque unquam ullus petierit immu-
tati Diœceſes, quamvis plurimæ adſint, quæ
longe latius patent, queque in Ditionibus plu-
rium Principum, & ultrà flumina, & intra
publica maria ſeſe protendunt; adeoque nec
audiendus Reverendiſſimus Aquipendeo., qui
propriæ magis quam publicæ ſtudet utilitati, &
præſertim quia ſi Caparbii, & Manciani curam
re vera non poſſet retinere ob difficultatem ex-
plendæ viſitationis, utique eorumdem loco-
rum curam abiiceret gratis, nec quidquam pe-
teret in compenſationem locorum, quorum di-
miſſio utilior eſt quam retentio, ut ex adverſo
probabitur.

Cum igitur undique deficiat neceſſaria, præ-
ciſa, extraordinaria, & urgentiſſima permu-
tationis, quæ publicum magis, quam priva-
tum bonum Reverendiſs. Adverſarii reſpiciat,
aut quia ob aeris intemperiem ex adverſò ma-
gnificandam lex ipſa, & Sanctæ Sedis beni-
gnitas eximit ab onere reſidentæ, aut quia ea-
dem aeris malignitas nec ſatis verificatur, ne-
que omnia Diœceſis loca equaliter inficit, aut
quia reſidendi neceſſitati poteſt aliter conſuli
mediante opera Vicariorum, aut quia Onani,
& Proceni Populus poteſt à proprio Paſtore
gubernari, & Caparbii, & Manciani loca non
adeò diſtent, quin viſitari queant à proprio
Epiſcopo Aquipendii, quemadmodum longiſ-
ſimi temporis ſpatio viſitata fuerunt; propte-

rea

rea non eſt, cur amplius agatur de coactione,
quæ juri naturali, & poſitivo repugnat, ut fa-
tis ſuperque probatum fuit.

Quinimò cauſæ, quæ ad coactionem non mo-
115 vent, coactinni graviter reſiſtunt; Omitti-
mus Reverendiſſimi Soanenſis diſſenſum expreſ-
ſum, & iteratum, qui nequit contemni juxtà
Text. in cap. 1. de Reb. Eccleſ. non alienan. in 6.,
*Zabarell. conſil. 63. num. 3. Lotter. de re Bene-
fic. lib. 1. quæſt. 12. num. 21. Cardin. de Luca de
Paroch. diſc. 34. num. 2. & ſeqq.* ubi laudat Epi-
ſcopos diſſentientes, & teſtatur aut nullos, aut
nimium raros eſſe caſus, in quibus Romana
Curia recipiat diſmembrationes fieri invltis
Epiſcopis, & in *Tractat. de Praemin. diſcurſ. 6.
num. 15.* ubi refert de diſmembratione ab Eccle-
ſia Cathedrali Burgenſi actum fuiſſe quamdiù
Epiſcopus morem gerendo inclito Regi Hiſpa-
niarum Philippo IV. conſenſum ſuum præſtitit,
at ubi deceſſit Rex prænominatus, quia tunc
Epiſcopus præſtitum conſenſum revocavit, de-
ſtitum fuit à petitione diſmembrationis, ut le-
gitur penes *Card. de Luca dicto diſcurſ. 6.*

Nam quatenus Reverendiſſimus Soanen. præ-
tenſæ diſmembrationi vellet aſſentiri; adhùc
prævaleret explicitus diſſenſus Realis Celſitu-
dinis Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ, &
Excelſi Magiſtratus Civitatis Senarum, quibus
competit jus nominandi Epiſcopum Soanen.
116 ſem, dum quotieſcumque vacat Eccleſia præ-
dicta Civitatis ſolet nominare ſex Candidatos,
quorum quaiunt à Sereniſſimo Magno Duce
aemittuntur ad Urbem, & ex iis Sancta Sedes
Apoſtolica unum ſeligit, qui renunciatur Epi-
ſcopus; His enim ſtantibus quemadmodum in
dubium revocari non poteſt jus patronatus tum
etiam Civitatis Senarum, ità etiam eorum con-
tradictio non debet contemni, quià abſque aſ-
ſenſu Regii Patroni neque diſmembrationes,
neque permutationes poſſunt compleri per *Cal-
derin. conſ. 2. ſub num. 2. verſ. Item ſi Electores*
117 *de rer. permutat.* ubi quod patronus cogi
nequeat ad præſtandum conſenſum *Rebuff. in
prax. tit. de unione num. 28. Chokier de permut.
Benef. lib. 1. cap. 19. num. 10. Tondut. reſolut.
Benefic. par. 2. cap. 4. §. 1. num. 22. verſ. Tamen.
Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 14. num 75. & num.*
79. ubi quod propterea etiam in permutatione
à Summo Pontifice approbata cenſetur tacitè
ineſſe conditio, ſi patroni conſenſus accedat,
118 & ſpecialiter loquando de Principe, in cujus
ditione exiſtunt Diœceſes *Card. de Luca de Pa-
roch. diſc. 35. num. 14. & 15. Lot. de re Benef. lib.
1. qu. 11. num. 58. & ſeqq.*

Prætereaque adhuc reſiſterent contradictio-
nes Capituli Soanenſis *Summario num. 11.* ac
etiam Cleri, & Populi quoque degentis in ipſis
Caſtris Onani, & Proceni vota adverſantia
Summario d. num. 3. lit. C. & num 6. lit. D. quia
Capituli conſenſus requiritur propter illam u-
119 nionem, quam Epiſcopus veluti Caput facit
cum Capitulo tanquam Corpore, *Pavin. de po-
teſtat. Capitul. qu. 3. pbr. 2. num. 19. Garz. de Be-
nefic. par. 12. cap. 2. ex num. 157. cum pluribus
ſeqq.* ubi contrariam ſententiam refellit *Lotter.
de re benefic. lib. 1. qu. 28. num. 31. Barboſ. de
poteſtat. Epiſc. par. 3. alleg. 67. num. 16. Gamb. de
Offic. Legat. lib. 5. rubr. de diſmembrat. num. 14.
& 15. Rota deciſ. 218. num. 4. par. 1. rec., & in
Bononien. Hoſpitalis 6. Junii 1707. §. Quamo-
brem, & §. Fortiùs coram R. P. D. Lancetta.*
120 Et Cleri, & Populi conſenſus pariformiter
eſt neceſſarius, quia nemo ex ſubditis poteſt
alienari invitus, neque alieno imperio ſubiici,
ex ratione, quæ legitur *in cap. ſi fortè 34. diſt.
63.* ibi: *Nullus detur invitis, & non petenti-
bus: ne plebs invita Epiſcopum non optatum
contemnat, aut odio habeat*, & tradunt *Card.
de Luca de Paroch. diſc. 35. num. 9. Franceſ. de
Eccleſ. Cathedral. cap. 10. num. 91.*

Semperque petitæ permutationi obſtabit vi-
viſſima ratio vitandi revolutionem, & diviſio-
nem Archivii Soanenſis, ubi ſervantur ſcriptu-
ræ, proceſſus, inſtrumenta, quæ Onani, &
Proceni non minus, quàm totius Diœceſis gu-
bernium concernunt: Itidemque adverſabitur
potentiſſima ratio vitandi extremam depaupe-
rationem Menſæ Soanenſis, quæ jam deſtituta
redditibus neceſſariis ad congruam Epiſcopi ali-
moniam obvium non ampliùs invenit, qui ve-
lit illi Eccleſiæ præeſſe. Demumque obicem
faciet univerſalis ratio vitandi ſcandala, & qui-
dem plura, quæ ex novitatibus ſolent oriri *cap.*
121 *conſuetudine de conſuetud.*, quæque adeò pro-
hibet novitates introduci, ut plauſibiles etiam,
ac utiles novitates non permittat, quia ut in-
quit *D. Auguſtinus in Epiſtol. 128. ipſa mutatio
conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, no-
vitate perturbat*, & latiùs exornat *Valenz. conſ.
114. num. 27. & conſil. 146. num. 46.*, *Card. de
Luca in Miſcell. Eccleſ. diſc. 39. num. 17. in fine
Rot. in Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo du-
bio 28. Junii 1700. §. Et ſanè coram R. P. D.
Anſaldo.*

Neceſſariis cauſis deficientibus ex parte Re-
verendiſſimi Aquipendenſis aſpirantis ad loca
Onani, & Proceni, & gravioribus reſiſtenti-
bus cauſis jam deductis ex parte Reverendiſſimi
Soanenſis ſtatim recurrunt jura ſuperius alle-
gata, quæ poſſidentium libertatem tuentur,
quæque neminem ad emendum, vendendum,
permutandum, vel aliter contrahendum cogi
poſſe permittunt; Cumque ad coactionem pro-
122 cedi poſſe prohibeant, etiamſi juſtum rei pre-
tium offeratur, ut præter ſupra citatos firmat
*Hermoſill. ad Lopez. gloſſ. 2. lib. 3. tit. 5. par. 5.
num. 2.* Imò, etiamſi res melior exhibeatur, at-
tamen nemo cogi poſſit ad permutandam rem
propriam, ut comprobatur exemplo Naboth,
qui propriam domum noluit permutare, & vi-
neam meliorem ſibi oblatam à Rege Achab
noluit acceptare, veluti habetur *ex lib. 3. Regum
cap. 21.* Ipſa quippè coactio eſt pretio æſtima-
123 bilis & pretio condigno ferme nequit adæ-
quari, ut conſiderant *Marta voto 174. num. 10.
& Guzman. de evict. q. 52. num. 25.*, nam qui
cogit, damnum infert, & damni loco habetur
amiſſio voluntatis, *Bald. in l. 1. col. 5. ff. de legat.
2.*, *& ibidem Guzman. dicta quæſt. 52. num. 10.*
propterea etſi cauſæ juſtiſſimæ non deficerent,
& reſpectivè non obſtarent permutationi ex
adverſo prætenſæ, adhuc reiicienda eſſet in-
ſtantia Reverendiſſimi Adverſarii, qui coactio-
nis grave pondus non attendit, quique petitis
Caſtris Onani, & Proceni juſtam compenſa-
tionem non offert, licet æquivalentia ſaltem
bona tradere teneretur etiamſi, de permutatio-
ne concorditer ageretur, *Text.* eſt rotundus *in
cap. ſi Princeps 1. de rer. permut.* ibique Scriben-
tes *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. c. 30.*

num. 38. ubi plures concordantes.

Duo ſiquidem offert Caſtra Reverendiſſi-
mus Adverſarius, prout duo petit, ſicque ſatis-
factum putat æqualitati ſervandæ : Verum
præciſivè ab æqualitate numeri, qui momen-
tum non facit, nulla equidem adeſt proportio
inter Caſtra oblata, & Caſtra petita, uſque adeò,
ut pluris valeat alterutrum ex Caſtris petitis
Onanum ſcilicet, aut Procenum, quàm duo
Caſtra ex adverſo oblata Caparbium, nempe,
& Mancianum unitim conſiderata.

Caparbium quippè, & Mancianum in ima
Regione ad oras maritimas Senarum humilia
jacent, nullum nobilitatis ſpecimen præſefe-
runt, nullis prærogativis fruuntur, & propter
aeris inſalubritatem ita gemunt deſolata, & vi-
duata, ut in Caparbio numerari poſſint 186.
incolæ duntaxat, & in Manciano non excedant
numerum 470., iidemque omnes ſint rudes ad-
venæ, et peregrini *Summaris n.*9.*&* 10.*in prin-
cip.*, et correſpondent confeſſiones Epiſcopo-
rum Aquipenden. *Summario n.*12.

Onani vero, et Proceni Caſtra ædificata in
culmine quorundam Collium, quò altius poſi-
tione loci supereminent, eo melioribus fruun-
tur prærogativis, ibi enim purum, et ſalubris
aer reſpiratur, et agrorum amænitas aliarum
terrarum fœdere gratiſſima eſt, ideòque major
utrobique inſpicitur multitudo habitatorum,
qui in Onano excedunt numerum 1277.*Summ.
num.* 13., et in Proceno conſtituunt numerum
1141. *Summ.n.*14., et populi multitudini, pro-
ùt comes eſt politior urbanitas, aptiorque in-
duſtria, et divitiarum abundantia, ita etiam
purior religio, et pietas ſincerior ibidem reful-
get, quia plures, et ornatiores patent Eccleſiæ,
ibique Hoſpitalia pro infirmis, et ſecreta etiam
Oratoria inviſuntur *Summario num.* 3. 4. 5. 6.
& ſeqq.

124 Hinc equidem ſatis evidens eſt prædicto-
rum locorum diſparitas, quæ oblatæ permuta-
tioni reſiſtit, nec poteſt in dubium revocari,
quin valdè mereatur attendi, quia minori pre-
125 tio digna ſunt loca inſalubria, et pluribus pe-
riculis obnoxia, *Pinell.in l.2.C.de reſcind.vend.
par.*3.*capit.*4.*n.*22.*Coler.de proceß.exequt.par.*3.
*cap.*9.*n.*140.*verſ.item.unus locus,Rota in Aſcu-
lana dotis* 11. *Martii* 1680. §. *Specificant cor.
Rondanino*, et quia eo minùs æſtimanda eſt con-
ditio illius, qui paucis pauperibus, et rudibus
hominibus imperat, quo majori æſtimatione
dignus eſt alter, qui pluribus ditioribus, et ur-
126 banioribus præeſt, cum melior ſubditorum
conditio augeat nomen, et æſtimationem im-
perantis, ut per *Text. in* §. *Nos igitur Auth.de
deſenſ. Civit. & in l.cum neque* 4. *Cod.de Inco-
lis, lib.*10. *Abb. in cap. ſolitæ de major. & obed.
Cephal. conſ.*615. *num.* 13. *tom.*5. *Anſuld. conſ.*
138.*n.*243.*cum ſeq.Larrea alleg.*52.*n.*2.

Et prælibata diſparitas magis augetur, ex eo
quod ubi major hominum multitudo, nil veri-
ſimilius quàm, quod Clerus etiam ſit numero-
ſior, quodque majori Clericorum numero, ma-
jor quodque beneficiorum numerus correſpon-
deat, cumque tùm Clericorum, tùm beneficio-
rum pluralitas in Caſtris Onani, & Proceni ve-
rificetur major, quam ſit in Caſtris Caparbii, &
Manciani ex *Summaris n.* 15. hæc quoque di-
ſparitas debet attendi ad impediendam permu-
tationem, quæ quatenus ſubtraheret beneficia,
& Clericos plures à Juriſdictione Epiſcopi Soa-
nenſis, non leve detrimentum inferret eidem
Præſuli, qui in multitudine, & divitiis ſubdi-
127 torum laudatur, ut ajunt *Menoch. conſ.*137.
*num.*19. & plures relati per *Valenzuol. conſ.*59.
*num.*15.*& Giurb.conſ.*1.*ſub num.*16.

Sed adhuc graviora præſto ſunt, quæ præco-
gnitam diſparitatem magis manifeſtant, quia
tam in Caſtro Onani, quàm in Caſtro Proceni
magis latè patet auctoritas Epiſcopi Soanenſis,
qui exercet juriſdictionem etiam in laicos præ-
venientes inſtantias in ejus Tribunali, & tuetur
128 pupillos, & viduas ad ejus Curiam fugientes,
ex privilegio *l.unic. C. quand.Imp. inter pupill.
& viduas*. Cumque his & ſimilibus prærogati-
vis, quæ recenſentur *in Summario n.*5. non un-
quam fruatur Epiſcopus Aquipendii in Caſtris
Caparbii, & Manciani, ubi Clericos tantum
ſibi ſubditos agnoſcit, hinc ſtatim patet non
poſſe acceptari exhibitam permutationem, ut-
potè quæ Reverendiſſimo Soanenſi damnum in-
ferret irreparabile, ejuſque Tiaræ adimeret
meliorem partem, juriſdictionem videlicet, qua
nil pretioſius, nilque æſtimabilius conſiderari
poteſt reſpectu Epiſcopi, cujus dignitas vileſce-
129 ret ob imminutam juriſdictionem, quæ eſt
ipſa forma, & ſubſtantialis eſſentia Majeſtatis
Epiſcopalis, ex traditis per *Covarruv.pract.cap.*
4.*ſub n.*1. *Antunez de donat.reg.lib.*2.*cap.*8.*n.*5.

Cumque Onani, & Proceni loca petita per
Reverendiſſimum Adverſarium exiſtant propè
Cathedralem Soanenſem, à qua diſtant ſolum
miliariis ſeptem Onanum, ac novem Procenum
*Summar.n.*16. *in princip.*, & e converſo Caſtra
Caparbii, & Manciani à Civitate Soanæ ſint
remota ſpatio miliar.viginti, & ultra, ac diffi-
cilis ſint acceſſus ob reſiſtentiam montium, &
fluminum, quibus longum iter efficitur etiam
periculoſum *Summ. n.*16. *lit.A. & n.*17. *lit.C.*
propterea nil supereſt deſiderandum, ut juſtè
recuſari poſſint loca in permutationem oblata,
tamquam, quæ ſint imparia, & minori pretio
æſtimabilia, quam ſint loca Onani, & Proceni
proximiora Sedi Soanenſi, cum noti juris ſit ex
majori, aut minori diſtantia rerum, earum quo-
que valorem reſpectivè minui, vel augeri, &
130 prædia Eccleſiæ vicina cum diſtantibus non
poſſe permutari expreſſe tradunt *Corrad.in pra-
xi diſpenſat. Apoſtol. lib.*9.*cap.*10. *n.*9. *& ſeqq.
Pommel.deciſ.*60.*annot.*2.*num.*17.

Atque his omnibus verificatis, cum ceſſet
extraordinaria, præciſa, & urgentiſſima neceſſi-
tas cauſa, cui aliter provideri non poſſit ſummo
jure concludendũ videtur non eſſe locum per-
mutationi, quæ antiquiſſimam, & ſemper obſer-
vatam Diœceſum diſtinctionem immutet: Imò
cum concurrant vehementes cauſæ, quæ petitæ
permutationi, ſeu potiùs diſmembrationi gra-
viter adverſantur, eapropter ſilentium impo-
nendum videtur Reverendiſſimo Adverſario,
131 qui quatenùs conjugium inivit cum Eccleſia
ſua, tenetur omnia illius membra cuſtodire ex
traditis per *Paſſerin.de ſtatu & offic. homin. qu.*
183. *n.*174., & merito laudandus eſt Reveren-
diſs. Soanenſis, quatenùs inſtantiæ Reverendiſs.
132 Aquipendenſis conſenſum non præſtitit, nè
diceretur proditor ſubditorum, & homicida
ſuæ Dignitatis, ut de Imperatore injuſtè alie-
nante dicebat *Bald. in capit. licèt cauſam* 9.*n.*7.
de probat., eoque magis, quia Reverendiſſimum
Soa-

Soanenſis non Dominus, ſed Uſuarius tantùm eſt jurium, & bonorum, quæ ſunt in dominio Eccleſiæ ſibi in adminiſtrationem commiſſæ, ideòque neqoit conſentire alienationi, quin controveniat præcepto Domini in *Levitic. cap. 25. verſ. 23.* ibi: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos advenæ, & coloni mei eſtis.*

Quare &c.

EXITUS CAUSÆ

Sac. Congregatio S.C.T. ſub die 9. Februarii 1715. juxta ſuperiùs deducta denegavit Permutationem reſcribendo: *Negative* & ad mentem. *Mens autem fuit eſſe humiliter conſulendum Sanctiſſimo, ut per Breve Motu proprio Sanctitatis ſuæ concedere dignetur omnibus pro tempore Epiſcopis Aquipendii Palatium R.C.A. exiſten. in Terra Onani Diœc. Soanen, & facultatem abeſſendi à Diœceſi Aquipendii per ſex menſes quolibet anno, comprehenſis Conciliaribus, & habitandi in d. Palatio d. Oppidi, ibique privative exercendi Juriſdictionem ſuper ſuis ſubditis tantùm, nec non eiſdem Ordines conferendi.*

APPENDIX II.

Praten., & Piſtorien. Juriſdictionis.

ARGUMENTUM

Nomine Oppidi comprehendi ſuburbia pleniſſime comprobatur. Erecta Eccleſia in Cathedralem, cenſetur erecta in tota ſui extenſione quatenùs Parochiæ eiuſdem novæ Cathedralis ſe extenduot, etiamſi extenſio ſit extra mœnia civitatis.

SUMMARIUM.

133 *Focti feries.*
134 *Facta ſunt ſervanda.*
Lites ſemel ſopitæ non ſunt iterum refricandæ, ibidem.
135 *Laudum præſumitur juſtum, donec contrarium concludenter probetur.*
136 *Nec ſufficit qualibet injuſtitia, ſed requiritur læſio enormiſſima.*
137 *Laudum emologatum potiùs eſt tranſactio, quàm laudum.*
138 *Caſus etiam in materia odioſa comprehenditur in diſpoſitione ex mente ejuſdem diſpoſitionis.*
139 *Nomine Oppidi veniunt ſuburbia in conceſſione facta ad lites evitandas.*
140 *Itidem in conceſſione Oppidi facta per ſupremum Principem.*
142 *Et quando actum fuit de formalitate ejuſdem Oppidi, &* n. 143.
Secùs autem quando agitur de ſimplici materia ejuſdem Oppidi n. 141.
144 Deciſio 348. et 429. p. 18. recent. *loquens de ſuburbiis examinatur.*
145 *Suburbia continentur appellatione Oppidi, vel Caſtri, quando adjectum eſt nomen proprium.*
146 *Amplia etiam in materia odioſa.*
Secùs autem quando adeſt duntaxat nomen appellativum, ibidem.
147 *Diœceſis verbum nunquam intra Civitatem verificatur.*
148 *Civitas, & Diœceſis diverſa ſunt.*
149 *In Conſtitutionibus Pontificis verba ex ſui proprietate debent interpretari, nec remanere otioſa.*
Amplia etiam in materia odioſa n. 155.
150 *Suburbia continentur Oppidi appellatione ex intentione Partium.*
151 *Incolarum Oppidi appellatione venit etiam habitator agrorum.*
152 *Argumentum à Græca lingua ad latinam crebro uſurpatur.*
153 *Rei appellatione tota res juſta propriam ſignificationem continetur.*
154 *Erecta in Cathedralem Collegiata habente curam animarum cenſetur conceſſa juriſdictio nova Epiſcopo in tota extenſione Parrochis.*
156 *Vaſſallus dicitur qui ſubeſt non ſolum ratione feudi, ſed etiam ratione juriſdictionis.*
157 *Clerici dicuntur vaſſalli reſpectu Eccleſiaſticorum Beneficiorum.*
158 *Per verbum* aſſignamus *Papa totale transfert dominium.*
159 *Quando verba diriguntur ad Epiſcopum in conceſſione Territorii tranſeunt omnia jura Epiſcopalia.*
160 *Ordinarius non debet præſumi facere, & propriæ Diœceſis ignarus.*
161 *Urbs dicitur ſolùm, quod muro tenùs ambitur.*
Quando adjectum eſt nomen proprium comprehendit etiam ſuburbia n. 163.
162 *Oppidi nomen magis late patet quam Urbis.*
164 *Nomen Urbis in ethymologico ſignificatu eſt idem, ac Oppidum mœnibus cintum.*
165 *Suburbia veniunt etiam quando facta eſt mentio loci mœnibus cincti.*
166 *Mœnia proprie non ſunt muri Urbis, ſed ædificia eiuſdem.*
167 *Ædificia conſtructa in ſuburbiis cenſentur conſtructa in ipſa Civitate.*
168 *Menſuratio ad dignoſcendum diſtantiam incipienda eſt non à muris, ſed à ſuburbiis Civitatis.*
169 *Vicinitas Epiſcopi non deſumitur ab extremitate conterminis Territorij, ſed ab Eccleſia matrice.*
170 *Aſſignato Oppido pro Civitate, & Diœceſi Oppidum ipſum duntaxat inſervit pro Civitate, ſuburbia vero pro Diœceſi:*
171 *Literis Apoſtolicis unice ſtandum eſt in reſpicientibus ſubſtantiam gratiæ.*
172 *Oppidanorum appellatione veniunt non ſolum ſuburbani, ſed etiam Comitatenſes.*
173 *Argumentum à diſcretiva validum eſt in iure.*
174 *Obſervantia interpretativa removet omnem difficultatem &* num. 192.
175 *Deſtructis domibus, Judicis arbitrio relinquitur quænam ſint ſuburbia.*
176 *Et indicare debet ea eſſe, quæ apparent ex conſuetudine, vel communi uſu loquendi.*
177 *Diſmembratio eſt odioſa, & debet de ea concludenter doceri.*
178 *Praxis adhiberi ſolita in diſmembrationibus.*
179 *Correctio præcipuè in conceſſionibus Pontificiis eſt evitanda.*
180 *Præpoſitus Praten. in toto Territorio ſuarum Parrochiarum exercebat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
181 *Stare poteſt iuriſdictio ſimplex abſque ulla territorio, nec de uno ad alterum valet illatio.*
182 *Particulares actus juriſdictionales præſcribi poſſunt à Prælato inferiori.*
183 *Et præcipue jus inſtituendi ad regimen curæ animarum.*
184 *Et ad ipſum ſpectare poſſunt dd. Actus Privilegiis Pontificiis.*

185 *Re-*

185 *Reſolutionibus Sacrarum Congregationum.*
186 *Et obſervantia.*
187 *Privilegium clarè; & precisè diſponens non indiget interpretatione.*
188 *Exemptio plena, & iuriſdictio quaſi Epiſcopalis quandonam cenſeatur conceſſa, & numer. 189.*
190 *Ubi eadem concurrit ratio militare debet eadem diſpoſitio.*
191 *Obſervantia quoad actus juriſdictionales ex quibus comprobata remaneat!*
193 *Admitti debet etiam in caſu, quoverba detorquenda eſſent contra jus.*
194 *Novitates ſunt cauſa ſcandalorum, & vitari debent.*

VEtus, atque antiqua ſimultas, quæ inter finitimos ob humani generis inſitum vitium gliſcere ſolet, quæque vulnus nunquam ſanabile à *Satyrico* nuncupatur, fons, & origo perpetuarum litium inter conterminos loca Piſtorii, & Prati, à plurimis uſque ſæculis fuere: donec per comunem ſubjectionem Regiæ Celſitudini Magni Hetruriæ Ducis completis laicalibus diſſidiis, ad Eccleſiaſticas controverſias utriuſque Populi animi ſe controvertetur: Ad quas ſedandas poſt plura remedia, quæ, mediante opera Supremorum Principum, fuerunt adhibita, vim tamen ferè nullam habuiſſe comperta ſunt, tandem utraque Pars, ſuadente etiam, & annuente glor. mem. Coſmo III. ſupplices porrexit preces huic Sac. Congregationi, ut dignaretur concedere facultatem compromittendi cauſas haſce juriſdictionales in Communem Epiſcopum.

Qua facultate benignè de more per per Eminentiſſimos PP. utrique Eccleſiæ unanimi Voto ſupplicanti conceſſa, fuerunt coram eodem Epiſcopo, tanquam Judice compromiſſario jura hinc indè affatim deducta; & inter cætera *ex parte DD. Piſtorien.* exhibitum fuit Votum cl. mem. Cardinalis Sperelli, ut teſtatur Ordinarius præſenti *Summario noſtro num.* 1. ibi-*Qual*
233 *Voto può vederſi nel Sommario ſtampato dal Capitolo di Piſtoja al num. quinto*. quod Votum Epiſcopus Gherardus ab eodem Cardinali exquiſierat, inſciis penitùs, & inauditis Reverendiſſimis Canonicis Praten Principalibus, cum poſitiva ſcientia, & conſilio Reverendiſſimi Capituli Adverſarii, ut in Informatione D. Scarfantoni Canonici Piſtorien., & pro ſuo Capitulo in facto, & in jure coram dicto Judice Compromiſſario validiſſimè ſcribentis §. *Hic ita* ibi: *Reclamantibus DD. Canonicis Piſtorien. fuit à pia & ſemper recolenda mem. Epiſcopo Gherardo facto prius verbo cum Capitulo Piſtorien. Summario nu. 4. exquiſitum votum cl. mem. Cardinalis Sperelli*.

Poſt cujus Voti exhibitionem Defenſor Capituli Piſtorien. dedit notulam, ſeù cedulam ſententiæ in omnibus uniformem Voto prædicto (nam plus petere erubeſcebat, quam in eodem Voto contineretur.) Noſtrum autem Capitulum, quod tricas omnes quantocyùs definire ſatagebat, paſſus fuit, ut laudi minuta conciperetur uniformis ad dict. Votum juxta petitionem DD. Piſtorien. quemadmodum probatur ex *præſenti Summ. d. num.* 1. ubi Judex Compromiſſarius ità loquitur - *Dimodochè quà al Giudice, che Deve proferire la ſentenza, ò dare il Lodo, come ſi vorrebbe dalle Parti, che ſi pronunciaſſe*; I DIFENSORI DEL CAPITOLO DI PISTOJA IN QUESTO PARTICOLARE DISSERO APPUNTO NEL MODO, E NELLE PAROLE STESSE, CONTENUTE NEL LODO MANDATO A ROMA;

Ante Laudi prolationem, juxtà præceptum S. Congregationis fuit tranſmiſſa eiuſdem Minuta, & ab EE. PP. poſt plures cauſæ propoſitiones ex officio abſquè Partium ſtrepitu, & tumultu, diſcuſſione facta an expedirent nonnulla temperamenta diſmembrationis propoſita à Piſtorien. extraiudicialiter, nobiſque inſciis, de quibus in noſtro *Summ.* 19. *Junii* 1725. *num.* 4., & dd. temperamentis poſtpoſitis tanquam inefficacibus, & ad proxim non aptabilibus, ut teſtatur idem Ordinarius *præſenti Summario noſtro dicto num.* 1. reſcriptum fuit Epiſcopo, ut laudum promulgaret, prout factum fuit, *præterito Summario Partis num.* 8.

Promulgato Laudo fuit repropoſita cauſa in S. Congregatione ſub die 2. Octobris 1721. proditque reſolutio: *Laudum eſſe approbandum, & in particularibus caſibus recurratur*.

Cuius reſolutionis certiores facti Canonici utriuſque Eccleſiæ, Laudum ſolemniter acceptarunt una cum dicta reſolutione per publica Inſtrumenta, prout teſtatur idem Judex compromiſſarius *Summ. Partis die* 9. *Junii* 1725. *num.* 7. ibi: *Quod Laudum una cum prædicto Decreto fuit poſtmodum ab utroque Capitulo Piſtorien., & Praten. per publica Inſtrumenta acceptatum, & emologatum*.

Hinc & indè acceptato Laudo, Epiſcopus ad magis, magiſque tollendas quaſcunque occaſiones refricandi hanc controverſiam, convocatis Sinodis Diœceſanis in utraque Cathedrali publicavit edictum relegendum in *præſenti Summ. num.* 3.

Terminatis tali pacto omnibus litibus in genere, & Oraculo Sac. Congregationis per vicos, & plateas publicato, mediante dicto Edicto cum univerſali Populorum lætitia excepto in vim prædictæ clauſulæ, quod *recurreretur in caſibus particularibus*, ad omnes in futurum particulares lites conſopiendas, fuit ſub die 9. *Junii* 1725. repropoſita cauſa ſuper quinque caſibus particularibus, ſuper quibus nulla capta reſolutione emanavit reſcriptum; *repropenatur cauſa ſuper approbatione Laudi*.

Ad cuius reſcripti tramites ſubſcripto per Eminentiſſimum D. Lambertinum *in noſtram contumaciam congruo Dubio*, cum fuiſſet repropoſita cauſa ſuper approbatione Laudi ſub die 21. Julii anni elapſi Sacra Congregatio Nobis ſuper Juſtitia non Informantibus in aliquibus partibus Laudum prædictum infirmavit. Conceſſaque nova Audientia, & ſuperſeſſoria per Eminentiſſimum D. Præfectum, ſive R.P.D. Secretarium nunc ad Sacram alteram Congregationem ſumma cum laude incumbentem, & deindè prorogata per EE. PP. cum reproponi cauſa modo contingat, juſtiſſimam, & moderatam ſatis promonemus inſtantiam, *ut recedatur ab ultimo loco deciſis*, & Laudum ſimpliciter approbetur mediante perſiſtentia *in deciſis ſub die* 2. *Octobris* 1721. & ab aſſueta EE. DD. Juſtitia Voti compotes faciendos nos eſſe confidimus.

Inge.

Ingenium enim noſtrum captivare non poſſumus in obſequium prætenſionis Reverendiſſimi Capituli Adverſarii, & admittere, quod poſt S. Congregationis, & aliarum Supremarum Perſonarum authoritatem interpoſitam ad Laudi prolationem; poſt diligentiſſimam diſcuſſionem factam coram Ordinario, & coram Clariſſimo Viro D. Audiaore de Comitibus Aſſeſſore deputato, cujus profundam doctrinam Opera impreſſa demonſtrant; poſt minutam tranſmiſſam ante publicationem, poſt publica Inſtrumenta jurata acceptationis; poſt Synodi de hoc diſponentis celebrationem; poſt Edictorum promulgationem; poſt duas ſolemnes hujus Sac. Congregationis confirmationes; poſt lapſum denique octo annorum, & nono jam à pluribus menſibus recurrente, debeamus iterum in arenam deſcendere ad propugnationem Laudi lati juxta Votum Sperelli nobis inſciis ab Epiſcopo cum participatione Adverſariorum exquiſitum, & juxta cedulam, ſeù notulam minutæ conceptam ipſiſſimis verbis dictatis à Defenſoribus Reverendiſſimi Capituli Piſtorien. contra omnia juris principia, quæ monent pacta eſſe ſervanda, in Judiciis quaſi contrahi,
134 & quod ſemel placuit ampliùs diſplicere non poſſe, ut ſunt regulæ notiſſimæ, de quibus promiſcuè tradunt *Belett. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de favore cleric. reali §. 1. n. 8.*, *Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 6. n. 171. Novar. in prax. elect.*, *& variar. for. quæſt. 20. n. 8. ſect. 2. pag. mihi 183. Sard. dec. 295. num. 5.*, *& dec. 260. n. 12. Rot. dec. 258. num. 3. cor. Emer. jun. & dec. 316. num. 13.*, *& ſeq. par. 19. Rec.*

Quibus omnibus non habens Pars adverſa quid reſpondeat, unicam reponit Defenſionem in reſcripto Sac. Congregationis ſub dicta die 9. Junii 1725. quod ſcilicet reponeretur cauſa ſuper approbatione Laudi.

Verum quando prodiit dictum reſcriptum non juſtificabantur tot ſolemnes actus Reverendiſſimi Capituli Piſtorienſis Laudum comprobantes, nec fuit illius juſtitia poſita in controverſiam, ſed ſemper præſuppoſita, eaque firma remanente diſceptatum fuit ſuper caſibus particularibus ſub eodem Laudo cadentibus, cum de cætero perſuaſum nobis ſit, quod ſi potuiſſemus divinare, quod Pars adverſa voluiſſet à Pactis reſilire, & hæc omnia attuliſſemus, Sac. Congregatio utique non reſcripſiſſet, quod prædicta litium terminatio tanto labore, & impendio ad effectum deducta momento temporis ex integro inſtauraretur. Ideoque non officit nec dictum reſcriptum, nec ſubſequens Dubii ſubſcriptio facta in noſtram contumaciam: *An ſit ſtandum, vel recedendum à Deciſis ſub die 2. Octobris 1721. ſuper approbatione Laudi*: quia ſub dicto Dubio recta, & congrua cadere poterat reſponſio affirmativa, eo quòd Laudum fuit utrinque approbatum abſque alia indagine Juſtitiæ: *ne in infinitum cauſæ retrahentur, & ſopita jam negocia per hujuſmodi viam iterum apperientur*: ſunt verba Imperatoris *in L. fin. C. de fide inſtrumentor. in fin.* cui conſonat *Text. in cap. cum inter de re judic.* quem in præciſiſſimis terminis reſolutionis acceptæ Sacræ Congreg. Concilii refert, & ſequitur *Rot. in Hiſpalen Viſitationis 30. Aprilis 1700. §. Præbuit cor. bo. me. Molines*.

Sed quoniam Reverendiſſimi Canonici Piſtorienſes nos cogunt, ut iterum iterumque defatigemus Eminentiſſimos Patres ſuper cognitione meritorum ejuſdem Laudi, cujus juſtitia ante. & poſt publicationem fuit terque, quaterque diſcuſſa in hac eadem Sacra Congregatione, ideò ne videamur bonitati cauſæ diffidere aggrediendo ejuſdem inſpectionem, concordamus cum Dominis Adverſariis in eo, quod Laudum continet tria capita, ut diligenter de more examinarunt DD. ex adverſo in Facto, & in Jure ſcribentes prætermiſſo contrario *Reſtrictu* §. 8. 9. 10. Primum ſcilicèt caput in totum nobis contrarium aſſerens Diœceſim Piſtorienſem ſe extendere uſque ad Flumen Biſentii, & uſque ad muros Civitatis Praten. verſus dictum Flumen, & tertium totum nobis favorabile continens duas Partes, nempè quod ultrà Flumen Biſentii Diœceſis eſt Epiſcopi Praten., & quod idem Epiſcopus Praten. habet intentionem fundatam quoad Oratorium S. Rochi, & beneficium S. Hieronymi, quæ ſunt collocata extrà muros Civitatis Praten. citrà dictum Flumen Biſentii. Quod attinet ad iſta duo capita Sacra Congregatio nihil innovavit; Nam quoad primum nobis contrarium, pacta conventa ſervantes, nullam fecimus defenſionem; & quoad tertium nobis favorabile quamvis Pars adverſa admodum contraniteretur, attamèn adeò clarum viſum eſt pro nobis Jus effulgere, ut etiam nobis noſtra Jura non deducentibus EE. PP. crediderint Laudum eſſe confirmandum.

Tota igitur controverſia reducitur ad ſecundum caput ejuſdem Laudi, in quo dictum fuit: *Populum, & loca extra muros Civitatis Prati degen. & exiſtentia intrà fines Parochiarum Cathedralis Prati, Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Marci intra Pratum, poſitarum, quamvis in Diœceſi Piſtorien., nihilominus quo ad curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectaſſe, & pertinuiſſe ſpectare & pertinere ad ſuos reſpectivè Parochos. Ipſumque Populum earundem Parochiarum, quoad ipſam curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem tantùm conſecutivè ad Parochos ſubeſſe Epiſcopo Praten., & Parochos in cura Animarum, & Sacramentorum adminiſtratione delinquentes etiam, quoad ipſum Populum ab Epiſcopo Praten. puniri, & corrigi debere*: quod Laudi caput prævio receſſu a deciſis confirmandum eſſe certo confidimus.

Agitur ſi quidem de Laudo edito vigore compromiſſi à Partibus acceptato, et effectu roborato, pro cujus juſtitia ſemper præſumi-
135 tur, donec per exactas demonſtrationes contrarium appareat ad tradita per *Aldovin. conſ. 57. num. 8. cum ſeq.*, *Roman. conſ. 24. num. 18. Palm. conſ. 17. num. 2. Eugen. Jun. conſ. 239. num. 38. cum ſeq.*, *Rot. coram Puteo dec. 112. lib. 3.*, *& coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 242. num. 35.*, *& coram Emerix Jun. deciſ. 1328. num. 1.*, Imò non ſufficit qualibet injuſtitia, ſed præciſè requiritur læſio enormiſſima ultra di-
136 midiam habito etiam reſpectu ad dubium litis eventum. *Decian. in l. cum te ſub num. 1. Cod. de tranſact.*, *& conſ. 419. num. 17. Corn. conſ. 166. num. 5. lib. 1.*, *Caren. reſolut. 103. num. 21.*, *& reſolut. 204. num. 5. Urceol. de tranſact. quæſt. 3. num. 12. Rota coram Merlin. deciſ. 92. num. 8. & coram ſan. mem. Alexandr. VIII. deciſ. 25. num. 23.* cum aliis apud *Emerix Jun. deciſ.*

deciſ. 1328. *num.* 2. Laudum enim à partibus ac-
137 ceptatum, & amnlogatum dicitur, eſt potiùs tranſactio, quàm laudum, ut ait *Bald. conſ.* 425. *num.* 2. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 61. *num.* 12. *lib.* 1., *Rota coram Merlin. deciſ.* 799. *num.* 13., *& poſt Urceol. de tranſact. deciſ.* 4. *num.* 1. *&* 2.

Talem autem injuſtitiam cum enormiſſima læſione conjunctam non probent DD. ex adverſo Scribentes; qui non audientes impugnare, quod in materia favorabili, vel indifferenti veniant ſuburbia, toti fuerunt in demonſtrando, quod hæc ſuburbana Pars Parochiarum ſitarum intra Civitatem non fuerit Curiæ Pratenſi aſſignata in ejus erectione in Cathedralem, quia in dict. erectione agebatur de diſmembratione; ſubſumendo, quod diſmembratio eſt odioſa, atque hinc inferendo non poſſe comprehendi ſuburbia, quæ in odioſis non veniunt nomine Oppidi. Nos autem tria præſtituros pollicemur, primum ſcilicet quod etiamſi eſſemus in materia odioſa adhuc in noſtro caſu veniunt ſuburbia; Alterum quod non ſumus in materia odioſa diſmembrationis; Tertium denique quod etiamſi Territorium Pratenſe non porrigeretur ad ſuburbia, ſed reſtringeretur ad muros Civitatis, adhuc actus Parochiales, de quibus eſt quæſtio ſpectarent Pratenſi Curiæ, quæ omnia cum præſtiterimus, objecta refellemus, mentemque Sacræ Congregationis examinabimus, & noſtrum jus poſituros nos eſſe in claris pro certo ſperamus.

Et quod ad primum attinet, animadvertendum eſt, *quod mens una cum verbis legis poſſint, id ſolum ejus mentem poſſe, & propterea nihil refert etiamſi materia POENALIS, VEL*
138 *ODIOSA SIT, cum non per extenſionem, ſed per expreſſionem caſus cenſeatur explicatus. Tunc autem mens dicetur certa, cum vel in lege exprimitur, vel unica tantum ratione colligitur*: quemadmodum per verba prælineata loquitur *Alciat. in l. nominis* 6. *ff. de verbor. ſignific.* mens autem, & intentio Pontificis qualis fuerit, rotundis verbis legitur in Bulla erectionis, de qua *in Summario noſtro præſenti num.* 3. ibi: *Ad extinguendas lites inter nonnullos, qui fuerunt Epiſcopus Piſtorien., & Præpoſitus Praten. Inſignis Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Stephani Oppidi Prati, jampridem ſuper exercitio Juriſdictionis in dicto Oppido motas, & adhuc pendentes, &c. Nos qui pacem, & tranquillitatem præſertim inter Eccleſiaſticas perſonas vigere deſideramus &c. ad litium hujuſmodi Extinctionem, &c.* Et proinde cum de tempore Bullæ certum eſſet, ſaltem Jus Parochiale in dd. ſuburbiis ſpectare ad Eccleſiam Pratenſem, de quo nunquam dubitatum fuit, credendum eſt Pontificem voluiſſe omne Jus, & omnem Juriſdictionem etiam ſuper dictis Parochiis in tota ſua extenſione aſſignare Epiſcopo Praten., ne Parochi, ſignantèr Cathedralis debuiſſent partim ſubeſſe Epiſcopo Praten., & partim Epiſcopo Piſtorien., & ſic in eaſdem perſonas remanente permixto Juriſdictionis uſu, nova jurgia orirentur neve effectus indè contrarius oriretur fini, & cauſæ à Papa potiſſimum contemplatæ, quo nihil abſurdiùs,
139 ut per verba prædicta concludit *Bat. poſt Proſper. de Territ. ſeparat. poſt deceſ. diſcurſ. penult. num.* 12. Et mirificè inſerviunt exempla adducta per Dominos ex adverſo Scribentes in ſuo *Reſtrictu* §. 26. *&* 27., ubi ex eo quod Parochi duobus Epiſcopis ſubjecti ſunt ratione ſituationis in duabus diverſis Diœceſibus continuas lites habent, & attenta committunt, & laqueis cenſurarum innodantur; & nihil curant ſuarum Animarum, & Ovium ſubjectarum damnum, ut lites foveant. Quæ intentio comprehendi ſuburbia propter litium extinctionem clarè emergit ponderando, quod lites vigebant non intra dictum Oppidum, ſed principaliter in ſuburbiis, & Villis, in quibus omnibus cum Eminentiſſimus Præpoſitus ſuam conſervaret juriſdictionem à finitimo Epiſcopo Piſtorienſi inquietabatur, ut clarius apparebit ex inferiùs recenſendis. Igitur ſi Pontifex relictis Villis favore Piſtorienſium, voluit aſſignare Cathedrali recentèr erectæ illud ipſum Oppidum Prati, in quo lites adeſſent etiam ad ſenſum Partis in ſuburbiis & Comitatu, proptereà ſaltem per ſpeciem tranſactionis ſuburbia in conceſſione Diœceſis venire debuerunt.

Ultrà intentionem præd. primò, & principalitèr ſpectandam, concurrit etiam forma ipſius conceſſionis, quæ non eſt per ſimplex pactum, rem judicatam, ſeù aliumquemcumque ejuſdem farinæ titulum, ſed per viam gratiæ Summi Pontificis, & proindè etiamſi materia odioſa eſſet, & deberet recipere ſtrictam interpretationem, adhuc nomine Civitatis venire ſuburbia, compertum eſt juxta ea, quæ in terminis conceſſæ Juriſdictionis, ut notat *Menoc. de arbitrar. Judic. lib.* 1. *quæſt.* 99. *n.* 13. ibi: *Si ergo ſuo privilegio beneficium hoc conſerat Princeps alicui, ut ſuo arbitrio poſſit diffinire aliquod cauſarum*
140 *genus in Civitate, poterit, & diffinire, quæ in continentiis Urbis orirentur. Nec illud adverſatur, eſſe quid extraordinarium, atque ità contra Jus commune, & ob id ſtrictè interpretandum, quia hic latam habet interpretationem, cum ſit beneficio Principis tributum; Qualitas enim conceſſionis EX PERSONA CONCEDENTIS efficit, ut illa diſpoſitio, quæ alioquin ſtrictam reciperet interpretationem, largam tunc admittat; ſic videmus legatum, quod ſtrictam interpretationem habet, attamèn ſi fiat à conſanguineis, & affinibus largè illud interpretatur*: Ex qua doctrina duo ad noſtrum propoſitum præcipuam ſibi promerentur animadverſionem. Primum ſcilicèt quod omnes Civitates Principis ſunt ſubjectæ alicui Judici, vel magiſtratui. Et tamen ſi Princeps idem concedat, ut quis poſſit in Civitate Jus dicere, & arbitrium interponere, non curatur occaſionale alterius præjudicium, receptumque eſt venire ſuburbia. Secundum, quod in legato agitur de præjudicio hæredis à Teſtatore prædilecti, & nihilominus non attenditur ad hoc ut legatorio pinguius ſatisfiat. Undè profluit in legitimam conſequentiam, quod licèt Curia Piſtorienſis de tempore erectionis noſtræ Eccleſiæ in Cathedralem fuiſſet aliquantulum læſa (quod inferiùs falſum eſſe demonſtrabimus) hoc non obſtante cum ſimus in terminis gratiæ Summi Pontificis, debet fieri illa interpretatio comprehenſiva, quam ratione perſonæ concedentis in terminis Juriſdictionis ſupradictus Auctor non officiente odioſitate dixit eſſe faciendam.

Deſcendendo in præſens ad examen verborum in eadem Bulla contentorum, illud generaliter

rialiter eſt prænotandum nomios; ſcilicèt, Oppidi venire etiam Suburbia in quavis odioſa quæſtione, quando non fuit actum de materia cæmentitia, ſed de formalitate ejuſdem Oppidi. Quapropter ſicuti damnata Civitate ad aratrum, & ad ſalis conſperſionem nequid in ea
141 naſcatur; cum agatur de ſimplici loco, ac de materia lateritia, & ſilicea ejuſdem Civitatis non veniunt regulariter Suburbia, io quibus terminis loquuntur auctoritates ex adverſo allegatæ, & ſignanter *Gratian. cap. 217.* Ita è converſo quando de formali Oppido, ſeù Civitate tanquam continente ſub ſe homines, vel Univerſitatem actum fuit, in tali hypotheſi etiam Suburbia per quamlibet ſtrictiſſimam ſanctionem non excludi certiſſimum eſt, & idcirco ſuppoſita Civitate Eccleſiaſtico Interdicto, quia
142 non agitur de cæmentis, ſed de ipſis habitatoribus, etiam ſuburbanos eidem ſubjacere decrevit *Text. in cap. ſi Civitas 17. de ſententia excommunicationis in 6.*; ubi Civitate, vel Villa ſuppoſita Eccleſiaſtico Interdicto, quia non de muris, ſed potiùs de hominibus actum fuit, ne iſti egrediendo Civitatem ad Suburbia convenient, & aludant pœnam, ideò unicum corpus Civitas cum Suburbiis ad hujuſmodi effectum reputantur.

His præmiſſis valde eſſet ridiculum prætendere, quod Bulla Innocentiana nomen *Oppidi* ſumpſerit materialiter pro ipſis ædificiis, muris, & ſolum Oppidi, non enim hæc in Cathedralem eriguntur; Sed actum fuit de formalitate ejuſdem Oppidi; quæ ad Statum Cathedralis evehi poterat, ſicuti evecta fuit quapropter mirificè ad hoc facit *Rot. in dec. 429. n. 17. par. 18. recent.* quæ *in contrario reſtrictu allegatur §. 14.* apertè decidens venire Suburbia; *quando non digno-*
143 *ſcitur Civitatem, vel Terram materialiter ſumptam fuiſſe pro ambitu murorum.*

Hanc Deciſionem, quia per DD. ex adverſo Scribentes affertur, & videtur facere ad caſum noſtrum libeat aliquatenùs appendere. Prodiit iſta in Tranen. Juris ſepeliendi; in qua cauſa cum antiquitùs promiſcuum eſſet exercitium Jurium Parochialium inter Eccleſiam S. Mariæ, & alteram Eccleſiam S. Jacobi Terræ Baroli, Epiſcopus inhærendo Decretis S. Concilii Tridentini io *ſeſſ. 26. de reformat. cap. 13. in fin.* utrique Parochiæ certos limites aſſignavit, cum clauſula ſalvis Juribus qualitercunque, & quomodocumque Eccleſiæ Matrici Sanctæ Mariæ competentibus, ut apparet ex *deciſ. 7. part. 18. recent. ante n. 6. & 12.* Evenit caſus obitus cujuſdam advenæ *EXTRA TERRAM*. Eccleſia Sanctæ Mariæ tumulavit ejuſdem Cadaver, quia diviſo exercitio Parochiæ intra terram credebat alteram Eccleſiam S. Jacobi non poſſe hanc diviſionem extendere extra Terram. Quæſitum fuit Rota, utrum Eccleſia prædicta S. Mariæ Majoris Matrix commiſerit attentata, & prima vice reſolutum fuit non adeſſe attentata, quia dicta diviſio facta ab Ordinario anno 1594.: *Nam percurrebat, niſi limites Parochiarum iſtarum intra Terram Baroli Tranen. Diœceſis,* tanquam explicata per verba; *Ducta linea per medium Terræ*, quemadmodum
144 arguit *deciſ. 348. cum 2. par. 18. recent.* Poſtmodum repropoſita cauſa, & re meliùs conſiderata in *d. deciſ. 429. d. par. 19. recent.* allegata in contrario *reſtrictu d. §. 14.* deciſum fuit Eccleſiam S. Mariæ commiſiſſe attentata ex rationibus latè deductis *n. 12. & ſeqq.* ibi: *Neque dubitatum fuit Eccleſiam S. Mariæ contra Juris, & Superioris auctoritatem egiſſe ſepeliendo Cadaver illius advenæ, qui defunctus eſt EXTRA mœnia Terræ Baroli, &c. quia, niſi diviſio extenderetur EXTRA mœnia Terræ Baroli, non eſſet evitata confuſio &c. Quia in ſimilibus diviſionibus pro tollendis diſſidiis, atque ſcandalis evitandis, videbatur Dominis, diviſa Terra diviſum quoque fuiſſe Territorium, &c., Cum hoc caſu NON LOCUS SED PERSONÆ conſiderentur, adeo ut Civium appellatione nati in ſuburbiis, vel vicis, & agris adjacentibus comprehendantur. Ex his autem cum dubitari nequeat, quin diviſio inter iſtas Parochiales comprehendat tàm decedentes intra, quàm EXTRA mœnia Terræ, conſequens eſt, ut actus fuerit attentatus.*

Magis verò magiſque ponitur in aperto voluntas Pontificia diſcutiendo ſingillatim verba Bullæ Innocentianæ, ex quorum unoquoque elucet clara mens comprehendi Suburbia. Innocentius enim non contentus appellativo nomine Oppidi, adjecit etiam nomen proprium *Prati*, ut io dicta Bulla ibi: *S. Stephani Oppidi Prati: Nos igitur Oppidum Prati: ipſum Oppidum Prati*: Quod nomen proprium tantæ eſt efficaciæ, ut licet ſub nomine appellativo Oppidi, vel Caſtri, vel Civitatis, vel Urbis alias
145 foret ſignificatio reſtringenda ad muros, attamen efficiat, ut de ſui natura Suburbia etiam contineantur quamvis eſſemus io materia odioſa, & quamvis etiam de Civitate, vel Oppido materiali actum fuerit ad Textum expreſſum *in l. Urbis 2. ff. de verb. ſignificat. Urbis appellatio Muris; Romæ autem continentibus ædificiis finitur: & in l. Alphenus 87. ff. eod.* ibi: *Roma eſt etiam, qua ædificia continentia eſſent. Nam Romam non muro tenùs exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cum intelligeremus Romam nos ire etiamſi EXTRA URBEM habitaremus: ibique gloſ. litt. L. verba extra muros*: atque hanc materiam explicando in ſubjecta materia juriſdictionis perbelle tradit *Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 2. q. 99. n. 13. Si Statutum utrunque nomen, proprium ſcilicet, & appellativum conjungat hoc modo; Judex ſuo arbitrio puniat delictum homicidii commiſſi in Civitate Patavii: nam & arbitrium hoc extenditur ad commiſſa in continentibus; quoniam magis hoc caſu attenditur ſignificatio proveniens ex nomine proprio quam ex appellativo*: Ex quibus verbis ſatis apertè depromitur, quod abſque ullo ſubaudito intellectu ex ſui propria natura nomen proprium comprehendit Suburbia, & nihil refert, an agatur de materia odioſa, & pœnali, ut benè docet *Alciat. in l. ædificia 129. per tot.* quæ lex ita ait: *ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt*: Hanc legem *Alciat.* exemplificat in hiſtoria Romana ex qua habetur, quod fuit olim per Populum Romanum impoſita Collecta, ut qui Domos Romæ poſſidebant quatuor obulos in ſingulas tegulas ſolverent: potuitque dubitari, quæ intelligerentur ædifi-
146 cia Romæ eſſe, & in *d. l.* deciditur ædificia Romæ eſſe etiam quæ in Suburbiis fiunt. Idem-

bis à Græco depromptis, & tamen à Græcæ lin-
guæ ſignificatione ad Latinam rectè, & crebro
151 argumentari J.C. diſertè docet *Alceat.de ver-
bor.ſignificat.lib.2.poſt n.30.circa med.*

Verùm enim vero diligentiùs perluſtrato te-
nore ipſius bullæ diſertioribus apparet verbia
Parochias ipſas in tota ſui extenſione ſuiſſa
Epiſcopo Praten. relictas. Nam Parochia Ec-
cleſiæ S. Stephani, quæ Insignis Collegiatæ
honore, & Præpoſitis Cardinalitia, Regiaque
dignitate inſignitis fulgebat, ad ſtatum Ca-
thedralis evehitur ibi: *Ipſamque Eccleſiam S.
Stephani in Cathedralem Eccleſiam erigimus, &
inſtituimus*: Hanc igitur Parochiam Eccleſiæ
S. Stephani in Cathedralem integrè, & perfe-
ctè erectam, & in tota ſui extenſione Epiſco-
po Praten. aſſignatam, quis neget modo ad
eumdem Epiſcopum pertinere, ubi alibet ſita
ſit, intus, an extra muros? Non dimidiatam
enim, non diſciſſam Parochiam Collegiatam
ad Cathedralis honorem evexit Pontifex, ſed
quanta erat, totam nobiliori titulo decoravit,
& ſubjecit Pratenſi Epiſcopo, Eccleſiæ enim &
cujuſcumque rei appellatione non pars, ſed
153 tota res juxta naturalem, & propriam ſigni-
ficationem continetur *ad Textum in l. ſi quis
cum totam in princip.ff.de except.rei Jud.in l.rem
ibique gloſſ.verſic.totam ff.de vendicat l. ſi deſen-
ſor §.Qui nunciat. n.1.& 2.ff.de nov. operis nun-
ciat.Ruin.conſ.110.n.1. lib. 5. Rolond. conſ. 62.
n.15.cum ſeq.lib.3.Ciorlin. controv,7.n.6a Rot.
in Romana Dotis & Lucri 7.Junii 1700.§.Præ-
ciſiùs in fin.coram bo.me.Anſaldo & in Romona
2a.Februor. 1726. §.Dedit autem coram R.P.D,
de Gomacbes.*

Tranſeuntibus in evidentiam noſtris argu-
mentis, eo quod ſummus Pontifex tum in parte
proemiali, tum in parte diſpoſitiva mentionem
expreſſam habuit ejuſdem Curæ Animarum,
eamque aſſignavit Epiſcopo Praten. ibi: *Ipſam-
que Eccleſiam, in qua Animarum Cura per Preſ-
byterum à Capitulo deputatum exerceri ſoleta
eſt, &c. in Cathedralem erigimus*: & meliùs in-
frà: *Onera eis incumbentia CURAMQUE
ANIMARUM IPSIUS ECCLESIÆ PRA-
TEN. deinceps pro Presbyteris, idoneum à
CAPITULO PRATEN., ut ipſius deputa-
tum ſubire, & ſupportare teneantur &c. Ipſam-
que Eccleſiam Praten. invicem æquè principa-
liter perpetuo unimus*: *Summario d. n. 3.* Igi-
tur ſi expreſſe dicitur in Bulla Pontificia Ec-
cleſiam S. Stephani habere animarum Curam,
Cura autem iſta relinquitur Canonicis Eccle-
154 ſiæ, & Eccleſia ipſa erigitur in Cathedralem
Praten. unitam Principaliter Eccleſiæ Piſto-
rienſi, non videtur ſubeſſe locus dubitandi,
quod tota Cura ipſa ſubjiciatur Juriſdictioni
Eccleſiæ Pratenſi ejuſdem Epiſcopi, qui ex d.
aſſignatione indefinita Parochialis recepit in
conſequentiam Jus quoque conferendi, inſti-
tuendi, deſtituendi una cum qualitate Terri-
toriali in tota Cura, *diſcurſ.penult. poſt Proſper.
de Territ.ſeparat.n.21.uſque ad fin.*

Hæc, quæ procedunt quoad Cathedralem
ſe extra muros protendentem, procedunt pa-
riter quoad alias duas Eccleſias, nempè S.Mar-
ci, & SS. Trinitatis habentes conſimilem ſub-
urbanam extenſionem; Non ſolum quia con-
currit eadem ratio, quæ militat in Parochia
novæ Cathedralis; ridiculum enim eſſet, ut
Cathedralis ſe extenderet, & aliæ duæ Paro-
chiæ cadentes ſub eadem diſpoſitione eſſent re-
ſtrictæ; Sed etiam quia Pontifex erexit in Ca-
thedralem: *Oppidum Prati copioſo incolarum,
& Eccleſiarum ſæcularium, & regularium nu-
mero decoratum*: Cumque ex his duabus Ec-
cleſiis ſit una ſæcularia, Regularis altera, iſtæ
in tota ſua extenſione non diſcerptæ, nec la-
ceratæ, ut vellet facere Pars Adverſa, ſed cum
omnibus ſuis partibus enumerantur ad conſti-
tuendam novam Cathedralem, & idcircò re-
currunt omnia deducta, in duobus §§. *anteced.*

Ultra deſignationem Eccleſiarum deſtinata-
rum pro nova Cathedrali, addita fuerunt alia
verba: *Vaſſallos pro Vaſſallis*: quæ ſupponunt
Collegiatam Praten. habuiſſe alios ſubditos
præter homines, habitatores, & incolas jam
populo aſſignatos: aliàs dd. verba remanerent
155 ſuperflua, & otioſa, quod non eſſe admit-
tendum etiam in materia odioſa tradit *Bar-
boſ. axiom.222.n.11.& ſeqq.Altograd. conſ. 12.
n.14 lib.2.Covaler. deciſ.147.n.5.* & in terminis
Juriſdictionis conceſſæ Prælato Inferiori con-
tra Epiſcopum *per Text.in cap.ſi à Papa de pri-
vileg.in 6.*firmat *Rot.in Nullius, ſeù Fulden.
Juriſdictionis 1.Junij 1708. §. Pariterque ver-
ſic. quæ ſonè ſuperfluitas in privilegiis Apoſto-
licis non admittitur*: Vaſſallum verò dici, qui
156 ſubeſt non ſolum ratione Feudi, ſed etiam
ratione Juriſdictionis docet *Pax Jord.elucubra.
tom.3.lib.14.tit.18.n.244.* Et magis in ſpecie,
quod ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum
157 Clerici dicantur Vaſſalli tradit *Zaſ. de Feud.
par.1.poſt n 4 verb.Epiſcopos, & Prælatos.*

Conceſſiones autem, & declarationes
prædictæ factæ fuerunt à Summo Pontifice per
verbum: Concedimus, & aſſignamus, quod aſſi-
gnandi verbum, quando legitur in diſpoſitione
Papæ præſertim in materia beneficiali importat
158 Juris, & dominii translationem cum totalitate
conjunctam, *Innoc. in cap.pro illorum num. 1.
præbend.* ibi: *per ſimile verbum* aſſignet *Papa
totale transfert Dominium, Dec.conſ.640. n.6.* &
in noſtris terminis *d.diſcurſ.penultim.poſt Proſp.
de Territ.ſeparat.n.15.*

Mirificè coadjuvantur noſtræ aſſertiones ex
contemplatione Perſonarum, ad quas verba
diriguntur, non enim in Bulla Innocentiana
agebatur de concedendis Parochiis prædictis
alicui ſimplici Presbitero aut Curato, vel
etiam Prælato inferiori, ſed de aſſignatione fa-
cta Epiſcopo Pratenſi, qui erat capax exer-
cendi totum Jus Epiſcopale, quo caſu remota
159 qualibet difficultatis umbra, tranſit abſque con-
tradictore & cenſeri debet translatam in Epi-
ſcopum acquirentem omnia Jura Epiſcopalia ex
magiſtrali doctina Innocentii, *in c. In Lateran.
ſub n.4.de præbend.* ibi: *Sed ſi alii Epiſcopo do-
naret, tunc cum recipiens Epiſcopus Ju-
ra Epiſcopalia exercere poſſit, intelligimus
etiam illa tranſiſſe: nec ulterius prædicta alius
Epiſcopus poterit exercere*: & latiùs in *cap. Pa-
ſtoralis n.6.& 7. de donat.* ubi quod ſi Papa exi-
mit Eccleſiam à poteſtate unius Epiſcopi, & al-
teri, concedit habenti parem Eccleſiaſticam di-
gnitatem, omnia jura in ipſum translata cen-
ſentur, quam doctrinam communitèr ſequun-
tur omnes repetentes *in d.cap. Paſtoralis*, & ſi-

V 2 gnan-

gnanter *Hoſtienſ. ibid. n. 6. Ancharan. in eod. cap. n. 17. & in cap. de Monach. num. 19. & 20. de præbend. Imol. in d. cap. Paſtoralis n. 24. & in d. cap. de Monach. n. 10. verſ. tunc dicit, & in d. cap. Paſtoralis n. 7. verſ. ſecus ſi ſubeſſet Epiſcopo, Soccin. in cap. recepimus n. 7. de privileg.*

Probant hæc omnia fuiſſe nobis conceſſam totam ſuburbiorum extenſionem, quoad uſque ſe porrigunt tres Interiores Parochiæ, nec fuiſſe factam reſtrictionem ad muros. At meliùs hanc reſtrictionis negativam comprobavit Factum ipſius S. Congregationis, quæ non reformavit, ſed approbavit Laudum in ea parte, in qua excludit à Diœceſi Piſtorienſi, & nos ab impetitis per Capitulum Piſtorienſe abſolvit in Toto Territorio extra muros ultra flumen Biſentii, & in altera parte, in qua nobis conceſſit Juriſdictionem in duobus Oratoriis S. Hieronymi, ſcilicèt, nuncupati extra muros, & S. Rochi, quorum utrumque eſt citra flumen, & in Territorio ſuburbiorum per Partem adverſam male prætenſo tanquam de aſſ. ſua antiqua Diœceſi. Admiſſo igitur quod etiam Sacr. Congregat. Nobis aliquantulum dederit extra, nullum motivum ſuadet, ut non debeat concedi totum ſuburbium. Ratio enim nobis illud denegandi non aliunde per Partem Adverſam deſumitur, quam ex reſtrictione ad muros; ſi ergo hæc ratio reſtrictionis ad muros fuit comperta minus habens in Sacr. Congregat., quæ conceſſit aliquid extra muros, cur modo fieri debet tam horrendum confuſionis chaos, ut Parochiarum Pars, quæ eſt intra Civitatem noſtræ Curiæ ſubjecta ſit, itidemque altera Pars, quæ ſita reperitur in ſuburbiis ultra flumen, atque inſuper Oratoria eorumdem ſuburbiorum citra flumen; E converſo altera pars Parochiarum, quæ ſita eſt in eodem loco citra dictum flumen, & quæ in ſuo centro habet Oratoria prædicta nobis per Sacr. Congregat. conceſſa, debeat adjudicari Curiæ Piſtorienſi abſque eo quod ulla concurrat major ratio. Et quia hoc majores pareret controverſias, ut agnovit ipſamet Sacr. Congregatio, debeat propterea deveniri ad ablationem certi Juris noſtri cum diſmembratione Parochiarum, inauditis, & non citatis ipſis Parochis, de quorum præjudicio agitur, contra mentem Innocentii X. qui talem diſmembrationem noluit facere, ſed totas & integras Parochias voluit nobis relinquere; & cum maxima odioſitate, qualem præ ſe fert diſmembratio, ut probant ipſæmet auctoritates in contrario Reſtrictu laudatæ §. 13. *Agitur enim.*

Nec dicatur quod ideò conceſſa nobis fuit pars ultra flumen, quia eſt in Diœceſi Florentina, ideòque in hac parte vincat Capitulum Principale per non jus actoris. Nam hæc ratio non militat in Oratoriis S. Hieronymi, & S. Rochi, quæ ſunt citra flumen; & ulteriùs ex petitione conſtanter facta per DD. Adverſarios Territorii ultra flumen reſultat evidens animus in Reverendiſſimo Capitulo potentiori Adverſario vexandi Canonicos Pratenſes Principales, dùm tam coram Judice Compromiſſario, quam coram Sacra Congregatione petiit etiam id, quod abſque ulla controverſia ab ipſum non ſpectabat. Super hoc eſt dtoique præcipua dignum animadverſione; quod ſi Sacra hæc Congregatio agnoviſſet literam claram Pontificiæ diſpoſitionis reſtringentis Juriſdictionem ad muros, utique nec ipſa conceſſiſſet Oratoria citra flumen, nec Reverendiſs. Archiepiſcopus Florentinus permiſiſſet ultra flumen, ut Pratenſes Juriſdictionem explica-
160 rent, aliàs tot Archiepiſcopos, quorum complures Purpura fuerunt decorati, debuiſſent canonizari ſocordes, & Diœceſis propriæ finium ignari, à quo Juris præſumptio maxime abhorret *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. Eccleſ. diſcurſ. 7. num. 16. Rot. deciſ. 30. num. 11. par. 6. recent. & coram Bich. deciſ. 280. num. 30. deciſ. 281. num. 9. & deciſ 374. n. 7. & 8. & coram Anſald. deciſ. 98. n. 19.*

Quibus ita conſtabilitis non obſtat primum objectum, quod Pratum nominetur *Oppidum mœnibus cinctum*, ideoq; ad Suburbia nequeat porrigi ejuſdem denominatio,

Multiplex enim futili huic objecto ſtatim occurrit reſponſio. Quoniam in primis dicta enunciativa Pontificis non fuit facta reſtrictive ad denotandam Juriſdictionem, ſed potiùs demonſtrativè ad decorandam civitatem inter plura enim ornamenta, quæ ipſam decorabant, dictum fuit: *Oppidum hujuſmodi, mœnibus cinctum, plurium ædificiorum ornatu ſpectabile, copioſo Incolarum, & Eccleſiarum Secularium, & Regularium numero decoratum, in loco amœno ſitum, ſalubri aere afflatum, ac omni rerum, quæ ad vitæ ſubſtentationem neceſſaria ſunt, affluens; celeberrimorum virorum præſtantia ſplendidum, ex qua complures Equites, Duces, Priores, Abbates, Generales, nec non Epiſcopi, Archiepiſcopi, atque nonnulli Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales prodiere*: denique eadem Bulla proſequitur alia decora enumerans, *Curam Animarum* pluries enunciens, erigenſque eam in Cathedralem, demumque aſſignans Civitatem, & Diœceſim prænarratum *Prati Oppidum*; adeout dicta enunciatio mœnium diſtet ab aſſignatione, quantum Ortus ab Occidente: & propterea ſi debent attendi omnia, quæ in hujuſmodi enunciativis fuerunt appoſita, motivum potiùs retorquetur; Nam aſſignavit Pontifex pro Diœceſi totas & integras Eccleſias Prati exiſtentes, nominatim individuando *CURAM ANIMARUM*, ideoque non eſt facienda ea diviſio, quam facere Innocentius recuſavit, ut latiùs attigimus ſupra §. *Verum enim vero n. 153. & ſeqq. pag. 155.*

Reſpondetur ſecundo, quod quando adjectum eſt nomen proprium *Prati*, etiamſi dicatur mœnibus cinctum, adhuc ſuburbia veniunt ſub hujuſmodi appellatione, quod tali pacto demonſtratur. Urbis namque appellatione venire ſolum ambitum murorum Juris Conſulti tradiderunt, quoniam Urbis ab Urbo parte aratri dicitur, quo ſo-
161 lebant in condendis Civitatibus majores uti, ſicque muros definiebant, meritoque Urbis ſolum dicitur, quod muro tenùs ambitur, *Alciat. in Leg. ut Alphenus 87. n. 1., & 2. ff. de verborum ſignificatione*, & tamen licet Urbs in ſuo nomine præſeferat claram reſtrictionem ad muros, certiſſimum

eſt,

eſt, quod dato adjectivo particulari nominis
proprii, non obſtanti tali ſignificatione Ur-
bis ad muros coarctativa, dicuntur expreſ-
ſa ſuburbia, ut probavimus ſupra §. *Magis*
162 *vero*. Oppidum autem in ſuo ſignificatu
nullam præſefert hujuſmodi reſtrictionem,
quia dicitur ab ope, & mutuo auxilio,
quod Cives, Suburbani poſſunt ſibi invi-
cem ferre *Alciat. in Leg. Pupillus* 239. *n.*
1. §. *Oppidum de verborum ſignificatione*,
præcipuè in caſu noſtro, quo Suburbani ſunt
idem corpus cum Civitate *ex Summario
præſenti dicta numer.* 4. Ideòque adjectio il-
la *mœnibus cinctum* nihil aliud facit, quam
exprimere id, quod exprimit unicum nomen
Urbis: Cum Urbs in tali ſignificatu ethy-
mologico nihil aliud ſit, quàm univerſitas
ædificiorum mœnibus cinctum, quod idem
163 eſt ac dicere Oppidum mœnibus cinctum.
Si ergo in Urbe, quando adjectum eſt no-
men proprium, fit comprehenſio Subur-
biorum, idem erit etiam in Oppido mœni-
bus cincto: quia, ut diximus, quoad am-
plitudinem, reſtrictionem, & extenſionem,
quod continetur in ſimplici nomine *Urbis*,
id nomine *Oppidi mœnibus cincti* continetur
Lotter. de rer. beneficior. quæſt. 9. *num.* 53.
ubi pro uno, eodemque accipiendo nomen
164 *Urbis*, ac alterum *Oppidi mœnibus cincti*
pro eo, quod attinet ad materialem ſitua-
tionem dicit, quod: *Oppidum, ſeù Urbs
conſtituitur ex conjunctione ædificiorum mu-
nita mœnibus ſpatiis, & delubris diſtincta:*
Quam veritatem agnovit *Alciat. in Leg. Ur-*
165 *bis* 2. *ff. de verborum ſignificatione*, ex
adverſo allegat. *num.* 1. *in Summaria* ibi:
MOENIBUS CINCTO, CONTINEN-
TIA EX CAUSIS INTELLIGI.

Maximè quia dictio *mœnibus* in ſui pro-
propria ſignificatione non indicat muros Ci-
vitatis, ſed ipſius ædificia, ut late, &
eruditè ſatis obſervat *Gronov. lib.* 1. *cap.* 11.
ubi aſſertionem confirmans ex Trogo Pom-
pejo, Aurelio Victore, & ſexcentis aliis
ait: *Florus de Anco: igitur, & materia
muros amplexus eſt. Salmaſius olim volae-*
166 *rat intermedia: ſed poſtea vidit, MOE-
NIA ESSE QUÆLIBET ÆDIFICIA,
SEU DOMUS, ET IMSULAS URBIS:*
Videtur igitur Pontifex poſtquam hìc de
cunctis ædificiis in genere tàm interiùs,
quàm exteriùs circumdantibus noſtrum Op-
pidum loquutus fuit, ad eorum ornatum
ſubſequenter reſpexiſſe, dum dixit: *ædifi-
ciorum ornatu ſpectabile*, quod clariùs in-
dicat voluiſſe intelligere de Suburbiis cum
167 dicantur ædificia Prati eſſe, quæ in Sub-
urbiis diſperſa ſunt, juxta *Text. in l.* 87. *ff.
de verborum ſignificatione & in l. ædificia*
139. *ff. eodem*, de quo latiùs ſupra *in d.
§. Magis verò.*

Quod ſanè legali innititur rationi, ejuſ-
que principiis, ex quibus habemus, quod
Præfectus Urbis, cum cognoſceret de his,
quæ intrà centeſimum lapidem fuerant per-
petrata, centeſimus hic lapis non à muris
Civitatis, ſed à ſuburbiis incipere debebat,
quia hæc loca tamquam acceſſoria non com-
putabantur ad ambitum centeſimi lapidis con-
ſtituendum, ſed idem ac Urbs, erant, ut ex
pulchra *L. mille paſſus* 154. tradit ibid. *Al-*
168 *ciat. in §. Urbis ff. de verb. ſignific.* ibi:
*Quapropter cum Præfectus Urbis de his, quæ
intra centeſimum lapidem perpetrata ſint, co-
gnoſcat, initur computatio à continentibus.
quod & in dubio ſemper ſervandum*: & con-
ſonat *Text. in l.* 5. *&* 6. *ff. de procurat. &
in l. Collegarum* 183. *ff. de verb. ſignif. & l. Ab-
ſentem* 199. *ff. eod.*

Atque hæc juris diſpoſitio corroboratur in
praxi ex delegationibus Juriſdictionalibus, quæ
à S. Sede fieri ſolent in locis *Nullius Diœceſis*,
demandando Epiſcopis vicinoribus, ut proce-
dant tanquam ejuſdem S. Sedis delegati. Ca-
dente enim quæſtione, quiſnam dicatur Epiſco-
pus vicinior eidem Eccleſiæ *Nullius*, non fit
menſuratio ab extremitate contermini Territo-
rii, (& quod eſt urgentius) nec à loco, ubi
contingat caſus, ſuper cujus cognitione Juriſ-
169 dictio demandatur, ſed ab utraque Eccleſia
matrice, ſeu Cathedrali, nulla habita ratione
extenſionis acceſſorii Territorii, quod eidem
Cathedrali reputatur quodammodò ineſſe, &
unicum corpus cum ea conſtituere, ut fuit de-
ciſum ab hac Sac. Congr. 2. Auguſti 1596. te-
ſte *Barboſ. ad Concil. de reformat. cap.* 9. *ſeſſ.*
24. *num.* 4. ubi aliæ referuntur, *Fagnan. in cap.
nullus de Paroch. n.* 25. *Proſper de Territ. ſepa-
rat. quæſt.* 17. *a.* 24.

At in gratiam Partis admiſſo, quod hoc Op-
pidum mœnibus cinctum reſtringeretur ad mu-
ros Civitatis, adhuc non deſtrueretur bonum
Jus Reverendiſſimi Capituli Principalis. Nam
rectam recipit interpretationem, quod quate-
nus eſt mœnibus cinctum erigatur in Civita-
tem etiam reſtrictivè ad eadem mœnia; quate-
nùs autem habet Eccleſias ſe extendentes extra
muros, & ſignanter Cathedralem, cujus Curæ
animarum expreſſam facit mentionem Pontifex,
170 aſſignetur pro Diœceſi; proindè cum Inno-
centius in dd. enunciativis deſcripſerit tale Op-
pidum, quod ad Civitatem, & ad Diœceſim
conſtituendam aptum erat, hinc factum fuit,
ut dixerit ſe aſſignare Oppidum Prati, non
pro *Civitate abſque Diœceſi*, ſed pro *Civitate,
& Diœceſi* per quod loca extra Urbem compre-
hendebantur ex auctoritatibus allegatis *in §.
Validius incaleſcunt num.* 147. *& ſeq.*

Alterum objectum conſiſtebat in renuncia-
tione, quam fecit Capitulum Principale quin-
que Eccleſiis non de Suburbis, ſed de Comita-
tu, auctoritate glor. mem. Ferdinandi II. cu-
jus renunciationis, occaſione fuerunt emiſſæ il-
læ enunciativæ nobis contrariæ, de quibus *in
Summaria contrarii Reſtrictus num.* 2. *&* 3.

Ad quarum omnium everſionem ſufficere
deberet generalis reſponſio, quod licet teſten-
tur: *che il Papa valeva levare tutte le liti con
metterci termini tanto reali, quanto erano le mu-
ra*: attamen non docetur, quod poſtmodum in
litteris Apoſtolicis deſuper expeditis hanc
coarctatiovam reſtrictionem fecerit verbis ta-
xativis, ſed uſus eſt verbis aptis comprehende-
te tàm Civitatem, quàm Suburbia, quibus
proindè litteris Apoſtolicis unicè ſtandum eſt
171 in iis, quæ concernunt ſubſtantiam gratiæ, per
Text. in l. 1. *ibique gloſſ. verb. Si quis Cod. de
mandat. Princip. Paul. de Caſtr. conſ.* 345. *in
princip.*

bant ; de præſervatione autem circa Subur
bia nihil penitus dicitur : Et de cætero ſi
fuiſſent ea poſita in controverſiam nimis fa-
cile erat, quod de iis aliquod verbum di-
xiſſet, vel Sereniſſimus Magnus Dux in
ejus Epiſtola declaratoria, vel DD. Canoni-
ci Piſtorienſes in ejus acceptatione. Dum
ergo è converſo videmus, quod omnes con-
tenti fuerunt, *delle cinque Parochiali, che
ſon fuori*, dumque Epiſcopo, Capitulo Ad-
verſario, & Supremo Principe videntibus,
174 & patientibus continuatum fuit exercitium
Juriſdictionis, ut latiùs videmus inferius,
ex hac interpretativa obſervantia ſublatus
remanet quilibet ſcrupulus difficultatis ex
auctoritatibus inferiùs allegandis num. 192.
& 193.

Agnoſcens Pars Adverſa malum ſe Jus fo-
vere circa Suburbia prædicta, divertit ad
confugium prætendendi, quod nulla adſint
in noſtra Urbe Suburbia, eo quod occaſio-
ne acerrimarum litium inter Guelphos, &
Ghibellinos fuerint deſtructa, licet contine-
rent ſatis conſpicuum numerum tria millia
Domorum.

Sed ultra, quod etiam deſtructis Domibus,
attamen Judicis arbitrio relinquitur Judicandi
175 quænam ſint Suburbia, ex *Gloſſ. in cap. Si Ci-
vitas verb. Continentibus de Sententia Excom-
municationis in ſexto, Menoch. de Arbitr. Ju-
dic. Caſ.* 155. *num.* 12. *Fenzon. ad Statut. Ur-
bis in principio Rubrica num.* 20. *&* 21. *Solon.
Campell. ad Stat. Urb. Decr.* 77. *n.* 21. Additur
etiam, quod nullus huic arbitrio locus eſſe po-
teſt, quando ex Statuto, conſuetudine, vel uſu
loquendi apparet, quæ ſint ſuburbia, & eo-
rum extentio, tunc enim Judex neceſſario ju-
dicare debet ea eſſe continentia, & ſubur-
176 bia, quæ loquendi uſus induxerit, quia
tunc res dicitur clara, *Bald. in cap. Rodul-
phus num.* 8. *de Reſcript. Ancharan. in dicto c.
Si Civitas de Sententia Excommunicationis
in* 6. *Menoch. de Arbitrar. Judic. lib.* 2. *Cen-
tur.* 2. *Caſ.* 155. *num.* 13. ibi : *Si ex conſuetu-
dine, vel Statuto, vel communi uſu loquen-
di apparet, quæ ſint hæc Suburbia, ſtan-
dum eſſe, quia tunc non dubium, ſed cla-
rum hoc eſt, Fenzon. ad Statut. Urbis in
principio tit. Rubrica num.* 21. *Solon. Campell.
ad Statut. Urbis. Decret.* 77. *num.* 22. ibi : *Si
ex conſuetudine, vel ſtatuto, vel communi uſu
loquendi appareat, quæ ſint hæc Suburbia,
illis ſtandum eſſe.*

Conſuetudo autem appellationis Subur-
biorum adeò eſt notoria, ut nulla indigeat
probatione. Quamvis enim Pratenſes occa-
ſione, qua Caſtrntius Tyrannus Lucanus
ſe verteret ad obſidionem Oppidi, deſtru-
xerit ſuos Burgos malentes ſuis deſtructis
Domibus ſub Eccleſiæ Devotione perſiſte-
re, quam integro earum ambitu potientes
Inimicorum Sanctæ Sedis Jugo ſubdi, ut
ipſi de ſe gloriantur in Epiſtola data ad
Joannem XXI., & alias XXII. Summum
Pontificem ſub die ultima Februarii Anno
1328. relegenda *in Summario Num.* 5. At-
tamen Anno 1553., Atque Anno 1555. &
centum quinquaginta Annis retrò, nempe
Anno 1400., appellantur communiter Sub-
urbia : Et non obſtante, quod dicto Anno
1338. fuiſſet facta deſtructio Burgorum,
ſtatuitur in prædictis poſterioribus Annis,
quod hæc Suburbia faciant unum corpus
cum Civitate, & ſint prorſus ſeparata à
Comitatu, ut obſervavimus ſupra §. *Quod
apertiùs*, & apparet ex confrontatione *Sum-
mario præſentis Num.* 4. ; Conſtatque inſu-
per ex *Summario Propoſitionis* 9. *Junii* 1725.
per tot., & præcipuè *Num.* 6. in quo ab An-
no 1621., uſque ad Annum 1721. prolatio-
nis noſtri Laudi gradatim per ſingulos An-
nos legitur eorundem Suburbiorum deno-
minatio.

Satis ex huc uſque deductis, ſuperque pro-
batum credimus in noſtra Facti ſpecie venire
Partem Parochiarum ſe ad Suburbia protenden-
tem etiam ex proprietate Sermonis, & proin-
de non obſtare qualitatem odioſæ materiæ ;
Verum ad magis convincendam Partem Adver-
ſam, quæ in materia favorabili, vel indifferen-
ti admittit eadem Suburbia comprehendi ſub
nomine Oppidi, hinc non abs re erit aliquan-
tulum conſiderare, an verè ſimus in materia
odioſa. Odioſitas autem iſta, ſupponitur adeſ-
177 ſe propter diſmembrationem ; quæ ex hoc
ipſo, quod odioſa in ſuis terminis reputetur,
ut probant authoritates contrarii Reſtrictus
§. 13. *Agitur enim*, debet clarè, & concluden-
ter per Partem Adverſam probari ex deductis
per Dominos ex adverſo Scribentes *in dicto* §.
13. *Agitur enim*.

Hanc verò probationem manifeſtam tantùm
Pars Adverſa à demonſtrando, ut potiùs à
Nobis totum contrarium convincatur. In
Bnlla enim Innocentiana nunquam dicitur
Oppidum Prati eſſe Diœceſis Piſtorienſis,
ſed ipſius abſoluta, & independens mentio
habetur, prout ſolet fieri de Cathedralibus
ſuo ſoli proprio Prælato dumtaxat ſubjectis
abſque ullius Diœceſis commemoratione : Ul-
terius nè verbum quidem diſmembrationis in
tota Bulla apparet, & tamen illud eſt con-
cuſſum in praxi, quod quando Eccleſia eri-
gitur in Cathedralem, ſi eſt ſubjecta alteri
Epiſcopo, tunc nominatur Diœceſis, cui ſub-
jecta eſt, & poſtea ab ea diſmembratur, &
178 tandem erigitur in Cathedralem, novoque
Epiſcopatui aſſignatur, ut apparet *ex Con-
ſtitut.* 151. §. 2. *S. Pii V.* necnon *Conſtitut.*
48. §. *Primo Conſtitut.* 49. §. 2., *& Conſtitut.*
52. §. *Itidem* 2. *Xyſti paritèr ejus nominis V.* ;
Contra verò ſignum univocum Eccleſiam eſ-
ſe *Nullius* reputatur quando in Bullis Pon-
tificiis facta mentio Diœceſis non legatur,
ſed Oppidum ipſum abſque alia diſmembra-
tione fuerit in Civitatem erectum *ex Conſtitut.*
24. *ejuſdem Xyſti V.*

Quod, & clarius eluceſcit ex parte con-
cluſiva noſtræ Bullæ, *Summario præſenti
Numer.* 3. *in fine*, ubi Pontifex Innocentius
ſuæ Conſtitutioni dat nomen Suppreſſionis,
iſtitntionis, erectionis, aſſignationis, & ſex-
centa hujuſmodi alia, *nunquam* verò nomen
illud, quod excogitat Pars adverſa : *Diſ-
membrationis* ; Sciebant enim Doctiſſimi Car-
dinales, & Prælati, qui negotium hoc con-
cluſerunt, quod dicta diſmembratio de Jure
fieri non poterat : Nam vel Oppidum Prati
ſtue;

Digitized by Google

fruebatur pacifice de tempora erectionis Ter-
ritorio ſeparato, ut eſt veriùs ſaltem quoad
ipſum Oppidum, & ſuburbia; Vel ad ſum-
mum hæc qualitas ad ſenſum Partis erat per
ipſam controverſa, ut eruitur ex ipſa Bulla:
Ad extinguendas Lites, & facti fuerunt ipſi-
met Domini Adverſarii, & Dominus Scar-
ſantonus Canonicus Digniſſimus, et Advo-
catus Piſtorienſis, qui ſcribens in Jure, et
in facto pro ſuo Capitulo, propria ſuæ No-
bilitatis ingenuitate confeſſus fuit in elabo-
rato Reſtrictu impreſſo coram Judice Com-
promiſſario, non ſolum intra Suburbia, ſed
etiam in quinque Eccleſiis Comitatus modo
renunciatis à Reverendiſſimo Capitulo Prin-
cipali, fuiſſe Juriſdictionem controverſam,
ut in §. *Et quamvis*, ibi: *Nihilominus Ca-
pitulum Pratenſe paulo poſt erectionem Cathe-
dralis illius Juriſdictionem extendere tentavit
AD QUINQUE ECCLESIAS ANTEA
CONTROVERSAS INTER EPISCO-
PUM PISTORIEN., ET PRÆPOSI-
TUM PRATEN.*; Ex quo deſumitur,
quod non ſolum Oppidum cum continenti-
bus, verùm etiam Comitatus cum quinque
Eccleſiis cadebat ſaltem ſub controverſia;
Ideòque valde abſonum fuiſſet, quod Pon-
tifex per erectionem in Cathedralem voluiſ-
ſet definire cauſam favore Curiæ Piſtorien-
179 ſium, ſi enim diſmembraviſſet, jam tacitè
judicaſſet Territorium ad illud uſque tem-
pus permanſiſſe in Diœceſi Piſtorienſi, et
ſibimet ipſi contradixiſſet, dum ſuperius aſ-
ſerverat fuiſſe controverſias inter Eminentiſſi-
mum Cardinalem Decanum Præpoſitum, &
Epiſcopum Piſtorienſem in dicto Oppido mo-
tas, qua contradictione nihil abſurdius, &
propterea eſſe evitandam in materiis Juriſdi-
ctionalibus, & Bullis Pontificiis tradunt re-
lati per *bon. mem. Severol. in diſcurſ. ultim. poſt
Proſp. de Territor. ſeparat. num.67.*

Si vero, quemadmodum licuit Dominis ex
adverſo Scribentibus, ità nobis liceret dome-
ſticas authoritates in hoc propoſito allegare
quamcumque evitaremus in hoc puncto diffi-
cultatem; Nam remitteremus Eminentiſſimos
Patres, ad *Ughell. Ital. Sacr. in Addit. Tom.
3. Impreſſ. Venet. in Eccleſ. Praten. per tot.*, ubi
non tanquam Advocatus (prout ex adverſo
Doctiſſimus Canonicus Scarſantonus), ſed tan-
quam ſimplex Hiſtoricus, diligens Additiona-
tor refert per extenſum plures Pontificias Con-
ſtitutiones; quæ ad Oculum demonſtrant id,
quod per ipſum aſſeritur, nempe Eccleſiam
Pratenſem Apoſtolicæ Sedi immediate ſubje-
180 ctam extitiſſe, ejuſque Præpoſitos *IN TO-
TO TERRITORIO PARROCCHARIUM
ad eaſdem pertinentium Juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem exercuiſſe*: ſunt verba Authoris;
Cujus ſimplici aſſertioni, ſi non putent ſtan-
dum Eminentiſſ. Patres, ſupplicantur reco-
gnoſcere Conſtitutiones, & Privilegia ibi per
extenſum relata, ex quibus noſtra aſſertio po-
nitur in claris, & quatenus ulteriùs de verita-
te (quod non credimus) dictorum privilegio-
rum Pars Adverſa moveat quæſtionem, pa-
rati ſumus coadjuvare probationes afferendo
exemplaria authentica, quæ per ſe ſola ſuffi-
ciunt ad elidendam idealem ex adverſo confi-
guratam diſmembrationem, qua de medio ſubla-
ta, exulat quælibet odioſitas, & idcirco dicta
odioſitate ceſſante, etiam ex conceſſis per Par-
tem Adverſam veniunt Suburbia.

Iſtam vero quæſtionem Territorialem Sub-
urbiorum ad quandam abundantiam, pro eo
quod reſpicit noſtram quæſtionem, amplexi
ſumus inhærendo veſtigiis DD. ex adverſo
ſcribentium; qui ad improbationem Laudi
ſatis eſſe duxerunt, ſi oſtenderent factam eſſe
in Bulla Erectionis reſtrictionem ad Muros Ci-
vitatis. Modò ulteriùs progrediendo, prætenſ-
ſio noſtra eſt, quod etiam per hypotheſim ad-
miſſa hac reſtrictione ad Muros, quoad Terri-
torium noſtræ Cathedralis, non proindè ſequi-
tur, quod in eodem Territorio nequeat acqui-
ri Jus ad exercendos aliquos Actus particulares.
Valde enim hæc duo inter ſe differunt habere
Territorium, ac in eo Juriſdictionem exercere:
cum certi Juris ſit aliquem poſſe habere in loco
Juriſdictionem ſimplicem, nulli cohærentem
181 Territorio; ideoque tutam non eſſe illatio-
nem à negativa, vel affirmativa Territorii ad
illam Juriſdictionis diſerte tradit *Lotter. de re
Benefic. lib. 1. qu. 23. num. 14., & 15.*, & quod
in Perſona dari poſſit Juriſdictio, vel Paro-
chialitas abſque Territorio monet *De Luca de
Paroch. diſc. 24. num. 3.*

Imò quando non agitur de Territorio,
ſed de aliquibus Actibus particularis Juriſ-
dictionis, ut in caſu noſtro, tanta eſt faci-
litas Juris ad eorundem Actuum particularium
acquiſitionem, ut etiam Prælatus inferior
cenſeatur eos geſſiſſe vice, & nomine Epi-
ſcopi, quemadmodum loquendo in terminis
182 acquiſitionis Juris ſuper auctorizabili In-
ſtitutione Parochorum, cognoſcendi Cau-
ſas quaſcumque etiam Criminales, & ſimi-
lia firmavit *Rota in Fulden. Juriſdictio-
nis 1. Junii 1708. §. In genere coram bon.
mem. Anſaldo impreſſ. poſt Proſper. de Terri-
tor. ſeparat. deciſ. 24. num. 97.*, ubi etiam
de quarta, de Jure inſtituendi, & deſti-
tuendi, ac ejuſmodi Actibus, ibi: *Præſcri-
bi à ſimplici Parocho contra proprium Epi-
ſcopum Quartam Decimarum, oblationem De-
functorum, &c.: Per Abbatem Regularem
Jus Epiſcopale in Plebe Subdita Abbati, &
adjacentibus Cappellis in graviſſimis materiis
concernentibus Inſtitutiones, & deſtitutiones
Plebanam, ſeù Parochorum, & Clericorum,
in Baptiſmis, Pœnitentiis, Sepultura, cum
ſimilibus, &c.; Quod eo faciliùs etiam cir-
ca JUS INSTITUENDI AD REGIMEN
183 CURÆ ANIMARUM, ETSI REGU-
LARITER ILLUD PRIVATIVE SPE-
CTET AD EPISCOPUM.*

Hos autem actus particulares (qui, ut
vidimus, etiam ſine Territorio exerceri poſ-
ſunt) ſemper ſpectaviſſe ad Præpoſitum Pra-
tenſem, & in præſens ad Epiſcopum, com-
pertum eſt, tùm ex Pontificiis Conſtitutio-
nibus, tùm ex reſolutionibus Sacrarum
Congregationum, tùm denique ex incon-
cuſſa obſervantia nunquam interrupta, ex
quibus omnibus eorundem pertinentiam com-
probari firmant, de Privilegiis Pontificum,
*Textus in capit. Auditis 15. dec. 184. præ-
ſcription. cap. Cum perſonæ 7. de privileg.*

in

in 6. Gration. diſceptat. 212. *num.* 12., *Rot. coram Royas deciſ.* 218. *num.* 17., *& dec.* 219. *num.* 53., *& coram Bich. deciſ.* 459. *ex num.*
185 10. de reſolutionibus Sacrarum Congregationum, *Fagna. in capit. Quoniam num.* 72. *& ſeq. de Conſtitut.*, *Pignatell. conſultat. Canonic.* 44. *num.* 27., *& conſultat.* 84. *num.* 19., *& conſult.* 109. *num.* 1. *tom.* 1. *Franceſ. in Paſtoral. regular. part.* 3. *num.*
186 14., & de obſervantia; omnibuſque aliis prædictis latè *Rota in deciſ.* 12. *num.* 1. *& num.* 33. *poſt Proſper. de Territ. ſeparat.*

Et profectò pro eo quod reſpicit Pontificiæ munificentiæ conceſſiones, primum ſe offert privilegium Alexandri III. ſub anno 1172. quo tempore orta controverſia inter Plebanum Eccleſiæ Sancti Juſti poſitæ extra muros Prati in Diœceſi Piſtorienſi, ut apparet ex *Summario præſenti num.* 5., quia dictus Plebanus habebat quandam Cappellam ſitam extra dictos muros in Territorio Parocchiarum Pratenſium modo controverſo, idem Pontifex narrans diſcuſſionem cauſæ factam tàm coram Innocentio II., quam coram Eugenio III. cum conſilio S. R. E. Cardinalium, tandem reſcribens Canonicis, & Præpoſito Pratenſi ſolvit, quod Piſtorienſes: *Vacante prædicta Cappella, Præsbiterum inveniant* VOBISQUE REPRÆSENTENT, *qui ſi idoneus fuerit, inveſtituram Cappellæ*, ET CURAM ANIMARUM DE MANU VESTRA RECIPIAT, ET VOBIS DE SPIRITUALIBUS OBEDIENTIAM PROMITTAT, ET EXHIBEAT; *illis vero de temporalibus debeat ſine contradictione aliqua reſpondere*; *Summario præſenti num.* 6. Enim igitur, Deo adjuvante, poſita in claris, juſtitia diſtinctionis, quam facit Laudum conſentanee ad Votum Spelli, & cedulam Sententiæ datam à DD. Piſtorienſibus. Nam tres Summi Pontifices, cauſa in contradictorio Judicio diſcuſſa, & viſa quadam Sententia S. Actonis de hoc diſponente, juſtiſſime ſtatuunt, & per Apoſtolica ſcripta confirmant, ut ſaltem ea, quæ pertinent ad Curam Animarum, Parochorum inſtitutio-
187 nem, & cætera concernentia ſpiritualitatem à Pratenſi Capitulo exerceantur, quod Apoſtolicum privilegium tanquam clerè, & præcisè diſponens ulteriori non indiget interpretatione, ut in noſtris terminis reſpondit *Rot. in deciſ.* 31. *poſt Proſper de Territ. ſeparat.*

Omiſſa ſuſpectione ſub immediata protectione Sancti Petri, & Sanctæ Sedis, quam de Plebanatu, & Præpoſitura Pratenſi fecit Lucius III., & ampliſſima confirmatione privilegiorum conceſſa per Gregorium IX. quorum Apoſtolicæ litteræ conſpici poſſunt per extenſum relatæ per *Adden. ad d. Ughell. Ital. Sacr. tom.* 3. *Impreſ. Venet. pag.* 335. *litt. D., & ſeq.*; Ponderandum exhibemus alterum Privilegium Innocentii IV. *Summario præſenti num.* 7. ibi: *PERSONAS VESTRAS, ET ECCLESIAM CUM OMNIBUS beneficiis, quæ poſſidetis, aut in futurum poteritis conſequi ſub Sancti Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus*; Et ne unquam dubitari poſſet, an hæc exemptio ſe coſtringeret ad mœnia, ſpecialiter ibi nominantur Eccleſiæ non Suburbiorum dumtaxat, ſed etiam Comitatus Pratenſis (quæ poſt erectionem in Cathedralem à nobis fuerunt renunciatæ) quales ſunt: *Monaſterium Sancti Martini de Coiano, Eccleſiam Sancti Bartholomæi ejuſdem loci, Sanctæ Luciæ, Sancti Petri de Pegline, S. Michaelis de Cerreto, S. Salvatoris de Gberreto, S. Martini de Paperino, S. Mariæ de Ribalda, S. Mariæ Magdalenæ de Monte Ferreto, & S. Michaelis de Trebaldo cum pertinentiis earundem, & redditus, poſſeſſiones, Terras, Domoſque*; Cum igitur Eccleſia, & perſonæ reſidentes in his beneficiis fuerint ſub immediata protectione Sanctæ Sedis receptæ, abſonum eſt prætendere, ut ullus alius poſſit aliquam ſuper ipſis Juriſdictionem exercere eas viſitando, inſtituendo, deſtituendo, corrigendo, & puniendo, ut probant auctoritates mox allegandæ.

At quoniam hujuſmodi privilegia non reformidans Curia Piſtorienſis Pratenſem ad lites excitabat, idcirco opus fuit, ut clarioribus literis ſan. mem. Pius II. totum Plebanatum Pra-
188 tenſem in Sanctæ Sedis Protectione ſuſciperet, a quolibet ſuperioritate cujuſque Perſonæ, & præſertim Epiſcopi Piſtorienſis eximeret, daretque Præpoſito facultatem evocandi quemcumque mallet Catholicum Antiſtitem ad Sacra in ſuo Plebanatu peragenda, inhiberet cuicunque Judici ne Eccleſiaſticos Pratenſes auderet judicare, aut Eccleſiaſticas cenſuras ferre contra ipſos, qui coram S. Sede ejuſdemque Delegatis dumtaxat tenerentur de Juſtitia reſpondere, *Summ. præſenti n.* 8.

Si expendantur ſingula verba hujus Bullæ, meridiana luce clarius emergeret non ſimplicem exemptionem, ſed etiam activã Juriſdictionem fuiſſe à Pio II. nobis conceſſam; Nos tamen hæc aſſerimus ad oſtendendum ſimpliciter, quod in toto Plebanatu quotus quantuſque eſt, & in Cura Animarum per Capitulum Pratenſe, aliaſque Eccleſiaſticas perſonas exercita nequit ullum jus habere Epiſcopus Piſtorienſis, quia: *quoſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti Sententias, & quoſcumque Proceſſus, quoſvis pœnas generales, & ſpeciales in ſe continentes, quas, vel quos in Caſdem, & Succeſſores. necnon Capitulum, Canonicos, perſonas, & beneficiatos hujuſmodi Eccleſiam, vel PLEBEM prædictam, quomodolibet promulgari, vel decerni contigerit irritos* (ſunt verba Pontificis) *decernimus, & inanes nullius roboris, vel momenti*; *Summario præſenti d. nu.* 8.,
189 ex quibus loquendi formulis denotari omnimodam exemptionem, & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem docet *Pignatell. conſult. Canonic.* 8. *num.* 89. *&* 9. *tom.* 7., *Tondut. reſolut. Beneſic. lib.* 1. *capit.* 60. *ſub num.* 3. *verſic. Verùm quia*, *Rot. coram Bich. deciſ.* 359. *num.* 8. *& ſeqq., & dec.* 31. *num.* 5. *poſt Tondut. de penſion., & deciſ.* 12. *num.* 49., *& ſeqq. poſt Proſper. de Territ. ſeparat.*

Conſentaneè ad Privilegia prædicta, ſe offerunt Sacræ Congregationis reſolutiones, inter quas eſt magni facienda reſolutio hujus Sacræ Congregationis in hac eadem cauſa, ut tetigimus ſupra in §. *Probant hæc omnia.* Nam licet primum caput Laudi, in quo reſtringitur in noſtrum Territorium fuerit contra nos approbatum; hoc tamen non obſtante eadem Sacra Congregatio credidit, quod nonnullos actus particulares in Oratoriis ſitis extra muros intra ambitum Urbanatum Paroc-

chiarum liberè exercere poſſemus ad formam
190 Laudi prædicti, & propterea concurrente
eadem ratione, quoad reliquos omnes, debet ad
noſtrum favorem eadem militare diſpoſitio,
*Rot. in Marſicen., ſeù Nullius Juriſdictionis
7. Junii 1700. §. Minus obſtat propoſit. coram
bo.me. Muto.*

Præter hanc, adeſt altera longè amplior re-
ſolutio emanata in Sacrorum Rituum Congre-
gatione, coram qua de anno 1617. orta trian-
gulari controverſia inter Reverendiſſimum
Archiepiſcopum Florentinum, Epiſcopum Pi-
ſtorienſem, & Præpoſitum Pratenſem, reſolu-
tum fuit, quod licet ageretur de Territorio Flo-
rentino, attamen, quia res erat de Sacra Ima-
gine reperta intra fines Parochiæ Præpoſiti *ab
omni Juriſdictione exempti*, oblationes, bene-
dictiones, celebrationes Miſſarum, deputatio-
nes Sacerdotum, curam fabricæ, & ſimilia
ſpiritualitatem concernentia ad eundem Præ-
poſitum ſpectare, ut ex Decreto, *de quo in
præſenti Summario num. 9.*; Ex quibus omni-
bus documentis remanet ſatis abunde compro-
batum, quod non curata extenſione Territorii,
etiamſi per malam hypotheſim reſtrictum fuiſ-
ſet ad muros, adhuc actus particulares ſpiri-
tualitatem concernentes pertinent ad noſtram
Curiam, ad quam indubitanter pertinebant
ante Bullam Innocentianam, quæ dictos actus
Reverendiſſimo Capitulo non abſtulit, neque
hanc ab eo peculiarem Juriſdictionem diſmem-
bravit, nec diſmembraviſſe præſumendum eſt
ex auctoritatibus laudatis in contrario *Reſtri-
cta §. 13. Agitur enim, & ſequen.*

Reſpectu denique obſervantiæ, quoad Ec-
cleſias non ſolum ſuburbiorum, ſed etiam Ter-
ritorii Comitatus nominatas in Bulla Innocen-
tii IV., & poſtmodum à nobis renunciatas,
comprobata remanet ex Proceſſu Originali
communicato Parti adverſæ, cujus reſtrictum
dedimus Eminentiſſimo D. Card. Præf. & R.P.
D. Secretario; Reſpectu Oratoriorum exiſten-
tium in ſuburbiis intra limites Parochiarum
res eſt extra controverſiam, quia nobis jam
fuerunt relicta per Laudum à Sacra Congre-
gatione approbatum; reſpectu Parochiarum
exiſtentium intra muros nunquam dubitatum
fuit, nec dubitari poteſt, quin auctorizabilis in-
191 ſtitutio facta fuerit à Præpoſito, & ſubſequen-
ter ab Epiſcopo Praten. abſque ulla, vel mini-
ma dependentia à Curia Piſtorienſi. De actibus
concernentibus cauſas matrimoniales abunde
doctum fuit in noſtro *Summario Propoſitionis
9. Junii 1715. num. 6.*, ubi de obſervantia
concludentiſſime probata ab Anno 1631. uſque
ad diem facti compromiſſi; De approbatione
Confeſſariorum in Territorio controverſo do-
cumenta dedimus *in Summario ejuſdem Propo-
ſitionis num. 7.* De Collatione Ordinum in eo-
dem Territorio *d. præterito Summario num. 8.
& 9.* de Sacramento Chriſmatis eodem *præte-
rito Summario num. 11.*

Ponitur autem in claris hæc obſervantia a-
ctuum particularium ab eodem Judice Com-
promiſſario in d. Laudo ibi: *ipſum Populum,
quoad Curam Animarum, & Sacramentorum
Adminiſtrationem ſubeſſe Epiſcopo Praten., &
Parochos in Cura Animarum, & Sacramento-
rum Adminiſtratione delinquentes etiam quoad
ipſum populum puniri, & corrigi debere ab Epi-
ſcopo Praten. eorumque inſtitutionem à Præ-
tenſi Epiſcopo reportatam etiam quoad populum
extra muros ſatis eſſe abſque alia appprobatione
Epiſcopi Piſtorien.*, *PROUT HACTENUS
OBSERVATUM FUIT*: *præt. Summ. Partis
num. 8.*

Hanc obſervantiam latius explicat idem Ju-
dex in ſuo motivo tranſmiſſo ad Sacram Con-
gregationem, de quo in *Summario noſtro 9. Ju-
nii 1715. num. 1. litt. B.* ibi: *Denique arbitra-
tus ſui, quod ſupradictis Parochis, &c. Pra-
tenſibus, &c. Et ad eta judicandum motus ſuâ
ſub fundamento Immemorabilis, & incontenſæ
obſervantiæ à Partibus non controverſæ*; iti-
demque in Epiſtola directa Eminentiſſimo Lam-
bertino tunc digniſſimo Secretario: *Sempre ſi è
praticata in tal forma*: *Summario præſenti dicto
num. 1.* & plenè fuit coram eodem Judice com-
promiſſario juſtificatum mediante exhibitione
viſitationum factarum à ſingulis Epiſcopis cum
Canonicis, & Cancellario Pratenſibus in Sub-
burbiis, & deputatione Vicariorum Genera-
lium ſemper cum expreſſione: *pro Civitate, &
Diœceſi*: aliiſque conſimilibus actibus eandem
obſervantiam comprobantibus, de qua depu-
tatione conſtat etiam *ex præſenti Summario
num. 10.*

Teſtatur ulterius de hac obſervantia cl. me.
Card. Sperellus in ſuo Voto *Summario præte-
rit. num. 7. litt. C.*: *Et hoc eo magis confirmatur,
quod praxis, & obſervantia continuè abſque
ulla interruptione obtinuit*: Et proindè aliquam
192 amplius dubietatem cadere non poſſe exiſti-
mamus, cum ex obſervantia tam univocè com-
probata res ponatur extra omnem difficultatem,
*Dec. conſil. 11. num. 9. Garz. de Benefic. p. 3. cap.
2. num. 434. Rot. deciſ. 218. num. 24. & dec. 335.
num. 27. coràm Royas, deciſ. 1167. num. 3. cor.
Emerix jun. deciſ. 32. num. 15. p. 7. deciſ. 259.
num. 2. & 3. par. 12. deciſ. 640. num. 23. par. 19.
recent.* & proptcrea dicta obſervantia non de-
bet immutari ad *Text. in l. ſi de interpretat. ff.
de legibus*, *Rot. deciſ. 184. num. 8 coràm Ludo-
viſ. & deciſ. 966. num. 17. coràm Dunozzett. Jun.
deciſ 325. num. 8. & deciſ. 352. num. 10. coràm
Emerix. jun.*

Talis autem obſervantia eſt admittenda etiam
in caſu, quo eſſet detorquendus verborum in-
193 tellectus contra Jus, *Rot. coràm Buratt. dec.
679. num. 9. in recent. deciſ. 216. num. 3. & de-
ciſ. 580. num. 9. par. 13.* & in terminis eadem
*Rot. in Marſicen., ſeù nullius Juriſdictionis
coràm bon. mem. Muto impreſſ. penes D. And. de
Comitib. deciſ. Florent. 23. §. 3. num. 58.*

Omnia denique perſtringendo, firmiori paci,
utriuſque populi credimus eſſe ſatis conſulen-
dum, ut Parochi, & perſonæ degentes in Sub-
urbiis: *Curam Animarum de manu noſtra reci-
piant nobiſque de Spiritualibus obedientiam ex-
hibeant*; ſicut voluit Alexander III. *Summario
num. 6.* Ut Pratenſes ejuſque Capitulum, &
ejus Plebanatus coram nemine *altero quàm co-
ràm S. Sede, aut ejus Delegatis DUMTAXAT
teneantur de Juſtitia reſpondere*: juxta Ordina-
tionem Pii II. *Summario num. 8.* ut intelliga-
tur erecta in Civitatem ea Eccleſia Pratenſis, in
qua adeſt: *Animarum Cura per Presbyterum à
Capitulo deputatum exerceri ſolita* quemadmo-
dum conſtituit Innocentius X. *Summario num.
3.* Ut actus controverſi explicentur per Epiſco-
pum

pum Pratenſem, qui juxta Secretam Informa-
tionem Ordinarii: *parmi ſecundùm Deum, che
per togliere le continue difficoltà, che potrebbero
eſſervi, vi aveſſe più facilità, e congruenza il
Veſcovo di Prato* Summario num. 1. Ut deni-
que reſpiciatur, & fiat ſecundum exemplar ex-
hibitum à Reverendiſſimis Archiepiſcopis Flo-
rentinis, qui ſicuti in Sacra Rituum Congre-
gatione circa Actus Spirituales contra Præpo-
ſitum ante Cathedralis erectionem ſuccubue-
runt *Summario num.* 9. ita poſt dictam erectio-
nem LIBERUM TERRITORIUM, & exer-
citium cujuſcunque Juriſdictionis nobis relin-
querunt. Cùmque fuerit ſemper uſu receptum,
quod Parochi Pratenſes Jura Parochialia in to-
ta ſuburbiorum extenſione exerceant cum ſola
dependentia ab Epiſcopo Pratenſi, quæ obſer-
vantia, ſi ſubvertatur, multitudinis ſcandala
ſint oritura, confidimus Eminentiſſimos Patres
304 ſecuturos auream Sententiam Cœleſtini III.
in *Cap. quod dilectio in fin. de conſ.*, *& Con-
ſanguinit.* ibi: *Conſultiùs duximus multitudini,
& obſervatæ conſuetudini deferendum, quàm in
diſſenſionem, & ſcandalum Populi novitate qua-
dam adhibita ſtatuendum*; Nàm, ut inquit Di-
vus Auguſtinus in *Epiſt.* 54. *ad inquiſ. Jan.*:
*ipſa mutatio etiam, quæ utilitate adjuvat, no-
vitate perturbat.*; quem unà cum aliis pluri-
bus refert, & ſequitur *Rot. in Hiſpalen. Pro-
ceſſionis ſuper ſecundo Dubio* 28 *Januarii* 1700.
*§. Et ſanè cum ſequentibus coràm bon. mem. An-
ſaldo.*

Quare &c.

EXITUS CAUSÆ

Sac. Congregatio Concilii Trid. ſub die 31.
Julii 1728. *reſponderat Laudum eſſe reforman-
dum, & reſpectivè approbandum juxta modum.
Modus eſt, quod prævia reformatione laudi in
ea parte tantum, in qua decernit Populum de-
gentem extra muros Civitatis Prati, & ſubje-
ctum Parochis Eccleſiarum Parochialium exi-
ſtentium intra muros ejuſdem Civitatis Prati eſſe
ſubditum in concernentibus Curam Animarum,
& adminiſtrationem Sacramentorum Epiſcopo
Piſtorienſi, ſicuti etiam in præfatos Parochos
reſpectu illius Populi, in reliquis verò laudum
approbetur.*

Repropoſita cauſa ſub die 2. *Aprilis* 1729. *&
contendente Capitulo Praten. pro confirmatione
laudi quoad omnes ſui partes, cum magna voto-
rum ſciſſura perſtitum fuit in deciſis.*

Verùm die 4. *ejuſdem menſis, & anni ex parte
trium Parochorum Pratenſium de quorum præ-
judicio, magis quàm Capituli agebatur, habito
recurſu ad Eminentiſſimum Card. Præfectum
cum proteſtatione ſe non eſſe adſtrictos præd. re-
ſolutioni, tanquam factæ ipſis non citatis, ne-
que auditis, idem Eminentiſſimus D. proteſta-
tionem admiſit, & mandavit officere, prout de
jure in acerrimo defenſoris Capituli Piſtorienſis
contradictorio. Poſt hæc Romæ nihil ampliùs
actum fuit in cauſa, quid verò in Partibus
actum ſit, ignoro.*

SERIES
HUJUS CUNTORUM
TITULORUM TRACTATUS.

CAput I. *De Textus noſtri Auctore.* pag. 1.
Cap. II. *De Legibus Solonis, Earumque ad Romanos Traductione.* 4.
Cap. III. *De vera Lectione, & Verſione noſtri Textus.* 5.
Cap. IV. *De Sepe, Maceria, ac Termino.* 9.
Membrum I. *Textus interpretatur de Sepe. De hac, & de Maceria diſcurritur.* 10.
Memb. II. *Agitur de Lapide Terminali.* 12.
Memb. III. *De Sacra Clauſura.* 14.
Cap. V. *De Murorum Diſtantia.* 18.
Cap. VI. *De Diſtantia Ædificiorum. De nonnullarum ex iis partium intervallo, ac de moleſtiis quibuſdam è nimia Vicini proximitate.* 31.
Memb. I. *De Ædificiorum in genere Diſtantia difficultatis nodus ſolvitur.* 32.
Memb. II. *Eccleſiarum Sacrorumque Cænobiorum Intervallum diffinitur.* 37.
Memb. III. *Tabernarum, ſeu Apothecarum quidditas ac Diſtantia deſcribitur. In Nundinis utrum hæc ſervanda ſit, diſſolvitur.* 45.
Memb. IV. *In Proſcenium producitur Feneſtrarum materia. An in illis conſideranda ſit Diſtantia, & quæ? Ubi, & quomodo ſint aperiendæ vel claudendæ. Et de variis eorum monimentis.* 54.
Memb. V. *Menianorum, Projectorumque ſimilium Interſtitium, & materia explanatur.* 65.
Memb. VI. *Oſtenſis Vicini bonis, pertractatur de ejus malis, quæ cauſare poſſunt Diſtantiam.* 68.
Memb. VII. *Expenduntur Incendii damna ex Vicino.* 77.
Memb. VIII. *Examinantur Animalia noxia Vicina.* 83.
Memb. IX. *Viæ, quæ ſit publica, privata, & vicinalis. Publicæ dominium, Diſtantia, reficiendi onus, & plura Privilegia. Ab opificibus ſeu venditantibus an poſſit impediri, ſicut etiam à vehedis, plauſtris, & præcipuè ſegge roullant; de quibus brevis diſceptatio. Meretricibus an hujuſmodi commoditas vetita. Eundo ſolvitur dubium de præcedentia inter hæc vehiculorum genera.* 88.
Cap. VII. *Varia de Sepulchris referuntur. Eorum ex Textu noſtro Interſtitii ratio aperitur.* 98.
Cap. VIII. *Diſſeritur, quæ ſit Diſtantia in aperiendo Fovea, & quomodo ſervitus hujuſmodi conſtituatur: Cloacarum quidditas, conſtructio, ac purgatio expungitur.* 104.
Cap. IX. *De Puteo quoad Diſtantiam, Dominium, & Aquæ hauſtum Tractatio inſtituitur.* 111.
Cap. X. *Inveſtigatur, an & quæ Diſtantia in Olea & Fico ab alieno ſolo requiratur. Nonnulla ſcitu digna exornationis gratia adducuntur.* 116
Memb. I. *De Olea.* 117.
Memb. II. *De legitima Fici arboris intervallo.* 119.
Cap. XI. *Arborum Diſtantia expoſita Leg. fin. Interpretatio abſolvitur.* 120.
Cap. XII. *Multiplices Diſtantiarum modi, ac rationes enucleantur. Univerſalia ac ſingularia plura ad Tractatum locupletandum adjunguntur.* 130.
Appendix I. *Soanen ſeu Aquipend. Permutationis.* Argumentum. *Epiſcopus ab altero vicino Epiſcopo allegante incommodum reſidendi in locis ſuæ Diœceſis propter Aeris intemperiem, nequit cogi ad permutationem loci ſalubrioris præcipuè ſtante diſſenſu Patroni, Populi, & Cleri, ac Locorum permutandorum diſparitate.* 141.
Appendix II. *Praten. & Piſtorien. Juriſdictionis.* Argumentum. *Nomine Oppidi comprehendi Suburbia pleniſſime comprobatur. Erecta Eccleſia in Cathedralem cenſetur erecta in tota ſui extenſione, quatenus Parochiæ ejuſdem Novæ Cathedralis ſe extendunt, etiam ſi extenſio ſit extra materia Civitatis.* 149.

FINIS.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES

In quibus Diſtantiarum , Servitutum , ac aliarum rerum in præcedenti Tractatu traditarum Materiæ diſcutiuntur & illuſtrantur .

R.P.D. GIPSIO

Terracinen. Molendini
27. *Maii* 1588.

ARGUMENTUM.

Stante quaſi poſſeſſione eundi ad aliquod molendinum , ſecuſari non poteſt ejus actus continuatio .

SUMMARIA.

1 *Spolii primum extremum in cauſa molendi probatur ex teſtibus deponentibus tales homines ad molendum in tali loco acceſſiſſe uſque ad obitum patris præſentis domini .*

2 *Poſſeſſio abſque titulo in facultativis non quæritur : imò cum ea requiratur juris adminiculum.*

3 *Conventio facta, & per teſtes probata de aliqua re, ſufficit pro adminiculo ad ejus poſſeſſionem .*

4 *Maximè , ſi pateant in depoſitione obligationis circumſtantiæ .*

5 *Requiritur in hoc, quod tangatur tempus ante motam litem .*

6 *Fama probatur per teſtes deponentes de viſu , & auditu , & utentes verbo* ſemper.

7 *Ex bannimentis probatur ſcientia .*

8 *Quaſi poſſeſſio ex pluribus actibus acquiritur , maximè in neceſſariis .*

9 *Stante quaſi poſſeſſione* , Rota *non denegat reſtitutionem ad ſtatum , & poſſeſſionem .*

10 *Unicuique liberum eſt molere, ubi vult .*

11 *Hujus libertatis reſtrictio eſt de reſervatis ſupremo Principi .*

12 Decl. *in ſolis bonis ad principatum ſpectantibus , non in bonis privatis Patrimonii Principis .*

13 *Barones recognoſcentes Principem Superiorem non habent hanc facultatem .*

14 *Talis facultas præſcribitur immemorabili cum prohibitione , & acquieſcentia ſubditorum.*

15 *Molendina Fluminum quotidie deteriorantur , nec in ipſorum alienatione requiruntur ſolemnitates minorum .*

16 *Statutum Bononiæ circa Molendina .*

17 *Molendini , quando dicatur nova conſtructio ſeu potiùs inſtauratio remiſſivè ?*

. . . .

Super hoc eodem Molendino Caſtri Rocchæ Gurgæ variæ ortæ ſunt controverſiæ . Petentibus enim filiis Petri Cajetani mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione cogendi homines Rocchæ Gurgæ ad molendum privativè in hoc Molendino , fuit denegata , ut in deciſ. 74. coram Pamphil. *Verùm quia inter cætera ſua fundamenta ipſi filii Petri allegabant hanc Deciſionem , idcò dictum fuit, quod ſuper ipſa particulariter videretur* , ut in fin. d. deciſ. 74. Pamphil. *Reaſſumpta cauſa ſuper meritis conventionis & tranſactionis, de qua* hic poſt num. 2. & 3. *reſponſum fuit non intrare arbitrium propter retardationem executionis favore eorumdem filiorum Petri , ut in* deciſ. 23. coram Cavaler.

DECISIO I.

HOmines Caſtri Rocchæ Gurgæ molere recuſabant ad molendinum Ill. D. Petri Cajetani in flumine Amaſano olim conſtrum; Quapropter in judicio ſpolii dubitari contingit; An conſtaret de primo extremo præd. D. Petri : & *conſtare* reſolutum fuit , quoniam ex depoſitio-
1 nibus teſtium probatur dictos homines fere uſque ad obitum D. Chriſtophori patris D. Petri ad prædictum molendinum molendi cauſa acceſſiſſe , molituramque ſolviſſe. Primus teſtis juxta 46. interrogatus de viſu , & ſuper decimoquinto articulo à quinquaginta annis, & citra deponit, cum quo cæteri concordant : & quoad tempus Secundus de triginta annis . Tertius toto tempore vitæ ſuæ . Quintus à quadraginta quinque annis, & citra , & a majoribus hoc idem audiſſe teſtantur, &c.

Verum quia in his , quæ ſunt meræ facultatis , prout eſt magis ad unum quàm ad aliud molendinum accedere , ſine titulo quaſi poſſeſ-
2 ſio non acquiritur , ad tradita *in cap. ſignificante de appellat. Gloſ. fin. in l. ſolet de offic. Proconſ.* & benè *Jaſ.* ad hunc propoſitum *in l. quominùs num. 29. cum trib. ſeqq. de flumin.* Quo

fit,

ſit, ut cum ipſa poſſeſſione aliquod juris admi-
niculum concurrere debeat ſecundum *Bald. in l. un. num. 6. verſ. & idem ſi agatur C. de moment. poſſeſſ.* Ideò pro ſufficienti adminiculo confide-
rabant Domini conventionem factam inter
filios D. Raymundi dividentes caſtra, &
bona paterna, ſecundum quod homines
3 Rocchæ Gurgæ deberent, & obligati eſſent
molere ad prædictum molendinum; quemadmo-
dum probant teſtes etiam de auditu à majori-
bus; Quinimo ſextus juxta 35. & octavus ad
5a. ſcripturam diviſionis prædictæ vidiſſe faten-
tur, illamque à DD. Chriſtophoro, & Fran-
ciſco principalibus legere audiviſſe, in qua in-
ter cætera capitula continebatur, quod homi-
nes Rocchæ Gurgæ ad molendum, ut ſupra
dictum eſt, accederent, quæ quidem con-
ventio ſacta extitit, ut portiones ipſorum fra-
trum ad æqualitatem reducerentur &c.

Hinc eſt, quod prædicti teſtes deponunt plu-
ries etiam ab ipſis hominibus intellexiſſe eoſ-
4 dem obligatos eſſe ad dictum molendinum ire,
& de hujuſmodi obligatione primus teſtis ſu-
per 14. de auditu à Domino Franciſco ſeniori
patre Ill. D. Antonii rei conventi teſtatur.

Quod autem in eventum contraventionis,
molituram D. Chriſtophoro, ſeù molendini
conductoribus ſolverint, nonnulli ſuper 15.
à Raymo Affictuario, & alii ab iſtiſmet ho-
minibus, & ſuis majoribus intellexiſſe, af-
firmant.

Coadjuvantur prædicta ex publica voce, &
fama; quod & ſi teſtes per verba præſentis tem-
poris dumtaxat probent, & ſic percutiant tem-
pus ante motam litem, prout requiri tradunt
5 *Abb. & Anchar. in cap. licet n. 5. de teſtib. Roman. ſingul. 753. Alex. conſ. 150. num. 18. lib.*
5.; Nihilominus cum de viſu & auditu à ſenio-
6 ribus, & utantur verbo *ſemper*; ſic dicitur quod
fama ſatis probata exiſtat, & ex tota facti ſerie
multum veriſimilis, redditur eorum depoſitio,
maximè quia duo ex illis, ſecundus, & quar-
tus juxta 47. dicunt fuiſſe facta bannimenta,
ex quibus probatur ſcientia. *Alex. conſ. 65.*
7 *vol. 3. In aliis ſemper. Gabriel. de reg. jur. concluſ. 5. nu. 16.*

His accedit quod aliqui propter acceſſum ad
aliud molendinum carcerati fuerunt.

Ex iſtis itaque & aliis deductis per infor-
mantes tam in *Informatione* quam in *Summario*
non videtur poſſe negari, quod fuerit acquiſita
hujuſmodi quaſi poſſeſſio, & faciunt tradita
8 *per Gloſſ. fin. in l. 1. C. de ſervit. & aqua. Jaſ. in §. aquæ num. 41. inſtit. de action.* Siquidem non
per modum facultatis, ſed neceſſitatis ad ſæpius
citatum molendinum acceſſerunt; Quodcirca
9 reſtitutio ad ſtatum & poſſeſſionem ſimilem *Ro-
ta* non denegat, ut fuit reſolutum in una *Bono-
nien. de Populis coram Illuſtriſſ. Card. Lancelloto tunc Auditore 1. Febr. 1574.*

ADNOTATIO.

HÆc *dec. num. 3.* citatur a Rota *in Piſauren. Molendinorum ſuper bono jure 17. Junii 1707. §. in idipſum cor. bo. me. Kaunitz.*

Ad iſtius materiam breviter obſervandum
occurrit quod regulariter unicuique liberum
10 eſt molere. Ubi vult explurimis auctoritati-
bus, & rationibus adductis in *Foroſempronien. Molendinorum 7. Decembris 1703. §. præmiſſa cor. bon. mem. Lancetta, & 16. Maii 1704. §. jam enim cor. bo. me. Anſaldo*, Adeo ut jus pro-
hibendi ne homines accedant ad alterius mo-
lendinum ſit de reſervatis Supremo Principi ut
probat eadem *Foroſempronien. §. reaſſumendo, & ſeq. cor. bo. me. Anſaldo*, nec Princeps ipſe Supre-
mus potiatur hoc jure in bonis ad ejus priva-
12 tam burſam & hæreditarium patrimonium
ſpectantibus *d. Foroſempronien. coram Anſaldo §. Non deſuere.* Ac proinde Barones, & alii Do-
mini recognoſcentes Principem Superiorem
13 nequeunt prohibere, ne ſubditi accedant ad
molendum ad alia molendina, præterquam ad
propria ipſius Baronis; multoque minùs ipſis li-
citum eſt prohibere conſtructionem novorum
molendinorum, ut firmant plena manu relati *in Nepeſina Molendinorum 3. Febr. 1710. §. Privilegium cor. Reverendiſſ. P.D. Aldrovando De-
cano*, ubi plene de materia.

Quia tamen hujuſmodi jus coactivum eſt
præſcriptibile, ut habemus exemplum in hac
eadem deciſione, propterea ad hanc præſcri-
ptionem bene fundandam obſervandum eſt tria
14 requiri primo nempe, quod præd. præſcriptio-
nem prætendens probet ſe novam conſtructio-
nem, vel acceſſum ad alia molendina prohi-
buiſſe, ſecundò, quod prohibiti aquieverint
factæ prohibitioni; Tertio tandem, quod præ-
terlapſum ſit tempus immemorabile juxta fir-
mata per eandem *Rotam in d. Nepeſina molen-
dinorum 3. Febr. 1710. §. Minuſve pro titulo coram Reverendiſſ. P.D. Aldovrando.*

Molendina poſita in flumine quotidie dete-
15 riorantur & per impetum Aquarum ſunt con-
tinuæ deſtructionis periculo obnoxia, propte-
reaque in eorumdem alienatione haud requiri
ſolemnitates minorum tradunt relati *per Rot. coram Zarat. deciſ. 90. num. 20.*

Bononiæ extat Statutum anni 1520., ne Pi-
ſtores, & Scapherii accedant ad molendum ex-
tra Civitatem. Quamvis autem hoc ſtatutum
16 fuerit confirmatum a Leone X. & Clemente
VIII., non tamen per hoc fuit præjudicatum
Juribus tertii habentis anteriorem facultatem
expreſſam conſtruendi Molendinum extra mœ-
nia cum privativa, ne infra certam diſtantiam
aliud Molendinum conſtrui poſſit, *Rot. deciſ. 4. per tot. p. 8. recent.*

Molendinum quandonam dicatur fuiſſe de
novo conſtructum, non verò antiquum inſtau-
17 ratum, vide late *in Caven. Molendinorum 20. Martii 1715. coram Reverendiſſ. P.D. Criſpo & 9. Martii 1714. coram bo. me. Anſaldo.*

R.P.D. LANCELLOTTO

Deinde S. R. E. Cardinali.

Romana Inquilinatus,

Primo Junii 1598.

ARGUMENTUM.

Reſolvitur Jus Inquilinatus ad ſucceſſores mini-
me tranſire. Propter circumſtantias, de quibus
in Deciſione.

SUMMARIA.

1 *Facti ſeries exponitur.*
2 *Reſtitutio in integrum abſque cauſa non datur.*
3 *Conductor, & ab eo cauſam habens finita locatione rem retinere non poteſt.*
4 *Inquilinatus privilegium ad hæredes quando non tranſeat?*

5 Hæc

5 *Hoc jus utrum cedi poſſit?*
6 *Ea, quæ ſunt facti, non præſumuntur:*
7 *Inquilinatus jura ceſſant poſſeſſione deſerta, & num. 14.*
8 *Et tunc non tranſeunt ad hæredes.*
9 *Inquilinus nequit à Domo expelli finita locatione vigore Decreti Cameralis.*
10 *Hoc privilegium eſt perſonale, nec competit ſubinquilino.*
11 *Declara primo, ut non competat contra Dominum, ſed contra Inquilinum ſublocantem.*
12 *Declara ſecundo etiam contra Dominum, quando ſubinquilinus terminata locatione ſtet in Domo ſubconducta ſolvendo eidem Domino penſiones Domus.*
13 *Inquilinatus ceſſat per expreſſam renunciationem.*

DECISIO II.

CAſſandra Veneta de anno 1551. conduxerat à Fratribus Sancti Auguſtini apothecam ad uſum Aromatariæ ad novem annos, & de anno 1553. eamdem ſublocavit Conſtantino Petra Sancta, quo Conſtantino de anno 1571. defuncto, ejus hæredes bona dictæ Aromatariæ Hieronymo de Nobilibus cum certis pactis & reſponſione locarunt, & ipſe Hieronymus eandem apothecam pro ſe, & dictis hæredibus qu. Conſtantini ad novem annos à dictis Fratribus conduxit, & illis tranſactis de anno 1582. eandem apothecam in emphytheuſim ad vitam ſuam & uxoris ab eiſdem Fratribus accepit, eiſque de anno 1586. defunctis hæredes omnia eorum jura Coſmo de Angelis & Bernardino de Bernardinis cum certis pactis ceſſerunt, & inter alia, quod nolebant teneri de evictione pro jure Inquilinatus, quod ſuper dicta apotheca prætendebant dicti hæredes quond. Conſtantini. Bernardinus autem de dicto anno à fratribus pro ſe & Nuntio de Nobilibus per tres annos conduxit, & rurſus de anno 1594. in emphyteuſim ad vitam ſuam, & fratris acquiſivit; Verùm quia bona dictæ Aromatariæ pro parte ſpectabant ad hæredes qu. Conſtantini, pro quibus idem Nuntius certam reſponſionem ſolvebat, cum de anno 1592. medietas eorundem bonorum pro parte Jo: Dominicum unum ex dictis hæredibus tangente fuerit pro ſolutione ſuorum debitorum in executionem empta, ſubhaſtata & deliberata Appio Bono: Hinc orta fuit lis inter Appium, & Bernardinum ſeu Bernardini hæredes, prætendente Appio jus Inquilinatus ſuper dicta apotheca uti ſucceſſore dicti quond. Jo: Dominici à Conſtantino cauſam habentis, & lite introducta coram A. C. fuit pro hæredibus dicti Bernardini, & contra Appium pronunciatum, quæ ſententia ob non interpoſitam appellationem, tranſitum fecit in judicatum; obtenta autem per Appium commiſſione appellationis cum clauſula reſtitutionis in integrum, Dubitavi, An eſſet locus reſtitutioni vel potius executioni dictæ ſententiæ, & rei judicatæ. Et DD. dixerunt non eſſe locum reſtitutioni, cum pro parte Appii non doceatur de cauſis, quibus veniat reſtituendus, *arg. l. 2. C. quib. ex cauſ. major l. in exceptionibus §. 1. ff. de probat. cap. cum ſit Romana cap. conſtitutus*, & ibi notant *DD. de appellat.* ſed potiùs ſententiam eſſe exequendam cum conſtet de bono jure iſtorum hæredum, qui hanc apothecam jam ab anno 1586. vigore Inſtrumenti locationis dicto qu. Bernardino à Fratribus Sancti Auguſtini patronis apothecæ factæ poſſederunt.

Non obſtat, quæ pro Appio ad probandum jus Inquilinatus ex Inſtrumento noviter producto deducuntur; Nam, quod apotheca iſta fuerit locata Caſſandræ, & Caſſandra ſublocavit Conſtantino, a quo Appius cauſam prætendit mediante perſona Jo: Dominici, non fuit habitum in conſideratione.

Cum enim illa locatio fuerit temporalis, finito tempore expiravit, & licuit Dominis alteri concedere, vel locare nec conductor, vel
3 habens cauſam ab eo, poterit finito tempore rem retinere juxta *tex. in l. nec cui liceat C. de locat.* ubi communiter DD. & tradit *Ant. Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 3. n. 5.*

Præterea cum Conſtantinus eſſet ſubconductor Caſſandræ, non gaudebat hoc privilegio
4 inquilinatus, ſiquidem hoc videtur eſſe privilegium perſonale, quod in dubio non tranſit ad hæredes. *Bart. in l. verum in princ. ff. pro ſoc. Imol. & alii in l. maritum ff. ſol. matrim.* & multò minus in ſingularem ſucceſſorem, & ſic ad ſubconductorem, cum privilegium ſit ſtrictè interpretandum, *l. ſi quando de inoffic. teſtam.*

Non obſtat quod jus inquilinatus transferri
5 & cedi poſſit, ex *Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. n. 30.* quia non loquitur *Tiraquellus* in jure Inquilinatus proveniente ex privilegio perſonali, ſed de Colono partiario, vel aliis, qui ex diſpoſitione juris communis poſſunt jura ſua cedere, quale non eſt hoc jus, cum decretum Camerale pro Inquilinis non ſuffragetur ſubinquilinis finita locatione ſui authoris, ut dicitur in decreto camerali *in §. declarantes*: Imò etiamſi admitteretur potuiſſe per ceſſionem hoc jus inquilinatus transferri in Conſtantinum; tamen non eſt probatum ex parte Appii, quod Conſtantinus continuaverit lo-
6 cationem, quod cum ſit facti, non præſumitur, *l. in bello §. facta de capt. & poſtlim. reverſ.* & apparet potiùs de non continuatione, ex quo Conſtantinus ceſſionarius Caſſandræ relicta aromataria, ſe cum tota familia aliò contulit ad habitandum, prout etiam hæredes alibi habitarunt, nec fratribus penſionem poſtea ipſe aut ejus hæredes perſolverunt, & propterea deſer-
7 ta poſſeſſione ab Inquilinis, ceſſant jura Inquilinatus, *Afflict. dec. 332. n. 7.*

Demum quia cum conſtet Fratres Sancti Auguſtini poſt Conſtantini obitum aliis apothecam, de qua agitur, locaſſe & ad vitam conceſſiſſe, nec à dicta conceſſione & locatione reclamaverint, jus inquilinatus dictorum hæredum, ſi quod conſiderari poſſit, expiravit; quare hoc jus non potuit ad ipſum Appium ex perſona Jo: Dominici unici ex hæredibus Conſtantini tranſire, cum nec ad ipſum Jo: Dominicum à
8 quo Appius cauſam habuit, tranſire potuerit, *l. nemo plus juris ff. de reg. jur.*

Non obſtat, quod hæredes Conſtantini ſibi reſervaverint jus Inquilinatus hujus apothecæ, quia hoc non probatur in facto ex deductis, nec etiam ſibi reſervare potuiſſent ex ſubſecutis locationibus aliis factis, quibus non reclamarunt.

Minus obſtat, quod Hieronymus à dictis hæredibus Conſtantini maſſaritias Aromatariæ conduxerit, & eiſdem hæredibus penſionem uſ-

que

que ad ejus obitum perſolverit, prout etiam fecit ſucceſſivè Nuntius ejus frater, quia hoc nihil commune habet cum locatione domus.

Neque aliquid facit, quod Hieronymus etiam nomine hæredum apothecam conduxerit, quia quidquid ſit de illa prima conductione, fuit poſtea ab ea receſſum per alias conductiones in Emphyteuſim ad vitam factas, per quas jus primum Inquilinatus hæredum fuit extinctum.

Et quamvis Hieronymo promiſerit non exercere artem Aromatariæ finita locatione propè dictam apothecam per certum ſpatium; tamen ex hoc pacto non poteſt inferri ad jus Inquilinatus, maximè cum jam eſſet extinctum; & præterea cum per mortem Hieronymi extincta etiam fuerit hæc obligatio, non potuit ex ea præjudicium afferri Bernardino in dicta apotheca ſucceſſori, qui à fratribus, quibus dictum pactum non poterat ſine notitia præjudicare, locationem, & ſucceſſivè conceſſionem in emphiteuſim fuit poſtea conſequutus, reſervatio autem per hæredes Hieronymi facta, quod nolebant teneri Bernardino de evictione Inquilinatus prætenſi ab hæredibus Conſtantini, non arguit jus dictis hæredibus competere, niſi aliunde probetur.

Et ex his fuit concluſum prò executione ſententiæ.

A D N O T A T I O.

QUamvis finita locatione unicuique liberum ſit alteri domum ſuam locare ex vulgatis auctoritatibus, attamen hoc fallit in Urbe, in
9 qua vigore Decreti Cameralis editi anno 1470 ſub Paulo II. & confirmati anno 1513. ſub Leone X. in plena Camera demandatur, ut quatenùs Dominus nolit per ſe ipſum habitare ſaltem ad annum, nequeat veterem inquilinum expellere, cujus Decreti ſubſtantia refertur per *Pacion. de Locat. cap.* 20. *n.* 62. & per extenſum legitur poſt *Fenzon. ad Statut. Urb. pagin. mihi* 659.

10 In præſenti Deciſione ad tramites *d. Decreti* duo præcipuè firmantur; primum ſcilicet, quod hoc Jus inquilinatus eſt merè perſonale, & propterea cum cedi non poſſit, non competit ſubinquilino, ut tradit etiam *Pacion. de Locat. cap.* 20. *n.* 78. *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 24. *art.* 5. *n.* 330. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 155. *litt. B. & ad Buratt. deciſ.* 938. *n.* 24. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 386. *n.* 1. *& dec.* 540. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* qui omnes ad concluſionis comprobationem adducunt *hanc Deciſionem*.

Hæc tamen concluſio binas recipit declarationes: alteram ſcilicet, quod ſubinquilinus nequit adducere Decretum Camerale contra principalem Dominum, cum quo non contra-
11 xit; at poteſt illo uti contra inquilinum ſibi ſublocantem, nam durante locatione primi Conductoris, nequit ab eodem Conductore ſublocante domum expelli, *Pacion. de Locat. cap.* 20. *n.* 80. Alteram verò, quod quoties terminata locatione inquilini, ſubinquilinus ſtet in Do-
12 mo ſubconducta ſolvendo penſiones Domino Domus, cenſetur domus ex integro conducta, & de ſubinquilino fit inquilinus, cui competit Jus inquilinatus, *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 24. *art.* 5. *n.* 331. *Rot. dec.* 386. *n.* 13. *&* 14. *coram Merlin.*

Secunda concluſio *hic addacta* eſt ſuper ceſſatione Juris inquilinatus etiam favore inquilini; quæ dupliciter poteſt contingere per expreſſam ſcilicet vel per tacitam inquilinatus renunciationem. De expreſſa renunciatione in-
13 ducente ceſſationem inquilinatus eſt, *Rot. dec.* 107. *n.* 7. *& deciſ.* 117. *n.* 2. *cor. Priol. & in Romana Prælationis, & Pecuniaria* 27. *Aprilis* 1709. §. *Ratio verſ. cui Zinettus coram bo. me. Molinei* confirmata *in deciſ.* 1. *n.* 2. *de Locat. & conduct. coram Eminentiſſ. D. Falconerio*. Quæ renunciatio prodeſt nedum Domino Domus, ſed etiam ejus ceſſionario, *Rot. deciſ.* 117. *num.* 2. *coram Priol.*

Tacitè autem renunciatur d. Juri inquilinatus deſerta ab inquilino poſſeſſione Domus
14 locatæ, ut firmat *hac deciſio n.* 7. quæ ad hunc propoſitum allegatur à *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 22. *art.* 5. *n.* 328. *tom.* 1.

R. P. D. J U S T O

Albanen. Quartorum ſive Juris Paſcendi.

5. *Julii* 1604.

A R G U M E N T U M

Dominus temporalis, quemadmodum eſt ille Caſtri Marini, bona Eccleſiarum in diviſione includere non poteſt.

S U M M A R I A.

1 *Bona Eccleſiarum à Dominis temporalibus ſunt exempta.*
2 *Dominium in qua conſiſtat?*
3 *Eccleſia licite acquirit.*
4 *Exemptio ad colonos extenditur.*
5 *Bona ſunt acceſſoria ad Eccleſias, & Clericorum perſonas.*
6 *Clericorum bona laicis non ſubſunt.*
7 *Principes graviter peccant juriſdictionem Eccleſiaſticam extorquendo.*
8 *Eccleſia recipit utilia, & poteſt laicorum leges, favores, & privilegia recipere n.* 10.
9 *Lex ſumit vires à Legislatore.*
10 *Diviſa inter Combarones exercitia Juriſdictionis, Baro exiſtens in turno regulariter eam non exercet in Combaronem.*
11 *Statuta laicalia quomodo operentur circa Clericos?*
12 *Ipſos Clericos non afficiunt.*
13 *Quod intellige etiam in terminis pragmaticæ Regni Neapolitani.*
14 *Clerici uti poſſunt ſtatutis laicalibus per modum privilegii.*
15 *Limita, ut non poſſint ipſis uti, niſi hoc declaraverint in principio Judicii.*
16 *Non præſumantur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutorum laicorum.*
17 *Clerici conjugati ſubjacent ſtatutis laicalibus.*
18 *Et tenentur ad ſolutionem onerum laicorum.*
19 *Statutum laicale loquens de retractu an, & quando locum habeat in re, quam laicus emerat à Clerico?*

D E C I S I O III.

DOminus Terræ Marini fecit quandam diviſionem Territorii in quatuor partes, comprehendendo in effectu bona Eccleſiarum, & ſtatuit, quod uno anno granum ſeminaretur in uno quarto, altero anno hordeum, & blada, & his duobus annis ſpicæ cadentes, & herbæ naſcen-

ſcentes tempore Autumni eſſent ejuſdem Do-
mini temporalis, duobus vero anuis ſequen-
tibus illa pars bonorum remanerer incul-
ta, & palcua, itaut fructibus herbarum
gauderet idem Dominus, & idem circulus ſer-
varetur in medum culturæ in aliis partibus di-
viſis ſuturis temporibus. Quam diviſionem præ-
tendens eſſa ſibi oneroſam Illuſtriſs. & Reve-
rendiſs. Domini Cardin. Baronius Commiſſa-
rius S. Gregorii de Urbe ratione bonorum Mo-
naſterii in dicto Territorio exiſtentium, cau-
ſam obtinuit committi in *Rot.* coram Me. Et ego
propoſui dubium hac *die Lunæ 5. Julii* 1604.
*An Dominus Caſtri Marini potuerit hujuſmodi
diviſionem facere etiam includere tenutas, &
caſale Abbatiæ S. Gregorii de Urbe*. Et Domi-
ni una tantum parte informante in re multum
clara reſolverunt pro Illuſtriſs. Dom. Commiſ-
ſario; Si quidem ex hujuſmodi diviſione non
ſolum auferrur libertas Eccleſiæ diſponendi de
re ſua ad libitum ſui, & ea perfectè, & liberè
utendi, & fruendi contra jus Divinum, quo
cavetur, quod bona Eccleſiarum libera ſint à
Dominis temporalibus, *c. quanquam de cenſibus*
1 *in 6. cap. non minus de Immunit. Eccleſ. c. nulli
12. qu. 2. & eſt tex. de jur. civil. in auth. caſſa
& irrita C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et eorum diſpoſi-
tio plenè pertinet ad Eccleſiam, *cap. 1. & 2. de
reb. Eccleſ. non alien. Innoc. Abb. Imol. & alii
in cap. noverint de ſentent. excommunic. Sali-
cet. Fulgoſ. Alciat. & alii in dicta Auth. caſſa
& irrita*. Verùm etiam impeditur dominium
propriorum bonorum, quod in facultate per-
fectæ diſponendi de re ſua conſiſtit ſecundum
2 *Bart. & alios in l. ſi quis §. differentia num. 4.
ff. de acquir. poſſeſſ.* Et tamen indubitatum eſt
quod Eccleſia acquirit rerum dominia per mo-
dos acquirendi de jure, & licitè bona poſſidet,
ut ſatetur etiam *Oldrad. conſ. 17. num. 10. verſ.*
3 *non obſtant jura*. Quod ſi alias diceremus, va-
na, & illuſoria redderetur exemptio bonorum
Eccleſiaſticorum, cum tamen nec etiam poſſint
Domini temporales indirectè rangere bona ec-
cleſiarum v. g. prohibendo ne habitatores bo-
na aliorum colere poſſint, non enim prohi-
bentur hoc caſu colere bona Eccleſiarum, ſe-
cundum communem opinionem Doctorum,
quam ſequuta eſt *Rota* in prohibitione ejuſdem
D. temporalis Terræ Marini in cauſa *Nullius
ſive Griptæ Ferratæ coram R. P. D. Millino 24.
Januar. hujus anni inter ejus impreſſas* la 416.
Quinimo hujuſmodi exemptio propter bona
4 extenditur ad colonos bonorum, ut late dedu-
ctum fuit, & deciſum coram me in cauſa *Cor-
rigen. Gabellæ 27. Novembris 1602. impreſſ. pe-
nes Ciarlin. controv. foreuſ. cap. 22. lib. 1. pag.
mihi 140. et 17. Maii 1603.*

Nec non cum temporalibus ſpirituali con-
funderentur, quia bona ſunt acceſſoria ad Ec-
cleſias, & perſonas clericorum *cap. 1. de jurepat.*
5 *in 6. l. un. C. de impo. lucr. §. adhuc auth. de Ec-
cleſ. dit. Imol. in cap. ſignificaſt. in fin. de offic.
de leg.* Et Eccleſia poſſidet jure ſpirituali, & ti-
tulo juris Divini, cum dicantur ſpiritualia,
quia annexa ſunt, & attributa jure Divino of-
6 ficio ſpirituali. *Turrecrem. in cap. ſi tributum
verſ. hic dubitet 11. qu. 1. & in cap. ſecundum
23. q. 8. & in cap. ſi imperator ſub num. 1. circa
fin. verſ. 2. concluſ. 96. diſt.* ubi dicit ad propo-
ſitum, quod bona clericorum non ſubſunt juriſ-
dictioni poteſtatis ſæcularis, quia quæ Reli-
gioni adhærent religioſa ſunt, *l. quæ de religioſis
ff. de rei vindic.* Et quia magis dignum trahit
ad ſe minus dignum, *c. quod in dubiis de conſecr.
altar. l. cum qui ædes ff. de uſucap.* Cum igitur
perſonæ eccleſiaſticæ non ſint de juriſdictione
ſæcularium; idem dicendum eſt de bonis, & eo-
dem jure, quia ex virtute adhærentiæ: & ſub-
7 dit quod graviter peccant Principes ſæculi ju-
riſdictionem turbantes eccleſiaſticam; atque
hanc doctrinam ſequuntur *DD. in cap. Eccleſia
S. Mariæ de conſt. Socc. Jun. conſ. 25. n. 5. lib. 2.
Pariſ. conſ. 27. n. 43 & ſeq. lib. 1.* & alii, quos ex
profeſſo refert *Surd. conſ. 30. n. 62. & 63. lib. 3.*
8 Nec dicatur, quod iſta diviſio eſt ſavorabilis,
& utilis Eccleſiæ, & ideo recipienda, *cap. 110.
diſt. ubi archid. & cæteri.* Nam reſponſio eſt cla-
ra, quod non agitur de utilitate, ſed de aucto-
9 ritate, & dicitur quo lex vires aſſumit à legiſ-
latore, *l. fin. ff. de juriſd. omn. judic. c. à nobis de
ſentent. excomm. c. ut animarum de conſtit. in
6 Abb. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ num. 10. verſ.*
10 *non ſtatutum de conſt. t.* Quamvis leges, ſavores,
& privilegia laicorum poſſit recipere Eccleſia;
*Innoc. in cap. novit. num. 6. verſ. item Eccleſia de
Judic. Felin. cum alleg. in c. 1. num. 19. verſ. aliut
vero eſt de conſtit.*

Quæ omiſſis multis, fuerunt viſa Dominis
ſufficientia pro deciſione hujus cauſæ.

ADNOTATIO.

BAronem eſſe Judicem ordinarium, ac perpe-
tuum ſuorum Vaſſallorum nemo eſt, qui
ambigat: Pro eo verò, quod attinet ad exerci-
tium ſuæ Juriſdictionis, inter multas limitatio-
11 nes duæ ſunt præcipuæ; Prima ſcilicet, quod
ſi plures Barones ſint in ſolidum, qui di-
vident per certa tempora exercitium Juriſ-
dictionis, Baro exiſtens in Turno poteſt eam
exercere in omnes ſubditos, non verò in Com-
baronem; niſi agatur de contraventione perpe-
trata contra legem vel Edictum Supremi Prin-
cipis. quemadmodum de prædd. omnibus con-
cluſionibus eleganter agens, videnda eſt *Rot.
in Urbevetana Juriſdictionis 3. Julii 1724. per
tot. coram bon. mem. Criſpolto.*

Secunda limitatio eſt, quæ in præſenti De-
ciſione plenè diſcutitur, eſt ut Baro in Eccle-
ſiaſticos exercere nequeat dict. Juriſdictionem,
circa quem articulum, cujus pleni ſunt omnes
libri, vide *Tartagl. de reſervat. ſtatutar. artic.
30. ferè per tot. & præcipue uſque ad num.* 18.
ubi diſtinguitur modus operationis ſtatutariæ
circa comprehenſionem Eccleſiæ aut perſona-
rum Eccleſiaſticarum in coactivum, directi-
vum, & per privilegium, lateque de unoquo-
que diſſeritur.

Statuta laicalia, ut firmatur in hac deciſio-
nes, non afficiunt Clericos; niſi habita ipſo-
rum expreſſa mentione Apoſtolicæ confirmatio-
nis robore munita fuerint, ut per jura *hic* al-
12 legata, aliaque complura docent *Epiſc. Rocc.
diſp. Jur. ſelect. cap. 58. num. 50. Card. de Luca
de Credit. diſcurſ. 10. num. 27. & de hæred. di-
ſcurſ. 33. num. 2. Rat. deciſ. 258. num. 11. coram
Celſ. deciſ. 236. num. 13. & ſeq. part. 11. recent.
& in Aſſiſien. Immiſſionis 16. Januarii 1711. §.
Cujus coram bo. me. Coſſarello & in Avenionien.
Concurſus ſuper reſervatis 33 Junii 1713. §. neq.
decrat coram bo. me Anſaldo.*

Quod etiam procedit in terminis Pragmati-

Digitized by Google

ex Regni Neapolitani, quemadmodum, reprobata contraria opinione *Gypt. apud de Mo-*
13 *rin. tom.3. allegat. 107. num.8.* decidit *Rota in Neapolitana Cenſus 15. Martii 1709. §. præſertim coram Reverendiſſ. P. D. Aldovrando Decano, & in Regien. concordiæ 8. Martii 1723. §. Multoque minus circa finem coram. Emintiſſ. D. Falconer. inter ejus impreſſas decif. 18. de reb. creditor. & 10. Januarii 1724. §. Omnis coram R. P. D. Ratta.*

Et licet poſſunt Clerici uti ſtatutis Laicalibus per modum privilegii, quando ſunt ipſis favorabilis, quemadmodum *ex can. ſi in Adju-*
14 *torium 10. diſtinct.* obſervant. *Abb. in cap. ex literis num.2. & 6. de vit. & honeſt. Clericor. ibique Bald. num.3. Carp. ad Statut. Mediolan. in prælud. num.612. Fenzon. ad Stat. Urb. in proem. num.103. Rot. dec. 139. num. 13. & 14. & decif. 240. num.7. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. decif. 38. num. 19. p.19. recent. in d. Neapolitano Cenſus 13. Martii 1709. §. Et licet coram Reverendiſſ. P. D. Aldrovando, & in Aſſisien. Immiſſionis 16. Jun. 1711. §. Cujus coram bon. mem. Caffarello.*

Certum tamen eſt, quod quando Clerici voluot hujuſmodi ſtatutis per modum privilegii, hanc voluntatem debent ab initio poſitivè declarare, nec ſufficit, quod poſt introductum
15 Judicium profiteantur uti velle Statutis Laicalibus in parte ipſis favorabili, quia tunc res non eſt amplius integra, *Graſſ. de effect. Clericat. effect.2. num.42. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 44. art.6. num 268. & ſeq. Rot. dec.490. num.9. cor. Cerr. decif. 337. num 34. part. 17. decif. 371. num.1. p.19. rec. & in d. Aſſisien. Immiſſionis 26. Jan. 1711. §. Cujus in fin. cor. bo. me. Caffarello, & in d. Regien. concordiæ 8. Martii 1723 §. Et licet cor. Eminen. D. Falconer. quæ eſt decif. 18. de reb. credit. & 10. Jan. 1724. §. certum tamen cor. R. P. D. Ratta.*

Deficieotibus autem prædd. declarationibus, cum non ligentur dict. Statuto præſumendum non eſt, quod in ſuis diſpoſitiooibus volueriot Clerici ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuta-
16 ria, ut firmavit *Rota in Romana Locorum Montium ſuper reſervatis 4. Maii 1725. §. Et ex hujuſmodi cor. R. P. D. Ratta.*

Clerici tamen conjugati non gaudent Privilegio libertatis, & exemptionis à Statutis, & Legibus laicalibus etiamſi nupſerint cum uni-
17 ca, & virgine, ut maturè diſcuſſo articulo, & explicato *Text. in cap. unico de Cleric. conjugat. in 6.* renovato *per Concil Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap.6.* plenè firmavit *Rot. in Corletana Succeſſionis, ſeù Teſtamenti 15. Junii 1722. §. Domini tamen cor. bon. me. Lancetta.* Ac proptcrea in deciſionibus cauſarum inter ipſos Clericos conjugatos procedendum eſſe juxta leges, ac ſtatuta laicalia, ipſoſque teoe-
18 ti ad ſolutiooem gabellarum, datiorum, tributorum, & collectarum, & reliquorum onerum, reſolvit *ead. Rot. loc. cit.*

Et in hac materia operationis Statutorum circa Clericos obſervandum eſt ſingulariter, quod etiamſi aliquis rem emat à Clerico, attamen Retractus provaniens à ſtatuto laicali operatur, & habet locum in d. emptione, & venditione, dummodo d. Statutum laicale actio-
19 nem non tribuat contra Clerici venditoris perſonam, nec dicat legem bonis penès eundem Clericum exiſtentibus, ſed vim dirigat contra Emptorem poſtquam bona acquiſivit. Super quo eſt optime ſundata deciſio. *Senen. 3. num. 6. & 7. cor. D. Aud. de Comitibus.*

R.P.D. LITTA.

Bononienſis Conſtructionis Fabricæ
20. *Decembris 1604.*

ARGUMENTUM.

Fabricæ menſuratio, ac valor per Architectos optimè fit, ſi fuerint à partibus electi, & concorder, quibus eſt ſtandum.

SUMMARIA.

1 *Periti de conſenſu Partium electi concordes in relatione plenè probant valorem domus, & num. 3.*
2 *Præcipue ſi ſint, Architecti, vel Artifices primarii.*
3 *Architectus etiam unicus plene probat concurrentibus adminiculis, & num.5.*
4 *Valor rei melius haberi nequit quam per æſtimationem Peritorum.*

DECISIO IV.

FUerat alias coram *Illuſtr. D. meo Card. Pamphilio* telplurium fabricam eo modo, quo reperiebatur, conſtructam eſſe per hæredes bo. me. R. P. D. Dionyſius Rotæ Auditoris debitam & reliquum erat probare illius valorem, ad quem effectum fuit à *Rota* ſubdelegatus Judex in partibus pro verificatione valoris, coram quo electis hinc inde peritis, & examinatis teſtibus, ac in actis productis, fuit pro parte Monialium petitum dubitari, *An probetur valor fabricæ, & ad quam ſummam, &c.* Quod hodie ipſis taotummodo informantibus fuit hoc modo reſolutum, videlicet *Probari valorem, & ſummam eſſe lib. 17875. ſol.2. den.9. mon. Bononiæ* Mori fuerunt Domini, quia per duos peritos de conſenſu partium electos fuit in præſentia judicis ſubdelegati menſurata fabrica, & ſingula illius corpora, & in menſuratione fuerunt concordes: cui ſtandum eſt *Jaſ. conſ. 200.*
1 *num.15 lib.2.* cum aliis allegatis per informantes, & fuit in ſimilibus terminis menſurationis fabricæ factæ per peritos de conſenſu partium electos, & concordes *deciſum coram Me in cauſa Romana Fabricæ 2. Decembris 1598.* & facta hujuſmodi menſuratione Moniales curaruot per duos peritos æſtimari non ſolum ſingula corpora ipſius fabricæ in eſſe deducta juxta menſurationem factam, ſed, & quæ deficiabaot ad perfectiooem fabricæ, quam æſtimationem in actis loco articulorum exhibuerunt, & ſuper illa induxerunt quatuor teſtes, qui formiter examinati depoſuerunt pretium cujuslibet rei appoſitum in dicta æſtimatione, & articulos eſſe verum; & commune in illa Civitate, afferentes bonam rationem, quia habent optimam cognitionem ſingularum rerum æſtimatarum, & quod ita conſueverunt æſtimari communiter, & quod illa cum minori impenſa fieri non potuiſſent, nec poſſent. Quibus teſtibus ſtandum eſſe dixerunt Domini quia
2 ſunt Architecti, & muratores primarii Civitatis ad tradita per *Cagnol. in l.2. num.241. & ſeq. C. de reſcind. vend.* dum refert ex mente *Aret.* facilius probari rei æſtimationem per valde peritos Architectos, aut fabros deponentis de valore,

Digitized by Google

ſore, & æſtimatione alicujus domus, aut ædificii, vel *per laboratorem expertum, & conſuetum deponere de æſtimatione agri ruſtici, cujus habeat notitiam*, cum notitia rei juncta peritia de facili faciat præſumi commune judicium, & quod falli poſſe non præſumatur ſubdens, quod cum materia probationis arbitrio judicis commiſſa ſit, boni Judicis partes ſunt, quando plures teſtes fide digni, & periti modo prædicto de æſtimatione deponerent, fidem illis adhibere ad plenam probationem faciendam.

Maximè quod hoc in caſu ex aliis teſtibus apparebat prædictos teſtos habere peritiam eorum, ſuper quibus deponebant, & eorundem perſonæ approbatæ fuerant ab eademmet parte adverſa, quæ eoſdem in teſtes induxerat, ad probandum defectus ipſius fabricæ. Cum igitur convenirent depoſitiones teſtium, quoad valorem ſingulorum corporum factorum, eſt faciendum cum æſtimatione loco articulorum data, & calculo, valor fabricæ aſcenderet ad ſummam ſupra expreſſam, ideò concluſum fuit probatum valorem fabricæ eſſe, *lib. 17875. fol. 2. dn. 9. &c.*

ADNOTATIO.

Brevis eſt hæc deciſio, & rem planam continet, nempe de probando valore domus per Peritos, qui quando prout in caſu deciſionis ſunt electi de conſenſu Partium, & concorditer referunt plenum probationis gradum conſti-
3 tuunt, ut præter hic adductos, tradunt relati *per Adden. ad Pampbil. decif. 112. num. 7. Rot. coram Celſo decif.* 280. *num.* 9. eum aliis *in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium* 21. *Martii* 1707. *§. præſertim verſic. maximè quia cor. cl. mem. Card. Scotto.* Verus enim valor rei melius
4 melius haberi nequit, quam per æſtimationem Peritorum, ut omiſſis generalibus, in ſpecie probationis valoris domus dixit *Rot. in decif.* 556. *num.* 3. *cor. Card. Caprara*; præcipue ſi dd. Periti non ſint ſimplicis Fabri Murarii, ſed Architecti, *Rot. decif.* 3. *num.* 1. *de Legitima cor. Eminentiſſ. D. Cardin. Falconer.* adeout etiam
5 unius Architecti relationi ſtandum ſit, concurrentibus adminiculis, *Rot. decif.* 312. *num.* 11. *cor. Caprara.*

R. P. D. SACRATO

Baloeoregien. Terrarum.
26. *Novembris* 1605.

ARGUMENTUM.

Agitur de Inundationis probatione, & probatur teſtium dicta, ut fieri poteſt, eſſe ad concordiam reducenda.

SUMMARIA.

1 *Teſtium dicta ſunt benignè interpretanda, & num.* 5.
2 *Ita ut falſitas, & contrarietas evitetur.*
3 *Falſitatis præſumptio ceſſat cum nemini prodeſt & num.* 6.
4 *Dubietas non obeſt, dum conſtat de probantis mente.*
7 *Et quando verſatur circa accidentalia, non minuit fidem teſtium.*

Anno 1608. relaxatum fuit mandatum de reintegrando favore Monaldenſium Balleonet poſtmodum negaverant primævam poſſeſſionem fuiſſe cum juriſdictione, & paſcuis, & diſcuſſa cauſa particulariler fuit favore Monaldenſium reſolutum in decil. 161. cor. Cavaler.

DECISIO V.

Propoſui dubium ſuper exceptione teſtium; quorum dicta fuerunt ponderata in deciſione ſub *die* 10. *Decembris* in hac cauſa facta & informantes per Dominos de Balleonibus reſtrinxerunt difficultatem ad contrarietates, quas reducebant ad ſex capita. Primum eſt, quod aliqui dicunt flumen ea die, quæ præceſſit noctem, in qua contingit mutatio alvei, non inundaſſe, niſi partem Scappiarum, alii vero dicunt, quod imo flumen illa die inudavit univerſas ſcappias. Secundum eſt, quod aliqui teſtes dicunt tres inundationes concurriſſe in facienda mutatione alvei fluminis, alii vero dicunt unica inundatione totam aquam cepiſſe fluere per novum alveum. Tertium erat, quod aliqui teſtes dicunt ioundationem, de qua agitur fuiſſe maximam *& un diluvio.* Quartum erat, quod aliqui dicunt mutationem alvei fuiſſe factam intra unam noctem, alii vero per ſpacium, unius diei eum duabus noctibus. Quintum, quod aliqui dicunt flumen ceſſata inundatione dereliquiſſe antiquum alveum, nec aquam àmplius per illum fluxiſſe, alii vero dicunt poſt aliquod tempus poſt inundationem *ci andava qualche poco d' acqua*. Ultimum erat, quod aliqui flumen de mane poſt ſecutam mutationem alvei cepiſſe decreſcere, alii vero dicunt cepiſſe decreſcere de ſero.

Rota cenſuit prædictas contrarietaes non obſtare, & pro fundamento reſolutionis fuit ponderatum, quod res, ſuper quibus conſiderantur tales contrariatates, non habent de ſui natura ita præciſam, & determinatam menſuram, ut juxta diverſorum hominum judicium; & diverſos modos loquendi, non poſſint reduci ad concordiam, poteſt enim eſſe, quod aliquis judicet aliquam inundationem pro magna, alii vero appellent illam *un diluvio*, & quod aliquis habito reſpectu ad majorem partem, dixerit uoiverſas ſcappias fuiſſe ioundatas, eum tamen aliqua eſſet adhuc non inundata, & quod aliqui attribuant mutationem alvei uniæ inundationi, tanquam cauſæ præcipuæ, cum tamen & aliæ inundationes adjuverint eandem mutationem, & quod aliqui dicant factam unica nocte, illud, quod pro majori parte fuit factum illa nocte, licet non fuerit completum, niſi ſeqneote die, & ſic de ſimilibus; & ad hoc faciunt omnes juris regulæ, nempe quod te-
1 ſtium dicta ſunt benignè interpretanda. *Cors. conſ.* 266. *num.* 3. *lib.* 1. *ſupplem Dec. conſ.* 272. *num.* 1. *limitat. Franc. Curt. tract. de teſtibus n.* 13. Et ita ſemper intelligendum ut falſitas, &
2 contrarietas evitetur. *Ricc. conſ.* 30. *n.* 6. *vol.* 4. *& latius per Jo: Grat. tract. de teſtib. p.* 7. *n.* 372. *cum plurib. ſeq.*

Præterea fuit ponderatum quod aſſertæ contrarietates non verſantur circa punctum principale, nempe an ioudatio duraverit, per triduum, quia in hoc omnes eoncordant, quod duraverit, ſed ſuper circumſtantiis, & qualitatibus, quæ ſive ſtent uno modo ſive alio, nil officiunt intentioni Monaldenſium. Unde dicebatur, aut vim fieri ſuper falſitate teſtium juxta *l. qui falſo ff. de teſtib.* cum aliis allegatis: & cum talis falſitas nemini eſſet proſutura, ceſſa-

re omnino illius præſumptionem, *ex cumulat.*
3 *per Roland. conſ.* 11. *num.* 54. *cum plur. ſeq. vol.*
3. *& Abb. conſ.* 336. *num.* 10., & conſequenter
eo magis faciendam eſſe omnem interpretatio-
nem pro conciliatione, ut dictum eſt. Aut verò
vim fieri ſuper dubietate, quæ alias oritur ex
contrarietate teſtium, & etiam retento quoli-
bet intellectu ſemper includatur intentio pro-
4 bantis talem dubietatem nihil obſtare debere,
Gem. conſ. 2. *num.* 9. *verſ. nota bene de pact. Felin.*
cap. in præſentia num. 8. *de teſtib.*

ADNOTATIO.

QUod diſpoſitiones, & dicta Teſtium quoad
fieri poteſt debeant reduci ad concordiam,
& omni benigna interpretatione adjuvan-
5 da, ut à dolo, & falſitate ſalventur præter *hic*
adductos *num.* 1. dixit etiam *Rot. deciſ.* 252. *n.*
22. *coram Gregor. & deciſ.* 618. *num.* 7. *&* 8.
coram Bicch. cum aliis *in deciſ.* 2 *num.* 9. *de Ga-*
bellis coram Eminen. D. Card. Falconerio, & in
ſpecie alluvionis & inundationis ſcapiarum,
benè probat eadem *Rota in deciſ.* 425. *num.* 4. *cor.*
cl. me. Card Caprara. Quæ falſitas nunquam
6 præſumitur, quoties nulla utilitas, vel lucrum
reſultat ad commodum ejus, qui prætenditur
admiſiſſe falſitates, ut ultra relatos *in hac deci-*
ſione num. 3. firmat *Card. de Luc. de teſtamentis*
diſc 3. *num.* 10. *in fin. verſ. & demum, & num.*
21. *Rot. dec.* 272. *num.* 15. *p.* 12. *rec.* cum aliis
pluribus allegat. *in deciſ.* 22. *num.* 10. *&* 11.
coram Anſold. Et quando ipſorum Teſtium du-
7 bietas non percutit ſubſtantialia, ſed verſatur
tantummodo circa accidentalia, non minuit fi-
dem ipſorum Teſtium, ut innuit hæc *Deciſ. in*
fin. & probat *deciſ.* 158. *ante num.* 29. *cor. Card.*
Caprara.

R. P. D. SACRATO

Romana Alienationis Situs.
26. *Novembris* 1621.

ARGUMENTUM.

Nulla eſt alienatio bonorum Eccleſiaſticorum
abſque Apoſtolico beneplacito. Commiſſio *ſi*
in evidentem mortuo Pontifice ante præſenta-
tionem expirat.

SUMMARIA.

1 *Alienari non poſſunt res Eccleſiæ abſque Apo-*
ſtolico beneplacito, & num. 8. *&* 9.
2 *Vicarius Urbis Papam repræſentat tanquam*
Romæ Epiſcopum, & num. 20.
3 *Papa confirmans Eccleſiaſticas alienationes*
procedit ut Paſtor univerſalis.
4 *Commiſſio* ſi in evidentem *non præſentata, per*
mortem Pontificis expirat.
5 *In alienationibus hujuſmodi non ſat eſt uti-*
litas, ſed requiritur ſolemnitas, dummodo va-
lor non ſit valde exiguus, & res incommoda
num. 6.
7 *Limitationem probandi onus incumbit adver-*
ſario ejus, qui habet regulam per ſe.
9 *In re Eccleſiæ nulliter alienata competit eidem*
Eccleſiæ manutentio.
10 *Beneplacitum Apoſtolicum non eſt neceſſarium*
in re locari ſolita.
Et quando dict. ſolitum excludatur ibidem re-
miſſivè.
11 *Beneplacitum aliàs non neceſſarium, evadit*
tale; quando fuit reſervatum cum præfixione
certi temporis.
12 *Secùs ſi reſervetur abſque præfixione temporis,*
vel cum clauſula quatenus opus ſit.
13 *Reſervatum intra certum tempus, nequit impe-*
trari poſt lapſum temporis.
14 *Eſt nullum, non expreſſo vero valore fundi.*
Itidemque quando impetratur pro contractu
faciendo, dum contractus erat jam factus,
ibidem.
15 *Impetratum pro certis gradibus perſonarum non*
ſuffragatur, & corruit in totum, ſi fiat con-
ceſſio ad plures gradus.
Amplia ut num. 16.
17 *In alienatione rerum Eccleſiæ ultra beneplaci-*
tum Apoſtolicum requiritur etiam utilitas.
18 *Stante nullitate conceſſionis fructus regula-*
riter reſtituendi ſunt à die celebrati contra-
ctus.
19 *Limita quando poſſidens, non verſatur in poſi-*
tiva mala fide.
21 *Vicarius Urbis comprehenditur in Conſtitutio-*
nibus loquentibus de Ordinariis.
22 *Et ad ipſum in Urbe diriguntur Commiſſiones*
ſi in evidentem.
23 *Gratia Pontificis per ipſium obitum, re inte-*
gra, expirat.
24 *Limita in gratia pura uſquè ab initio, &*
num. 25.
Recenſetur dubium exortum occaſione vacatio-
nis Sedis Pontificiæ circa admiſſionem ad ju-
ramentum præſtandum in Camera, & ad emo-
lumenta ſpectantia ad R. P. D. Caſonum, &
R. P. D. Vidonum Clericum, & reſpectivè
Præſidentem ejuſdem Cameræ nuper electus,
qui ſolemnitates vivo Pontifice nondum adim-
pleverant. ibidem.
26 *De alia ſimili controverſia exorta in admiſſione*
R. P. D. Mogii ad dd. emolumenta Sede Va-
cante ſa. me. Clementis XI. remiſſivè.

DECISIO VI.

SUper dubio: An ſententiam Ill. Vicarii Urbis
declarans alienationem, de qua agitur fuiſſe
nullam, & condemnans Sanctam, & litis con-
ſortes ad reſtitutionem ſitus, & domus deſuper
fabricatæ, & ad alia, ſit confirmanda, vel in-
firmanda, Domini fuerunt concordes, quod
alienatio ſitus fuerit nulla, reſervato ut de re-
liquis videatur. Ratio deciſionis ſuper dicta
nullitate fuit, quia res Eccleſiæ non poſſunt
alienari ſine beneplacito Apoſtolico juxta *ex-*
1 *travag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.*
Nec ſuffragatur auctoritas Illuſtriſſimi Vicarii,
niſi doceatur de particulari illius facultate, ete-
nim dictus Illuſtriſſimus Vicarius non repræ-
ſentat Papam uti Paſtorem univerſalem Eccle-
2 ſiæ, ſed tanquam Epiſcopum Urbis Romæ,
unde non poteſt ea, quæ Papa dum diſpoſuit
de alienatione rerum Eccleſiaſticarum in genere
proceſſerit tanquam Paſtor univerſalis, non
tanquam Epiſcopus Romæ, nihil haberet age-
3 re cum Eccleſiis quæ ſunt extra Diœceſim Ro-
manam. Nec etiam ſatisfacit commiſſio *ſi in*
evidentem obtenta à Siſto V. quia, cum non
fuerit præſentata ante illius mortem, non po-
tuit præſentari ex poſt, quia per dictam mor-
tem jam expiraverat, ut in ſpecie fuit deciſum
4 *in* (a) *Romana ſeù Tiburtina Horti* 1588.
coram Illuſtriſſimo Mantica, & in (b) *Turdo-*
nen. Bonorum 15. *Decembris* 1610. *coram Re-*
verendiſſimo Atrebaten. & eſt generale in re-
ſcri-

(a) Dec. 141. coram Mantic.
(b) Dec. 206. p. 3. rec.

ſcriptis, quæ committunt cauſæ cognitionem.
Gloſſ. in cap. ſicùt gratia verb. principalis circa
med. de offic. deleg. Bald. in cap. fin. nu. 3. verſ.
ſecus ſi gratia de conſtit. Princip. Dec. in cap.
relatum num. 62. de offic. deleg. Rota dec. 12. eod.
tit. in nov. Gabr. de præben. concl. 1. num. 7.
Unde non obſtat *Feder. de Sen. conſ. 78. circa*
quod cum Gabr. d. concl. 1. num. 2. ampliat. Quia
loquuntur in vero executore, non autem in eo,
cui commiſſa eſt cauſæ cognitio. Minus facit
quod dicatur alienationem fuiſſe utiliſſimam
Eccleſiæ. Nam quidquid ſit de hoc, non ſuffi-
cit utilitas, niſi etiam concurrat ſolemnitas *cap.*
5 *1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1.*
eod. tit. cap. ſine exceptione 12. qu. 2. Gloſſ. in
cap. 1. verb. redditæ, & ibi Abb. num. 17. de re-
ſtit. in integ. Dec. conſ. 142. num. 4. Soccin. conſ.
52. nu. 10. lib. 4. lata Covarr. var. reſol. cap. 17.
n. 2. lib. 2. & fuit dictum in cauſa Averſana (a)
(a) Dec. 160. n.1. p.4. diverſ. *Tenimenti 24. Novembris* 1581. *cor. Cantuccia*
relata in ſupra allagata *Romana, ſeu Tiburtina*
Horti 12. Decemb. 1588. *coram Illuſtriſſimo*
Mantica, & in Taletana parietum 4. Junii
1604. *cor. Merlino*.
6 Nec etiam ſubſtinetur alienatio ſine ſolemni-
tatibus ex capite modicitatis valoris rei aliena-
tæ juxta notata *in can. terrulas* 12. *qu.* 2. quia
ad iſtum effectum dicebant Domini debere eſſe
valorem multum exiguum, ſicut exemplificat
Gloſſ. in d. can. Terrulas in ſolidis 40. Ultra
quod non tantum eſſet conſiderandus valor ſi-
tus alienati, quantum incommoditas rerum Ec-
cleſiæ, quæ alias in dicta alienatione proveni-
re poſſet, ut alias fuit coram me ponderatum
in Romana domus de Capis 10. *Novembri* 1600.
Et iſta modicitas videtur, quod ſit probanda per
Sanctam, & litis conſortea, cum alias fundata
intentio Eccleſiæ, quod res illius ſine ſolemni-
tate alienari non poſſit *per extravag. de qua ſu-*
pra, quæ generaliter, & indiſtinctæ de rebus
Eccleſiæ loquitur, etenim quando quidam ha-
7 bet regulam pro ſe, adverſario incumbit onus
probandi limitationem. *Jaſ. in l. cætera num. 3.*
& 4. ff. delegat. 2. Ancbar. conſ. 364. num. 3. Ge-
mia. conſ. 103. n. 5. Cravett. conſ. 25. num. 8. Ro-
land. conſ. 81. n. 5. & 6. lib. 1.

ADNOTATIO.

TRia ſunt, de quibus agitur in hac deciſione.
Primum ſcilicet de ſolemnitatibus requiſitis
in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, ſuper
quo principaliter emanavit deciſio: Alterum
ſuper facultatibus Eminentiſſ. Card. Vicarii
Urbis circa ejuſmodi beneplaciti conceſſionem:
Tertium denique circa expirationem gratiæ
Apoſtolicæ per obitum Pontificis. Super pri-
mo quamvis omnia ferè, quæ in quæſtionem
forenſem cadere poſſunt, diſertiſſimè explicet
Eminen. D. Card. Petra in Commentariis ad
Conſtit. Apoſtolic. conſtit. 5. Pauli II. in quin-
8 *que ſectionibus per totas*, ubi in principio ſe
refert ad ea, quæ dixerat *in tom. 1. Conſtit. 1.*
D. Leonis I. ſect. 1., & ſect. 3. & ad alia loca di-
ctorum ſuorum Commentariorum enunciata in
explicatione dictæ *Paulinæ in principio*, ad
quæ omninò in caſus contingentia recurri po-
terit. Attamen haud abſre futurum exiſtimo,
ſi nonnullas concluſiones d. Eminentiſſ. Au-
ctore nondum viſo excerptas ex *Rotæ deciſioni-*
bus, quæ hodie circumferuntur, hic referam.
Bona igitur Eccleſiæ conceſſa in emphy-
theuſim abſque beneplacito Apoſtolico adeò
verum eſt non poſſe in emphyteutam transferri
propter emphytheuſis nullitatem reſultantem
ex deffectu d. gratiæ, quemadmodum habetur *in*
præſenti deciſione num. 1. ut potiùs in ipſis
9 competat directo Domino manutenentio, *Nea-*
politana ſeù Nucerina Manutentionis 3. Junii
1711. *§. nullitatem cor. cl. me. Card. Scotta Ro-*
mana ſeù Albanen. Manutentionis §. Poſthabita
28. *Jan.* 1724. *cor. R. P. D. Rovault de Gama-*
ches. Nullius, ſeù Aſculana Emphytheuſis 11.
Febr. ejuſdem anni coram R. P. D. Cerrio. Bene-
placitum prædictum non eſt neceſſarium in bo-
10 nis locari ſolitis: & quando dictum ſolitum
excludatur, *Romana ſeù Albanen. Manutentio-*
nis 28. *Jan.* 1784. *§. Fruſtra cor. R. P. D. de Ga-*
maches. Nullius ſeù Aſculana Emphytheuſis
11. *Feb.* 1724. *cor. Corio per tot.* confirmata 11.
Decemb. ejuſdem anni cor. eodem; Et etiam ſi
alias de ejuſdem impetratione opus eſt, quando
in Inſtrumento fuit reſervatum abſolutè cum
11 cum præfixione certi temporis determinati, ut
firmavit *Rot. in Aſten. Prioratus ſuper Perti-*
nentia 7. Decembris 1708. *Sed in hoc cor. Ri-*
verendiſs. P. D. Aldrovando, ſecus autem ſi re-
ſervatus ſub conditione: *quatenus opus ſit*: vel
etiam quando d. conditio non adeſt, ſed omiſſa
etiam fuit præfixio temporis determinati, tunc
enim ſi beneplacitum, alias de jure non erat ne-
12 ceſſarium, ex præd. Partium reſervatione nul-
lam induit de novo qualitatem neceſſitatis, ex
deductis per eandem *Rotam in d. Albanen. loco*
mox citata. Circa quam temporis præfixio-
nem factam à Partibus in Inſtrumento illud
etiam in notandum quod ſi beneplacitum obti-
13 neatur poſt lapſum d. temporis in Inſtrumen-
to deſignati, gratia remanet nulla, niſi in
ſupplicatione explicatur præter lapſus dicti
temporis novuſq; conſenſus concedentis quem-
admodum reſolvit *Rota in ſæped. Neapolitana,*
ſeù Nucerina Manutentionis §. Et demum cor.
cl. me. Card. Scotto.
Eſt autem nullum, ſi non exprimatur in
ſupplicatione verus fundi redditus, vel ſi pe-
14 tatur pro contractu faciendo, dum jam erat
factus, *d. Neapolitana, ſeù Nucerina Manuten-*
tionis 3. Junii 1711. §. Accedit cor. cl. me. Card.
Scotta.
Advertendum tamen eſt, quod gratia Ponti-
ficia ſuper prædd. alienationibus obtenta ad
tertiam generationem eſt nulla in totum, ſi
Emphyteuſis concedatur in infinitum, prout
15 etiam quando conceſſio reſtricta fuit ad hære-
dis ſanguinis, gratia eſt pariter nulla in totum,
quando fuerunt inveſtiti hæredes extranei.
Quod ampliatur etiamſi in Inſtromento con-
ceſſionis inſeratur beneplacitum Apoſtolicum,
quia tali caſu licet emphyteuta prima facie vi-
deri poſſet contentus recipere emphytheuſim
ad formam Beneplaciti, ut ſupra reſtricti, ni-
16 hilò tamen minùs ſtante difformitate inter in-
veſtituram, & Apoſtolicam gratiam, conceſſio
corruit in totum, ut plenè firmatur in *d. Neapo-*
litana, ſeù Nucerina Manutentionis 3. Junii
1711. *§. E converſa, & §. Nec enervatur cor.*
ead. Card. Scotto.
Ultra beneplacitum prædictum requiritur
etiam copulativè Eccleſiæ utilitas, quæ utrum
17 adſit, an excludatur, & ex quibus reſultet,
videri poterunt relati in *d. Nullius, ſeù Aſcu-*
lana

Digitized by Google

lana Emphyteuſis 11. Febr. 1724. ex §. Aſt verò uſque ad finem. cor. R. P. D. Corio.

Stante autem nullitate alienationis rerum Eccleſiaſticarum, cum titulus reducatur ad non titulum, fructus regulariter reſtituendi ſunt à
18 die celebrati contractus, *per Text. in cap. ſi quis in fin. de reb. Eccleſ. non alienan. Redoan. d. tract. q. 77. à num. 4. Fulgin. de contract. Emphytheut. quæſt. 22. num. 3. Panimoll. deciſ. 135. num. 38. & 40. Sperell. deciſ. 154. num. 64. tom. 2. Bituntina Nullitatis Locationum 26. Junii 1719. §. fin. cor. bo. me. Marymon. & 11. Martii 1720. §. fin. coram R. P. D. Corio, Nullius ſeù Aſculana Emphyteuſis utraque §. 2. coram eod. ſuper fructibus 11. Febr. & 9. 11. Decembris 1724.*

Limitatur tamen, ſi poſſidens rem Eccleſiæ nulliter alienatam non verſetur in poſitiva mala fide, quia potuerit errare, vel errore facti exiſtimans ſolemnitates fuiſſe adhibitas, vel errore facti exiſtimans ſolemnitates fuiſſe adhibitas, vel errore juris authumans non fuiſſe
19 neceſſarias, in quibus terminis verè fructus ſuos facit uſque ad diem litis conteſtatæ, per quam ceſſerat bona, & ſuperducitur mala fides, uti præciſe firmant *Ventrigl. in prax. tom. 1. annot. 1. §. 4. num. 6. in fin. Card. de Luc. de alienat. diſc. 12. n. 17. Sperell. deciſ. 155. n. 75. Panimoll. deciſ. 55. annot. 3. num. 9. & 12. Rot. cor. Coccin. 1415. à num. 1. & per tot. repet. ii. part. 4. rec. to. 2. dec. 444. d. Nullius, ſeù Aſculana ſuper Fructibus d. §. 2. coram eod.*

Tranſeundo ad alteram concluſionem ſuper Juriſdictione Cardinalis Vicarii Urbis verum eſt, quod Vicarius Generalis Papæ non repræſentat ipſum, tanquam Paſtorem univerſalem,
20 ſed tanquam Epiſcopum particularem Urbis, vel Ordinarium loci, ut pluries docet *Card. de Luc.* & præcipuè *in Relat. Cur. diſc. 13. num. 2.* & comprehenditur in Conſtitutionibus loquenti-
21 bus de Ordinariis, ut tradit *Ventr. in prax. lib. 2. cap. 16. num. 1. Ridolph. ſimiliter in ſua prax. lib. 2. cap. 7. num. 75. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 25. num. num. 1. Sbroz. de Offic. Vicarii lib. 1. quæſt. 3. num. 19. cum aliis in deciſ. 54. num. 16. part. 13. recent.* reſolvit etiam Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ ſub die 28. Martii 1658. declarando Conſtitutiones Apoſtolicas, & præcipuè illas S. Pii V. ſuper concurſu, & Vicariis habere locum in Urbe, & ſub nomine Ordinarii d. Eminentiſſimum D. Card. Vicarium comprehendi, quam refert eadem *Rot. in d. dec. 54. num. 17. & 18. p. 13. recent.* & proindè nequit auctorizare conceſſiones emphytheuticas bonorum Eccleſiaſticorum: Quod adeò certum eſt, ut etiam in ipſa Urbe ejuſmodi auctoritatem non interponat, de quo habemus exemplum in hac ipſa cauſa *Romana*. Et quando quis etiam in Urbe vult rem Eccleſiaſticam alienare recurrit ad
22 Sac. Congregationis repræſentantes Summum Pontificem univerſalem, quæ, ad inſtar aliorum Ordinariorum dirigunt ejuſmodi commiſſiones Vicario Urbis, juxta teſtimonium *Card. de Luc. in Relat. Cur. d. diſc. 13. num. 5.*

Supereſt tertia concluſio ſuper expiratione
23 gratiæ non præſentatæ vivente Pontifice, per cujus obitum eadem gratia expirat, ut probat *hæc Deciſio num. 4.* ſuper quo adeſt *Text. literalis in cap. ſicuti 36. §. Secùs de præbend. & dignitat.* & tradunt *Sebaſt. Medic. in tractat. mors omnia ſolvit part. 2. concluſ. 48. num. 133. Rot. coram Coccin. deciſ. 2039. num. 5. Anſald. in addit. ad deciſ. 97. num. 32.*

Hoc tamen eſt intelligendum, quando gratia eſt in forma Commiſſaria, & per conſequens Executor, qui apponitur eſt mixtus, non autem merus, nam in hoc ſecundo caſu gratia,
24 cum ſit pura uſque ab initio, non expirat, etiamſi Pontifex concedens moriatur re integra, & paſſim traditis per DD. Et circa hoc celebre eſt exemplum, quod nuper accidit Sede Vacante ſa. me. Benedicti XIII., qui cum jam contuliſſet Clericatum Cameræ R. P. D. meo Calono, magno Romanæ Prælaturæ ornamento, is propter abſentiam Eminentiſſimi D. Cardinalis Camerarii non potuit præſtare in ejus manibus ſolemne juramentum, & adimplere conſuetas formalitates vivente Summo Pontifice. Cumque pro Camera ſolita haberi ad recognitionem Cadaveris Defuncti Pontificis, fuiſſet deputatus ab Eminentiſſimo Cardinali Annibale Albano Camerario abſente, Eminentiſſimus D. Cardinalis Corſinus ad præſens Sanctiſſimus D. N. Clemens XII. feliciter regnans, iſque ſatius duxiſſet ſuperſedere in receptione d. Juramenti, & adimplemento dd. formalitatum, donec rediret Eminentiſs. D. Cardinalis Camerarius brevi reverſurus, Clerici Cameræ poſtridie ejus diei in quodam Epiſtolio ad R. P. D. Caſonum dato aſſerebant nullam adeſſe contra ipſum difficultatem, ac tranſmiſerunt pulcherrimum *Textum in cap. Si ſuper gratia 9. de Offic. & poteſtat. Judic. delegat. in ſext*, in hæc verba: *Si ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica Sede, facta executores fuerint deputati æquum eſſe cenſemus, ut ſicut ipſa gratia (licet nondum*
25 *ſit in ejus executione proceſſum) morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra, perimatur executoribus data poteſtas, quam veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis: ne gratiam eandem vel reddi quandoque omninò inutilem, vel ipſius effectum in tempus longius (cum illius diſpendio, cui facta extitit) differri contingat*: Quapropter porrecto ſupplici libello Eminentiſs. DD. Cardinalibus Capitibus Ordinum, cum ante clauſuram Conclavis in exequiis novendialibus propter notiſſima & graviſſima negocia Eminentiſs. D. Cardinalis Camerarii quibus tunc temporis præter ordinem præpeditur, non potuiſſet haberi Camera coram ipſo ad hunc effectum, dictæ ſolemnitates adimpletæ fuerunt in Camera habita ab eodem Eminentiſs. Camerario ad Rotas ipſius clauſi Conclavis propter aliam occaſionem appoſitionis pretii carnium. Et non obſtante hac mora fuerunt ad R. P. D. Caſoni favorem expedita mandata integrarum portionum pro regaliis, pannis lugubribus, aliiſque emolumentis ad Clericos Cameræ Sede Vacante ſpectantibus, non ſecùs ac ſi ipſe ab initio prædd. ſolemnitates impleviſſet, Et Mihi quoque tanquam ejus Auditori, meorum emolumentorum pro tota ſumma uſque ab initio Sedis Vacantis mandatum fuit expeditum abſque ulla controverſia, iiſdemque rationibus admiſſus fuit ad d. Juramentum, & Emolumenta, Sede Vacante, R. P. D. Vidonus Cameræ Præſes nuper electus, in quo cadebant eædem difficultates. Alia quæſtio abſimilis orta
26 fuit Sede Vacante Clementis XI. occaſione qua R. P. D. Magius Cameræ Clericus nondum

ſede-

ſederat in Camera, quam ad ipſius Clerici favorem reſolutam refert per extenſum *Eminentiſſ. D.Card.Petr. ad Conſtit.1. Sexti IV.tom.5. fol.mihi* 492.

R. P. D. VIRILI

Poſtea S. R. E. Cardinali
Nullius ſeu Aprutina Juriſdictionis
15. *Novembris* 1627.

ARGUMENTUM.

Ex diſtantiæ probatione fit compertum nonnulla bona minime ſita eſſe intra fines Diœceſis Aprutinæ.

SUMMARIA

1 *Bona eſſe ſita intra fines alicujus Diœceſis probatur ex ipſius extenſione.*
2 *Mappa impreſſa præbet adminiculum fines probandi.*
3 *Diſtantiæ probatio tollit bona non eſſe in finibus.*
4 *Limitum natura conjunctionem undique requirit.*
5 *Aprutini fines ſunt uſque ad mare.*
6 *Teſtibus deponentibus ſpecifice ſtandum eſt in materia finium, non vero genericè.*
7 *Mappa non facta ſervatis ſervandis minime probat.*
8 *Bullæ exemplum exempli nil probat.*
9 *Vaſſalli quando valeant ferre pro domino teſtimonium.*
10 *Situatio Diœceſis, ut probetur, ſat eſt ſpecifica, & concludens depoſitio.*
11 *Situatio Loci in Diœceſi ex quibus probetur?* remiſſivè.

Ab hac deciſione receſſit *Rota cor. Dunozet. Jun. deciſ.244.& deciſ.426.* Quæ deciſiones revocatoriæ ſunt impreſſ. *inter Recent, deciſ. 285. & 286.par.8.*

DECISIO VII.

OCcaſione controverſiæ ſuper juriſdictione ſpirituali Caſtrorum, ſeù locorum Murri, Muſciani, & Notareſci inter Epiſcopum Aprutinum, & Abbatem B. Mariæ de Propertano, & S Angeli de Muſciano, duæ fuerunt factæ deciſiones contrariæ, una *coram bo. me.* (a) *Seliacien ſub die 10.Martii* 1624. in qua fuit dictum Caſtra, ſeu loca ſupradicta non probari eſſe ſita intra fines Diœceſis Aprutinæ ex rationibus in ea deductis, altera *coram bo. mem. Rembolbo ſub die 15. Junii* 1626. in qua, cir-
1 cumſcripto affectu dubii, fuit reſolutum ſtrictè quoad ſituationem dd. caſtra ſive loca eſſe ſita intra fines Diœceſis Aprutinæ, quia dicta Diœceſis Aprutina ſe extendit à meridie a Civitate Terami uſque ad flumen Vomani, unde cum dicta caſtra, ſeu loca ſint ſita inter Civitatem Terami, & flumen Vomani, ſequitur, quod ſint ſita in Diœceſi Aprutina, ut deponunt quatuor teſtes Epiſcopi, quorum dicta coadjuvantur ex mappa impreſſa ante motam
2 litem, & ex Bulla Anaſtaſiana, quæ licet non ſit in forma probanti, præbet adminiculum, ut latius dicitur in dicta deciſione.

(a) Eſt dec. 309. cor. Dunozet. Sen.

Sed pro parte Abbatis examinatis (b) quatuor teſtibus diſputavi dubium, *an ſit recedendum ab ultimo loco deciſ. ſub die 15.Junii 1626. coram bo.me.Rembolbo*; & Domini receſſerunt, & firmarunt, circumſcripto effectu, iſta tria caſtra, ſeu loca non eſſe ſita intra fines Diœceſis
3 Aprutinæ. Moti fuerunt, quia quatuor teſtes noviter pro parte Abbatis poſt deciſiones ſupradictas examinati, clarè, & ſpecifice dicunt, quod iſta tria caſtra, ſive loca non ſtant verſus meridiem inter Civitatem Terami, & flumen Vomani, ut æquivoce ſupponitur *in deciſione bo. me. Rembolbi*, ſed ſunt verſus Orientem inter Civitatem Terami, & mare, & diſtant à Civitate à Terami ſpatio duodecim miliarium, & à mare diſtant ſpatio quatuor miliarium; Addunt quoque teſtes, quod inter Civitatem Terami, & hæc tria caſtra ſive loca controverſa extant Caſtelbaſſo, e Guardia Vomana, juxta quæ adeſt terra Montis Pagani, & quod Diœceſis Terami ab oriente verſus mare ſe extendit ſolùm per decem miliaria uſque ad dd. loca Caſtelbaſſo, e Guardia Vomana excluſivè, nec includit tria Caſtra, ſeù loca controverſa remotiora, & quæ habent intermedia Caſtelbaſſo, e Guardia Vomana, & ſic uti poſt Caſtelbaſſo, e Guardia Vomana, ſituata ſint
4 extra Diœceſim Aprutinam, cum natura limitum ſit, ut debeant eſſe ita conjuncti, ut ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant loca confinata, *l. patronus §. Sempronius ff. de acquir. rer.dom. Hier. à Monte de finib. cap.15.n.8. Montic.dec.169.n.4.*

(b) Teſtes fuerant prius examinati nulliter, ut in dec. 341. coram Dunozetio ſen.

Non obſtat, quod flumen Vomani à meridie fluat uſque ad mare, & ſit unum ex confinibus Diœceſis Aprutinæ, quia licet flumen Voma-
5 ni verſus meridiam fluat uſque ad mare; tamen, ut dicunt teſtes Abbatis, ab oriente, ubi adſunt loca controverſa, Diœceſis Aprutina non excedit loca di Caſtelbaſſo, e Guardia Vomana remanent extra fines Aprutinos, ut ſupra deductum eſt.

Quibus ſupradictis teſtibus Abbatis, uti ma-
6 gis ſpecificè deponentibus, ac diſtinguentibus magis videtur ſtandum, quam aliis examinatis pro Epiſcopo, qui in genere deponunt. *Alex. conſ.150. n.17 lib.5.Socein.ſen.conſ 54.n.14.lib. 4. Aym.conſ.94.n.3.Gabr.de teſtib.concl.4. n 73. Greg.dec.449.n.8. Rota dec.223. n. 10. & deciſ. 272.n.3.p.2.rec.*

Adminicula deſumpta ex Mappa, & ex Bulla Anaſtaſiana evaneſcunt, quia ſi teſtes Epiſcopi deſtruuntur à teſtibus Abbatis, qui ſunt præferendi ex ſupradictis, ceſſat fundamentum ſuper quo adminicula fulciri deberent, & ideò
7 non attendenda, & Mappa uti non facta ſervatis ſervandis, & Bulla Anaſtaſiana uti exem-
8 plum exempli nihil probant. *Rot. dec. 558.n.3. p.a.rec.*

Exceptiones contra teſtes non relavant, nam ſi unus fuit excommunicatus, fuit quoque abſolutus; ſi ſunt Vaſſalli Ducis Adriæ, non ſunt Vaſſalli Abbatis, & Vaſſalli poſſunt eſſe teſtes
9 pro Domino, ſi non agitur de eorum intereſſe, *Afflict. dec.304.n.14.Felin.in cap.in litteris n.3. de teſtib.Gabr.eod.tit.concl.10. n.21. Alex. conſ. 88. n.16. lib.5.*

Non obſtat, quod teſtes neſciant quid ſit eſſe
10 nullius Diœceſis, & quæ ſit juriſdictio Epiſcopalis, quia hodiè agitur tantum de ſituatione, de qua ſat eſt, quod ſpecificè, & concludenter deponant.

Et ita utraque parte informante fuit deciſum. A. D.

Digitized by Google

ADNOTATIO.

AGitur in præſenti deciſione de probanda ſituatione Loci intra fines Diœceſis, ad cu-
11 jus materiæ ornatum in caſus contingentia recurri poterit *ad deciſ. 5. num. 1. 2. 17. & 18. poſt Proſper. de Territ. ſeparat.* & ad auctoritates affatim relatas per eandem *Rotam in Nullius, ſeù Terræ Pratulorum Juriſdictionis cor. Eminen. D. Card. Falconer.* inter ejus impreſſ. *dec. 24. de Offic. Ordinar. &c.* confirmata *ſub die 27. Nov. 1724. cor. R. P. D. Calcagnino.*

R. P. D. PEUTINGERIO.

Romana Retractus.

14. *Junii* 1652.

ARGUMENTUM.

Præferri debet cenſus Dominus in venditione ſeudi cenſuati, aliàs ipſe poteſt illud retrahere, maximè ſi venditio ſibi non fuerit judicialiter denunciata.

SUMMARIA.

1 *Retrahendi fundum cenſuatum jus competit domino cenſus.*

2 *Præcipuè non factæ ab emptoribus Judiciali denunciatione: & num. 4. & 6.*

3 *Rem non trahi potiùs intereſt emptoris quam venditoris.*

5 *Renunciatio venditionis fundi cenſuati eſt facienda mulieri dominæ cenſus, non autem ejus viro.*

7 *Nec poteſt, per quamcumque ſcientiam ſuppleri.*

8 *Re Prælatione debita cenſuario ex Conſtit. S. Pii V.* remiſſivè.

9 *In materia prælationis denunciatio debet eſſe Judicialis*, remiſſivè, & num. 10.

11 *Et fieri debet cum inſertione pactorum.*

12 *Declara, quod poſſit fieri etiam per relationem ad minutam, ſeù Inſtrumentum, ſi horum notitia facilè haberi poteſt.*

13 *Hortus, ſeù Viridarium uſui domus inſerviens, non eſt in fructu, & dicitur eſſe potius ad oblectamentum.*

Iſta deciſio eſt impreſſa & repetita cor. Peutinger deciſ. 449. eamque una cum aliis citat *Eminen. D. Card. Corradinus* in ſuo doctiſſimo Tractatu *de Prælatione quæſt. 4. n. 12.*

DECISIO VIII.

FRanciſcæ Ricchæ *Domini* dixerunt competere prælationem ſuper horto vendito, & domibus, de quibus agitur ex clara diſpoſitione *Conſt. San. Mem. Pii V.* ſuper forma creandi cenſus inter impreſſ. *in bullar. nov. t. 2. la 29 §. 6.* tribuitur Domino cenſus jus retrahendi fun-
1 dum cenſuatum alteri venditum. *Felic. de cenſib. lib. 1. cap. 14. n. 6. Cen. eod. tract. quæſt. 66. n. 1. cum ſeqq.* & dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 1474. n. 1. cum ſeqq. ſan. mem. Greg. XV. dec. 425. n. 1.* & pluribus adductis *in Faven. retract. 19. Januarii 1646. coram m. P. D. meo Veroſpio.*

Cum igitur ab emptoribus bonorum non fuerit facta judicialis denunciatio cum inſertione totius inſtrumenti venditionis eorundem
2 cum ſpecifica pretii veri expreſſione, atque pactorum, & conventionum conventarum, Franciſca poteſt venditionem retrahere, ut dixit *Cenc. allig. q. 66. n. 27. cum ſeqq. Rota dec. 253. n. 4. coram Card. Merlino* & fuit dictum in *Faven. 4. Julii 1647. in §. Improbabilis quoque coram R. P. D. meo Veroſpio*, ut firmantur *in §. 1. verſ. maximè*, dum eadem denunciatione, etiam ab emptore hujuſmodi fundi eſſe domino cenſus per denunciationem faciendam, cum emptoris potiùs quam venditoris interſit rem non retra-
3 hi, ut ponderavit *Rota dec. 193. n. 11. coram ſan. me. Greg. XV. & ſequitur Cenc. d. q. n. 31.*

Et propterea cum in præſenti caſu nequaquam conſtet de tali venditionis denunciatione bonorum, de quibus agitur; reſultat Fran-
4 ciſcam minimè impediri tanquam dominam cēſus ſuper bonis controverſis impoſiti ſupradictam prælationem, quandocumque petere, & obtinere valeat ex juribus ſupra allegatis.

Neque ad effectum, de quo agitur impediendum relevat oblatio facta à Jo: Baptiſta venditore Carolo Menſolario d. Franciſcæ viro relat. *in eius ſummar. n. 5.*

Tùm quia ipſi Franciſcæ tanquam dominæ
5 cenſus, de cuius intereſſe principali ac præjudicio agitur, erat facienda denunciatio, non autem ejus viro, ut in ſimilibus terminis dictum fuit *in Melevitana pecuniaria 19. Novembris 1649.* (a) *coram R. P. D. meo Cerro.*

Tùm etiam quia non fuit facta prævia inſer-
6 tione tenoris inſtrumenti, & cum debita expreſſione pretii ac pactorum, & conditionum dictæ venditionis.

(a) Inter ejus impreſſas dec. 211. n. 3. confirmata in ejus dec. 345.

Minùs ſufficit inde reſultare poſſe ſaltem Franciſcæ dominæ cenſus ſcientiam dictæ venditionis, non tamen venditori ſuffragatur, cum
7 de forma præciſa, ſit neceſſaria actualis denunciatio quæ ſuppleri nequit per quamcumque ſpecificam, & individualem ſcientiam ex alleg. per *Cenc. d. q. 66. Rota coram Seraph. d. dec. 1474. n. 3 Card. Merlin dicta dec. 253. n. 3. Duran. dec. 52. n. 2. & d. Faven. Retractus 19. Januarii & 4. Julii 1646. ac 19. Junii 1647. coram m. P. m. meo Veroſpio*, in quibus duabus ultimis remiſſoria fuit per DD. denegata, petita ad effectum probandi ſcientiam venditionis cum omnibus ſuis qualitatibus, & irrelevantia materiæ articulatæ clarè reſultante, ex eo quod actualis denunciatio pro forma requiritur.

Et ita fuit reſolutum pro Franciſca informante.

ADNOTATIO.

AD Conſtitutionem S. Pii V. hic enunciatam vidè latiſſimè deducta per Em. D. Card. Corradinum in omnibus numeris abſoluto, *tract. de Jur. Prælation. q. 32. per tot.*

Cumquè præcipua quæſtio hic agitata verſetur circa denunciationem; firmum eſt, quod traditur in præſenti deciſione *num. 2.* nimirum
9 denunciationem eſſe debere Judicialem juxta ſenſum prælaudati Eminen. Auctoris, *d. qu. 32. num. 39. & 45.* quem ſequitur *Rot. in Æſina Retractus 20. Janu. 1701. §. Adhuc cor. bo. me. Anſaldo*, in qua deciſione plures firmantur concluſiones ad comprobationem præſentis materiæ Prælationis, ſeù Retractus; prout etiam ad rem faciunt deciſiones confirmatoriæ in eadem
10 cauſa: Altera nimirum *ſub die 12. Junii 1702. cor. bo. me. Mato*; Altera verò *ſub die 27. Jun. 1703. coram bo. me. Caffarello.*

Et quamvis certum pariter ſit, quod iſta denuntiatio judicialis, & formalis fieri debeat cum pactis, & conditionibus, cum quibus alius

eme-

Digitized by Google

21 emere vult ad hoc, ut Cenſuarius deliberare poſſit, an emptin expediat, nec ne; attamen æquè vera eſt declaratio adducta per Eminen. D. *q.4. num.3. & 4.* quod ſcilicet, ſi jam conſe-
22 ctum ſit Inſtrumentum, vel ipſius minuta, ejuſdemque notitia facile haberi poſſit, in tali caſu ſufficiat denunciatio facta per relationem ad pacta conventa in eadem minuta, ſeù Inſtrumentn, nec denuncians opus habet integrum tenorem ipſius minutæ, ſeù Inſtrumenti inſerere in d. denunciatione.

Quoniam hic præciſe agitur de præſtatione ſuper Horto, non inutile erit adnotare, quod hortus, ſeù Viridarium Domus ipſius uſui de-
23 ſerviens nullos certos fructus reddere ſolet, & dicitur eſſe potius ad oblectamentum, *Rot. deciſ.90. num.2 2. cor. Zarat.*

R.P.D. MELTIO

Melevitana Decurſus Aquarum
31. Januarii 1656.

ARGUMENTUM.

Aqua ſuperioris fundi an ſit divertenda: & plura de ejus ſervitutis præſcriptione.

SUMMARIA.

1 *Aquæ antiquus curſus à ſuperioris fundi domino turbari non poteſt.*
2 *Circa aquæ curſum pactum, natura, & vetuſta conſuetudo conſideranda.*
3 *Aqua diverti poteſt, ſi naturaliter fluxerit, non autem ſi per opus manufactum & ratio ad* hoc, num. ſeq.
5 *Teſtes cum remiſſoria examinati, & rationem dicti reddentes, plenam faciunt fidem.*
6 *Teſtes licet ad perpetuam examinati, cum abſque repetitione fuerint defuncti, pro juſtis, & legitimis habentur.*
7 *Negativa coarctata probari debet.*
8 *Affirmative teſtes deponentes ſunt præferendi.*
9 *In aquæ præſcribenda ſervitute titulus requiritur, vel longa poſſeſſio ſufficit.*
10 *Titulus, & bona fides ex 40. annorum lapſu præſumitur.*
11 *Licentia, & permiſſio Domini præſumitur intranti ad aquæductum expurgandum.*
12 *Cloaca in inferiori fundo conſenſu mutuo facta præſumitur.*
13 *Expurgatio ſive excavatio in alieno reputatur ex actibus, qui jure propria fiunt.*
14 *Servitutis præſumptio ex immemorabili probatur.*
15 *Immemorabilis habet vim tituli, conceſſionis, & privilegii.*
16 *Ad ſervitutem per non uſum amittendam ſcientia Domini requiritur.*
17 *Coloni precario poſſident, atque abſenti domino non præjudicant.*
18 *Spolii actio durat 30. annis, nec minori ſpatio præſcribitur.*
19 *Aquam divertens malitioſè præſcriptionem impedit.*
20 *Servitute in conſervanda uſus ſufficit in aliqua parte.*
21 *Publica in præjudicium privati conſulendum non eſt.*

Præſens deciſio eſt repetita in deciſ. 119. p. 12. recent. *& per errorem rurſus replicat in eadem p.* 12. deciſ. 208. *Juxta quorum exemplaria fuit hic emendata, cum tam in Summario, quam in eadem deciſione adeo fuiſſet turbatus ordo, ut nullus ſenſus percipi potuiſſet.*

DECISIO IX.

IN Epiſcopali prædio Taleſcof. nuncupatn oritur aqua fontis, qui dicitur Talaurenti defluens opere manufacto per terrenum ferri *della Tobaria* confinantis cum dicto prædio Epiſcopali, hujuſmodi aquam, cum Epiſcopus Callares moderni Reverendiſſimi Epiſcopi Meliten. anteceſſor. anno 1647. abſente tunc domino feudi, a ſolito curſu divertiſſet, Eminentiſſimus D. Magiſter (qui dictum feudum anno 1650. acquiſivit, animadvertens aquæ diverſionem reſultare in magnum ejus feudi præjudicium, ex quo amplius non poterant, prout antea, irrigari agri, & hortalia, illam ad priſtinum ſtatum reducendam eſſe prætendere cepit: Unde commiſſa cauſa in Rnta dubitatum fuit, an Reverendiſſ. Epiſcopo licuerit aquam ducere in præjudicium fundi inferioris: & non licuiſſe Domini reſponderunt. Ratio reſolutionis fuit quia cum aqua jam longo tempore, ſcilicet per 20. annos, & ut aliqui ex teſtibus examinatis pro parte Eminentiſſimi D. Magni Magiſtri deponunt, per 40. & ab immemorabili tempore per canalem ſeu aquæductum fabricatum in fundo ſuperiori defluxerit fundum inferiorem, utique non potuit in iſtius præjudicium antiquus aquæ curſus ulla revocatione turbari, & in aliam partem diverti ab Epiſcopo Domino fundi ſuperioris, & propterea aqua in priſti-
1 num ſtatum reducenda venit, *l. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiv. l. fin. §. fin. ff. de aqua pluv. arcen. l. ſi manifeſte C. de aquæductu lib. 11. Bald. conſ. 242. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 129. num. 10. verſ. eo magis vol. 4. Beroat conſ. 144. num. 39. verſ. 4. pondero, vol. 2.* quod circa curſum aquæ tria regulariter ſunt conſi-
2 deranda, pactum, natura, & vetuſtas late *Surd. conſ. 447. nu. 10. & 11.* ubi quod in aquæductu antiqua conſuetudo eſt ſervanda, cum habeat vim tituli, & privilegii. *Jaſ. conſ. 150. num. 10. lib. 2. Cephal. conſ. 96. num. 2.* ubi quod à curſu conſueto, à quo aqua diverti non poteſt, idem firmat. *Capoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 69. de aquæductu num. 2. verſ. ſed pone, & Cyriac. conſ. 311. num. 3.*

Neque obſtat, ut ex eo, quod controverſa aqua erumpit in proprio fundo Epiſcopi, potuerit etiam ab eo in aliam partem ad ſui libitum diverti, etiam ſi per aliquod longum tempus defluxerit in fundum inferiorem, *ad tex. in l. ſi meo fundo ff. de aqua pluv. arcen.* quia trita, ac in jure communiter recepta eſt diſtinctio ſo-
3 lita afferri dicto textui, ut nempe ille procedat, quando aqua ſuo naturali fluxu fluit, ſecus autem ſi per opus manufactum. *Ita Bart. in l. 1. §. & ſi princ. ff. de aqua pluv. arcen. Bald. & Salic. in l. 2. ff. ad leg. Aquil.* & conferunt etiam *text. in l. cui fundum ff. quemadm. ſervit. ammitt. & in l. Neratius, & ibi gloſſ. verb. tollere ff. de aqua pluv. arcen. Decius conſ. 202. n. 24. Cravett. de antiq. tempore p. 4. §. circa præmiſſa n. 4.* Ratio autem dictæ diſtinctionis eſt, quia ubi aqua non naturaliter, ſed artificioſe ope-

re manufacto decurrit, tunc cenſendum eſt
Dominum ſundi ſuperioris permiſiſſe curſum
aquæ in fundum inferiorem, non jure facultatis,
ſed ſervitutis acquiſitæ miniſterio Domini
4 ex dicto opere manufacto, & conſequenter illicita
omnino redditur diverſio aquæ à ſolito
curſu in præjudicium fundi inferioris, cui dicta
ſervitus acquiſita fuit, *Caſtrenſ.conſ.243. num.
2.verſ.præterea lib.2. Surd. d.conſ.447. num.12.
Burſat.conſ.87. num.1.cum ſeqq.& conſ.235. n.
54.& conſ.267. num.38 Menoch.conſ.447. num.
42. verſ. qui hoc intellexerunt. Petrus Bin.
conſ.238. num.33. & ſeqq. Marott. conſ.8. num.
3. ad med. Bellarmin. conſ.7.num.3. Cepoll.de ſervit.
aquæ duct. num. 56. cum duobus ſequentib.
Gabriel. de præſcript. concluſ. 10. num. 14. Cyriac.
controv. 312. num. 2. verſ. quia Viccianus
dec.12. num. 17. poſt med. & num. 22. Rota diverſ.
deciſ.164.num.3. p.2. in recen. dec.32. num.
7.& 8. & deciſ. 425. num. 14. par. 4. tom. 2.&*
(a) *Mediolanen. Bonorum 17. Maii 1630. coram
Coccino*, nec non firmatum etiam fuit in
deciſ. in hac cauſa emiſſa *ſuper remiſſoria ſub
28. Junii 1651. coram Reverendiſſimo* (b)
Terraconen. §. relevantia ad medium verſ. nihilominus.

(a) Deciſ. 1885. cor. Coccin.
(b) Dec. 263. cor. Royas.

Quod autem controverſa aqua non naturali
curſu defluxerit ad fundum *della Tabaria*,
ſed per opus manufactum in prædio ſuperiori
ipſius Epiſcopi, probatur ex dictis teſtium examinatorum
pro parte Eminentiſſimi D. Magni
Magiſtri, qui deponunt, quod ſubtus Roccham
dicti prædii Taleſcof. confinantis cum prædio
della Tabaria extat antiquus curriculus in ſaxo
per lapicidas inciſus, nec non etiam antiquus
aquæductus pariter manufactus ſubtus
curriculum perveniens uſque ad fontem Talaurenti,
qui dictam aquam recipit, eamque ducit
ad terrenum fundi inferioris, ac terminat in
cratera in eodem prædio conſtructa ad uſum
animalium, & agrorum. Hujuſmodi namque
5 teſtes cum ſint numero plures formiter mediante
remiſſoria examinati, ac ſuorum dictorum
optimam rationem reddant, utique bene & concludenter
probant *l. ſolam & ibi Gloſſ. C. de teſtib.
Bald. in l. Præsbyter num. 124. verſ. quidam
periit C.de Epiſcop. & Cleric. Rot.dec.189.
num.2.& deciſ.272. num.3. cum ſeqq. p.2. rec.* &
fuit dictum in (c) *Bononien. Pecuniar. 10. Januarii
1650. §. 2. ad med.* tantoque magis cum
de fluxu ejuſdem aquæ per dictum canalem ſeu
aquæductum ſpatio longiſſimi temporis deponant
alii teſtes, qui, licet examinati ad perpetuam
rei memoriam, tamen ex quo repeti non
potuerunt ſtante illorum prædeceſſu, haberi
6 debent pro ritè, & valide examinatis, *Surd. deciſ.
103. per tot. Rota coram Greg. XV. deciſ.434.
num.5. coram Buratto deciſ.834.num.4. & deciſ.
530. num.3.* & illorum depoſitio morte confirmata
remanſit, *ad text. in l. fin. verſ. ſi autem C.
de teſtib. Rota in* (d) *Romana Depoſiti 15. Decembris
1645. coram Eminentiſſimo Domino
Card. Corrado, & in* (e) *Romana Nullitatis
Matrimonii 29. Januarii 1646. Non obſtat quod
nunc coram eod. Arguelles.*

(c) Dec. 200. nu. 4. cor. Otthobo.
(d) Contri. diſcept. forenſ. dec. 17.
(e) Dec. 8. nu. 41. & ſeq. cor. Arguel.

Non obſtat ad effectum præſumendi ex opere
manufacto aquam jure ſervitutis decurriſſe
in fundum inferiorem, quod requiratur ut dictum
opus conſtructum fuerit in fundo, contra
quem ſervitus prætenditur, alias laborerium
nil relevet; cum ex hoc non tollatur libertas,
quam de jure Dominus habet utendi pro ſuo arbitrio
aqua in ſuo fundo ſcaturiente; Objectum
enim hujuſmodi ceſſat ex facto concludenter
probato per teſtes formiter examinatos,
& præcipue affirmantes opus conſtructum fuiſſe
in ipſo prædio Epiſcopi ibi: *Hò viſto che nell'
articolato luogo chiamato Taleſcop. prædio Epiſcopale
vi è ſtata, e al preſente vi è una cava,
ò ſia mina cavata à forza di uomo con picconi
nella Rocca Diva.*

Pari facilitate viſa fuit tolli alia prætenſio
quod dicta cava fuit facta, non ad recipiendam
aquam, ſed potius ad effectum illam explorandi
ac quærendi ſub terra; iſtud enim eſt divinare,
& contrarium colligitur ex eiſdem teſtibus
deponentibus opus conſtructum fuiſſe *per
cercare, e raccoglier l'acqua.*

Non etiam adverſantur depoſitiones teſtium
examinatorum pro parte Reverendiſs. Epiſcopi
in ea parte, in qua licet, & ipſi admittant dictum
opus manufactum, per illud tamen
aquam in modica quantitate decurriſſe dicunt.
Primò enim dicti teſtes non coarctant negativam,
quod nempe dicta aqua non potuerint defluere
in majori quantitate, quin ipſi ſcirent,
prout ad probandam negativam requiritur
7 *Gloſſ. in §. Hinc nobis in auth. de hæred. & falc.
Bart. in l. ſi §. Hoc interdicto ff. de itinere actuq.
priv. Rot. coram Greg. XV. deciſ.510 num. part.
& 2.* eorum dicta reſtringuntur ad tempus recens,
& poſt factam diverſionem ab ipſo Epiſcopo,
dum deponunt, quod aqua defluebat in
modica quantitate, eo quia curriculus erat
repletus, repletio enim facta fuit ab
ipſo Epiſcopo de tempore, quo aquam a ſolito
curſu diverſit. Præterea, cum teſtes examinati
pro parte Eminentiſs. D. Magni Magiſtri deponant
de fluxu hujus controverſæ aquæ
per canalem manufactum, & ita de affirmativa,
ſemper in dubio præferendi ſunt teſtibus Epi-
8 ſcopi deponentib. de negativa. *Gloſſ. in l. diem
proferre §. Si plures verb. conſenſerant ff. de recept.
arbit. Bald. in l. Actor. num. 2. C. de probat.
Alex. conſ. 169 num. 5. lib. 5. Gabriel. de teſtib.
concluſ. 4. num. 1. Rota deciſ. 42. num. 5. p. 3. rec.
& in punct.* benè *Burſatt. conſ. 267. num. 13. ad
fin. & ſeqq. & n. 29.* ubi inter cæters ponderat
rationē veriſimilem, quæ huic caſui bene applicatur,
cum, ut dictum eſt, extet cloaca antiquiſſima
in ſaxo inciſa ſub fundo Epiſcopatus,
quam non eſt veriſimile fuiſſe alia ratione conſtructam,
quam pro ducenda aqua.

Minuſque refragatur quod ad effectum præſcribendi
ſervitutem contra Eccleſiam curſus
40. annorum cum titulo, & bona fide requiratur,
quia quicquid ſit, an ex eo, quod verſamur
in ſervitute aquæ continuò fluenti, quæ
9 proinde continua dicitur, titulus requiratur,
vel potius longæva poſſeſſio ſufficiat. *ad trad.
per Butr. in cap. ſi diligenti num. 17. poſt med.
verſ. ratio autem de præſcript.* quem ſequuntur
*Imola num. 12. & circa med. verſ. vel dic. vol. 2.
Bald. de præſcript. p. q. 2. num. 2. limit. 2. Ber. conſ.
202 num. 18. Rimināld. Jun. conſ 202. 86. num.
11. Raudenſ. variar. reſolut. cap. 68. ſub num. 65.*
ubi quod antiquus decurſus & uſus in aquis
*deſervit loco tituli Calcan. conſ. 56. ſub num. 7. &
9.* firmans conſuetudinem, & aquæ decurſum
per longum tempus continuatum per opus
manu-

manufactum de per ſe & abſque alio miniſterio ſeu titulo, habere vim inductæ ſervitutis.

Tollitur in propoſito caſu omnis difficultas, quia teſtes examinati pro parte Eminentiſſimi D. M. Magiſtri deponunt de continuo curſu, &
20 uſu dictæ aquæ per annos 40. ex cujus proinde temporis lapſu titulus & bona fides præſumitur, ad tradita in his terminis per *Alex. conſ. 69. n. 600. lib. 5. l. 1. §. deniq. in fi. & in l. & l. fin. ff. de aqua pluv. arcen. l. hoc jure ff. de aqua quotid. & æſtiv. c. 1. de præſcript. in fi. Burſat. conſ. 144. num. 32. lib. 3.* concurrente maximè quod, ut ex eiſdem teſtibus habetur, canalis ſeu aquæductus, per quem controverſa aqua decurrit, fuit expurgatus ab auditoribus dicti Eminentiſſimi D. Magni Magiſtri Domini fundi inferioris. Iſte namque actus in alieno ſolo geſtus, non ſolum claram ſcientiam Epiſcopi Domini fundi ſuperioris indicat, ex quo nimis inveriſimile redditur, quod homines alienum fundum ingredi aquæ ductum expurgare auſi
21 fuerint ſine ipſius Domini licentia & permiſſu, ut in his terminis ponderat *Burſat. dicto conſ. num. 19. & Petrus Bin. d. conſ. 398. num. 38 cum ſeq.* ubi ulterius firmat introductionem ſive deviationem aquæ in fundo inferiori opere
22 manufacto, habere præſumptionem, quod fuerit facta ex mutuo conſenſu. Verum etiam jus conſtitutæ ſervitutis probat, nam actus expurgationis ſive excavationis in alieno ſolo reputatur ex illis, qui non jure facultatis aut familiaritatis exerceri ſolent, ſed ex ipſis, qui ju-
23 re proprio fiunt. *Bart. Caſtr. & alii in l. ſerv. C. de ſervit. & aqua Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 5. num. 12. Burſat. conſ. 41. n. 14. Borgn. deciſ. 23. num. 123. p. 2. cum aliis alleg. per modern. Lucan. conſ. 97. num. 25. verſ. probatum inſuper eſt.*

Accedit ulterius pro majori comprobatione
24 præſcriptionis ſervitutis, quod aliqui ex teſtibus dicunt aquam fluxiſſe per opus manufactum uſque ad immemorabile tempus, & cum requiſitis per *gloſſ. in cap. 1. de præſcript. in 6.* Immemorabilis autem certum eſt, quod vim ti-
25 tuli, conceſſionis, & privilegii habet, *cap. ſuper quibuſdam §. Præterea de verb. ſignif. cap. 7. de præſcript. in 6. l. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid.* & eſt poteſtque illius vigore allegari melior titulus de mundo. *Rota in Placent. ſeu Abulen. Decimarum 28. Junii 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio §. 1. ad medium verſ. & ſic,* & in terminis ſervitutis aquæducendæ *Calcan. d. n. 8. Marett. conſ. 8. conſ. 56. n. 4. Surd. d. conſ. 447. n. 11. ad fin. Berous conſ. 194. n. 31.*

Non obſtat, quod etiam ſi dicta ſervitus legitimè præſcripta fuiſſet, nihilominus ex quo ab anno 1626. aqua diverſa fuit, inde cenſeatur illa amiſſa, & acquiſita libertas per non uſum 20. annorum uſque ad tempus motæ litis

Primo enim reſpondetur, quod feudum tunc erat poſſeſſum a forenſe de gente in Regno Siciliæ, & per Procuratorem erat locatum colo-
26 nis, quorum ſcientia, & negligentia ad effectum amittendi ſervitutem per non uſum nil relevat, ſed requiritur ſcientia, & patientia Domini. *Bald. de præſcript. in 2. p. 4. partis princ. q. 1. n. 12. verſ. & nota.* Et ratio eſt, quia coloni precario poſſident, & ita ſi negligunt uſum, &
27 fruitionem aquæ, non præjudicant Domino abſenti. *Barbar. n. 12. verſ. item poſito.*

Secundo, quia dum agebatur de ſervitute continua, & in eſſe deducta ducendi aquam per aquæductum conſtructum in fundo Epiſcopi intus Roccam, ubi eſt fons, & de tali ſervitute Epiſcopi certam, & indubitatam ſcientiam habuit, non ſolum ex longo curſu temporis, ſed etiam quia, ut dictum fuit, acceſſerunt homines ad expurgandum dictum canalem, utique Epiſcopus præſcribere non potuit, vel quia aquam de facto divertendo ſpoliaſſe
18 dicitur, & actio ſpolii durat 30. annis, nec minori ſpatio præſcribitur, *Mozd. dec. 3. de reſtit. ſpoliat. Rota in Rec. dec. 307. n. 7. p. 1. & in terminis Burſat. d. conſ. 87. n. 31. verſ. præterea.* Vel propter malam fidem, dum ſolitum curſum aquæ defluentis jure ſervitutis per fundum Tabarica, malitioſe divertit: nam ex hoc certum
19 eſt, quod præſcriptionem impedivit, juxta *tex. in cap. dudum de Decim. Surd. conſ. 276. n. 18. & 21. Honded. conſ. 82. n. 39. & ſeq. lib. 1. Rota coram Merlino dec. 585. n. 15.*

Præterea omnes teſtes etiam illi examinati pro parte Reverendiſſ. Epiſcopi deponunt ſemper aquam defluxiſſe per canalem etiam poſt diverſionem factam de anno 1627. licet in modica quantitate, attenta repletione facta, vel longo tempore ſequuta; & hoc ſufficit, ut ſervitus non omiſſa, ſed continuata intelligatur, quia in retinenda, & conſervanda ſervitute jam in eſſe deducta, ſufficit uſus etiam in ali-
20 qua parte, ut bene in his terminis firmat *Cravett. conſ. 124. n. 5. & eſt etiam* (a) *tex. in l. una eſt via ff. de ſervit. ruſtic. præd. & l. ſi is qui uſumfructum ff. de uſuf. Burſat. conſ. 267. n. 30.*

(a) Deciſ. 372. cor. Peutinger.

Denique non relevat, quod diverſio aquæ à ſolito curſu redundet in publicam utilitatem, & commodum Eccleſiæ, quia non eſt conſulendum publico in præjudicium privati ha-
21 bentis fundum inferiorem, & ſervitutem activam ducendi aquam, *l. unic. §. penult. C. de caduc. tollen. Caſtrenſ. conſ. 125. n. 1. in fi. lib. 2. Caſſad. dec. 119. per tot. p. 1.* firmavit *Rota in Bononien. Juris Macin. 1. Februarii 1638. coram* (b) *Reverendiſſ. D. meo Decano.* Et ita utraque parte informante.

(b) Deciſ. 482. cor. Dunozzet. jun.

ADNOTATIO.

NE inutilites ad ſupervacanea divagemur, aut ſemel dicta iterum repetamus, pro eo, quod attinet ad materiam præſentis *Deciſionis* videnda erunt deducta ſuperius in *Tract. cap. 8. per tot. fol. 108. & ſeqq. uſque ad fin.* cum auctoritatibus inibi affatim allatis, ad quas in ſpecialium circumſtantiarum contingentia recurri poterit.

R. P. D. TAJA.

Carpentoracten Aquarum
27. *Novembris* 1661.

ARGUMENTUM.

Identitatem Aquarum excludit diſtans ſcaturigo. Topographia, loci inſpectione, aliiſque conjecturis id convincitur.

SUMMARIA.

1 *Aquæ uſus abſque domini voluntate non permittitur*, & num. 14.
2 *Aquarum diſtantia comprobat earum diverſitatem: & de aliis ad hoc adminiculis.*
3 *Poſſideri eadem res à pluribus non valet.*

4 *Poſſeſſio probatur per inſtrumenta, & res inter alios actas.*

5 *Topographia præſentibus partibus eſt facienda.*

6 *Locs inſpectis cum Teſtibus concordans, plurimum refert ad aquarum dominii probationem; & de partis confeſſione n. 7. aliiſque conjecturis n. 8.*

9 *Vocabulum ſtrictum, & largum habens ſignificatum, accipi debet in ſtricto.*

10 *Aqua ad alium locum, non abſque proprii damno, propagatio eſt abſurda.*

11 *Conceſſione generali non veniunt ſpeciali nota digna.*

12 Card. de Luca *ſcripſit in Cauſa, de qua in præſente deciſ.*

13 *Subdelegatio Judicis eſt facienda in materia Aquarum, quando id proficit reſolutioni Cauſæ.*

15 *Circumſtantiæ omnes ſimul ponderandæ ſunt ad dignoſcendam aquæ Conceſſionem.*

16 *Conceſſio Aquæ intelligitur in dubio de ſuperflua Concedenti, non verò de neceſſaria.*

17 *Aqua eſt Reipublicæ maximè neceſſaria.*

DECISIO X.

AD Eminentiſſ. D. Legatum delata per appellationem cauſa, data eſt manutentio Communitati Carumbi in quaſi poſſeſſione omnium Aquarum fontium Lauroni, & aliarum, ac Aquæductuum, Meatuum, & canalium à parte orientali Monticuli, cum revocatione Attentatorum, & innovatorum: Et communitati Carpen. pariter manutentio in quaſi poſſeſſione quarundam aquarum, fontium de Alpibus in loco nuncupato *de Alpis*: Pro cujus parte interpoſita appellatione, & commiſſa mihi cauſa cum facultate manutenendi quē de jure, & diſputato dubio *An, cui, & quomodo ſit danda manutentio*, 21. Maji 1660. DD. deſideraront videre principaliter de bono jure, & concordari plantam, ſive topographiam; pro cujus legitima confectione de partium conſenſu ſubdelegatus eſt D. Vicarius Generalis Aquen. qui, partibus præſentibus, fecit delineationem cum deſcriptione loci; & hodie ipſo bono jure diſputato DD. reſponderunt *conſtare de bono jure Communitatis Carumbi, etiam ad effectum manutentionis, & purgationis attentatorum, & innovatorum* ſuper omnes aquas fontis Lauroni, Rialiæ, aliaſque, ac ſuper earum aquæductus, meatus, & canales à parte orientali monticuli nuncupati Territorii Lauroni.

Quia monticulus, ſeu territorium ſub quocumque vocabulo, tam Lauroni, quam de Alpibus, ſine dubio eſt Communitatis Carumbi, & venditio facta à Barone Communitati Carpen. eſt de aliquibus aquis, & fontibus de Alpibus, qui ſunt in territorio Carumbi, loco dicto *des Alps* apud Civitatem Carpen. & conſequenter omnes aliæ aquæ, & fontes Lauroni, Rialiæ, aliorumque vocabulorum remanſerunt in dominio d. Communitatis Carumbi.

Donationes vero factæ ab aliquibus perſonis privatis Carumbi, & Albaruſſi deductæ à Carpen. (ſalvâ veritate, & validitate) ſunt limitatæ ad aquas de Alpibus abſque ullo verbo Lauroni, Rialiæ, & partis Orientalis, & ſpecialem declarationem recipiunt à dicta ſequenti venditione aquæ quorundam fontium de Alpibus, qui ſunt in territorio Carumbi loco dicto *des Alps*.

1 Ex quibus cum aqua, quæ in alieno loco oritur aliena ſit, ſine voluntate ejus ad quem uſus, proprietas, & dominium ejuſdem aquæ pertinet, non permittitur duci, *l. 4. C. de ſervit. & aqua & ibi gloſſ. cum allegat.*

Et cum omnino diverſus ſit fons dictus proprio nomine *Lauron* à dorſo Monticuli in partem Orientalem declinans decem cannas, & ab eodem dorſo menſurando ſuperficiem terræ di-
2 ſtans rectilineæ per quadraginta octo cannas, & alius ſit locus de *Apibus*, jam viſa eſt apparere diverſitas locorum, & conſequenter aquarum in locis ſcaturientum venditarum in ſupradictis inſtrumentis communitatis Carpen. ab iis, quæ fuerunt ſervatæ pro Communitate Carumbi; & congruunt teſtificationes multorum, & ſignanter 10. teſtium pro Carumben. ſervat. ſervan. examinatorum in faciem loci anno 1572. *in ſummar. Carumben. nu. 25.* & ex aliis quatuor examinatis, & repetitis pro Carpen. *in d. Summ. n. 36.* probantium poſſeſſionem Carumben. in dictis Aquis, fontibus, & aquæductibus Lauroni, ac per antiqua inſtrumenta *in d. Summ. num. 34.*

Quod confirmari dixerunt DD. ex ſtatuto, & rubrica ſtatutaria de *Uſu aquarum Lauroni* in *Summar.* dato *d. n. 34.* bona fide ante aliquam litem à Carumben. facto anno 387. proximè ad annum venditionis 1313. à parte declarante reſervationem hujus fontis, & hujus partis orientalis à Laurono ita nominatæ; & pariter ex ſententia anni 1448. inter procuratorem fiſcalem Baroniæ Carumbi, & ſindicos Communitatis ſuper purgatione d. fontis, illius actum *in d. Summar. n. 33.* Et demum ex tranſactione inter dictos ſindicos, & Procuratorem fiſcalem inita anno 1504. *Summar. d. n. 34.*

Non obſtante exceptione, quæ poſſet allegari, quod hæc ſit res inter alios acta, & judicata Tertio non nocens; quia non quæritur nunc de jure Carumben. ex re inter alios acta, ſed quæritur de facto, & poſſeſſione, quæ agitata, & controverſa ſemper fuit inter Dominum, & Communitatem Carumbi, etiam poſt venditionem aquæ quorundam fontium de Alpibus; Ex qua controverſia excluditur poſſeſſio, & acquiſitio Communitatis Carpen. Cum plures eā-
3 dem rem poſſidere non poſſint, contra naturam quippe eſt, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris, *§. ex contrario l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* & cum poſſeſſio ſit quid facti,
4 bene probatur per inſtrumenta, et res inter alios actas *Abb. ad cap. 2. de fide inſtrum. n. 5. Afflict. dec. 324. n. 14.*

Et his multum contulit, imò, et principale fundamentum fuit oculis ipſa ſubjectio loci per accuratiſſimam Topographiam, ut ſupra de mandato Rotæ præſentibus partibus perfecta,
5 juxta *cap. 2. de libell. oblat. & l. 8. n. fi. ff. fin. reg.* Ex qua inſpectione reſultat evidens probatio, quæ ſuperat omnem præſumptionem; quia cum planta concordant teſtes formiter examinati,
6 opportunè, *Rota deciſ. 197. n. 5. p. 8. & dec. 8. n. 8. verſ. 3. ex planta p. 9.* Viſu enim conſtat fontem Lauronum fluere in aquæductum longitudinis undecim cannarum, propendentem verſus Rialiam uſque ad locum ubi triplici exitu, ſive tribus foraminibus (quorum è conſpectu hodie

die ſcaturiunt aliquales aquæ, nunc obſtructis, Aquæ ducebantur in Aquilegium ſeu ſpecus antiquum Carumben. prope dictam Rialiam; Et quanquam prædicto tempora tam exitus ſeu foramina, quam ſpecus non ſiot uſu, cauſa tamen clara viſa eſt, quia Carpen. obſtruxerunt dicta foramina anno 1574. quo Carumben. conqueſti ſunt, Carpen. in ſpretum, et contemptum ordinationis D. Legati ac inhibitionis ad divertendam aquam fontium Carumbi, canales ejus antiquos obturaſſe, et clauſiſſe, et ad impediendum, et divertendum aquæ ſolitum decurſum in aquæductum, parietem novum extruſiſſe, quibus reſpondit Procurator Conſulum Carpen. ob litem pendentem fuiſſe jam ceſſatum ab opere per unum annum, et inde pro cuſtodiendis cæmentis ad evitandam impenſam clauſiſſe duo aut tria foramina *in Summar. Carumben. n.10.* Unde conjicitur fuiſſe procuratum per Carpen. devolvere aquam in aquæductum effoſſum, et productum uſque ad illos exitus, ſeu foramina Carumben. opportuna longitudine, & profunditate novo opere, & extructione, ut in relatione poſtremi acceſſus à dorſo Monticuli uſque ad dictos exitus: & nihilominus, oppleto, dirutoque aquæductu, obſtrictoque illo triplici exitu, & novo Carpen. additamento aqua enixa, non curſum quem ſtruebant, ſed per cuniculos erupit in Ripam fluminis ſupra ſpecus, ubi olim congregabantur.

7 Ducebatur præterea ipſa propemodum confeſſio partis Carpen. quæ excuſans novum opus, & attentata anno 1572. reſpondit *expoſitio facta pro parte Communitatis Carumbi eſt contraria facto, quia excavatio, de qua eſt quæſtio, fuit facta in territorio de Alpibus, & à parte Solis occidentis, & aquæ Carumbi diſtant circiter ducentos cannas aquis Carpen. & ſunt verſus Solem orientem.* Et alia conſonat eodē anno 1572. cum excavaretur in alio canali ſive aquæductu propè parvum ſpecus, ſivè *martelliero*, per Carpen. inſtitum fuit præſentibus conſulibus Carumben coram Commiſſario multò magis commodum eſſe pro omnibus, quod aqua duceretur ad dictum canalem, & inſerviret communitati Carpen., quam ſi deperderetur tranſeundo per dictum receptaculum, ſeu *martelliero*.

Nec minus gravem æſtimarunt DD. eam conjecturam de terminis lapideis cum clavibus Apoſtolicis qui adhuc inſpiciuntur ſupra aquæductum Carpen. ſed infra magnum ſpecus, non autem ſupra; Unde arguitur, quod neque aquæductus, nec aqua competat Carpen. quæ talibus terminis non judicatur, ſed potiùs viſum fuit poſſe concludi, quod ea tantum aqua videatur vendita, & conceſſa, quæ ex tranſverſo monte adhuc in ingenti copia excipitur in magnum ſpecus, ut in relatione acceſſus. Et ſecundum hæc viſum eſt DD. obſervare factum antiquiſſimum, fuiſſe ſcilicet, coactos Carpen. in tranſactione cum Carumben. inita removere terminos lapideos intra decem dies, quos appoſuerant ultra eorum ſpecus, & aquas; ex quo demonſtratur Carpen. nullum habere jus, & multo minùs locum eſſe comprehenſum in venditione, & emptione ipſorum.

Demum ex alia loci recognitiona in ſpecu dicto *de Moro*, ſito ſub magno ſpecu verſus Carpen. notarunt DD. narrari in relatione Petitorum ibi poſitum eſſe canalem à parte Septemtrionis, per quem ducitur aqua, & exire per tubum poſitum ad partem meridiei, obſervando quod dictus tubus meridionalis non tantum impletur aqua, ſed ab eadem ſuperatur per duos digitos, & quod ex parte dicti tubi recipientis aquas, appoſitus eſt alius tubus, non à longo tempore: Unde viſum eſt indicari adhuc aquā colligi ſupra debitam quantitatem, quanto ſuperfluit ultra vetuſtiſſimi tubi capacitatem.

Et ex his ſatisfactum putarunt iis fundamentis, quæ pro Carpen. deducebantur. Et
8 primo conjecturæ de continuatione aquæductus a fonte Lauroni uſque ad parvum ſpecus, ex quo ne dicatur ſuperflue extructum ingens opus, arguitur quod uſque ad dictum fontem fuerit productus pro ea excipienda, utpote in venditione comprehenſa.

Nam continuatio, quæ ſupponitur, non eſt uniformis, & contemporanea, ſed à medio monticulo verſus partem orientalem viſum eſt protenſum fuiſſe novo opere, & ædificio, ut ſupra quinimò prætenſæ huic continuationi aquæductus obſtat triplex ille exitus è conſpectu fontis, qui pro ducenda hac aqua in ſpecus Carumben. fuit apertus, & obſtat defectus terminorum, quibus aquæductus Carpen. indicari debebant, ut in tranſactione.

Secundo fundamento, quod in toto territorio *des Alps* non ſit alia ſcaturigo, quam fontis Lauroni, adeoque neceſſario concludendum eſſe inſtrumenta venditionis loqui de hac ſcaturigine.

Sed deficit ex facto objectum, cum magna aquæ ſcaturigo inſpiciatur in magnum ſpecus Carpen. ut ex relatione acceſſus, quæ de anno 1572. ſcaturiebat de infimo in alium per canalem plumbeum exiſtentem intra dictum ſpecus magnum Carpen., & hodie apparet defluere ex parte orientali reſpectu ſpecus, & occidentali reſpectu Monticuli; cui ſcaturigini videntur congruere inſtrumenta venditionum, & indicia terminorum, immò ex eadem relatione patet in medio monticuli apparere aliqualem aquæ ſcaturiginem, & pariter plures ſcaturigines inſpici è conſpectu illius triplicis exitus, quæ omnes diverſæ ſunt à fonte Lauroni.

Tertio denique quod nomen *des Alps* generale ſit, & utraque declivitas tam orientalis quam occidentalis dicatur territorium *des Alps*, cujus fontes, et aquæ fuerunt venditæ.

Tollitur hæc objectio ex Teſtibus examinatis ſuper diverſitate denominationis, ut ſupra; nihilominus dato, et non conceſſo quod nomen *des Alps* generaliter contineat partem orientalem ſpecialiter dictam *Lauron* a dicto fonte, et partem occidentalem etiam in præſens nominatam *des Alps*, videtur quadrare mirabilis regula (inquit *Mathesilan. ſingular. 94.*) quod ubicumque unum vocabulum habet duo ſigni-
9 ficata, unum largum, et aliud ſtrictum, ſi inveniatur in materia ſtricta, debet recipi in ſignificatu ſtricto, *cap. Rodulphus 35. de reſcript. & ibi Abb. cum adden. Bart. ad l. hoc legatum, ff. de leg. 3.* et ad ſimilem regulam verborum accipiendorum potiùs in ſpecie, quàm in genere præclarè; *Calgarin. ad rubr. ff. ſol. matrim. in fin. Dec. conſ. 406. n. 6. Mantic. de tacit. lib. 6. num. 4. lib. 1. Roſa coram Seraph. deciſ. 753. n. 6.* et ma-

ximè

ximè ubi non diſcrepet communis uſus loquendi Regionis ad *Mathesilan.d.ſingul.94.in fin.*

Qua regula firmata; veriſimile non eſt, quinimò cum ſit durum, & crudelitati proximum ex prædiis Carumben. aquæ agmen ortum, ſi-
10 tientibus agris Carumben, ad aliorum uſum vicinorum injuria propagari, *l. 6. C.de ſervit. & aqua & ibi gloſſ. ult.* opportunè deducens exametrum illud.

Alpibus ille perit, qui ſe plùs diligit ullum, nimis reſupinum eſt, uti ipſi Carumbenſes propagarint, et facile ſuum jactarint, *l. cum de indebito 25. ff.de probat.* et utilem ſibi aquam, et ferè neceſſariam ad extraneos potiùs quàm ad ſe voluerint pervenire; et quatenus hoc voluiſſent, debebant explicitè declarare, cum in generali conceſſione non veniant, quæ ſunt
11 ſpeciali nota digna, et de quibus diſponens ſi cogitaſſet, non eſſet veriſimiliter diſpoſiturus, *Rot.dec.27.n.11.verſ.quando quidem & ſeq.p.8.* et benè *Spada conſ.54.n.42.lib.1.*et meliùs *num. 43. verſ. ſicut etiam, & num. 44.* ubi in ſimili conceſſione convincit alterum de duobus neceſſe eſſe, vel quòd Lauron non ſit intra fines *des Alps*, ut in facto ſupponitur à Carſiben. vel quod Carumben. intellexerint de toto *des Alps*, excepta iſta notabili parte Lauron, quæ ab uſu Carumben. habebatur pro ſeparata à loco *des Alps*, juxta ea, quæ tradit *Hoſtienſ. &c. apud Spadam:*

Et ita utraque, &c.

A D N O T A T I O.

NOn ſatis elaborandum eſt circa hanc Deciſionem, cum de Aquis, de quibus *hic* agitur, nonnulla tetigerimus ſuperius in *Tract.cap. 8.fol.107.& 108.*& de eadem Aquarum materia proſecuti fuimus tractationem *cap. 9. fol. & ſequen.* Et ſi quæ eſſent ad hanc Deciſionem adnotanda, recurri poſſet ad *Card. de Luc. de ſervitut.diſc.29. per tot.*, qui ſcripſit in hac eadem Cauſa pro Carumbenſibus Victoribus, in
12 quo diſcurſu felicius, quam in præſenti deciſione ponuntur in claris Jura Carumbenſium, & adducuntur principales Concluſiones omnes hic firmatæ.

Obſervandum tamen, quod in hac Cauſa ſubdelegatus fuit Judex in Partibus ad effectum recognoſcendi Statum Aquarum, & faciendi Topographiam, ſeu Delineationem plantæ, ut in principio hujus Deciſionis, & teſtatur *Card. de Luc. dicto diſc. 29. de ſervitut. ſub num. 13. verſ. quinta conjectura*, quæ ſubdele-
13 gatio in materia Aquarum ſemper facienda eſt, quotieſcumque conſtat eam poſſe aliquo modo conferre ad Cauſæ reſolutionem, ut poſt *Rot. in deciſ. 447. num. 2. part. 3. diverſor.* fortiter diſcuſſo articulo firmavit eadem *Rot. in Reatina Aquarum deciſ.ult.per tot. coram Emerix jun.tom.3.*

Statuitur hic *num.1.* Aquam in alieno loco exorientem duci non poſſe ſine voluntate ejus, ad quem uſus ejuſdem Aquæ pertinet per *Text.*
14 *in L.4.Cod.de Servitut.* Cujùs *Textus* verba per extenſum tranſcribit, Concluſionem exornans *Peccb. de Aquæduct. lib. 4. quæſt. 4. num. 16., & 27.*

15 Quia vero Communitas Carpen. prætendebat Aquam ſibi à Carumbenſibus fuiſſe conceſſam; idcircò *Card. de Luc.* & præſens *deciſio* ponderant diverſas conjecturas pro ejuſmodi Conceſſionis excluſione, quod faciendum eſſe monet *Peccb. de Aquæduct. lib. 4. quæſt. 5. poſt num. 22.* ibi: *Sunt enim attendendæ ſingulæ circumſtantiæ tàm loci, tùm fluxus Aquæ, tùm modulationis Buccbellorum, nec non etiam Tuborum.*

Quibus Circumſtantiis hic bene perpenſis additur ultimo loco *num.10. & 11.* animadverſio circa inveriſimilitudinem Conceſſionis præfatæ, quia Carumbenſes iſta Aqua pro ſuis prædiis indigebant, cum ſemper præſumatur conceſſa, extractio Aquæ dumtaxat ſuperfluæ,
16 non vero neceſſariæ, ſuper quo videndus. *Rip. de remed.præſer.contr.peſt. cap.4.num.28. & ſeq. & in L.quominus ſub num. 12. verſ. tu adde ff. de flum. Surd. conſ.321. num. 47. Tuſch. reſol. 48. num.18. part. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 9. num. 59. Borel. de Reg. Cathol. præſt. 8. num.25.,& 26. Gobb.de Aquis quæſt. 8. num.5.* ubi citat *Card. de Luc.* ſcribentem in hac Cauſa in ſupracitato *diſcurſ.29 de ſervitut.*

Rationabilis autem eſt ejuſmodi Interpretatio circa reſtrictionem conceſſionis Aquæ ad ſolam ſuperfluam Domino, quoniam in Republica inter omnes alias res apprime neceſſaria
17 eſt Aquæ affluentia, juxta aſſertionem *Plat. lib. 6. de Legibus* 69. quem refert, & ſequitur *Bombadill. Politic. lib.3. cap.5. nu. 53., & ſequen. Zonl. ad Statut. Faven. lib. 4. obſerv. ad rubric.63.num.6.tom.1.*, & generaliter eſſe conſervationi maximè neceſſariam teſtantur relati per *Gobb.de Aquis quæſt.1. num.3.*

R.P.D. BEVILAQUA

Pampilonen. Jurium Parochialium
19. *Januarii* 1663.

A R G U M E N T U M

Parochialium Eccleſiarum unio, & Vicariorum temporalium vel perpetuorum deputatio fit aperta.

S U M M A R I A.

1 *Unita Eccleſia receſſum importat a natura primæva.*
2 *Vicarius amovibilis nudum habet exercitium, nomenque cum congrua.*
3 *Unio jure incorporationis Eccleſiæ quomodo appareat.*
4 *Ex unione Eccleſiæ, & congruæ Vicario aſſignatione, in ipſum transfertur tantum curæ exercitium.*
5 *Vicarii perpetui Parochialium Eccleſiarum quando deputari debeant:* & num.13.
6 *Vicario perpetuo deputato Parochialis cura non deſinit eſſe de menſa illius Eccleſiæ cui facta eſt unio.*
7 *Vicarius amovibilis quando cenſeatur.*
8 *Vicariæ amovibilis natura eſt, ut nova fiat proviſio, primi morte non expectata.* Vide num.11.
9 *Apoſtolica confirmatio in Eccleſia Vicaria quandoque non requiritur.*
10 *Conſtitutio Urbana de confirmatione ſuper Eccleſiis præjudicialibus quando locum non habeat? ejuſque finis.*
12 *Viſitatio Eccleſiarum Parochialium Epiſcopo anno quolibet injungitur.*

13 *Vi-*

13 *Vicarii amovibilis geſta præſumuntur tanquam Miniſtri, ubi quod non poſſit Ordinario præjudicare.*

14 *De unione plenaria Eccleſiarum ad effectum deputandi Vicarios.* Remiſſivè.

15 *In Unione non continente ſubjectionem etiam quoad ſpiritualia manet illæſum primævum jus inſtitutionis.*

16 *Vicarius tunc ſolùm eſt ad nutum amovibilis, quando Eccleſia fuit plenarie unita quoad ſpiritualia, & temporalia.*

17 *Ad dignoſcendum, an Vicaria ſit perpetua, an potiùs amovibilis attenditur ultimus ſtatus.*

Deciſio hic impreſſa reperitur etiam inter rec.deciſ. 10. part. 14. *Ad hiſtoriam Cauſæ* Vide *inferius* deciſ. 17. & deciſ. 29. *& ſuſius* deciſ. 32. *ubi enarratur exitus ejuſdem Cauſæ.*

DECISIO XI.

ORta lite inter Vicarium, & Beneficiatos Eccleſiæ, Parochialis oppidi de Mendavia, & Abbatem de Yrach ſuper juribus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ, de Legarda eidem Parochiali de Mandavia annexa, Proviſor Pampilonæ diffinitiva ſententia declaravit ad Vicarium prædictum omnes functiones Parochiales ſpectare, Abbatemque de Yrach abſque illius licentia in actibus prædictis non poſſe ſe intromittere. Cauſa ad hoc Sacrum Tribunal devoluta, & jure collitigantium ad examen deducto, ad favorem Abbatis hodie emanavit reſolutio, ſcilicet conſtare de illius bono jure; Et fundamentum hujus reſolutionis fuit, quia dicta Eccleſia Parochialis S. Jo: de Mandavia, cui unita reperitur illa de Legarda uſque de anno 1408. a Nicolao de Romero, tunc adminiſtratore Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ plenarie, & per viam incorporationis unita fuit Monaſterio de Yrach cum omnibus pertinentiis ſuis reſervata Vicario ibi reſidenti congrua per Ab-
1 batem dicti Monaſterii perſolvenda; per quam unionem ſic factam ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari. *Felin. in cap. cum in noſtra num. 30. de reſcript. Oldrad. conſ. 257. num. 15. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. num. 2. & 3. Card. Cavaler. deciſ. 330. num. 5. Duran. deciſ. 303 num. 3. bon. mem. Merlin. deciſ. 352. num. 7. part. 4. & in* (a) *Acernen. Vicariæ 1. Julii 1654. Atque cor. bon. mem. Bichio*, quodque penes idem Monaſterium illiuſque Abbatem cura animarum omniaque alia reſideant, Vicarius vero ibi deputatus ad eam
2 exercendam, uti nutu amovibilis, habeat nudum exercitium, & nomen cum jure congruæ. *Gloſ. in clem. un. in verb. ad menſam verſ. & videtur de exceſ. Prælat. Gabr. conſ. 190. num. 10. lib. 2. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 33. num. 93. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1304. num. 1. Coccin. deciſ. 81. num. 2. & 3. Caval. deciſ. 595. nu. 1. & 2. Buratt. deciſ. 214. num. 3. & 4. Merlin. in d. deciſ. 125. num. 7. & in rec. deciſ. 352. num. 7. & 8. part. 4.*

(a) Dec. 125. nu. 6. cor. eod. Bich.

De hac autem unione jure incorporationis, & ſubjectivæ facta Monaſterio abunde Domini
3 apparere dicebant ex illis verbis ibi: *Cum omnibus juribus, & pertinentiis præfato Monaſterio incorporamus, & perpetuo unimus, & concedimus, ita quod liceat per vos, vel per Procuratorem veſtrum corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, jurium, & pertinentiarum prædictarum auctoritate propria apprehendere, ac fructus, & redditus in uſus Abbatiæ, & conventus convertere, reſervata tamen de Eccleſiæ fructibus, redditibus, & proventibus pro Vicario ibidem inſtituendo congrua portione.* Cum igitur Eccleſia ſit unita cum juribus, & pertinentiis ſuis, ſitque certa congrua Vicario aſſignata ad hoc, ut reliqui fructus convertantur in uſus conventus, & Abbatiæ de Yrach, evidens ex hoc ſit tranſlationis curæ habitualis in Abbatem, & exercitium
4 dumtaxat illius in Vicarium, ut probant *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. num. 128. Garz. de benefic. part. 14. cap. 2. num. 55. Gratian. diſcept. for. cap. 892. num. 5. in fin. Rota coram Card. Cavaler. deciſ. 371. num. 1. & 5. Buratt. deciſ. 214. num. 4. Merlin. in præcit. deciſ. 125. num 7. & 8. in rec. deciſ. 720. num. 3. part. 2. deciſ. 352. num. 8. p. 4. deciſ. 21. num. 6. part. 1. deciſ. 88. nu. 12. part. 9. in* (b) *Barchinonen. Parochialis 10. Februarii 1646. §. Quin in aliis coram Eminentiſſ. Card. Carrodo, in* (c) *Mindonien. Parochialis 3. Maii 1653. §. Nec dubitari coram Reverendiſſ. Segobien.*

(b) Dec. 330. n. 22. p. 9. to. 2. rec.

(c) Dec. 22. n. 22. co. Zarat & in rec. dec. 205. par. 11.

5 Non obſtat quod ſi, ut hic, Parochiales ſeculares uniuntur Monaſterio, vel dignitati debent ibidem deputari Vicarii perpetui ſeculares, qui curam exerceant, *ad text. in cap. extirpandæ §. Qui vero de præbend. Gloſ. in clem. un. verb. Parochialium, ubi DD. de offic. Vicar. Gemin. conſ. 86. n. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 3. n. 10. Rota deciſ. 5. num. 2. part 7. rec.* Reſponſum enim fuit, quod jura in objecto allegata procedunt in ſimplici unione, cujus vigore ſuperior Eccleſiæ, cui eſt facta arctatur adminiſtrare curam in Eccleſia unita per Vicarium perpetuum, ſecus quando, ut hic, pleno jure, & ſubjective Parochialis fuit alteri unita, nam tunc tenetur quidem curam per Vicarium perpetuũ exercere, ſed ab exercitio illius valet ad nutum removeri, ut diſtinguit *Gloſ. in clem. un. § Quidam etiam in verb. ad menſam verſ. aut pleno jure de exceſ. Prælat. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 4. n. 14. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 33. num. 93. Jo: Aloyſ. Ricc. in praxi var. reſol. 10. 1. p. 2. reſol. 293. Rota apud Card. Seraph. dec. 1304. ſub num. 1. Rota deciſ. 5 num. 7. & 8 par. 7. & deciſ. 38. num. 1. & 17. part. 9.* Et ſic perpetuitas reſpicit perſonam ipſius Vicarii, & in illo verificatur ratione exercitii, & onerum, quæ
6 ſubire tenetur, non vero quod cenſeatur tranſlata omnis cura Parochialis, quæ hujuſmodi perpetuitate Vicarii non obſtante, non deſinit eſſe de menſa illius Eccleſiæ, cui facta eſt unio. *Gabr. conſ. 190. num. 18. & 59. lib. 2 Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 6. num. 30. Rota deciſ. 102. nu. 10. ante fin. verſ. & præterea ex eo part. 1. deciſ. 310. num. 4. in fin. p. 2. bo. me. Merlino in præcit. deciſ. 125. n. 13. & in rec. deciſ. 245. num. 17. part. 6.*

At omnis difficultas removetur ex aliis in præſenti caſu concurrentibus, quæ excludunt perpetuitatem Vicarii, & oſtendunt vere illum eſſe nunc amovibilem. Et Primo quia agitur de
7 Eccleſia regulari ratione unionis Monaſterio factæ, in qua de jure deputantur Vicarii amovibiles, *cap. 1. de Cappell. Monach. Sanch. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 29. n. 104. Gonzal. loc. prox. cit.*

*cit.n.31.Rota apud Duran.dec.74.n.27.& in rec.
deciſ.297.n.3.part.5.*

Elicitur ſecundo ex duabus deputationibus
de anno 1539. factis, & relatis in *ſummar.* Ab-
batis, in quibus prævia expreſſione quod Vi-
carius erat annalis, ad nutum quoque fuit
tunc deputatus, quæ antiquiſſimæ deputatio-
nes, & metam centum annorum excedentes
optime inſerviunt pro juſtificatione hujus qua-
litatis, eo ipſo, quod ſunt ſortitæ effectum per
admiſſionem unius Vicarii ſecuta remotione al-
terius, & facta in ſecunda admiſſione mentio-
ne prioris juxta *conſ.Oldrad.*229. paſſim à Rota
approbatum, ut coram *ſanctam mem. Greg. XV.
deciſ.215.num.1. Seraph.deciſ.337.num.2 & de-
ciſ.1841.n.8. Merlin.dec.4.n.1.deciſ.95.n.5. & in
rec.deciſ.158.n.2.part.5.*

His accedit concordia de anno 1577. inita
inter Abbatem de Yrach, & Beneficiatos, & in-
colas de Mendavia ubi dictus Abbas annuens
inſtantiæ Vicarii ſuper augumento congruæ, &
ad talem effectum unioni unius ex beneficiis
Sancti Joannis, quod ille retinebat, & in re-
motiona à Vicaria dimittere debebat, faculta-
tem etiam ſibi reſervavit ad nutum, & libitum
amovendi ex qua concordia implicitam, & ex-
plicitam amovibilitatem continente cum ſubſe-
quuta illius confirmatione per ordinarium, jun-
ctis recentioribus deputationibus relative ad
dictam concordiam ab eodem Abbate de annis
1637. & ſequentibus factis de Vicaria tanquam
de amovibili, evidenter patet illam eſſe talem,
8 cum hæc ſit illius natura, ut nova fiat proviſio,
non expectata morte primi, *Rota deciſ.328.n.9.
apud Poſt.de Manut.& in Maceraten. Cappella-
niæ 10.Maii 1660.coram me §.Injuſtitia.*

Non urget contra dictam concordiam exce-
ptio nullitatis ex defectu beneplaciti Apoſtoli-
ci requiſiti pro illius validitate ex Conſtit. Ur-
bana ſuper præjudicialibus Eccleſiæ edita. Tum
9 quia non fuit inita ad effectum tunc firmandi,
quod impoſterum Vicaria eſſet amovibilis ad
nutum Abbatis, ex quo talem per antea fuiſſe
ſupponitur, & cum tali ſuppoſito ille, qui ſpa-
tio ſeptem annorum fuerit Vicarius abſque re-
motione, deputatur OEconomus, atque ideo
non requirebatur confirmatio. Tum quia con-
ſtitutio Urbana non habet locum in contracti-
bus inter duas Eccleſias factis ex legislatoris
10 mente, quæ fuit, ut conſuleretur rebus Eccleſiæ
adverſus uſurpatores, ut deciſum fuit in *Vicen.
Portionum primo Junii 1643. coram bo. me. Du-
nozzetta.* (a)

(a) Dec.713. cor. Dunoz.jun.

Non relevat, quod nonnulli ex Vicariis pro
tempore ob aſſecutionem alterius beneficii, vel
alias Vicariam dimittere volentes id fecerunt in
manibus Juratorum, & iſti de more alios ad
exercendam curam animarum præſentaverunt,
prout *in Summar.Vicarii num.4.* Unde refere-
batur ad excluſionem manualitatis Vicariæ,
quia inde non poteſt educi, quod eſſet perpe-
tua, & daretur in titulum, dùm admiſſa per-
11 petuitate nullatenus poterat dimitti in mani-
bus Laicorum, ut ſunt Jurati, & dimiſſionem
admittere, cum hoc ſit facultas Superioribus
Eccleſiaſticis ſolum reſervata, ad tex. *in cap. ſi
admonet.cap.quod in dubiis aop. niſi cum prædam
de renunciat. Covarr.var.reſol.lib.5.cap.5. nu.6.
Garz.de Benefic.part.11.cap.3.n.219. & ſeqq. &
num.283.cum ſeq. Rota in Auglonen. Archipres-
byteratus* 26. *Junii* 1654. *§.Quia cum coram
R.P.D.meo Albergato.*

Quibus nullatenus viſum fuit reſiſtere De-
12 cretum Sac. Concil, Tridentini *in ſeſſ.7. cap.7.
de reform.* quatenus ibi injungitur locorum or-
dinariis quolibet anno viſitatio Eccleſiarum
Parochialium Monaſteriis unitarum, & deputa-
tio Vicariorum perpetuorum pro exercitio curæ
animarum; Quoniam hoc ſimpliciter, & abſo-
lute non demandatur, ſed remittitur eorundem
Ordinariorum arbitrio, ſi pro bono Eccleſia-
rum regimine ipſis expedire videbitur, ut ibi-
dem notat *Barboſ.n.15. Gonzal.ad reg.8.gloſſ.5.
§.3. in fin.* & in individuo Eccleſiæ huic Mona-
ſterio unitæ firmavit *Rota coram Seraph. d. de-
ciſ.1304.num.1.& in deciſ.88.num.17.part.9.&
in Pampilonen.* (b) *Vicaria de Stella* 16. *Junii*
1642. *coram Reverendiſſ.D.meo Decano.*

(b) Dec.64. cor.Cerro.

Prout nec videbatur poſſe fieri vim in actibus
factis à Vicario de Mendavia in dicta Eccleſia
de Legarde concernentibus parochialitatem
13 abſque Abbatis vel Prioris licentia; nam dato
ſtatu præſeferente manualitatem, illi ſtandum
eſt, omnia geſta præſumuntur per Vicarium
uti nudum miniſtrum Abbatis. *Gabriel conſ.
190.n.10. verſ. hoc igitur lib.1. cum aliis ſupra
alleg.* Nam ſi alias animo illi præjudicandi ex-
ercuiſſet, non potuit, niſi quoque conſtet Abbati
innotuiſſe, ad not.per *DD. in cap. cum Eccleſia
ſutrina ubi Ripa n.14. de cauſ.poſſeſſ.& propriet.
Cavaler.dec.405.nu.3. Adden.ad dec.542.à n.93.
p.4. to.3.* rec. & multo minus in tam gravi mo-
naſterii detrimentum.

Cum itaque ex prædictis ſatis conſtet de
unione Parochialis Sancti Joannis de Menda-
via monaſterio de Yrache, ac Vicarii ibi reſi-
dentis amovibilitate, nec in dubium revocetur,
quin hæc de Legarda ſit illi annexa, ibique Ab-
bates pro tempore plures geſſerint actus ſpeci-
ficatos, & relatos in ejus *Summar. impreſſ. nu.*
13. merito fuit reſolutum conſtare de illius
bono jure reſpectu Jurium parochialium, & ex-
ercitii. Utraque parte informante.

ADNOTATIO.

DE Unione ad effectum de quo agit *Deciſio*
ſuperiùs impreſſa lato calamo diſſeritur *in
deciſ.* 1. *de Union. Benefic. coram Eminent. D.
Card.Falconer.* ubi habetur an, & quando ipſa
14 unio cenſeatur facta etiam quoad ſpiritualia,
adeout debeat deputari Vicarius in Eccleſia
unita; An potiùs præſervatum ſit anterius in-
ſtitutionis, & præſentationis Jus: & articulus
hinc inde profundè examinatur, & auctoritates
pro utraque affatim adducuntur; & egregiè
etiam de materia iſta in *deciſ.13. in Miſcell. &
prætermiſ.cor.rod.*

Certum autem eſt quod quando unio, ſeù
incorporatio ad menſas non continet ſubjectio-
15 nem etiam quoad ſpiritualia, manet ſemper
ſalvum primævum Jus Inſtitutionis, & Eccle-
ſia, cui facta eſt Unio, habet tantummodò
Jus præſentandi Rectorem: Et DD. omnes
concludunt, Vicarium tunc ſolum eſſe amovi-
16 bilem, & ad nutum mutari poſſe, quando
Eccleſia fuit unita plenario jure, tàm quoad
temporalia, quàm quoad ſpiritualia, *deciſ.3.
num.7.coram aud.Eminentiſſ.Falconer.de Union.
Benefic.* Ad dignoſcendum verò an Vicaria ſit
17 perpetua, an potius amovibilis, debet ſtatus
ultimus attendi, *eadem deciſ.3.num.4.*

R.P.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Feneſtrarum.
13. *Aprilis* 1663.

ARGUMENTUM.

Feneſtræ aperiri poſſunt in communi pariete etiam ſi proſpectus habeatur ad vicinum; verum ferreis cratibus muniendæ ſunt.

SUMMARIA.

1 *Ædes altius tollere, & feneſtras aperire cuique licet, dummodo id ad æmulationem non fiat.*
2 *Statutum ad evitandas rixas emanatum eſt ſervandum.*
3 *Peritis in ſervitutis luminis materia ſtandum eſt.*
4 *Subſidiaria remedia ei, qui ſponte in neceſſitatem incidit minime concedantur.*
5 *Ferreis cratibus munienda ſunt feneſtræ proſpectum habeates ad vicini domum.*

Repetita fuit præſens Deciſio *inter impreſſas* coram Emerix Sen. decif. 48. & decif. 85. apud Zuff.de Legitimat.Proceſs.

DECISIO XII.

Directa mihi cauſa appellationis à ſententia Auditoris Vicelegati Bononiæ confirmatoria alterius Rotæ Bononienſis, in qua declaratum fuit licere Franciſco Zuffio habere feneſtras apertas tam in parte ſuperiori, quam inferiori domus, quam ædificavit contiguam viridario Caroli Cignani, dummodò tamen apponat cratem ferream in medio muri. Dedi dubium, *An Feneſtra in totum claudi debeant, vel ſufficiat apponi ferratas juxtam formam traditam in ſententiis de partibus*, quo hodie propoſito Domini reſponderunt, *feneſtras eſſe permittendas ad lumen, non ad proſpectum, & ideò cum ferratis*. Ratio reſolutionis quoad primam partem fundatur in diſpoſitione Juris commu-
1 nis, ſecundum quod licitum eſt unicuique ædes altius extollere, & in eis feneſtras aperire, *l.altius & ibi Bald.n.4.& Caſtrenſ.n.5.C.de ſervit. Hondedeconſ.80.n.15. & ſeqq. Beroas conſ.134.n.15.lib.3.Cepoll.de ſervit.cap.61.per tot.& Rota Bononien. dec.110.num.2.* Dummodo id non faciat ad æmulationem, prout in dubio non præſumitur, donec contrarium probetur. *Menoch.de arbit.lib.2.centur.2.conſ.156.n.9. Anderas Gail.obſerv.69. num.30. lib.2. Vivius deciſ.306. n.1.lib.2.& Rota Bonon. d.deciſ.*110.*n.*11.cum aliis adduct. *per Rot.coram Buratt.dec.631.n.6. & Add.ib.n.25.*

Quo verò ad ſecundum, innititur diſpoſitioni ſtatuti particularis Civitatis Bononiæ, quo vicino interdicitur in muro proprio, ſeù conducto aperire foramen, vel feneſtras, unde pateat aditus, vel proſpectus in hortum, vel domum vicini, niſi aliunde commode lumen haberi non poſſit, cujus quidem ſtatuti diſpoſitionem, ut emanatam pro communi bono ad evitandas rixas, & diſcordias ſervandam eſſe in
2 ſimilibus terminis cenſuerunt *Jo: Oinot. in §. prædiorum Urbanor.inſtit.de ſervitat. Beroas d. conſ.134. n.15. verſ. de jure vero municipali Jo: Bapt.Gargiareus in Jur. Singul.p.1.ſingul.13. n.48.cumſeq.Rota Bonon.dec.100.n.7.& d.deciſ.100.num.1.*

Nec obſtat, quod ſtatutum locum non habeat, quando aliunde commode haberi lumen non poteſt, quodque ſaltem in duobus cubiculis ſeu manſionibus, attento præſertim ſtatu fabricæ, lumen aliunde commode haberi non
3 poſſit, juxta relationem tertii Periti, cui in hoc ſtandum eſt, *l.1. in princip. ff. de Ventre inſpic.Grat.diſcept.for.cap.600.n.22. & ſeqq. Rota deciſ.171.p.7.& dec.318. n.33.p.9.rec.* ubi plures cumulantur.

Quia quidquid ſit, an debeat attendi præſens ſtatus fabricæ, vel potius initium, ſecundum quod, ùt refert idem peritus, aliter conſtrui poterat, prout vult, *Add.ad Rot.bonon. deciſ.97.§.4.diſtinctio verſ.ſecundo caſu*, motus ex ratione, quod remedia ſubſidiaria non conce-
4 duntur ei, qui ſua ſponte in neceſſitatem incidit. *Menoch. de arbit. lib.1. centur. 2. caſ. 182. n.38. & Rota dec. 189. num. 34. poſt Zacch. de Oblig.Camer*

Tollitur objectum, dum non ordinatur in
5 totum claudi feneſtras, permittitur quidem Zuffio illas habere, ita tamen quod per appoſitionem cratis ferræ, ſeu ferratarum in medio muri impediatur ipſi aditus, & liber proſpectus in viridarium Cignani, ſic enim nec præſens ſtatus fabricæ deformabitur, nec Cignanus habebit, quod conqueratur, cum adimpleta remaneat mens, & ratio ſtatuentium, quæ in eo unicè conſiſtit, nec vicinus habeat aditum vel liberum proſpectum in domum vel hortum vicini, prout apertè colligitur *ex rubr. d. ſtat. §. item ſi quis*, & obſervat *Monterent. ibid. verb. Feneſtram, &c.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

Ad ornatum præſentis Deciſionis poterit haberi recurſus ad *Paulut.diſſert.23.artic.1.2. & 3., & ad Rot. in Recineten. Fabrica ſuper aperitione Feneſtrarum 4. Decembris 1719. coram R. P. D. Herrera*, alioſque relatos in *Hoc Tractat.cap.6.membr.4.fol.64. & ſeqq.* Et latius videri poterunt deducta in *Verulana Fabricæ prima Aprilis 1726. coram Reverendiſſ.P.D.Aldovrando*, ubi pleniſſimè.

R. P. D. BOURLEMONT

Diſcurſus in Piſana Tenutæ

ARGUMENTUM.

Confines qualiter probandi. Poſſeſſio, quæ potior ac juſtior, quæve manutenibilis, Reintegratio cui concedenda.

SUMMARIA.

1 *Poſſidens juſte, obtinere debet, & adverſarium removere.*
2 *Poſſeſſio apud duos in ſolidum remanere non poteſt.*
3 *Poſſidens prior obtinere debet in poſterioris concurſu, quemadmodum ex juſto, & potiori titulo.*
4 *Locationum inſtrumenta poſſeſſionem probant, & num.14.*
5 *Identitatem bonorum probant ſcripturæ, juſta p ſita diviſoria, & publicum æſtimum.*
6 *Æſtima pleniſſimè probant adverſus eos, de quorum voluntate confecta ſunt, & quandoque contra tertium.*
7 *Ad identitatem probandam duæ tantum de-*

ca-

monſtrationes, & duorum terminorum convenientia ſufficiunt.

8 *Conductor ejus nomine poſſidet, cui mercedem ſolvit.*

9 *Revelationes in vim monitorii faciunt fidem.*

10 *Poſſeſſio teſtibus quomodo probetur.*

11 *Manutentio juſtiori, antiquiori, & magis continuato poſſeſſori eſt tribuenda: quod eo alterius præjudicium locum non habet.*

12 *Poſſeſſionis continuatio quomodo admittatur.*

13 *Hæredibus poſſeſſio mediantibus colonis acquiritur.*

14 *Æſtimum non probat contra illum, qui non interfuit.*

16 *Teſtes examinati in ſummariiſſimo fidem non faciunt in plenario.*

17 *Teſtes dubii, æquivoci, & non repetiti fidem non faciunt.*

18 *Teſtibus de propria facto deponentibus magis credendum eſt.*

19 *In materia confinium, & terminorum inſtrumenta attenduntur.*

20 *Identitatem in antiquis probant enunciativæ.*

21 *Confinia eadem exiſtimantur permanſiſſe.*

22 *Confinia quid comprehendant.*

23 *In locatione Tenutæ omnes ejus pertinentiæ comprehenduntur.*

24 *Confinium enunciatio per præpoſitionem* In, *ad eorum comprehenſionem in Tenuta probandam plurimum confert.*

25 *Dictio* verſus *non comprehendit locum, ad cujus ſitum rei exiſtentiam demonſtrat.*

26 *Modicitas pretii demonſtrat quantum veniat in locatione.*

27 *Impugnare non poteſt, qui approbavit Emphyteuſis conceſſionem.*

28 *Diſpoſitio generalis, quæ in uno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali.*

29 *Laudum poſſeſſionem alicujus rei, puta Foveæ, probat.*

30 *Relatum ineſt cum ſuis qualitatibus in referente.*

31 *In manutentionis cauſa articuli proprietatem concernentes non ſunt impertinentes.*

32 *Terminorum generalium ſignificatio per dictionem,* Vel, *& modum loquendi, ſeu aliter, declaratur, & reſtringitur.*

33 *Diverſificatio oriri facit dubietatem, quæ non relevat.*

34 *Confinium expreſſio facit cenſere omnes partes expreſſas conceſſas.*

35 *Bona pro confinibus enunciata cum bonis confinatis non comprehenduntur.*

36 *Poſſeſſionem colorare non poteſt notorius error.*

37 *Libri contra producentem probare debent.*

38 *Probationes potentiores ſunt præferendæ.*

39 *Dictio,* Verſus, *intrinſecitatem non denotat, ſed remotam adjacentiam.*

40 *Fidibus miniſtrorum deferendum eſt in iis, quæ ad eorum officium ſpectant.*

41 *Teſtis æquivocus attendendus non eſt.*

42 *Enunciativæ ad partis ſuggeſtionem inſinuatæ non præjudicant.*

43 *Verbum,* Juxta, *cum termino reperto confert ad viam probandam.*

44 *Identitas prædiorum qualiter in antiquis juſtificanda.*

45 *Dominium Tenutæ ex laudo, locationibus, & termino reperto, præſumptionibus junctis, & conjecturis probatur.*

46 *Reintegratio non probanti poſſeſſionem antiquiorem non conceditur.*

47 *Præſcriptio 40. annorum poſſeſſionem inutilem reddit.*

48 *Reintegratio conceditur antiquiorem probanti poſſeſſionem, & juniorem prætendenti.*

49 *In cauſis gravibus* Sac. Rot. *ſolet demandare diſcurſum controverſiæ explanatorium ante cauſæ reſolutionem.*

50 *Vel etiam contemporaneè ad d. reſolutionem.*

51 *Vel denique poſt ipſam reſolutionem.*

52 *Flumina, Viæ, & ſimilia, non ſemper ſunt confinia invariabilia.*

53 *Bonorum Emphyteuticorum confuſio penes Emphyteutam non præjudicat Domino directo.*

54 *Emphyteuta tenetur oſtendere differentiam inter bona propria, & bona Emphyteutica.*

55 *Et niſi oſtendat, præſumptio ſtat pro qualitate Emphyteutica.*

56 *Identitas probatur Cataſtro.*

57 *Ad eam probandam in antiquis ſufficit unius Vocabuli verificatio.*

Præſens diſcurſus eſt præparativus, & in eadem cauſa, de qua in inferiori deciſione 18. *& eſt repetitus in* deciſ. 520. p. 14. *rec.*

DECISIO XIII.

IN Territorio Piſano ſitus eſt, ager, ſeù fundus antiquiſſimis temporibus Sylva Palatina, nunc autem juxta vulgare idioma *Tenuta di Migliarino* communis Malaventris nuncupatus, quem ſylvoſi locorum anfractus, & incultæ ſoli natura, varia hinc indè inſtrumentorum ſuper actibus poſſeſſoriis, & denominationibus, atque finium determinatione diſcrepantium ſeries teſtium dicta reſpectivè oppoſita, & inter ſe diſſonantia, ac æquè digladiantium præſumptionum, & conſequentiarum pariter utrinque exaggerata argumenta, in perdifficili diuturnæ controverſiæ inter Menſam Archiepiſcopalem Piſanam, & D. Ducem de Salviatis, quoad quædam ejus corpora labyrintho involuere; Quocirca, ne confuſa nimis hujus arduæ diſceptationis cauſa in diſpendioſum producatur tædium, digeſta, & elucidata per diſcurſum facti, atque juris materia ejus reſolutionem DD. mei cenſuerunt eſſe contrahendam, mihique illud oneris impoſuere, in quo morem geſſiſſe ex officii ratione, uti debeo, ſi non ad modum in tàm gravi Provincia requiſitum pro tota ſaltem animi contentione allaboraviſſe, aliqualem demeriri excuſationem, æquiſſima DD. meorum ſpondet indulgentia, qua velut auſpice magis impulſus, & accenſus, & præmiſſo motæ litis contextu, poſitoque rerum tractandarum ordine, veritatis inquirendæ voto, quantum in me erit ſatisfaciam.

Primus hujus diſcriminis litigioſi motus duxit originem ex eo, quod quidam nomine de Salviatis (quos tamen D. Dux negat, ſuos Authores eſſe, ut à Menſa allegantur) cum ſociis in negotio, ſub vulgari nomenclatura cantante, *Banco*, ſeù *Magona di Piſa*, conduxerant ab anno 1574. multa tenimenta Menſæ Archiepiſcopalis inſtrumentis locationum expreſſa, atque etiam eodem tempore habuerunt Tenutam de *Migliarino* ab Authoribus D. Ducis ſibi

loca-

locatam; cum omnibus acceſſionibus; & pertinentiis: Cum verò per multum temporis intervallum Tenimenta Menſæ, & D. Ducis in poſſeſſione conductorum promiſcuo uſu, & ordine confuſo permanſerint, accedente colonorum infrequentia, ac Terminorum poſitione neglectis, ſeù, ſi quæ fuit antè diſputabili oblivioni tradita, factum eſt, ut de anno 1621. occaſione reſtitutionis ſciendæ locatoribus, Menſa Archiepiſcopalis, & D. Dux de Salviatis ſuper recuperatione reali controverſorum locorum omninò diſcordes in gravem hanc devenirent controverſiam, quæ coram Reverendiſſimo Nuncio Florentiæ prius avocata poſſeſſione per ſummariiſſimum poſſeſſorium favore Menſæ, eſt ſecta, eidemque dimiſſa & relaxata per ſententiam cum mandato de manutenendo in poſſeſſione, ſuper tenutis controverſis, videlicet, *Padule di Malventre, Poggio à padule Debbi, Iſola, Romita Pecoreccio, Foſſa Magno & Lama Triacabonaldi*, at in planario poſſeſſorio cauſa alia mota eſt in eodem Tribunali Reverendiſſimi Domini Nuncii Florentiæ, quippe qui retractata ſententia in ſummariiſſimo lata, manutentionem cum reintegratione D. Duci ſuper illis Tenutis conceſſit, exceptis tamen *Poggio à Padule, Pecoreccia, & Lama Triacabonaldi*, ſuper quibus reſervavit jura D. Ducis in petitorio deducenda; Poſtea verò interpoſita per Menſam Piſanam appellatione, aditaque Signatura Juſtitiæ, Cauſa fuit commiſſa *bon. me.* Peutingerio *cum facultate manutenendi; quem de Jure*, & quia pro parte D. Ducis contendebatur ſententiam tranſiiſſe in judicatum ab eadem Signatura ſuperaddita fuit commiſſio executorialis cum clauſula *conſlito de re judicata*, & conſequenter cauſa in Rota diſputata ſub die 17. Maii 1632. Dominis viſum eſt, ut propter quædam impedimenta per menſam adducta, & non omni excuſatione carentia prætermiſſa ſententiæ validitate, ſtrictè ſuper ejus juſtitia informaretur, quo peractu juxta DD. reſolutionem benignam, & æquitate plenam, Cauſa deinceps quintam cum dilatoriis, & illiquidis reſcriptis paſſa eſt propoſitionem, & ad ſextam ſuper juſtitia ſententiæ propoſitionem eſt protracta, in qua coram me in locum *bonæ memoriæ Peutingerii* ſuffecto die 5. Martii 1661 reſolutum fuit, ut fieret acceſſus per R. P. D. meum Thayam, & coram eo conficeretur planta, *quibus ab eo juxta ſui morem ingenitum vigilantiſſimè æquè, ac perſpicaciſſimè diſertatione locali executioni demandatis* tandem Cauſa coram me die 5. Maii 1662. repropoſita DD. mandarunt ſupra nominatum fieri diſcurſum, in quo juſtitiam, vel injuſtitiam ſententiæ, pro potioribus actoris, aut rei argumentis explanaturus, me, non à methodico tramite receſſurum ſum arbitratus, ſi proœmiali concluſione ſuper poſſeſſione requiſita, & præteribili in plenario poſſeſſorio, in fronte diſcurſus appoſita, totum prætenſionum utriuſque partis negotium in tribus inſpectionibus expediam.

In quarum primam poſſeſſionem utriuſque partis ſuis probationibus, & ſelectori Facti, & juris dilucidatione, quantum in re contumacibus dubiis irretita fieri dabitur, expoſitam DD. meorum judicio recenſebo. In ſecunda vero, *attenta ſuſpenſione petitorii à Domino Duce pluries repetito*, præſumptiones poſſeſſionem D. Ducis coadjuvantes ex inſtrumentis elicitas cum reſponſionibus à Menſa datis perpendam, *ad hoc, ut ſolummodò illæſa ratione petitorii, Duci inſerviant in plenario*; In tertia appendicem ſuper reintegratione adnectam, ex quibus omnibus ſuo loco accuratè ponderandis juſtitia, vel injuſtitia ſententiæ, atque pleniora prætenſionum utriuſque partis fundamenta, Deo dante, non mediocritèr aluceſcent.

Antequam autem ad diſcuſſionem jurium deſcendam DD. meos præmonere debeo, ut ſcopum inſpectionis, & examinis, hac in cauſa dirigant ad indagandum; Primò an loca controverſa, & in locationibus Menſæ ſpecificata, & in locationibus D. Ducis ſub generico modo loquendi cum pertinentiis, & annexis comprehenſa, à locatoribus fuerint nomine Menſæ, vel nomine Domini Ducis uſque ad tempus motæ litis fuerunt poſſeſſa; Secundo an Tenuta de Migliarino habeat peculiares terminos; ad quos debeant reſtringi confinia enunciata in antiquis inſtrumentis pro parte D. Ducis adductis; & tertiò an illa loca poſſint verificari extra dicta confinia generalia.

Super his enim tribus dubiis formantur tres proœminales concluſionis canones, pro enucleandis potioris poſſeſſionis privilegiis, ad quos in hac cauſa tota materia poteſt reduci amandatis aliis caſibus, & ad quorum normam omnibus deducendis modus imponi poterit deciſivus.

Nam ſi poſſeſſio continuata ad tempus motæ
1 litis, & probationibus potior, ac juſtior eſt reſpectu alterutrius è collitigantibus, eo caſu firmatur primus Canon, quod obtinere debet qui juſtè poſſidet, & Adverſarius à judicio removetur, ne juſtũ poſſeſſorem injuſtè perturbet, *Bald. in l. Ordinarii ff. de rei vindicat. Ruin. conſ. 28. num. 12. verſ. ſecundus caſus lib. 4. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 715.*

2 Si vero ambo collitigantes æquali probationum momento ſuam poſſeſſionem juſtificant, eoque caſu cum poſſeſſio apud duos inſolidum remanere non poſſit, juxtà *Text. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. poſſeſſ.* & quælibet poſterior, dicatur clandeſtina, & vitioſa poſſeſſio, *c. licet cauſam de probat.* firmatur ſecundus Canon, quod qui ſuam poſſeſſionem eſſe antiquiorem probat, obtinere debet in concurſu poſterioris, *Bart. in l. ſi duo n. 4. ff. uti poſſidet. Ancur. conſ. 866. Barbat. conſ. 21. col. 2. lib. 4.* etiamſi
3 junior eſſet intitulata *Bald. in l. data opera num. 68. C. de iis, qui accuſ. non poſſ. Ber. in c. licet cauſam de probat. Rota deciſ. 214. num. 3. par. 8. recent. deciſ. 35. num. 2. par. 1. recent.*

Si denique utriuſque partis probationes in pari gradu temporis, & conditionis colluctari reperiantur, nec ſit facile ſcrutari quænam poſſeſſio ſit magis fundata pro controverſiæ deciſione, tunc præſcribitur à DD. Tertius Canon, videlicet, quod qui ultrà æqualem poſſeſſionem juſtum titulum oſtendit, ea ratione manutenibilis efficitur, quia ex eo titulo emanat juris potioris conjectum ſubſidium, & præſumpta anterior poſſeſſio, *l. 1. C. de Edict. Div. Adr. tollend. d. cap. licet cauſam de probat.* ibique *Baldus num. 3. Bart. in d. l. ſi duo num. 4. ff. uti poſſidet Socc. conſ. 15. num. 4. lib. 4.* ſeù, ut dicunt, titulata poſſeſſio, quæ in paritate probationum eſt præferenda *Poſth. de manuten. obſerv.*

*ſerv.71. num.*105.ubi latè *Alex.conſ.86.num.12.*
lib.5. Rot. dec.594. num. 1. & 2. par. 1. diverſ.
in rec.dec.230. num.15. par. 8. poſt Poſth. deciſ.
116. *n.8. & dec.493. n.5.*

4 Quibus ità præmiſſis, primam inſpectionem
aggredior, in qua Menſa Archiepiſcopalis Pi-
ſana, ſuam poſſeſſionem omnibus dictis modis,
conditionibus, & qualitatibus in plenario re-
quiſitis ſurgere prætendit ex multis inſtrumen-
tis locationum ab anno 1574. uſque ad annum
1618. à Menſa factis, in quibus expreſſa, &
ſpecificata tenimenta, dicta *Iſola, Romita, Pe-
coraveccia, Poggio, e Padule, e Foſſa Magna,*
comprehenduntur *Summ. impreſſo Menſæ præ-
ced. poſitionis num.* 8. quorum vigore, ſtante
potiſſimum mercedum ſolutione, atque exa-
ctione penſionum *d. Summario num.* 9. non du-
bium eſt, quin poſſeſſio ſuper illis locis pleniſ-
ſimè probetur, juxtà celebrem intelligentiam
Bart. in l.qui univerſas §. quod per Colonum,
& in l.quamvis §. ſi conductor ff. de acquirend.
*poſſeſſ. Soccin. Sen.conſ.*106. *num.3. lib.* 3. quo-
rum opinionem *Rota* eſt amplexa ad effectum
non ſolum probandi poſſeſſionem inter locato-
rem, & conductorem, *dec.* 766. *num.3.par.2.lib.*
3. *diverſor. Add. ad Gregor. XV. dec.* 6. *num.*4.
Sed etiam contra tertium, juxta elegantes de-
clarationes *Menoch. de retinend. remed.* 3. *num.*
573. *& ſeqq. dec.*4. *num.* 1. *& dec.* 391. *num.* 3.
coram Caval. Gregor. XV. dec. 6. *num.* 6. *&* 7.
*ibique Adden.& dec.*500.*num.*2. in quibus alle-
gantur *Gabr.concl.*4.*num.*1. *&* 7. *Gratian.conſ.*
50.*num.*2. *lib.* 1.

Quæ poſſeſſio Menſæ redditur adhuc indubi-
5 tata ſuper dictis locis controverſis ex multis
aliis ſcripturis identitatem locorum probatio-
num probantibus, ut videre eſt in inventario
facto a Priore Eccleſiæ S. Nicolai de anno
1594. *Summario impreſſo Menſæ præcedentis*
*poſitionis num.*3. ubi expreſsè, & ſpecificè *via*
*Turris Filicaja, quæ per medium ſylvam tran-
ſit uſque ad Lacum Macinccoli,* ponitur pro
confine bonorum dictæ Eccleſiæ, *juxta bona*
ſpectantia ad Archiepiſcopatum, ſicque ex ju-
ſta poſitione diviſoria, reſultat identitas, Pog-
gii paludis, Paludis, & Foveæ Magnæ, quæ
reperiuntur citra viam illam, bona Menſæ a bo-
nis Prioratus Sancti Nicolai ſeparantem, ſi-
cuti etiam identitas Tenutæ dictæ *Lama Trin-
cabonaldi,* cum nominatim in Inventario dica-
tur ſpectare ad Menſam, quamvis exiſtat in
Tanuta de Migliarino *arg. ex l.fin. C. Arbi-
trar. Tut. & Tutor,qui repertorium ff.de admi-
niſtrat. Tut. Bart. & alii DD. in l.fin.C.de jur.
deliber. Decian. conſ.* 76. *num.* 8. *lib.* 3. *Pariſ.*
*conſ.*45. *num.*20. *lib.*2.

Hancque identitatis demonſtrationem con-
firmat æſtimum bonorum Menſæ factum de an-
no 1619. ante motam litem, in quo pariter *via*
6 *publica Turris Filicaja* affirmatur dividere
bona Menſæ, quodque eadem Menſa partem
habeat in dicta Tenuta Lama Trincabonaldi;
Summario Menſæ præſentis poſitionis num. 4.
cujus æſtimi publica auctoritate confecti, & in
officio publico cuſtoditi per Miniſtrum ad id
deputatum ejus eſt fidei, ut bona cenſeantur
eſſe illius, ad cujus favorem in eo ſunt deſcri-
pta; *Soccin.Sen.conſ.*205. *per tot.lib.*2.*Ber.con-
ſil.*77. *num.*13. *Peregr. de fideic. art.*44. *num.*7.
cum pluribus ad hunc effectum ponderatis in

ſimilibus terminis identitatis, *in dec.* 205. *num.*
6. *par.*8.*recent.* præcipuè quotieſcunque in alio
æſtimo ad favorem alterius eodem tempore de-
ſcripta non reperiantur, *Caſtren. in l. ſi pater*
C. de act. empt. Soccin. in l. 1. *num.* 37. *ff. de*
acquiren. poſſeſſ. optimè *Rota in d. deciſ.* 205.
*par.*8.*recent.* at in præſenti caſu non reperiun-
tur deſcripta in aliquo æſtimo ad favorem alte-
rius; Quinimmo in æſtimis D.Ducis (quamvis
in illis ad ejus favorem appoſita eſſe deberent,
ſi de eo tempore, quo facta ſunt æſtima, ad
eum ſpectare conſtitiſſet) contrarium habetur,
ſiquidem in ipſis legitur conformis bonorum
deſcriptio tenori ſupradicti inventarii, & æſti-
mi Menſæ, nempè quod pars Tenutæ dictæ *La-
ma Trincabonaldi* ſpectat ad Menſam, & quod
via Turris Filicaiæ, quæ tendit ad lacum *Ma-
cincoli,* ſit juſta bona Menſæ *Summario præſen-
tis poſitionis num.*1.2.*&* 3.quapropter pro par-
te Menſæ, eam poſſediſſe ſupradicta loca, in-
fertur ex dictis æſtimis D.Ducis de anno 1555.
& 1679. *dicto Summario Menſæ num* 1. *&* 2. &
ſignanter ex illo de anno 1619. *d. Summario*
num. 2. *&* 3. auctoritate Principis edicto, &
prævia citatione poſſeſſorum ad approbandum,
conſtructo, juxta receptam concluſionem,
quod æſtima pleniſſimè probant contra eos, de
quorum voluntate confecta ſunt, ex *Text. in l.*
*cenſualis C. de dona. Pereg.de fideicom. ar.*44.*n.*
9. & contra omnes cauſam habentes ab eis, *Bar.*
in l. ſi a te §. fin. ff. de except. rei, dicunt *Rain.*
*conſ.*40. *n.*3.*lib.*4. *Aret.conſ.*36. *num.*3. *Rota de-
ciſ.*706. *n.*6.*p.*2. *recent.* & conſequenter tot ad-
miniculis, & circumſtantiis favore Menſæ val-
lata, ſi opus eſſet, probarent contra Tertium,
Aretin.in l.decem num. 3 *ff. de verb. oblig. Soc-
cin. Sen. conſil.*205. *col.*2.*lib.*2. *Afflict. dec.*303.
num. 3. *&* 4. *Buratt. deciſ.*690. *num.* 2. *Sera-
ph. deciſ.* 107. *num.* 2. *Rota in recen. dec.* 287.
*num.*31.*p.*8.

7 Tot ergo demonſtrationibus ex inſtrumen-
tis locationum, & ex inventario Prioris S.
Nicolai, ac æſtimis bonorum Menſæ, atque bo-
norum dicti Ducis deſumptis remanet juſtifica-
ta locorum controverſorum identitas, & ſuper
ipſis notoria poſſeſſio, cum duæ tantum demon-
ſtrationes ad illum finem ſufficerent, *Bart. in l.*
demonſtratio falſa num. 14. *ff. de condit. & de-
monſt. Soccin. conſil.*89.*num.*1.*lib.*1. *Alex.conſil.*
73. *num.*6.*Gregor.deciſ.*575.*num.*3. Sicuti etiam
ſufficit duorum terminorum convenientia, non
obſtante in aliis diverſitate ſecundum veriorem
& communiorem opinionem, *Mareſcott. var.*
*reſolut.lib.*1. *cap.* 12. *n.* 24. *& à Rota receptam*
deciſ. 98. *num.* 1. *par.*6. *& deciſ.* 205. *num.* 15.
*par.*8. ubi fusè.

Præterea poſſeſſio menſæ potentius ad huc
8 juſtificatur ſuper locis controverſis, ex eo, *quod*
Conductores, qui utriuſque partis bona poſſi-
debant, declaraverint in ſuis libris *ſe ſolvere*
*Menſæ penſiones pro affictu bonorum à Menſa lo-
catorum. Summario impreſſo num.*9. *& ſpecifi-
cè* pro affictu Migliarini *Summario Menſæ præ-
ſentis poſitionis num.*7 cum autem illa bona ſint
ea, quæ ſpecialiter exprimuntur in inſtrumen-
tis locationum, neceſſariò includendum eſt,
dictos Conductores eadem loca nomine Menſæ
poſſediſſe, & ea ratione illius poſſeſſionem fo-
ri manutenibilem, quia ad illam inveſtigandam
maximè attenditur animus Conductoris, & an-
gui-

guitur poſſeſſionem eſſe illius, ſeu illius nomi-
ne poſſidere, cujus nomine mercedem ſolvit, ac
penſionem, ex gloſ. in ſigni *in l. quamvis §. ſi Con-*
duct. ff. de acqu. poſſeſſ. Bald. conſ. 299. *col.* 2. *lib.* 1.
Pariſ. conſ. 104. *n.* 8. *lib.* 1. cum multis cumulat,
per *Menoch. de retinen. remed.* 3. *n.* 554. & 567.
9 Quibus pro veritatis adminiculo ſubjungi-
tur revelatio Samminiatelli Miniſtri D. Ducis,
fidem ad ſtatum bonorum in æſtimis firmatum,
relativam facientis *Summario impreſſo Menſæ*
præcedentis poſitionis num. 13. quæ admittenda
eſt, uti emiſſa vigore monitorialium, *Verall.*
10 *deciſ.* 208. *num.* 8. *p.* 2. *Farinac. de Teſtibus q.*
62. *num.* 274. & 279. *deciſ.* 266. *n.* 5. ultimoque
loco pro coronanda juſtificatione poſſeſſionis
menſæ in plenario requiſita, adducuntur etiam
a Menſa quamplurimi teſtes, quorum depoſiti
ſicuti percutientes actus poſſeſſorios, & poſiti-
vos, *Summar. præſentis poſitionis num.* 5. & 6.
ſuper omnibus locis in inſtrumentis locatio-
num, expreſſis nomine Menſæ factos, & elabo-
ratos ſummopere probationem poſſeſſionis ex-
altant, ut profundo calamo tractat *Poſth. de*
manuten. obſerv. 19. *num.* ubi jurium, & deci-
ſionum ampliſſima hac in materia ſeges habe-
tur, quamobrem concludendum videtur, quod
illa numeroſa probationum claſsis, ex omni-
bus argumentis antecedentibus conflata, vi-
ctoriam ad portum favore Menſæ eo facilius ſit
traſvectura, quo ex ea poſſeſſio juſtior, & an-
tiquior, magiſque privilegiata, & ad motam
litem continuata, potentiſſimè propugnatur,
ideoq; digna, quod ipſi abſcribatur manuten-
11 tio *vulgat. §. retinendæ Inſtitut. de interdict. Ne-*
vizan. conſ. 81. *num.* 16. *Poſth. de manuten. ob-*
ſerv. 73. *num.* 6. & *ſeq. Rota dec.* 27. *num.* 21. *de-*
ciſ. 28. *n.* 2. *par.* 1. *diverſ.* & *dec.* 589. *num.* 1. & 2.
coram *Caval.* & ex aliis in Canonibus proœ-
mialis concluſionis allegatis.

At exploſis è converſo pro parte D. Ducis
graviſſimis rationum momentis non ſine acer-
rimo conflictu controverſiæ deciſio ſuccedere
poteſt; enim verò quamplurima allegantur mo-
tiva, quæ juris articulum in præſenti caſu red-
dunt quaſi problematicum, ſuoque ita ſtant ſy-
ſtemate, ut forſan non imparem, ſibi queant
vindicare defenſionis ſphæram, & in primis ab
informantibus pro eo evertitur fundamentalis
baſis poſſeſſionis Menſæ oppoſita limitatione
doctrinæ *Bartoli*, ab ipſomet ponderata *in l.*
quamvis §. ſi conductor in fin. ff. de acquir. poſſ.
qua docetur poſſeſſionem omnibus modis ſu-
pra recenſitis, utcunque munitam, eſſe pror-
ſus inefficacem, & nullius conſiderationis, ſi
reverâ alius in poſſeſſione exiſtere deprehendi-
tur, ex *l. Pomponius ff. quibus modis uſufr.* quam
Bart. maximè notandam advertit loco proxi-
mè allegato, hancque limitationem amplexa
eſt *Rota deciſ.* 6. *ubi Adden. num.* 7. *coram. San.*
me. Greg. XV. quæque explicantur à *Bald. in l.*
Celſus num. 13. *ff. de uſucap. Grat. conſil.* 50.
num. 3. *lib. Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.*
367. *verſ. declarant non procedere, Afflict. dec.* 329.
num. 1. & 2.

Quod verò authores D. Ducis de Salviatis
12 reverà poſſederint Tenutam de Migliarino eo
tempore, quo Menſa Archiepiſcopalis loca con-
troverſa locavit de anno 1574. iiſdem affictua-
riis d. Ducis ſociis Magonæ nuncupatis com-
probatur, ex eo, quod dicti ſocii Magonæ jam
ante conduxerant Tenutam de Migliarino de
anno 1573. ut patet ex inſtrumento locationis
Summario d. Ducis num. 32. & ex reſtitutione
facta dictæ Tenutæ authoribus d. Ducis de an-
no 1550. *d. Summ. num.* 32. ubi etiam duæ
Tenutæ, dictæ *la Romita*, a l' *Iſola*, ad ipſos
ſpectare ponuntur, etiam ex penſionum ſolu-
tione ab affictuariis ad annum 1618. pro con-
ductione Migliarini continuata, *d. Summ. num.*
33. Exindeq; oritur præſumptio continuatio-
nis poſſeſſionis, quæ ſemper admittitur, quo-
tieſcumque allegatur ab eo, qui authores poſ-
ſeſſores habuerit, nomineque poſſeſſorio poſ-
ſeſſionem eorum exponit, *Bart. in l. Pompo-*
nius §. ultimo ff. de acquir. poſſ. Abb. in cap.
cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Natt. conſil. 300.
num. 6. cum pluribus à *Menoch.* allegatis *præ-*
ſumpt. 64. *num.* 17. *lib.* 6. *Rot.* penes *Poſth. de-*
ciſ. 640. *num.* 12.
13 Veritas hujus concluſionis in eo fundatur,
quod mediantibus Colonis poſſeſſio aquiratur
hæredibus ſine alia apprehenſione *l. quædam*
mulier. ff. de rei vendic. Cyriac. *controv.* 255. *n.*
11. Poſth. *de manuten. obſerv.* 59. *num.* 6. *verſ.*
cum heredi, attenta potiſſimum eorum reco-
gnitione per ſolutionem penſionis ſequuta,
Bart. in d. l. qui diverſas § quod per Colonum,
ibique *DD.* & *in l. quamvis §. ſi Conductor ff. de*
acquir. poſſeſſ. Menoch. de retinen. remed. 3. *nu.*
564. & 567. unde ſequitur, jura pro poſſeſſio-
ne Menſæ militantia arte, ſeu fortuna ſatis in-
ſolita pro juſtificando contrario vehementer
decertare. Inſtrumenta enim tot Locationum
ab Authoribus D. Ducis factarum, *ut dicto*
ejus Summ. num. 32. pariter debent admitti pro
concludenti ejus poſſeſſionis probatione, utpo-
tè quæ, iiſdem gaudeant requiſitis, ac Inſtru-
menta Locationum Menſæ, ſicque eorundem
Jurium adipiſcuntur juſtiſſimam adaptationem,
tum etiam ad probandum contra Tertium,
unoque verbo reciprocum habent robur reſpe-
ctu articuli Juris, in facto tamen determinan-
di, ſicuti ſunt ejuſdem conditionis, quæ ſe-
quuntur ad extendendam probationem dicto-
rum Inſtrumentorum, quæ, uti antiqua, pro-
14 bant ſine effectuatione, *Menoch. remed.* 3. *re-*
tinend. num. 574. *conſil.* 704. *num.* 13. & 14.
ſeu quia ſunt plura, & geminata, *Menoch.*
dicto conſ. 804. *num.* 14. *Maſcard. de probat.*
concluſ. 1181. *num.* 21. *Rot. penes, Poſth. de-*
ciſ. 651. *num.* 2. *Add. ad Buratt. dec.* 263. *num.*
10. *Seraph. deciſ.* 1061. *num.* 3. *Rot. dec.* 146. *n.*
1. *p.* 2. 3. *recent.*

Cui poſſeſſioni D. Ducis tot argumentis ſuf-
fultæ, & probatæ, non officere dicuntur ea,
quæ deducuntur ex æſtimis pro parte Menſæ,
quia negatur pro parte D. Ducis, conſen-
15 ſum fuiſſe præſtitum, ideoque nullius pro-
bationis, *Bald. in l. quidam num.* 8. *ff. de con-*
dit. inſtit. Pariſ. conſil. 104. *num.* 169. *lib.* 1.
Rot. penes Poſth. d. deciſ. 640. *num.* 15. *Adden.*
ad Buratt. deciſ. 317. *num.* 9. maximè quia
prætenduntur erronea, *Decian. conſil.* 40. *nu.*
71. *lib.* 4. *Maſcard. de probat. concluſ.* 274. *nu.*
11. *Pariſ. conſil.* 23. *num.* 235. *lib.* 1. *Cephal.*
conſil. 458. *num.* 72. vel quia non ipſis fides
adhibetur in Comitatu Piſano de conſuetudi-
ne, ut patet ex atteſtatione Curialium il-
lius Urbis, *d. Summ. d. Ducis num.* 48. quod
maximè advertendum eſt, *Maſcard. de probat.*
dict.

*d.concluſ.274.n.12.Barbat.conſ.6. n.10. Alex.
conſ.92.n.6.lib.2.Add. ad Buratt.dec.317.n.9.*
16 Minuſque illius poſſeſſionem Teſtes pro
Menſa examinati aſſeruntur oſtendere, quia,
vel fuerunt examinati in ſummariſſimo, ſicquè
fidem faciunt in plenario, *Greg.XV. dec. 535. n.
24. Rota dec.182.n.3.& dec.205. n.1. par.3. re-
cent.* vel in plenario, & deponunt de poſſeſſio-
ne Affictuariorum poſſidentium bona utriuſ-
que partis uno, & eodem tempore, itaut ne-
17 ſciverint, pro quo, & cujus nomine poſſede-
rint, & ſicuti dubii, & æquivoci non merentur
attendi, *Maſcard.de probat.concl.1200.n.8.Rot.
penes Poſt.de manut.dec.46. n.7.* in qua inſubſi-
ſtentiæ cymba navigare dicitur revelatio Sam-
miniatelli, qui nihil probat, cum ſeſe meliùs
expliceverit *d. Summ. D. Ducis n.45.* nec fuerit
repetitus *Cavaler. deciſ.21.n.3. Merlin.dec.608.*
18 *n.24.* ultra quod depoſitiones Teſtium Menſæ
retunduntur à depoſitionibus Teſtium D. Du-
cis, qui non minorem debent obtinere fidem,
cum ſint etiam ruſtici circumcolentes, *Man-
sic.dec.743.n.1.* & de facto proprio deponant,
*Surd.conſ.49.n.7.Cyriac.controv.10. n.8. Greg.
XV.dec.351.n.11.dec.449. n. 7. & dec. 522.n.2.*
quod etiam magis ſit tribuendum ſcripturis, &
publicis documentis, poſſeſſionem D. Ducis
vigore terminorum, & confinium ſuper locis
controverſis inſinuantibus, quod apprimè per-
19 pendendum eſt, cum agatur ſuper rebus anti-
quiſſimis, *Felin.in cap. cum cauſam de probat.
Soccin.conſ.187. num.18.lib.2.Bald.conſ.109.in
princip.lib.4. Rot.dec.25.n.8.cor. Gregor. & dec.
34. num.pariter 8.coram eodem.*
Sed advertendo, quod harum ſcripturarum
20 diſcuſſio ſenſim diſcurſum inclinet ad rationem
petitorii, cujus ſuſpenſio expreſsè repetitis vi-
cibus pro parte D. Ducis eſt intimata, *Summ.
impreſſ n.5. & Proceſſu fol. 8. 156. 157. 506. &*
682. in quibus leguntur multæ proteſtationes
ſuper ſuſpenſione petitorii, quæque ex pecu-
liari diſpoſitione Judicii plenarii, fortiùs lo-
cum habet quotieſcunque incontinenti non
eſt data exceptio Dominii, ut per *Menoch. de
retin.remed.3.n.672. & ſeqq.* qua de cauſa Ju-
dex caret ſuper eo juriſdictione, *Rot. dec.294.
coram Pen.* ad ſecundam inſpectionem gradum
faciam, in qua ſtrictiùs veritatis cauſa venti-
labitur. Ratio autem, quæ me movit ad for-
mandam hanc inſpectionem ſuper præſumptio-
nibus eliciendis ex multis antiquiſſimis Inſtru-
mentis pro coadjuvanda poſſeſſione D. Ducis,
ſeù ut meliùs dicam, ad ſeligendas, aut repo-
nendas in una inſpectione præſumptiones illas
permixtè ab informantibus pro D. Duce ſparſas,
ea fuit ſcilicèt, ad hoc ut ex illis faciliùs, &
commodiùs erui poſſit, quicquid conſideratio-
ne dignum eſt, pro corroboranda probatione
poſſeſſionis dicti Ducis, quæ minus adæqua-
tam ex ſupra deductis ſortitur perfectionem,
ex eo quod loca controverſe ſpecificata ſunt
nominatim in Inſtrumentis Locationum Men-
ſæ, ac in illis d. Ducis poſſunt tantùm venire
ſub generica comprehenſione totius Tenutæ
de Migliarino, & ut ratio diſtributiva ſuum
haberet complementum, ſuas quoque Menſæ
reſponſiones adnectere Judicis utriuſque partis
jura referentis poſtulavit officium: ad quem ef-
fectum præmittendum eſt pro indubitato Te-
nutam de Migliarino nuncupatam, in duas
partes antiquitùs fuiſſe diviſam, quarum alte-
ra ad Eccleſiam Sancti Nicolai, altera verò ad
dd. de Orlandis ſpectabat, & ad præſens utra-
que ſub dominio D. Ducis exiſtit, multaque
inſtrumenta vetuſtiſſima à Domino Duce pro-
duci, in quibus confinia enunciata dictæ Te-
nutæ comprehendunt incluſivè controverſa
Tenutarum corpora, quam ob cauſam infor-
mantes pro Domino Duce iis utuntur pro ad-
minìculo ad oſtendendam poſſeſſionem, ali-
ciendo ex eorum enunciativis potentiſſimas
præſumptiones, quæ inſerviunt ad probandam
identitatem in antiquis, *Pariſius conſil.17.n.6.
lib.1.Ruin.conſ.65.n.20.lib.5.Bald.conſ.267.lib.
2.* cum aliis pluribus congeſtis per *Mareſcott.
var. reſol.cap.12.n.39.lib.1.*
21 Prima præſumptio, quæ opitulatur voto d.
Ducis illa ſolemnis eſt, quæ depromitur ex
enunciativis Inſtrumentorum totum corpus
Tenutæ Migliarini per fines circumductos etiã
loca controverſa includentes, deſignentibus,
*Summar.D.Ducis num.3.4.& pluribus ſeqq. &
Summ. impreſſa Menſa præcedent.* In quibus
uniformis eſt confinium Tenutæ Migliarini de-
terminatio, quæ, ſeù quoad partem Orlando-
rum, ſeu quoad utramque ſimul unitam, tan-
tam habet limitum conſonantiam, ut negari
non poſſit, quin loca controverſa in ipſis con-
finibus includantur, & inferatur, ea ſpectare
ad Dominum Ducem, & venire ſub appellatio-
ne generali Tenutæ Migliarino, ex eo, quod
juris præſumptione eadem confinia exiſtiman-
tur permanſiſſe, niſi contrarium ex adverſo
probatum fuerit, *Menoch.præſumpt.46.n.1. lib.6.
Felin.cap.cum cauſam n. 12. de probat. Decian.
conſ.44 n.20.vol.1.Ruin.conſ.50.num.14. lib.1.*
22 *Rot.dec.254. n.29.& dec.215. n.4. p.7. rec. Ve-
rall.deciſ.337.lib.3.* maximè dum pro confinibus
dantur flumina, & mare, quæ dicuntur confi-
nia æterna, *Bald.in d.cap.cum cauſa de probat.
ubique Felin.n.5. Rot.dec.683.n.3. par.1. recent.*
unde intrat firmata à DD. regula, quod confi-
nia menſuram, quantitatem, & extenſionem
indicantia, quicquid intra ea includitur, com-
prehendunt, *Bald.in rubric. C. de contrah.
empt.n.43.Textus in l ſi fines C. de Evict. l. pa-
tronus §. 1.& 2.de leg.3. l.forma ff de cenſ. DD.
conſ.146. col.3.n.14.Pariſ.conſ.64.num.19.lib.1.*
cum multis cumulatis per *Grat. diſcept. 657. n.
26.Rot.dec.234. n.3.* Ex quibus evidenter ſe-
quitur dicta loca controverſa fuiſſe ab Autho-
ribus dicti Ducis poſſeſſa, cum locaverint Te-
nutam de Migliarino cum omnibus acceſſioni-
bus, & pertinentiis, ſuiſque confinibus, & ter-
minis notis, quod maxime, eſt relevantiæ, ad
probandam poſſeſſionem D. Ducis ſuper dictis
Tenutis controverſis, quia licet non ſpecifi-
23 centur, in ejus locationibus continentur ta-
men ſub generica totius Tenutæ comprehen-
ſione, quæ ſecum importat omnes acceſſiones,
pertinentias, & partes integrantes, ſicuti de
facto totum corpus Tenutæ locatum eſt cum
acceſſionibus, pertinentiis, &c. *d. Summ. D.
Ducis n.12.& ſeqq. in l.in legatis n.1. C. de le-
gat.Bart.in l.Seja quintæ Tirannæ, ff.de fund.
ruſt. Nat. conſ.446.n.5.Curt.Jun.conſ.174. n.8.
& ſeq.* prolixè *Gratian.diſcept.for.d.cap.657. n.
20. & ſeqq. Rot.dec.164.n.26. p.6. rec. & penès
Poſth.de manut.dec.26. n.6.& dec. 120. n.4. ea-
dem p.6.recent.*

24 Secunda præſumptio, quæ præcedentem ſum-
mopere corroborat, deducitur ex eo, quod præ-
dicta limitum, & confinium enunciatio ſit ex-
preſſa per dictionem *In*, ut patet ex inſtru-
mentis (a) utriuſque medietatis Tenutæ men-
tionem facientibus, quoad partem Eccleſiæ S.
Nicolai, videlicet confinia ita declarantur: *te-
net unum caput in Mari, aliud caput in Lacu
Maciuccoli, & partim in Foſſa Magna, Latus
unum in Fovea nova aliud latus in terra nobi-
lium de Orlandis*: & quoad medietatem Orlan-
dorum: *tenet unum caput in foſſa dicta Sterreg-
giana, & partim in bonis nobilium de Paprona,
aliud caput in bonis Eccleſiæ Sancti Nicolai de
Migliarino, latus unum in Fovea vocata Foſſa
magna aliud latus partim in Mari, & partim
in Terris Hoſpitalis novi Miſericordiæ de Piſis
vocata la Romita, &c. Summ. D. Ducis n. 8. &*
23. & paſſim in omnibus inſtrumentis locatio-
num factis ab Eccleſia S. Nicolai, vel ab Orlan-
dis; qui modus enunciandi limites potiſſimum
confert, ad probandam comprehenſionem Te-
nutarum controverſarum, vi præpoſitionis, *In*,
quæ denotat, & importat intrinſicitatem juxta
Text. in l. 1. ff. de Flum. Gloſſ. in l. 3. ff. de offic.
25 *Præſid. DD. in l. Gallus §. ille caſus, ff. de liber.
& Poſth. ubi Jaſ. num. 21. Alex. num. 15. & Bart.*
quos ſequuta eſt *Rota dec. 683. n. 8. par. 1. deciſ.
274. n. 14. p. 8. & dec. 316. n. 11. par. 9. recent. Put.
dec. 220. n. 4. lib. 2.* præcipuè quando ſecum re-
git ablativum, *Bald. in dicta l. Gallus, §. ille
caſus, ff. de lib. & Poſth. Corn. conſ. 278. num. 7.
vol. 3. Rot. d. c. 683. n. 8. p. 1. recent.*

(a) Eſt dec. 755. cor. Coccin.

Tertia præſumptio, quæ non minùs, quam
præcedentes pro tuenda D. Ducis poſſeſſione in
locis controverſis militare dignoſcitur, potio-
ra habet fundamenta in aliis inſtrumentis, ex
quorum tenore colligitur authores D. Ducis
quaſdam è Tenutis controverſis locaviſſe, ut
ex inſtrumento quodam reſtitutionis, *Summ.
Ducis n. 31.* ubi dicitur, locata ab eis fuiſſe *in
Romita, e l' Iſola*, & in alio ſimili *num* 42. ubi
idem aſſeritur, itemque paludem, & foveam
magnam *n. 7. & n. 16.* Tenutaſquè nuncupatas
Dobbi, Poggia e Palude, & padule, ipſius no-
mine poſſeſſas fuiſſe arguitur ex libris Affictua-
riorum *n. 35.* hæcquè præſumptio ſupradictis
modis adminiculata fortior evadit, attenta de-
ſignatione frequenti appoſita in locationibus
Menſæ per dictionem *verſus Migliarinum*:
Summ. d. Ducis n. 38. quæ fuiſſet omnis impro-
pria, ſi loca expreſſa in dictis locationibus
Menſæ poſita fuiſſent in Tenuta Migliarini,
cum ſignificatio dictionis *verſus* non compre-
hendat locum, ad cujus ſitum demonſtrat rei
exiſtentiam, *Barboſ. diſt. 421. Sard. conſ. 94. n. 78.
Cyriac. controv. 10. n. 8. Alex. conſ. 54. n. 10. lib. 5.
Merlin. dec. 600. n. 7. Rot. in recent. dec. 213. n. 9.
p. 7. dec. 509. n. 5. p. 1. & in una Theatina juriſdi-
ctionis 17. Maii 1613. coram Coccin.* relata *in
dec. 683. n. 5. p. 1. recent.* cujus conſequentiæ vis
eſt efficaciſſima ad probandum loca ſpecificata
in locationibus Menſæ juxtà propriam ipſius
mentem non habere ſitum in *Migliarino*, uti
ab eadem prætenditur; ſed extrà ejus confinia
eſſe poſita, quod egregiè corroboratur ex fide
multorum atteſtantium *d. Summ. n. 43. & ſeqq.*
Poggium paludis, paludem, & partem foveæ
magnæ, à Menſa prætenſam verificari inter fo-
veam *Sterreggiana* meatum per paludem uſque
ad foveam magnam tranſeuntem, cujus mea-
tus propter diuturnitatem temporis antiquata
fuiſſe veſtigia dicitur pro parte D. Ducis, nec
ea amplius apparere, niſi in margine Foveæ,
nuncupatæ *Traverſagna* quam alias interſecuiſ-
ſe ajunt, ductumque habuiſſe non eundem cum
fovea *Traverſagna*, ſed trans paludem uſque
ad foveam magnam, in cujus quoque margine
rude monimentum ingreſſus dict. foveæ aſſe-
runt exiſtere, pro quorum confirmatione in-
formantes contra Menſam afferunt non leve ar-
gumentum deſumptum ex aſſertione duorum
Teſtium Menſæ de reali exiſtentia illius meatus
deponentium, *in Summariol. d. Ducis n. 1.* qui
contra eam probant, pleniſſimè *Rot. coram Bu-
ratt. dec. 618. n. 4. deciſ. 631. n. 17. in recent. deciſ.
146. n. 7. p. 3.* necnon ex modico pretio, ſub quo
fovea magna à Menſa aliquando locata eſt, *dicto
Summario n. 3.* ex cujus ratione volunt ſolum
partem foveæ magnæ ad menſam ſpectare, cum
26 ex quantitate pretii optimè colligatur quan-
tum venit in emptione vel locatione, *Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num 8. Menoch. de
Præſumpt. præſumpt. lib. 5. Sard. conſ. 13. n. 3. Gre-
gor. XV. deciſ. 126. n. 8. Merlin. deciſ. 338. n. 5. Rot.
dec. 26. p. 4. tom. 2.*

Quartam majus adhuc pondus præcedenti-
27 bus ſuppeditantem extrahunt ex confirmatio-
ne conceſſionis Emphyteuſis Archiepiſcopi Pi-
ſani dictorum confinium declarationem appro-
bantis *d. Summ. n. 18.* quo circa Menſa non de-
bet admitti ad illa impugnanda cum ab ea fue-
rint recognita in perſona dicti Archiepiſcopi
juxta tradita à DD. *in l. cum aliquis, C. de
jur. deliber. Alex. conſ. 89. n. 6. lib. 5. Afflict. dec.
83. n. 2. Seraphin. deciſ. 1142. n. 8. Rot. deciſ. 205.
n. 9. p. 8. dec. 242. n. 6. par. 9 recent.* ultrà quod in
illa canonizata fuerint loca paludoſa, quæ cum
28 verificari non poſſint, niſi in palude contro-
verſa, licet generaliter fuerint enuntiata, de
illa ſpecialiter ſunt intelligenda *leg. 2. ff de li-
ber. & Poſth. Sard. conſ. 179 n. 4.* ubi latè *& conſ.
267. num. 8.*

29 Quinta præſumptio præcipuè foveam Ma-
gnam percutit, & eruitur ex jure piſcandi in
mentis antiquis ab authoribus D. Ducis locato,
d. Summar. num. 9. cum duob. ſeqq. 16. & 24. quod
non reperitur verificabile niſi in Fovea Ma-
gna, ideoque ſuffragatur poſſeſſioni D. Ducis
ex ſuprà proximè ponderatis; atque etiam ex
depoſitione Teſtium Menſæ aſſerentium non
alibi dari piſcationem, *d. Summar. num 29.* quare
probant contra Menſam, *Rot. in deciſ. 618. n. 4.
coram Buratt. & ex aliis vulgatis.* Tum etiam
illa præſumptio nititur ſuper laudo antiquiſſi-
mo, quo Datium favore Orlandorum Autho-
rum D. Ducis canonizatum eſt ſuper Fovea
Magna, *d. Summar. n. 28.* quodque valdè inſe-
ruit, ad probandam poſſeſſionem quoad illam
Foveam, licet inter alios celebratum fuerit,
*Alexan. conſ. 109. n. 16. lib. 2. Dec. conſ. 93. n. 14.
lib. 1. Gregor. deciſ. 434. n. 3.*

Sexta denique ex omnibus componitur re-
flectendo, quod etiamſi loca controverſa ſpe-
cificata non fuerint in locationibus de tenuta
Migliarini ab Auctoribus D. Ducis factis, ni-
hilominus ſub verbis relativis ad totum corpus
30 & notiſſima ejus confinia fuerunt comprehen-
ſa, & concepta vi axiomatis paſſim recepti,
quod relatum ineſt in referente cum omnibus
ſuis

Digitized by Google

ſuis qualitatibus, *Rot.dec.230.n.7.par.8. recent.*
ex quibus infertur poſſeſſionem dicti Ducis uti
titulatam hoc in judicio eſſe præferandam per
allegatam in tertio canone proœmiali concluſionis hoc in loco repetenda, non obſtante objectione, quod nimis urgeatur diſcuſſio dominii, quia in cauſa manutentionis, præcipuè
quando probationes in quadam paritate poſitæ
ſuſpenſum, & dubium tenent Judicis animum,
articuli concernentes proprietatem, ſeù Titulum non ſunt impertinentes, cum tantummo-
31 dò deſerviant ad coadjuvandum poſſeſſorium,
ut ſupra notarum ex præciſa ejus cognitione ad
petitorium reſervata, Poſth. *de manut. obſer.31.
n.122.* ubi plura.

Pro Menſa verò potentiſſima reſponſionum
ſeries ad dictarum præſumptionum refutationem adducta, maturam etiam meretur deliberationem, nam pro ea informantes acerrimè
32 contendunt, nullam ex illis præſumptionibus
talem eſſe; ut ex ea titulata poſſeſſio conſtruatur, imò potiùs conantur oſtendere poſſeſſionem Menſæ revera eſſe intitulatam, ut poſt
præſumptionum ſolutionem explicabitur. Ad
primam igitur affatim repondent, probantque
eam eſſe captioſam, & æquivocam demonſtrando Terminos, & confinia tenutæ de Migliarino allata Indeterminata eſſe, & generalia, potiuſque eſſe popularem deſcriptionem, quam
legalem; pro quo fundamento confirmando modum, quo dicti limites in antiquiſſimis illis inſtrumentis enunciantur, in primis objiciunt,
utpotè qui eſſentialem pariunt incertitudinem, & conſtanter apparet ex lectura omnium
illorum inſtrumentorum, in quibus poſt generalem terminorum deſcriptionem dubitativa
ſubſequuntur verba, *vel ſi qui ſunt ejus veriores confines, vel ſi qui alii, ſeu aliter ſint ejus
veriores confines, Summ.D. Ducis n.8. & multis ſeqq.* (ubi adſunt locationes factæ ſuper partibus ad Eccleſiam S. Nicolai, & ad Orlandos
ſpectantibus) ex qua dubitativa deciſione *vel* &
modo loquendi, *ſeu aliter* ſignificatio terminorum generalium declaratur, & reſtringitur, *Menoch.conſ.347.n.91. Ruin. conſ. 99. n. 11. lib.2.
Rota dec.300.n.26.p.1.dec.484.n.4.p.4.tom.2. &
dec.125.n.3.p.5. recent.* Ex qua diverſificatione
oritur dubietas, quæ ſcientiam excludit, *Rot.
dec.4.n.12.p.5.recent.* & conſequenter cum illa
deſcriptio ſit dubia, æquivoca, & incerta non
relevat *c. in præſentia de probat. l. ſi domus de
leg.1. Bald.conſ.420. n.2. verſ. multominus va-*
33 *let probatio lib.4. Rot.dec.391. n.24. & 25. p. 4.
recent.tom.2.* & ita ex ventre dictorum inſtrumentorum omninò contrariæ naſcuntur præſumptiones ad oculum demonſtrantes terminos
Tenutæ *Migliarini* non eſſe indubitatos, &
invariabiles, uti prædicantur pro parte D. Ducis, cum implicaret rem eſſe indubitatam, &
invariabilem, quæ verioris ſtatus determinationem conſequi poſſet, atque regulam ab informantibus pro D. Duce toties inculcatam ſuper comprehenſiona omnium partium intra confinia circumducta contentarum, inſignem pati limitationem, & locum tantum habere, quoties rem confinatam, & terminatam totam ſub
dominio concedentis, vel locantis Indubitan-
34 ter exiſtere conſtat. *DD. in l. æde ſacro ff. de
contrah.empt. Grat.diſcept.for.cap.657. n.27.* ubi
optimè *Bertazol. clauſ.29.gloſ.2.num.1. Oldrad.
conſ.198. Alex. conſ.91.n.10.& 12.* Sed in præſenti caſu facti evidentia contrarium innuit,
ſiquidem non negatur pro parte D.Ducis, alios
quarumdam Tenutarum intra dicta confinia
incluſarum eſſe Dominos, *folio concord.in Sum.
Menſæ præcedentis poſitionis n. 1. poſt lit. A. &
Summ. Ducis num.1. verſic.la* Romita, *Summ.
Menſæ ultimæ poſitionis n.1.2. & ult.& in Proceſſ. fol.463.464. à tergo & 467.* ac proinde injuſtum eſſet, quod ab eo prætenderetur, quidquid intra dicta confinia continetur, ſummamque illam juris rationem, quæ infert ex confinibus ductis ad totum comprehenſum fore nimia injurioſam, ultra, quod eſt omninò inveriſimile Authores D.Ducis eam habuiſſe tolerantiam, ut permiſerint Menſæ Archiepiſcopali tot Tenutas intra dicta confinia comprehenſas per tantum temporis ſpatium locare,
quarum Dominium ad ſe ſpectare cognoviſſent, juxta præſumptionem omnium veriſſimam, quod nemo præſumitur jactare ſuum.
Rota dec.253.n.27.p.4.tom.2.recent.

35 Secundæ præſumptioni ſatisfacere prætendunt, retorquendo argumentum deductum ex
dictione, *In*, hoc modo nempè, quòd ſi valeret illatio facta, quod fovea Magna eſt pars
integrans Tenutæ Migliarini qui dicitur in
enunciatione confinium generalium, *tenet unum caput in Fovea Magno*, ſequeretur neceſſariò, quod alia loca pari modo deſignata eſſe
deberent de partibus integrantibus Tenutæ Migliarini, Mare; & lacus Maciuccoli comprehenderentur in Migliarino, quia æquè dicitur *tenet
unum caput in mari, alterum in lacu Maciuccoli*, eaque ratione pars Orlandorſi contineretur
in parte Prioratus S. Nicolai, quia in deſcriptione confinium partis hujus ultimi dicitur,
Tenet unum caput in bonis Nobilium de Orlandis, & vice verſa pars Eccleſiæ comprehenderetur ſub parte Orlandorum, quia in illius
deſcriptione exprimitur *Tenet unum caput in
bonis Eccleſiæ*, & id genus alia in omnibus inſtrumentis ſimili modo concepta, qua propter
verius, & potius, affirmandum eſt, illum modum loquendi reſolvendum eſſe juxta concluſionem a *DD.* receptam in materia confinium
videlicet, quod bona pro confinibus enunciata non comprehenduntur cum bonis confinatis,
ex eo, quod terminus terminatus non poteſt
eſſe idem cum termino terminante, ideòque fovea magna allata pro confine non poteſt eſſe
de acceſſionibus, & pertinentiis Tenutæ Migliarini. *DD. in l. cum ſervu ad fin.ff. de contrahend. empt. Bald. in l. fines agri C. de evict. Hieronymus Mont. de finibus cap 15.n.2. c.107. n.4.
Bald. conſil.482. lib.4. Otthobon. dec.102. n. 11.
Merlin.dec.200.n.9. Rot.in recent. dec. 236. n.8.
dec.286.n.4.par.6.in* (a) *Romana fideicommiſſi de
Spiritibus 12. Januar. 1643. §. Teſtes autem coram bon.mem. Bichio* relat. *in dicta dec.102. num.
11. cor. Otthobon.* alioquin abſurda, & inepta daretur expreſſio ſi confinia identificarentur cum
rebus coſinatis Rot *in* (b) *Ariminen. fideicom.
7. Maii 1632. cor. Merlin.* allegata *in deciſ.236.
n.6.par.6.recen.& in deciſ. 600.n. 9. coram ipſo
Merlin.*

(a) Impreſſ. cor. eod. Rich. 112 n. 18. & 19.

(b) Eſt deciſ. 548. coram Merlin.

Pro refutatione tertiæ præſumptionis quamplurima parites exagerantur ab informantibus
pro Menſa, ſiquidem dicunt Enunciationes in
inſtrumentis reſtitutionis, & ceſſionis, & de

tenu-

tenutis nuncupatis *la Romita*, & *Iſola*, eſſe er-
roneas ex ſola reflexione ſacta, quod nunquam
Romita comprehenſa eſt in parte Orlandorum,
imò potius ſemper eſt excepta, & allata pro
uno ex confinibus, ut patet ex Inſtrumentis
Summ. D. Ducis n. 10. *& ſeqq.* & fuit ſemper ex-
preſſa ſpectare ad Hoſpitale Novæ Miſericor-
diæ de Piſis *eodem Summ.* ubi proximè, unde
cum ſit notorius error non poteſt inſervire ad
36 colorandam poſſeſſionem D. Ducis, *Rota penes
Poſth. de manuten. dec.* 186. *n.* 10. ubi afferun-
tur *Ten. in l. nihil conſenſui §. videtur ff. de reg.
jur. l. ſi per errorem ff. de juriſd. omn. Judic.
l.* 2. *ff. de Judic. Rota deciſ.* 597. *num.* 2. *par.*
4. *recent. tom.* 3. Sicuti nec vim habere de-
bent aſſertæ locationes paludis, & Foveæ Ma-
gnæ, minuſque partitas Affictuariorum quaſ-
dam operas ponentium factas ſuper *Dobbi*, *Pog-
gio à Padule*, *& Padulo*, quia vel illæ loca-
tiones reperiuntur unicæ, & ineffectuatæ, &
longe deterioris conditionis quam locationes
Menſæ, addito etiam, quod ex ipſis libris Af-
fictuariorum, ſubodoratur poſitio confinium
particularium Tenutæ Migliarini in Poppio,
quia in ipſis apponitur immediatè, poſtquàm
loquuti ſunt de Poppio Paludis *per aver ri-
trovato i confini nelle Tenute del Sig. Mar-
chese con quelle dell' Arciveſcovato*, qui libri
37 contra producentem probare debent *cap. cum
olim de cenſib. Ruin. conſ.* 14. *n.* 1. *lib.* 5. *Burat.
dec.* 622. *n.* 3. quo fit, ut probationes Menſæ
deſumptæ ex multis inſtrumentis locationum,
in quibus ſpecificantur loca controverſa ex ca-
taſtris, æſtimis, depoſitionibus Teſtium, &
revelationibus ſunt nitidiores, & potentiores
allegatis pro parte D. Ducis, eaque de cauſa
38 ſunt præferendæ in judicio manutentionis per
notat apud *Poſth. manutent. obſerv.* 71. *n.* 77. *&
ſeqq.* ubi plura cumulantur prætenſionibus
Menſæ apprimè faventia, & præcipuè, quod
poſſeſſio in ſpecie probata prævalet ei, quæ pro-
batur in genere, veluti præfertur ea, quæ ha-
bet determinatum tempus. *Poſth. ibidem n.* 83. &
allegat. *Rota dec.* 292. *n.* 6. *par.* 2. *recent.*

Subjungitur etiam per informantes pro Men-
ſa nullius eſſe relevantiæ ſpeculationes decan-
tatas ſuper illis verbis *verſus Migliorinum*, quia
Menſa, quæ particulares, & determinatos fi-
nes Tenutæ Migliarini, in via Turris Filicajæ
ad Lacum Maciuccoli recta bona Menſæ, quod
illam partem diſſecantis ſemper agnovit, non
autem generales, & improprios ſupra explica-
tos, nullum ſibi fecit præjudicium enunciando
ſua bona verſus Migliarinum ſui particulari-
bus terminis coanguſtatum, quia ſtante illa li-
mitum poſitione, cum rationabili, & conve-
nienti expreſſione, ſuas Tenutas extrà Miglia-
rinum propriè loquendo, & non generaliter
poſitas deſiguare potuit, verſus Migliarinum,
ultrà quod conſideratur etiam foveam Ma-
gnam deſignari verſus Migliarinum in inſtru-
mento locationis à Prioribus S. Nicolai Au-
thoribus D. Ducis facto de Ripa Foveæ Ma-
gnæ, ex quo concluditur contra D. Ducem fo-
veam Magnam non fuiſſe ab illius Authoribus
intellectam in Migliarino, ſed extra Migliari-
num, nam in eo Inſtrumento apertiſſima ſunt
verba *verſus paſcuum Migliarinum Summ. d.*
39 *Ducis n.* 16. cumque illa dictio *verſus* non de-
notet intrinſecitatem, ſed ſolùm remotam ad-
jacentiam ex ponderatis in tertia præſumptio-
ne, rectè concluditur pro Menſa, Foveam Ma-
gnam eſſe extra Migliarinum juxtà confeſſio-
nem Authorum D. Ducis, & probat contra
confitentem. *Rip. in l. ſi aliquam rem n.* 39. *ff. de
acquir. poſſeſſ. Rot. dec.* 611. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 3.

Præterea aſſeverant meatum illum Foveæ
Storregianæ, qui ſupponitur trans paludem
dividere bona Menſæ à bonis D. Ducis, eſſe
prorſus fictitium, eaque veſtigia in margine
foveæ Traverſagnæ, & Foveæ Magnæ adnota-
ta, cum nullo alio ductu cohærentiam habere,
ſed ſolum eſſe depreſſiones laterum fovearum
ſupradictarum, propter armentorum bibendi,
vel tranſeundi gratia concurſum attritas, ut in
pluribus aliis locis ſimilia reperiuntur in mar-
ginibus fovearum veſtigia, quod confirmatur
ex eo, quod fovea magna nunc ſit ejuſdem di-
menſionis, quoad latitudinem, & longitudinem
ab ingreſſu Foveæ Traverſagnæ uſque ad La-
cum Maciuccoli, cujus fuit antea ab ingreſſu
Foveæ Storreggianæ, uſque ad dictum lacum,
ut conſtat ex collationibus rerum in facto poſi-
tis *Summ. novo Menſæ n.* 11. 12. *&* 13. ſuper fide
Miniſtrorum, & officialium ad id à publico de-
putatorum, quibus deferendum eſt in rebus
ad ipſorum officium ſpectantibus juxt. *text. in
40 l. Septimo menſe, ubi Bald. ff. de Stat. hom. Soc-
cin. Jun. conſ.* 183. *n.* 51. *lib.* 2. Grat. *diſcept.* 752. *n.*
49. *Boer. dec.* 283. *n.* 21. cum enim veriſimile ſit
meatum Storreggianæ confuſum fuiſſe in ea
parte, quæ tendit ad foveam magnam, quando
fovea Traverſagna fuit confecta, & elaborata,
quia facilius erat inceptum jam meatum ſequi,
quàm novum excavare: ſed dato, & non con-
ceſſo, quod depoſitio illius Teſtis Menſæ, qui
uti unicus rejiciendus eſt, nam alter negat ab-
ſolutè ſe aliquid audiviſſe de tali meatu fuiſſet
vera, quomodo tot loca inter ſe, & magno in-
tervallo diſtantia, magniſque diſtincta dimen-
ſionibus poſſent verificari in angulo paludis ad
ſpatium minimum, uti loquitur ille Teſtis *Sum.
d. Ducis num.* 2.: *d'un tiro di moſchetto*, quod
41 uti æquivocum attendendum non eſt, *l. non hoc
C. unde legit. cap. in præſentia de probation. More-
ſcot. variar. reſolut. cap.* 12. *n.* 3. *lib.* 1. *Rota in una*
(a)*Civitatis Caſtelli* 16. *Junii* 1595. *cor. Seraph.*

(a) Eſt dec. 1137. n. 2. coram eod. Seraph.

Ultimo tandem loco inſiſtunt nihil inferri
poſſe ex modicitate locationis foveæ Magnæ,
quia hac in re non benè arguitur à tempore
præterito ad præſens, ex eo, quod ſit in con-
feſſo apud omnes numiſmatum valorem elapſo
ſæculo in modica quantitate æquivalere majo-
ri hoc in currenti numeratæ, quod accidit ex
magis in dies diſtributa Peruviani Theſauri Fo-
dina, ut de per ſe patet.

Quartam præſumptionem accuſant etiam
inſubſiſtentiæ advertendo Archiepiſcopum Pi-
ſanum nullum potuiſſe præjudicium inferre
Menſæ, quia enunciativæ emanatæ in confir-
matione conceſſionis Emphyteuſis, fuerunt ad
ſuggeſtionem partis inſinuatæ: *Innocent. c. du-
dum n.* 3. *Ruin. conſ.* 41. *n.* 13. *lib.* 1. *cap. inter dile-
ctos n.* 6. *de fid. inſtrum. Gemin. in c. ſi Papa n.* 7.
42 quia eſt ab alio informatus, *Cur. Sen. in conſ.*
20. *n.* 12. *Rom. conſ.* 80. *n.* 3. *Put. dec.* 427. *n.* 1. *lib.* 2.

Ad quintam reſpondent piſcationem verifi-
cari in loco dicto *l'Ugnone*, nec in facto ſubſi-
ſtere ſuppoſitum de Teſtibus Menſæ cum aper-
tiſſimè mentionem faciant de piſcatione *dell'*

Vgnone, *Summ d.Ducis n.*29. in reliquis verò poderatis in dicta præſumptione diſſolvendis laudum etiam antiquiſſimum oſtendunt, ex quo afferunt veritatem ab aquis emergere. Si quidem illud celebratum eſt de anno 1342: & in eo ſententiatum, foveam Magnam ſpectare ad Menſam & quod majorem poſtulat attentionem, ſunt quædam verba in eo laudo deprompta ex alio Inſtrumento producto ad probandum foveam ſpectare ad Menſam, quæ ſuſcitare videntur ſepulta Menſæ confinia, quia ſecum ferunt Terminorum deſcriptionem, illique à Menſa prætenditur in Poppio paludis per viam Turris Filicaiæ diviſorium, ſatis ſimilem; nam in bonis datis in feudum ab Archiepiſcopo Piſano legitur inter confinia ibi enunciata: *Currit uſque ad Poppium de Migliarino*: *Summ. Menſæ impreſſo n. ult.* quæ
43 verba juxta cum termino reperto propè dictam viam diviſoriam valde conferunt ad probandum dictam viam olim fuiſſe cognitam pro limite bona Menſæ à Tenuta Migliarini propriè, & peculiariter ſeparante eùm ſufficiant leviores probationes ad juſtificandam identitatem in Antiquis, *Rota coram Seraphino dec.* 462. *n.* 9.
44 *coram Gregor. dec.* 172.*n.*6.*ubi Adden. n.*10. *in recent. dec.* 87. *n.*3. *par.*5. etiam per inditia, & conjecturas, *Rota coram Seraph. in dict. deciſ.* 462.*n.*8. *in recent.dec.*42 *n.*7.*&* *dec.*81.*n.*20.*par.* 8. & duæ demonſtrationes pleniſſimam faciunt probationem ex *Theor. Bart.in l.demonſtratio falſa ff.de condit.& demonſtrat.* Rota *dec.* 236. *n.* 2.*&* 3. *par.* 6.*recent.* præcipuè quando novi termini confinant, & concordant cum antiquis. *Grat. diſcept.* 447. *num.* 33. Rota *deciſ.* 286. *num.* 1. *par* 6 *recent.* illique laudo, ut ſcripturæ antiquiſſimæ ſtandum eſt *Calcon. conſ.* 90. *n.*5. *Hieron.à Mont.in tract.de finib.cap.*263. *n.* 5. Rota *in Barchinonen. confinium* 19.*Januarii* 1607. *coram Sacrat.* eoque magis, quia ſuper Fovea Magna celebratum, quo caſu concludentiſſimè probare debet, *Bald.conſ.*286.*num.*2. *lib.*2.*Dec.conſ.*42.*ſub n.*10. *Natt.conſ.*632. *n.*6. præſertim cum adminiculis, in termin.punctualibus, *Greg.dec.*434.*n.*1.*& ſeqq. Adden.* ad *eand. dec.*407.*n.*6.

Sextam denique præſumptionẽ impugnant reperiendo poſſeſſionem Menſæ, uti ſpecificatam omnique genere probationum poſſeſſionem dicti Ducis ſuperantem eſſe ipſis præferibilem, ut amplè dictum eſt in reſponſione ad tertiam præſumptionem, ex quorum omnium combinatione poſſeſſionem Menſæ etiam titulatam propugnant juxta tradita à *Poſth. de manuten. obſerv.*71.*n.*105. potioraque ad id monimenta
45 afferunt ex illo laudo antiquiſſimo, ex termino reperto, & ex locationibus per tantum temporis intervallum continuatis, ex quibus arguitur, & probatur dominium junctis præſumptionibus, & conjecturis ex *Text.in l.licet Imperator*, ubi *Jaſon. n.*3.*de leg.* 3. *Menoch præſumpt.*36 *n.*5.*gloß.in cap.*3.*de probat. Alb. conſ.* 64. *n.*21. *lib.* 1. attenta potiſſimum ſolutione penſionum per ſpatium excedens tempus 3.annorum, quia eo caſu probatur Dominium in vim præſcriptionis. *Bart.in l.ad probationem C. locat. Alex.conſ.*12.*lib*4.*conſ.*8.*nu.*2. *lib.* 7. *Rota dec.* 290.*n.*4.*par.*1.*recent.* cum aliis permultis *in dec.*611.*n.*5.*par.*4.*recent.tom.*3.*dec.*215.*n.*2. *par.* 7.*Adden.ad Buratt.dec.*502,*n.*25.*Rota dec.*234. *n.*3.*&* *dec.*286.*n.*1.*par* 8. ac proindè volunt, ut illa poſſeſſio ſibi privilegia titulatæ poſſeſſionis attribuat, ſitque hoc in caſu manutenibilis ex adductis in tertio Canone proœmialis concluſionis.

Supereſt ſolum, ut ex appendice formato ſuper reintegratione manus ultima diſcurſui apponatur, quod paucis infra perpendendis expeviam, nam totius difficultatis arcana in ſupra examinatis debent eſſe reſerata, ſi in re tam intricata, & confuſa referenda prætenſiones utriuſque partis referari queant, quantum verò ſpectat ad reintegrationem informantes pro Menſa firmiter inferunt eam non poſſe dari D. Duci, quia non probatur concludenter primum
46 extremum, ſcilicet antiquior ejus poſſeſſio, ut eſt requiſitum, *Rot.dec.*65.*n.*1.*par.*2.*diverſ. dec.* 729.*num.*1.*par.*1.*dec.*502.*n.*5.*par.*4.*recent.tom.*2. quia etiam contrarium promovetur ex inconcuſſo, & ineluctabili argumento deducto ex celeberrima illa deciſione *Rot.* omnem in hoc articulo ambiguitatem reſolvente *coram Seraphino*, quæ eſt 1360. *per tot.* ex qua manifeſte cognoſcitur contra menſam non poſſe dari legitimam reintegrationem, cum alleget, & probet præſcriptionem 40. annorum, & ultra, quare prætendit obtinere ſuper ratione dominij. *Bart.in l.rem alienam ff.de pig. act.* Rota *dicta dec.*502.*n.*5.*par.*4.*tom.*2.& omnem, ſi quæ fuit apud Auctores D. Ducis actionis poſſeſſoriæ tollere ſuſpicionem, ac characterem, *Soccin. in l.rem quæ nobis num.* 18. *ff.de acquir. poſſeſſ. Bolh. de præſcript.*4. *par.* 1. *quæſt.*20.*n.*1.*Pariſ. conſil.* 1. *n.*155. *lib.*1. & eſſe magis communem dixit, & admiſit Rota *d.dec.*502.*n.*7.*& ſeqq. pe-*
47 *nes Poſth.dec.*330.*n.*9. ubi præſcriptio 40.annorum reddit poſſeſſionem inutilem, ex *Caſtren. conſ.*105.*n.*3.*l.b.*1.*Menoch.de recuperand.remed.* 15.*n.*249.Rota *dec.*126.*n.*1.*p.rccen.*

Quibus non obſtantibus informantes pro D. Duce conſtanter affirmant reintegrationem ipſi eſſe concedendam, quia ex ſupra deductis volunt, ut remanſerint probata duo extrema de ſtylo requiſita, poſſeſſio ſcilicet antiquior
48 Domini Ducis; Et quód poſſeſſio Menſæ junior ſit *Abb. in cap. cum ad Sedem col.*4. *nu.*17. *verſ. poſt hoc etiam de reſtit.Spoliator. c.licet cauſam de probat. Bald. in l. penultima num.* 15. *C.ſi à non com. Jud. Rot. deciſ.* 495. *num.* 43. *& ſeqq. par.*4.*tom.*2.quæ nunquam denegatur probatis duobus extremis *Menoch. de recuperan. remed.* 15. *num.* 383. *Surd. conſ.* 160. *num.* 6. *Rolandi conſ.*6. *num* 11.*lib.*3. *Afflict. deciſ.* 327. *num.* 2. *Rota deciſ.* 559. *num.* 11. *p.*4.*tom.*3.

Hæc ab informantium diſputatione octies hinc indè repetita ſunt excerpta.

ADNOTATIO.

IN Cauſis gravibus Facti, & Juris dubietatem, vel altiorem inſpectionem præſeferentibus, Rota ut facilius deſcendat ad Controverſiæ diremptionem, ſolet aliquando expetere diſcurſum
49 explanatorium, qui triplici tempore edi conſuevit, vel ante cauſæ reſolutionem, vel ſimultaneæ cum ipſa reſolutione, vel denique poſt eandem reſolutionem.

Exempla diſcurſus præparativi ante cauſæ reſolutionem habemus tùm in hoc Superius impreſſo ubi poſt plura reſcripta dilatoria, & poſt acceſſum in faciem loci fuit demandata ejuſdem compilatio, atque in *Romana reductio-*

nis

vis Canonum coram Emerix Jun.*deciſ.*1130.,ubi
conceſſa dilatione exaratus fuit diſcurſus præ-
paratorius, & deinde propoſita Cauſa, & reſo-
luta *in dec.* 1186.*cor.eodem.*

Diſcurſus autem generalis circa materiam
inter Partes controverſam contemporaneè, &
50 in ipſamet Deciſione aliquoties habentur,
quemadmodum prædictatum fuit in *Medio-*
lanen. Beneficii 1. *Aprilis* 1707. *cor. bon. me.*
Anſaldo, ut teſtatur eadem Deciſio in §. *abſo-*
lutis, & in §. *dignoſcebant verſic. pro quorum*
faciliori dilucidatione.

Exemplum tandem ſimilium diſcurſum con-
ſecutivè ad reſolutionem habetur apud *Duran.*
*deciſ.*285. in Cauſa *Florentina Subdecanatus*,
in qua fuit demandata ejuſdem diſcurſus com-
pilatio poſt ſecundam rotalem propoſitionem
51 unam ſcilicet die 27. Januarii Anno 1627.,
ut in deciſ. 60. ipſius *Durani*, & alteram 22.
Maii 1628. *deciſ.* 147. *coram eodem*; Poſtquam
autem emanavit prædictus diſcurſus, Cauſa
fuit rurſus agitata in eadem Rota, & perſtitum
fuit in deciſis, ut apparet ex *dec.*411., cui de-
ciſioni ſuper puncto principali Partes acquie-
verunt, ut in *dec.*438. *cor.eodem Durano* confir-
mata *in deciſ.*125. *par.*7.*recent.*

Ut verò aliqua leviter attingamus de ſubie-
cto præſentis *diſcurſus*, pertractatur hic mate-
ria Confinium, de qua agimus ſupra in *Anno-*
tatione ad cap. 4. *memb.* 2. *num.* 29., *& plurib.*
*ſeqq. fol.*18. *col.*2. *& ſeq.*, & quia ibidem num.
42. diximus inter confinia invariabilia reputa-
ri ſoveas, rivos, fontes, & vias publicas, quod
firmatur etiam in hac *deciſ.num.*22., hoc debet
intelligi quoad potentiam, non quoad actum;
poteſt enim etiam doceri de contrario, quia
52 non omnia Flumina, Rivi, Fontes judicari
debent pro Confinibus, niſi aliis ſignis corro-
borentur, & ſuperaccedat communis reputa-
tio, alias nunquam eidem dominium, idem
prædium, uti paſſim contingit, daretur in
parte trans, & in parte citra aliquod flumen,
aut rivum, ut ponderant *Surd. conſ.* 429. *ſub*
*num.*10. *verſ.* nam *non omnis. Maſſin. de conſi-*
ſcat.quæſt. 11. *num.* 13., *Zoal. in obſervat. ad*
*Stat.Favent. tom.*1. *lib.*3.*rubr.*37 *num.*7.,*Card.*
*de Luc. de regal.diſcep.*136. *ſub num.* 20. *Spe-*
rell. deciſ. 178. *num.* 5. *cum aliis in Romana,*
ſeù Portuen. Tenutarum. Super exceſſu quoad
Vicarellum 26. *Martii* 1708. §. *Domini namque*
cor.bo.me. Anſaldo, in qua deciſione agitur de
eadem materia devolutionis, de qua in hoc *di-*
ſcurſu ſermo inſtituitur.

De ipſamet re ad eundem effectum habetur
etiam in *Moceraten. devolutionis 6. Decembris*
1723. *cor. R. P. D. Calcagnino* §. *quibus* uſque
ad finem, in qua firmatur illa capitalis conclu-
ſio, quod bona conceſſa in Emphytheuſim ſi
53 confundantur cum aliis affinibus territoriis,
hæc confuſio, & commixtio facta ab Emphy-
theuta reo convento, nequit adeo præjudica-
re Domino directo agenti ad devolutionem,
ut eundem a ſua poſſeſſione propellat, ad quod
allegantur *Ruin.conſ.*50. *num.* 15. *lib.* 1., *Si-*
mon de Pret. de interpret. ult. Voluntat. lib. 5.
*dub.*4. *n.*335., *Card.de Luc.de Fideicomm.diſc.*
294. *num.*13., *Adden. ad Gregor. deciſ.* 575. *n.*
21. cum aliis in præd. *Maceraten.* §. *bonorum de-*
54 *ſcribendorum* Adebat reus ipſe conventus di-
ſcrimen inter bona libera, & reſtitutioni obno-
xia ponere teneatur, *Surd. conſ.* 505. *num.* 10.
*Rot. deciſ.*428.*num.*4.*cor.Emerix. Jun. & deciſ.*
135. *num.*4., *&* 5. *par.* 11.*rec. & in Hortana*
Sylvarum 10. *Martii* 1698. §. *abſque eo quod*
cor.bo.me. Muto, & in ejus *Confirmatoria* 25.
Februarii 1701. §.*potiſſimè cor.eadem* & ſi idem
reus prædictus fines determinare neglexit, præ-
55 ſumptio eſt bona ad emphytheuſim pertinere.
*Ruin.conſ.*50. *num.*14., *&* 16. *lib.*1., *Nat.con-*
*ſil.*556. *num.*3.*& ſeqq. Card.de Luc.de Emphit.*
*diſc.*56. *num.* 2. cum aliis *in d. Maceraten. de-*
volutionis 6. Decembris 1723. §. *quin potiùs*
cor. R. P. D. Calcagnino confirmata 12. *Martii*
1725.*cor.eod.*ubi in §.*Indubitanter* corroboratur
concluſio, de qua in præſenti diſcurſu *num.* 6.
quod ſcilicet in materia identitatis Cataſtrum
56 ſubminiſtret validum adminiculum ad veri-
tatem eruendam juxta auctoritates ibidem de-
ductas.

Ulteriuſque circa bonorum identitatem, de
qua in *diſcurſu* ſuperius impreſſo *num.* 20., *&*
ſeq., ſtatuitur, quod in antiquis unius tan-
tummodò confinii verificatio ſatis habetur.
Marcſcott. var. reſolut. cap. 12. *num.* 1. *Rot. de-*
ciſ. 710. *num.* 3. *part.* 1. *diverſ.*, *dec.* 134. *num.*
3. *coram Merlin. deciſ.* 117. *num.* 11. *coram*
Emerix Jun. cum aliis relegen. *in d. Maceraten.*
devolutionis 6. Decembris 1723. §. *ab his propè*
finem, *&* 19. *Martii* 1725. §. *evidentior cor. R.*
P.D.Calcagnino,

R. P. D. N I N O T.

Poſtea Epiſcopo Terracinen. Veliterna
Retractus.
28. *Januarii* 1664.

ARGUMENTUM.

Agitur de Horti Retractu cum derogatione Sta-
tuti Pontificia.

SUMMARIA.

1 *Gratia fundata in falſo præſuppoſito eſt nulla.*
2 *In cauſato non poteſt plus juris eſſe, quam in in-*
fluentis potentia.
3 *Adjacentia per interpoſitionem rei publicæ ex-*
cluditur.
4 *Statuto verificato de facto, uſus non eſt pro-*
bandus.
5 *Confeſſioni judiciali implicitæ fruſtra apponi-*
tur.
6 *Cenſus in dubio magis intelligitur quam Em-*
phyteuſis.
7 *Statuto in Retractu qualiter derogetur.*
8 *Executor quando dicatur Papæ delegatus.*
9 *Verba eodem modo, & forma quibus diſponitur*
per ſtatutum quid deſignent.
10 *Pontifex a parva rerum Eccleſiæ diſtractione*
non abhorret.
11 *Subreptio non expreſſione rei non neceſſariæ,*
vel non reddentis Pontificem difficilem evita-
tur: & num. 15.
12 *Conſenſus in Eccleſiaſticis alienationibus non*
denegatur cum in caſibus, ac perſonis prohi-
bitis non verſamur.
13 *Gratiæ ad executionem attenditur tempus*
Datæ.
14 *Fovea privata eſt per quam perenner aqua non*
currunt; etiamſi publicas ſordes recipiat.
16 *Acceſſui ſtandum eſt.*
17 *Dictio, In, denotat intrinſicitatem in loco;*

18 *Via publica ſeparationem inducet atque cohærentiam impedit, & n.24.*
19 *Diverſitas, ac reparatio rerum ex quibus arguatur.*
20 *Retractus horti, qui ad ornatum, ac decus tendat Civitatis, fieri poteſt.*
21 *Rivi, Foſſata, & flumina privata non tollunt vicinitatem.*
22 *Flumina, & foſſata poſſunt eſſe privata licet inſerviant publicæ evacuationi aquam.*
23 *Via vicinalis non tollit contiguitatem.*
25 *Via publica quandonam non inducat ſeparationem?*

Præſens Deciſio eſt repetita *coram Ninot.deciſ.*58. & poſt *obſervat.Mell. dec.*161. confirmata inferiùs *in deciſ.* 59. Poſtea natæ ſunt controverſiæ circa valorem, & æſtimationem facienda, ſuper quibus vide *inferiùs deciſ.* 28. *cum ibi notat.*

DECISIO XIV.

CUm ad decorem Palatii, & Viridarii, quæ ſplendido ſumptu Eminentiſſimus D. Cardinalis Ginettus Velitris conſtruxerat, maximè expediret annectere adiacentem Hortum Petri Pauli Attiverii, obtinuit idem Eminentiſſimus à Sanctiſſimo Domino noſtro Alexandro VII. Breve de compellendo Attiverium ad venditionem.

Verum quia in Partibus contra executionem Brevis fuerat pronunciatum, ac proindè commiſſa mihi Cauſa appellationis, hodie Dubium dediſſem: An illud eſſet juſtificatum? Attiverius ad duo potiſſimum capita juſtificationis defectum reſtringebat.

Primò, quod pro fundamento conceſſionis Gratiæ Pontifici expoſitum fuerat, adeſſe Velitris Statutum ſuper retractu, de cujus tamen uſu, & confirmatione cum non doceatur, prout requiritur, Gratia aſſerebatur nulla, tan-
1 quam fundata in falſo præſuppoſito, *Rot.deciſ.* 237. *num.*5.*part.*7.*recent.* Et quatenus etiam de illius uſu, & confirmatione doceretur, quod cum in horto retrahendo adeſſet quædam pars ſubjecta emphyteuſi Eccleſiaſticæ, quemadmodum reſpectu hujus non poterat intrare Statutum Laicale, ita nec Gratia dependens, & conſequutiva ad illud cum non poſſit plus juris eſ-
2 ſe in cauſato, quam influenti potentia cauſæ, *Barbiſ.axiom.* 40.*n.*25. *& ſeqq.*

Secundò, quia, ſecluſa etiam correſpectivitate Gratiæ ad Statutum, adhuc non poterat illa a duplici ſubreptionis vitio defendi, quorum alterum erat, quod cum inter Viridarium Eminentiſſimi Cardinalis, & hortum retraendum olim intercederet via publica, repleta, ut dicebatur à Miniſtris D.Cardinalis, & modo intermediet ſovea pariter publica, non verificatur narrata adjacentia, quæ per interpoſitionem rei publicæ excluditur, *leg.*
3 4.§.*hoc judicium*, *ff.fin.regund.*. Alterum quod fuit ſimiliter expreſſum Attiverium nullam in horto Domum habere, de cujus tamen contrario in facto conſtare ſupponebatur.

Nec omittebant, nullum ex annexione hujus horti fore Civitati ſplendoris incrementum, prout expoſitum fuerat, emerſurum; quod etiam ſubreptionis vitio adſcribebatur.

Quibus tamen non obſtantibus, Domini contrarium cenſuerunt. De exiſtentia enim Statuti Veliterni ſuper retractu, cujus tenor fuit adamuſſim regiſtratus in Brevi, ejuſque confirmatione facta per fel.record. Pium IV. non poteſt dubitari. Uſus autem, ultra quod non eſt probandus, cùm ſufficiat exiſtentiam Statutà
4 verificari de facto, prout fuit narrata, *Rot.deciſ.*410. *num.*4.*p.*1.*& dec.*71. *num.*12. *part.*6. *& dec.*284.*num.*1. *part.*7. *recentior.* & in *Terracinen. Canonicatus* 16. *Martii* 1648. *coram R. P. D. meo Veroſpia*, in dubio præſumitur. *Honded. conſil.*4. *num.*91. *lib.* 1. *Rota coram Durano dec.* 36. *num.*41. poſt *Gilian. ad Statut.Peruſ.deciſ.* 37. *per tot. & in recent.deciſ.* 22. *num.* 2. *part.*4. Et ſanè dum Attiverius in Judicio contra eundem D. Cardinalem moto ſuper retractu horti Torutionum, Intentionem ſuam in eodem Statuto fundavit, fruſtrà modò recurrit ad hanc oppoſitionem, cujus contrarium implicitè quadam judiciali confeſſione antecedenter præſuppoſuerat, *l.* 1. *C. de conf.ß.Rota deciſ.*244. *num.* 2. *part.* 8. *& deciſ.* 228. *num.* 11. *part.* 9. *recent.& in Bononien.Pecuniaria* 4.*Maii* 1663. *coram. me.*

Nec proinde ſequitur, quòd Gratia ſit correſpectiva ad Statutum, adeòut non poſſit habere locum, niſi illis in bonis, & caſibus, in quibus intrat Statutum.

Omiſſo enim, quod aſſerta modica pars horti retrahendi gravata annua reſponſione ad favorem Cappellæ Sanctæ Catherinæ, non probatur, prout ex adverſo prætenditur, emphyteutica, cum potius in dubio præſumenda ſit
6 cenſualis; *Rota coram Mantic. deciſ.*134. *num.* 3. & *dec.* 307. *num.*1. *part.*1. *diverſ.*& *dec.*400. *num.*7.& *dec.*606. *num.*2. *p.* 1. *recent.* præſertim quando reſponſio, prout in caſu noſtro, fructibus correſpondet, *Seraph.dec.*272. *n.*4. *Merlin. dec.*545.*num.*2.& 3.

Animadvertebant Domini, mentionem Statuti non fuiſſe factam per modum cauſæ finalis, adeòut illius vigore retractus eſſet faciendus, ſed per modum exempli, ad hoc ut Sanctiſſimus agnoſcens non eſſe rem novam in Civitate Veliterna, quod quis compellatur ad vendendum, faciliùs imploratum proviſionis Apoſtolicæ beneficium impartiri dignaretur; quod tripliciter colligebant. Primò, quia fuerat Statuto expreſſe derogatum, ut in ſpecie arguit *Rota dec.*75. *num.*10.*p.*5. *recent.* Secundo quia Brevis executionem non direxit Magiſtris viarum, coram quibus ex diſpoſitione Statuti agendum erat, ſed Vicario Epiſcopi: Tertio, & fortius quia tàm in diſpoſitiva, quam in concluſiva, a quibus Gratia eſt regulanda, *Bart.*
7 *in leg. Aurelius* §.*Sticho n.* 3. *ff. de liber. legat. Gemin. conſil.*118. *n.*5. *Duran. deciſ.*156. *n.*10. non vigore Statuti, ſed Pontificia authoritate retractum fieri voluit, ibi; *Authoritate noſtra cogas, & compellas*; & rurſus: *& quamcunque opportunam facultatem ad id tibi eadem auctoritate tribuimus, & partimur*, quæ operantur.
8 Ut executor dicatur delegatus Papæ, & ejus auctoritate omnia faciat, *Dec. conſ.* 413. *ſub num.*3. *Roman.conſ.*285. *n.*3.*Menoch.præſumpt.* 16. *n.*28. *lib.*2.*Marcheſ. de commiſſ. part.* 1. *fol.* 416.*num.*294.

Quibus non contrariantur ſubſequentia verba: *Eodem modo & forma, quibus diſponitur per ſtatutum*; quia deſignant ſolum modum

agen-

agendi, & procedendi juxta formam præſcri-
piam à Statuto, prævia, ſcilicet æſtimatione
duorum petitorum, brevi manu, & abſque
9 ſtrepitu, & figura Judicii, &c. non vero ſub-
ſtantiam Gratiæ ad Statuti limites reſtringunt,
*Marib. de clauſul. par. 3. clauſ. 94. num. 5. Rota
coram Merlin. decif. 864 n. 34. coram Duran. de-
cif. 36. nu. 24. coram Eminentiſs. Ottbobono de-
ciſ. 452. num. 14. & 15. Romana* (a) *fideicommiſſi
19. Februarii 1653. coram. R. P. D. meo Vicecomi-
mits §. nec refragantur.*

(a) Deciſ. 30. n. 16. part. 14. recent.

Pontifex enim non abhorret à diſtractione
rerum Eccleſiæ parvi valoris, ac modicæ quan-
10 titatis, juxta *Text. in can. terrulas 12. quæſt.
2. Genuen. in prax. Archiepiſc. cap. 60. num. 3.
Rota coram Seraph. dec. 401. n. 3.* prout eſt pars
iſta horti emphyteutica: quæ in modico exce-
dit quartam unius rubri. Cumque non agatur
de alienatione dominii directi, ſed utilis tan-
tum, ac mutatione emphyteutæ, quæ in caſu
noſtro notoriè tendit in melius, expreſſio hujus
qualitatis, vel non erat neceſſaria, vel ſaltem
non reddidiſſet Pontificem difficiliorem, quod
ſufficiat ad evitandam ſubreptionem, *Cavaler.
11 deciſ. 551. num. 5.* & in *recent. deciſ. 140. n. 7.
par. 7.* Et quemadmodum non conſideraretur
præjudicium Eccleſiæ, ſi alienatio fieret ex vo-
luntate ipſius Attiverii, nec poſſet Eccleſia con-
ſenſum denegare, cum non verſemur in caſibus,
ac perſonis prohibitis, *Fulgin. de jur. emphyt.
tit. de alienat. quæſt. 1. nu. 229. Rota coram Gre-
gor. deciſ. 520. num. 1. & 4. Add. ad deciſ. 131.
12 num. 379. & ſeqq. part. 8.* Ita pariter non eſt
conſiderabile, dum Attiverius cogitur ad ven-
dendum, cum utriuſque caſus eadem ſit ratio,
l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ.

Excluſa itaque correſpectivitate Gratiæ ed
Statutum minoris ponderis remanet utraque
ſubreptio exadverſo deducta.

Reſpectu enim prioris, non facit ad caſum,
quod antiquitus inter Viridarium D. Cardina-
lis, & hortum retrahendum intercederet via
publica: Sufficit enim, quod modo amplius
non exiſtat, cum ad effectum executionis Gra-
13 tiæ tempus illius datæ attendatur, *cap. ſi eo
tempore 9. de reſcript. in 6. Seraph. deciſ. 341. n.
9. Rot. deciſ. 387. num. 16. part. 5.* & in *Lucana
Cappellaniæ 28. Aprilis 1656. coram Rev. P. D.
meo Bev. laqua.*

Et ſimiliter non erat exprimendum, an fovea
quæ modo intermediat, eſſet publica, vel pri-
vata: Tum quia non probatur aſſumptum,
quod ſit publica, & contrarium deduci poſſe
videtur ex eo, quod per eam non currunt pe-
14 rennes, ſed pluviales aquæ, quod innuit fo-
veam eſſe privatam, juxta Sententiam Caſſii
relata à Ulpiano in *leg. 1. §. Fluminum, ff. de
flumin. Afflict. de jur. protbomiſ. §. 9. num. 12. cir-
ca med.* & ibi: *Modern. in addit. notab. par. 12.
Marc. Mantua. eod. tractat. num. 54. Proſper.
Rendel. d. tract. in gloſs. via publica num. 3. verſ.
ſed ſi rivus privatus*, Joann. *de Amic. conſil.
1. num. 27. & ſequen. Rimin. Jun. conſil. 382.
num. 50.*

In nihilo relevante, quod recipiat ſordes pu-
blicas; quia hoc potius ſonat in ſervitutem fa-
vore publico, quàm dominium, *Joann. Har-
prect. in §. prædiorum, &* Ottboman. *VVesbenc.
& Bocer. nu. 7. Inſtit. de ſervit. Manz. de ſervit.
Urb. Prædior. 2. quæſt. 49. n. 155. & ſeq.*

Tum quia dato, & non conceſſo, quod eſſet
publica, attamen cum nihil publico interſit,
15 quod controverſus hortus potiùs ab uno,
quàm ab alio retineatur, circumſtantia iſta
non retraxiſſet Pontificem a conceſſione Gra-
tiæ, ſed ſat eſt potuiſſe illum de hoc in genere
cogitare, *Baratt. dec. 883. n. 6. Merlin. 243.
num. 9. & in recent. deciſ. 452. n. 15. par. 5. & de-
ciſ. 222. num. 25. p. 7.*

Altera vero ſubreptio elicita ex eo, quod At-
tiverius in horto habitationem habeat nullam
in facto ſubſiſtentiam habet, cum de con-
trario conſtet ex acceſſu, cui ſtandum eſt,
*Rota coram Gregor. dec. 575. num. 6. & in recent.
dec. 197. num. 4. p. 8. & dec. 168. num. 10. & ſeq.
par. 9. cum aliis cumulatis per Poſtb. de manu-
ten. obſerv. 505. n. 5.*

Nec reſtagatur, quod olim dicta habitatio
exiſteret, quodque occaſione viæ Burgheſiæ,
juſſu ſan. mem. Pauli Quinti erectæ fuerit ab
horto retrahendo diviſa. Hoc enim ſuperabun-
dat, non ſolùm quia dictio. *In*, denotat in-
17 trinſicitatem in loco, *Bart. in l. Gallus 29. §. ille
caſus n. 2. ff. de liber. & poſtbum. Barboſ. dict. 152.
n. 16.* Sed etiam quia via publica ſeparationem
18 inducit, & impedit cohærentiam *d. l. 4. §. hoc
judicium, & l. ſeq. ff. fin. regund. Bald. in tract.
de Jur. protbomiſ. n. 2. verſ. quod ſi via, Carpan.
ad Statut. Medialan. p. 1. c. 104. n. 8. Felician. al-
leg. 4. n. 14. & alleg. 7. n. 16. p. 3. Cepoll. de ſervit.
ruſtic. præd. c. 3. n. 54.*

Quibus non contradicit *Gratian. diſcept. 745
19 n. 64.* Quia loquitur in terminis, in quibus res
ita diviſa deſtinatione Patris familias adhuc re-
manſerat unica, quo caſu non negat compete-
re retractum, ſed ſolùm diſputat, an poſſit re-
trahi una abſque alia, quod nihil habet com-
mune præſenti caſu, in quo ſolum quæritur
ſuper juſtificatione Brevis, nec adeſt aliqua
unitas, & deſtinatio, attento quod pars iſtius
horti magis contigua viæ Burgheſiæ ſemper di-
20 ſtinctim, & ſeparatim conſuevit locari ab alte-
ra parte horti, in qua domus exiſtit: quod
convincit res eſſe diverſas, & ſeparatas, &
pro talibus poſſideri, *l. prædiis, §. balneum, ff. de
legat. 3. Grat. diſcept. 126. n. 10. & ſeqq. Merlin.
dec. 388. n. 28. & ſeqq.*

Cæterum quod ampliatio iſtius Viridatij
20 conferat etiam ad ornatum in Civitatis, Domi-
ni non revocarunt in dubium, cum accedat ad
decus magnifici, & ſumptuoſi Palatii, cujus
dicitur pars, *Gulielm. de Benedict. in repet. cap.
Raynutius in verb. & hortum n. 1. & ſeq. San-
felic. dec. 171. ſub n. 2.* ac in terminis noſtris co-
gendi vicinum ad vendendum, tradit *Caſtill.
dec. 134. n. 11. & ſeq. Caren. reſolut. 2. n. 13. & 16.
& 28.* Et ſanè aſſerere, quod ornatus iſte non
erat cauſa ſufficiens ad concedendum retractū,
nihil aliud eſſet, quam redarguere Pontificem,
qui ex hoc capite illum conceſſit, quod non
licet.

Ex quibus pro juſtificationa Brevis reſpon-
ſum fuit, utraque, &c.

ADNOTATIO.

DE noſtra Diſtantiarum materia agit *deciſio
præſens n. 14.* ubi quod ſavea privata non
impedit retractum, quod generaliter verum
21 eſt; rivi enim foſſata, ac flumina privata, quæ
in æſtate deſiccantur, non impediunt retra-
ctum

ctum ratione vicinitatis, quoniam de prædictis
idem judicatur, ac de aliis rebus privatis *Con-
ſtantin.ad Sat.Urb. annot.24.artic.3. num.131.*
ubi citat hanc Deciſionem, & ejus confirmato-
riam.

Qualitas verò privatorum fluminum, & Foſ-
ſatorum non tollitur ex eo, quod recipiant ſor-
des publicas, prout firmat *hæc Deciſio* poſt. d.
n. 14. neque etiam ex altero, quod inſerviant
publicæ evacuationi aquarum, quia non inde
22 ſequitur, quod ſint juris publici reſpectu pro-
prietatis, & dominii, ſed dumtaxat quoad paſ-
ſiva ſervitutem, *Gobb. conſult. deciſ.* 103. *num.*
31. *verſic. & etiam nullatenus, Zanl. ad Sta-
tut Favent. rubr. 34. lib. 5. num. 7.* ubi citat
noſtrum Auctorem, & præſentem *deciſionem* co-
ram *Ninot*.

Idem dicendum de via vicinali, & privata,
quæ non impedit retractum ratione vicinitatis,
quia ejuſmodi via dicitur communis inter vici-
nos, nec tollit illam contiguitatem prædiorum,
quæ eſt præcipuum requiſitum pro competen-
23 tia retractus. *Menoch. conſ.709. num. 15. Viv.
deciſ.478. n.7. Epiſc, Rocca. Diſput.cap.162 poſt
num. 14. verſic. quidquid ſecus ſit, Merlin.
dec.Januen.64.n.9. & 10.*

Via tamèn publica intermedia eſt excluſiva
24 connexitatis prædiorum, iſta enim ſeparatio-
nem inducit, & impedit cohærentiam; *Carpan.
ad ſtatut.Mediol.par.1. cap.147. n. 481. Card. de
Luc. de ſervitat. diſc. 69. n. 1.* & in ſpecialibus
terminis hujus Veliterni Statuti *Epiſc.Rocc. di-
ſput.ſelect.cap.162.num.24.*ubi adducit iſtam *de-
ciſionem* coram *Ninot*.

Cæterum (quemadmodum tangitur hic in
objecto *num.* 19.) via intermedia non tollit vi-
cinitatem, quando ex utraque parte adſunt
prædia ejuſdem Domini, ex cujus deſtinatione
25 prædia eadem habeantur pro corpore unico ex
relat. *per Palm. Nep. alleg.8.à num. 26. ad 32.*,
ubi pluriſſime.

R. P. D. NINOT.

Firmana Servitutis.
21. *Maii* 1664.

ARGUMENTUM.

Feneſtræ in proprio muro non poſſunt aperiri
dum tempore longævo contraria ſervitus fue-
rit quæſita.

SUMMARIA.

1 *Muri elevatio & Feneſtrarum apertitio libera
ſunt, dum ſervitas contraria non adfuerit.*
2 *Servitas præſumptionibus & conjecturis pro-
batur.*
3 *Teſtium ſingularitas, quando eſt adminiculati-
va, probat.*
4 *Servitatem arguunt lucis, & aeris per lon-
gum tempus anguſtia.*
5 *Ocioſi ad commoditates captandas homines eſſe
non ſolent.*
6 *Teſtium adminiculatia ac depoſitionum veriſi-
militudo fidem merentur.*
7 *Obligatio perſonalis ſucceſſores ſingulares mi-
nime afficit.*
8 *Realis dicitur ſervitus impoſita reſpectu certi
fundi, & in vim pacti habentis cauſam per-
petuam.*
9 *De ſervitute luminum remiſſivè.*

Deciſio ſubnectenda, reperitur impreſſa co-
ram *Ninot. dec. 71.* & confirmata fuit inferiùs
deciſ. 21.

DECISIO XV.

ORta lite, An licuiſſet Ludovico in propriæ
domus pariete reſpiciente atrium Hierony-
mæ proſpectorias feneſtras aperire, cum qua-
tuor in cauſa Maceraten. prodiiſſent ſententiæ,
prima, ſcilicet, & poſterior ad favorem Ludo-
vici, & reliquæ duæ intermediæ ad favorem
Hieronymæ, ad formam reſcripti Signaturæ
propoſui dubium: An, & ad cujus favorem
conſtaret de duabus conformibus: quod hodie
ad ſavorem Hieronymæ reſolutum fuit.

Quamvis enim liberum ſit cuique non ſo-
lum proprium murum elevare, ſed etiam novas
1 feneſtras pro ſuo libito ad proſpectum aperire,
l. altius C de ſervit. & aqua, fallit tamen quo-
ties quæſita fuit in contrarium aliqua ſervitus,
*l.fin.§.fin. C de ſervitut. Urb. præd. Cepoll. eod.
tract.cap.19.n.1 Sperell.dec.55.n.19. & 22.*
2 Servitus autem, quæ ad hunc effectum etiam
præſumptionibus, & conjecturis probatur, *Bart.
in l.1.n.9.ff. de itin. actuque priv. Capoblanc. de
Baron.pragm.24.n.13. & ſeqq. Pancirol.conſ.74.
n.4. & 5 Coſman.conſ.39.n.48. Gratian. diſcept.
681.n.6. & ſeqq. Reverendiſſ.Rojas dec.160. n. 3.
& 4.* viſa eſt Dominis in caſu noſtro tam ex te-
ſtibus, quam ex conjecturis reſultare.

Teſtes enim *Summar. Hieronymæ num.1.* ex-
preſſe deponunt ſe pluries audiviſſe ab Anteceſ-
ſoribus Ludovici conſtitutam fuiſſe ad ſavorem
Tebaldorum auctorum Hieronymæ ſervitutem
ne in pariete dictum atrium reſpiciente novæ
feneſtræ aperient: quodque hac de cauſa alte-
ra ex feneſtris ibi exiſtentibus remota fuerit,
altera vero ad puram luminis neceſſitatem tan-
tummodo relicta, qui quamvis ſint ſingulares
in dicto: quia tamen ſingularitas non eſt ob-
ſtativa, ſed adminiculativa, & tendens ad con-
3 cludendam ex pluribus actibus ſpecialibus, ſer-
vitutem in genere, bene probant *DD. in cap.
qualiter & quando de accuſat. Rota dec.87. n. 4.
& dec.155.n.62. & dec.314.n.16.p.6 rec.*

Teſtium dicta confirmavit ocularis ipſa de-
monſtratio, conſtavit enim ex inſpectione Plan-
tæ alteram ex dictis feneſtris vere eſſe obtura-
tam, & alteram ita vitris, & ferris implicatam,
ut omnem prorſus proſpectum à ſubjecta area
prohibeat. Quinimmo ita in altum collocata
proſpicitur, ut nec coquinæ, pro cujus uſu re-
licta fuit, ſufficiens lumen ſubminiſtret, & ta-
men niſi obſtitiſſet in contrarium aliqua ſervi-
tus, non eſt credibile voluiſſe ſponte majores
Ludovici in tanta lucis, & aeris anguſtia per-
manere, & per tam longævum temporis ſpatium
liberi cæli ſalubritate privati: quod tanquam
4 ſervitutis argumentum ponderant *Cepoll. de
ſervit.cap.72. num.4. Theſaur. deciſ. 16. num.4.
prope fin. Rota in (a) Cameraten. Juris fabri-
candi 27. Junii 1635. coram bon. mem. Dunozet-
to § non obſtat.*

Quinimmo quo majorem aperiendæ hujus
feneſtræ, ſive neceſſitatem ſive commoditatem
Ludovicus adſtruere nitebatur, eo magis creſ-
cebat apud Dominos prædictæ ſervitutis veri-
5 ſimilitudo, tanto enim minus majores ejus
ape-

(a) Deciſ. 404.n.2. & pluribus ſeq. cor. Dunozetto.

Digitized by Google

aperire neglexiſſent ſi potuiſſent, cum homines in iis quæ ad proprium commodum vergunt, non ſoleant eſſe otioſi; Ac proinde cum teſtes ſint adminiculati, & veriſimilia deponant, plenam fidem merentur. *Alex. in l. ſæpe n. 70. ad fin.*
6 *ff. de re judic. Duran. dec. 188. n. 5. & ſeqq. Rota diverſ. dec. 192. n. 4. p. 1. & in rec. deciſ. 87. nu. 6. part. 6.*

Nec dicatur ex prædicta conventione de non aperiendo feneſtram non fuiſſe inductam ſervitutem realem; ſed obligationem tantum perſonalem, quæ non afficit ſingulares ſucceſſores. *Hippol. de Marſil. ſingul. 333. Carpan. ad Stat.*
7 *Mediol. cap. 333. n. 12. p. 1. Mangil. de evict. q. 161. num. 13, & ſeqq.*

Nam cum impoſita fuerit reſpectu certi, & determinati fundi, & in vim pacti habentis
8 cauſam perpetuam, ne ſcilicet atrium proſpiciatur, dicitur realis, & tranſitoria cum ipſa domo ad quoſcumque, ut limitandum tradunt *idem Carpan. loc. ſuperius cit. Speculator. tit. de empt. & vend. §. 1. n. 25. Cepoll. de ſervit. Urb. præd. cap. 62. n. 8.* & habetur etiam *in l. cum fundo 36. ff. de ſervit. ruſt. præd. Bart. in l. 3. §. opus quoque novum in fi. ff. ex quib. cauſ. major. in integ. reſtit. Capyc. Lat. conſult. 109. num. 7. & 22. cum aliis adductis per Oleam de ceſſ. jur. tit. 4. q. 7. à num. 8. ad 13.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

Circa aperitionem Feneſtrarum haberi poterit recurſus ad auctores per me allegatos in
9 Adnotationa ad ſuperiorem *Deciſionem* 12. & præcipuè ad *Sac. Rot. in Verulana Fabricæ* ibi adducta, quo loci præcipuè diſcuſſio habetur de ſervitute, de qua in præſenti deciſione.

R. P. D. EMERIX.

Majoricen. Canonicatus Pœnitentiariæ,
16. *Junii* 1664.

ARGUMENTUM.

Inſulæ Baleares ſeu Regnum Majoricæ in Hiſpaniæ Regno comprehenduntur. Plura de ſimultanea collatione Epiſcopi cum Capitulo ac de devolutione ad ſuperiorem.

SUMMARIA.

1 *Majoricen. inſula habetur pro una eademque re cum Hiſpania.*
2 *Sub Hiſpaniæ Regnis ſunt Baleares inſulæ: & num. 4.*
3 *Teſtantibus de re ad ſe pertinente plurimum eſt deferendum.*
5 *Inſulæ pars ſunt provinciæ cui adjacent.*
6 *Interpretatio lata in favorabilibus eſt facienda.*
7 *Provinciæ nomen intelligitur de Regno.*
8 *Inſulæ qualiter in Regno comprehendantur.*
9 *Proviſiones Apoſtolicæ beneficii ſtatum non immutant.*
10 *Proviſio unica non arguit obſervantiam, niſi Pontifex ſucceſſor de contrario anteceſſoris indulto ſcientiam habuerit.*
11 *Collatio ſimultanea præſumitur capituli cum Epiſcopo & num. 20.*
12 *Si talis ſit, facta à capitulo contradicente Epiſcopo non tenet.*
13 *Proviſio ſolius capituli, ſi ſit ſimultanea, quando ſuſtineatur.*
14 *Proviſio ad ſuperiorem devolvitur, quando ſe mutuo impediunt collatores.*
15 *Conferendi jus, quando ad ſolum capitulum ſpectat, & unam vocem tantum habeat Epiſcopus, numerari debent capita jus habentium.*
16 *In materia ſituationis Regionum Hiſtoricis, & Coſmographis deferri ſolet.*
17 *Melitenſis Inſula eſt membrorum Sicilię.*
18 *Saxumferratum eſt in Piceno.*
19 *Italiæ nomine veniuntur Inſulæ adjacentes.*
21 *In ſimultanea Collatione conſuetudo eſt attendenda.*
22 *Epiſcopus ſubrogatus in locum præpoſiti non in dicta Collatione plus juris, quàm idem Præpoſitus.*
23 *Præpoſitus Praten. in Collatione non habebat plus juris, quàm ſimplex Canonicus, & num. 23.*
24 *Cardinales Medicei præpoſiti Pratenſes conferebant beneficia cum mandato Capituli.*
25 *Conſuetudo probatur Laude, vel ſententia.*
26 *Per Laudi publicationem, & acceptationem quælibet lis extinguitur.*
27 *Non occaſio, ſed cauſa litis ad conſuetudinem comprobandam ſpectanda eſt.*
28 *In beneficiorum materia identitas univerſalis cauſæ attenditur, & n. 29.*
30 *Sententia, vel Laudum ſuper qualitate beneficii faciunt jus, quæ ad omnes.*
31 *Actus attentati, æquivoci, vel effectum non ſortiti attendi non debent.*
32 *Clauſula ſine præjudicio præſervat jus antea competens.*
33 *Conſuetudo robur accipit, ſi contradictor ab oppoſitione deſtiterit cum acquieſcentia intereſſe habentium.*
34 *Præcipuè ſi fuerit geminata acquieſcentia.*
35 *Ineffectuatio Collationum, quæ proceſſit ex cauſa diverſa, nihil detrahit conſuetudini.*
36 *Ad excluſionem ſimultaneæ Collationis ſufficit Capitulo quadragenaria cum titulo.*
37 *Simultanea Collatio non habet locum in Beneficiis juriſpatronatus Capituli.*
38 *Nec habet locum in Collegiatis.*
39 *Vigente eadem cauſa excluſionis vigere debet eadem excluſio.*
40 *Jus liberum, & clarum adimi non ſolet ſub involucro verborum.*
41 *Quæ in favorem, & honorem conceduntur, non debent in præjudicium, & odium detorqueri.*
42 *Simultanea non habet locum quoties conſtat ex cujus bonis, Epiſcopi, vel Capituli fuerint dotata beneficia.*
43 *Privativa conferendi competit illis dumtaxat Collegiatis, quæ de ſuis bonis conſtituerunt præbendas.*
44 *Non verò illis Collegiatis, qui habent præbendas erectas ex bonis aliarum Eccleſiarum.*
45 *Erecta Collegiata in Cathedralem, illius ſtatus circa collationem, & præſentationem ad beneficia non immutatur.*
46 *Verba generalia non operantur extra propoſitam materiam.*
47 *Epiſcopus non habet ſimultaneo in Beneficiis fundatis ex bonis Capituli.*
48 *Nec in illis, quæ fuerunt præſcripta.*
49 *Non eſt excogitabile, quod Pontifex voluerit concedere jus deſtructivum illius conſuetudinis, cui voluit conceſſionem ſuam conformari.*
50 *Generalis Thuſciæ conſuetudo excludit Epiſco-*

Digitized by Google

ſcopum à ſimultanea collatione.

51 *Eccleſiæ principaliter unitæ ſubſunt eodem E-
piſcopo, retinendo ſua utrinque jura diſtin-
cta, & ſeparata.*

52 *Eccleſia Proten. in ſtatu inſignis Collegiatæ
erat exempta ab Epiſcopi juriſdictione.*

53 *Ipſius Eccleſiæ Canonici non erant exempti à
propria Prælato.*

54 *Præpoſitus cum Territorio ſeparato eſt per Epi-
ſcopos in juriſdictionalibus.*

55 *Jus conferendi eſt inter jura juriſdictionalia.*

56 *Præpoſitus Proten. juxta antiquam Eccleſiæ
diſciplinam convivebat cum Canonicis n.57.*

58 *Simultanea collatio provenit à communione bo-
norum, non ab unione inter Epiſcopum, &
Capitulum.*

59 *Capitulum, & Epiſcopus poſſunt ſe invicem
impedire in ſimultanea collatione & n.60.*

61 *Præſcriptione etiam centenaria effici nequit,
quia Epiſcopus ſit Caput Capituli.*

62 *Præſcriptibilia ſunt, quæ ſeparationem, &
conceſſionem recipiunt.*

63 *Adducuntur, exempla Cathedralium excluden-
tium Epiſcopum à Simultanea.*

Reſolutio, quare in principio præſentia *De-
ciſionis* ſupponitur emanata *ſub die 3. Decem-
bris* 1693. habetur *coram Emerix ſen. deciſ.*59.
& revocatur per hanc eadem *Deciſionem*, quæ
inter illas *d.Emerix.ſen.eſt deciſ.*77.& inter *rec.
dec.*212.*p.*14. confirmata *in dec.*104.*ipſius Eme-
rix, & in dec.*273.*p.*14.*rec.*

Hæc tamen ipſa deciſio revocata fuit in *dec.*
134.*ejuſd. Emerix.& inter rec.dec.*414.*ead. par.*
14. Et rurſus coram *eodem Emerix.ſen. dec.*177.

DECISIO XVI.

CUm dilemmate quod, vel Inſula Majoricen.
non comprehenditur ſub Indulto Grego-
riano loquente de eccleſiis in Regnis Hiſpania-
rum exiſtentibus, & tunc canonice proceſſit
Epiſcopus conferendo ad formam Concilii
Tridentini. Aut vero comprehenditur ſub In-
dulto, & tunc legitimè providit capitulum,
conferendo per concurſum ad formam dicti
Indulti, reſolutum fuerat ſub *die 3. Decembris
proximi præteriti* literas Apoſtolicas Petri O-
nufrii Tauler non eſſe exequendas, ſed cauſa
bis repropoſita viſum fuit corruere dilemma, &
propterea Domini receſſerunt a deciſis.

Etenim quod Inſula Majoricen. comprehen-
datur ſub Indulto deſumitur ex pluribus.

Primo, quia Indultum loquitur generaliter
de omnibus Eccleſiis exiſtentibus in Regnis
Hiſpaniarum, & ſemper Inſula Majoricen. ha-
1 bita eſt pro una eademque re cum Hiſpania
atque ejus incolæ pro veris Hiſpania, prout te-
ſtatur. *Damet. in hiſtor. generali Regni Balea-
ris lib.1.tit.2.fol.2. §.bienque ſiempre.*

Secundo, quia Hiſtorici paſſim, & Geogra-
phi tractantes de Hiſpanis, & illius Regnis,
ſub illa collocant Inſulas Baleares, hodie di-
ſtinctio nomine Regnum Majoricæ, & Mino-
ricæ nuncupatas. *Volteran. in Geograph. lib. 2.
2 tit. de Hiſpan.fol.14. Protom. lib. 2. cap.5.in fin.
Abraham Ortelius in Geograph. veteri & nova
ad tabulam Hiſpaniæ. Philipp. Claver. intro-
duct.ad Geograph.lib.2.cap.5. tit. de localis Hi-
ſpaniæ, & recentiori ejus diviſione & cap. 7.
tit.de Incolis ad Hiſpaniam*, & plures alii re-
lati ab Informantibus, quibus uti atteſtanti-
bus de re ad ſe pertinere plurimum eſt deferen-
3 dum *per tex. in l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu hom.
l.1.in princ ff.de ventre inſpic.cap. propoſuiſti 4.
de probat.& cap.fraternitatis 6. de frigidis,ma-
lef.* & ea quæ latè congerit *Maſcard. de probat.
concluſ.*1173.*n.*1.*& ſeqq.Rota coram Greg. dec.*
125.*n.*9.*& in terminis difficultatis an Inſula ad
4 Provinciam pertineat nec ne Griphiander in
tract.de Inſulis cap.*15.*n.* 9. *in fin.*

Tertio, quia exactio ſubſidii, & excuſati
conceſſa à Sede Apoſtolica Regi Catholico in
Regnis Hiſpaniarum fit etiam in Regno Majo-
ricæ ſicuti in aliis Regnis Hiſpaniæ. *Summar.
Petri Honuphrii n.*2.

Quarto, Epiſcopatus Majoricen. connumera-
tur inter Epiſcopatus Hiſpaniæ, & eſt ſuffra-
ganeus Archiepiſcopi Valenti, *Corrad. in Pro-
vinciali Eccleſiar.poſt ejus praxim diſpenſatio-
num fol.*698.

Quinto, quia Nuncius Apoſtolicus Hiſpa-
niarum procedit in cauſis ſpoliorum Majori-
cæ, in eaque deputat ſubcollectorea, ſicut in
cæteris aliis Hiſpaniarum provinciis. *Duran.dec.*
314.*in princip.*

Sexto, quia tam ſecundùm jus civile, quam
canonicum Inſulæ ſunt pars illius provinciæ
5 cui adjacent, ut eſt *tex. in l. Inſulæ ubi gloſ. &
Gothofred.plures alios referens ff. de judic. & in
cap. unico extravag.commun.in §. Apuliæ ubi gl.
in verb. Siciliæ in* ſpecie teſtantur de Inſula
Majoricarum.

Septimo, quia verſamur in cauſa favorabili,
in qua benigna, & lata eſt facienda interpre-
tatio juxta *tex. in l. cum quidem ff. de lib. &
6 poſth.* & in privilegio conceſſo Provinciæ cu-
jus nomen intelligitur ſecundum communem
7 uſum loquendi, *Bart. in extravag. qui ſint re-
belles n.*8.*& ſeqq.verſ. Lombardia, & verſ. cum
ergo.*

Et denique quia talis videtur fuiſſe mens
Regis ſupplicantis, & Pontificis concedentis,
prout non obſcurè colligitur ex nova conſti-
tut. Sanctiſſimi D. N. nuper ad inſtantiam Re-
gia edita, in qua inquit, quod, licet Inſula
Majoric. quippe una ex adiacentibus inſulis dd.
Regnorum Hiſpaniarum ſub indulto compre-
hendi videatur, nihilominus maioris claritatis
gratia, & ad præcidendas controverſias, & li-
tium occaſiones, declaravit prædictas Grego-
rii literas etiam Inſulam Maioricen. compre-
hendere, & quatenus opus ſit ad Eccleſiam
Maioricen. extendit ſine præiudicio litis, &c.

Non obſtat, quod in Bullis ſubſidii & excu-
ſati, & forſan etiam in Brevi facultatum Nun-
cii appoſita ſit clauſula, *& in Inſulis adjacenti-
bus*, quia illa uti appoſita majoris claritatis
8 gratia, & ad præcidendas litium occaſiones
non impedit, quo minus in aliis litteris Apo-
ſtolicis, in quibus continens tantum exprimi-
tur, cenſeantur comprehenſæ etiam Inſulæ ad-
jacentes juxta ſententiam *Plinii lib.*18.*cap.*25.
*ibi cum Attica nominata fuerit, debemus intel-
ligere Cycladas inſulas*, & aliorum tam Hiſto-
ricorum quam Geographorum ſuperius lega-
torum.

Et in præſenti comprehenſio Inſulæ Majori-
cen. non deſumitur ex ſolis Bullis ſubſidii, vel
declaratione Sanctiſſimi D.N., aut juriſdictio-
ne Nuncii, vel aliis ſeparatim perpenſis.

Sed

Sed ex omnibus ſupra ponderatis ſimul junctis, quæ licet forſan ſingula non ſufficerent, tamen ſimul ponderata mentem Regis, & Pontificis illam comprehendi non obſcure demonſtrant vulgatam regulam, quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.

Non obſtant etiam Deciſiones in cauſa *Borchionem Pænitentiariæ cor. R. P. D. meo Veroſpio, Royas, & Eminentiſſimo D. meo Cardinali Celſo*; quia ultra quod adhuc ſunt ſua lite, fundantur in ratione particulari, quod Cathalonia ſit Principatus, non Regnum, quæ ratio non militat in caſu noſtro, quia indubitatum eſt Majoricam eſſe Regnum, & propterea non applicantur.

Minus facit aſſerta obſervantia deſumpta ex ultimo ſtatu, & vocatione, quæ primo loco ſucceſſit poſt Indultum; Quia proviſiones Apo-
9 ſtolicæ ex vulgatis non immutant ſtatum Beneficii, & ex hoc unico actu nulla poteſt deſumi obſervantia, quæ præjudicet, niſi probata ſcientia Indulti in ſummo Pontifice ſucceſſiſſe, & quod eo non obſtante voluerit providere. *Rota coram Card. Cavaler. dec. 91. n. 9. & dec. 615 n. 12. & 13. p. 4. tom. 3. rec. & in Leodien. Canonicatus 31. Januarii 1661. §. neque voluntas coram R. P. D. meo Veroſpio.*

10 Sublata autem ex prædictis prima parte dilemmatis Domini credebant non obſtare ſecundam, quia cum in caſu propoſito collatio conceſſa per Indultum ſit ſimultanea, ut conſtat ex verbis Indulti ibi: *per Ordinarios locorum & capitula dictarum Eccleſiarum.*

11 Et etiam de jure præſumitur, niſi contrarium probetur, *cap. cum Eccleſia Volterana ibique gloſ. & DD. de elect. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. n. 46. & Rota coram Gregor. deciſ. 95. n. 1.* (a) *& Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis, & prima Julii 1750. coram bo. me. Bichio, ubi plures congeruntur*; Collatio facta a capitulo contradicente Epiſcopo
12 non tenet *Frideric. de Sen. conſ. 1. nu. 7. Rebuff. conſ. 60. verſ. his non obſtantibus, Burat dec. 225. num. 8.*

(a) Deciſ. 418. cor. eod. Bichi.

Neque refert quod capitulum pluries requiſiverit Epiſcopum ad conferendum ad formam
13 Indulti, ideoque proviſio facta per ſolum capitulum debeat ſubſtineri juxta ea, quæ notat *Gar. de benefic. p. 5. cap. 4. n. 42. Gonzal. ad reg. 8. d. gloſ. 45. n. 68. & ſeqq. Lotter. de benefic. lib. 2. qu. 21. n. 24. & ſeqq. & Rota dec. 366. n. 16. & 17. p. 9. rec.* Quia objectum bene procederet quando Epiſcopus poſtea conſenſiſſet vel ſimpliciter tenuiſſet conferre, & in his terminis loquuntur Garzias, & alii ad id comprobandum adducti. Secus vero eſt, quando, prout hic, Epiſcopus alteri conferendo expreſsè contradixit, tunc enim ſtante diſcordia inter ſimultaneos collatores, neutra collatio tenet, ſed devolvitur ad ſuperiorem, *Rebuff. d. conſ. 60. verſ. his tamen obſtantib. Federic. de Senis d. conſ. p. 2. n. 7. Gonzal. d. gloſ. 45. nu. 58. & 62. d. p. 5. cap. 4. n. 29. 33. & 34. Lotter. d. q. 21. n. 40. & ſeqq. & Rota coram bo. mem. Bichio in d.* (b) *Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis §. neque excuſationem in fi. & 1. Julii 1650. §. collatio.*

(b) Deciſ. 518. n. 7. & ſeq. & dec. 436. n. 2. & 3. cor. eod. Bichi.

Neque placuit reſponſio alias data, quod hoc tantum locum habeat, quando eodem jure ſimultaneo utuntur Epiſcopus, & Capitulum, nō autem quando ex diverſo iure conferunt, quia ratio devolutionis non conſtituitur a Doctori-
14 bus in eo, An ex eodem, vel ex diverſo jure conferant, ſed in eo, quia per contradictionem ſe mutuo impediunt, quæ ratio æque tunc procedit, imo magis ex diverſo jure quam quando ex eodem conferunt, Et plures ex ſupra allegatis nempe Rebuff. Federic. de Senis, & Rota in Lucana Cappellaniæ coram Bichio expreſſe loquuntur in caſu quo collatio facta fuerat diverſo jure.

Auctoritates autem, & jura in præſenti deciſione allegata procedunt, quando jus conferendi ſpectat ad ſolum Capitulum, & Epiſco-
15 pus habet unam tantum vocem, ſicuti ſinguli Canonici, quo caſu numerari debent capita jus habentium, & ideo non obſtant, prout in his præciſis terminis reſpondet *Federic. de Sen. d. conſ. p. n. 7. verſ. ad contraria.*

Et ita recedendum à deciſis literas Apoſtolicas exequendas reſponſum fuit, utraque, &c.

ADNOTATIO.

AD dignoſcendum, an aliquis Locus particularis contineatur ſub aliqua Provincia, ſeu Regno, *Sacra Rota* conſueta ſemper fuit plurimum deferre Hiſtoricis, & Coſmographis, ut
16 firmat *hæc Deciſio n. 1. & 2.* & conſtat ex inferiùs adductis *in dec. 32.* atque habetur in *Melevitana Expenſarum 14. Junii 1700. cor. clar. me. Card. de la Tremoille*, impreſſa *poſt Conſtantin. ad ſtatut. Urb. dec. 191.* in qua judicatum fuit Inſulam Meliteoſem reputari tanquam mem-
17 brum, & partem Siciliæ, quamvis longa Magis diſtantia ab eadem Sicilia dividatur; & in *Nucerina Donationis 12. Decembris 1710. §. ad declinandam coram R. P. D. Aldrovando*, ubi
18 quod ſaxum ferratum reperitur ſituatum in Piceno, & ſubjacet ſolemnitatibus Carpenſis.

De eadem materia agit *Pignatell. Conſult. Canon. 146. tom. 10. n. 26.* ubi quod nomine Italiæ Univerſæ comprehenduntur Inſulæ adjacentes, quæ modico freto, ideſt centum mil-
19 liaribus ſeparantur; quamvis non deſint Contradictores ibidem videndi.

Tranſit poſtea præſens Deciſio ad agendum *n. 11.* de ſimultanea collatione inter Capitulum, & Epiſcopum; & quamvis hæc materia non conducat ad explicationem Tractatus aſſumpti à *Noſtro Auctore*, attamen quia ſuper eadem ſimultanea collatione ad normam *Text. in cap. cum Eccleſia Vulterrana de elect.* adeſt conſilium *D. Canonici Scarſantonis*; Piſtorienſis impreſſ. *poſt ejus animadver. ad Ceccoper. tom. 2.* Ideò, ut veritas eluceſcat, inſerendum hic ſtatui elucubratiſſimum reſponſum editum contra d. Scarſanton. a clariſſimis Sac. Conciſtorialis Aulæ Advocatis amicabiliter ſuper hoc requiſitis & compilat. Per diſertiſſimum & diligentiſſimum Virum *R. P. D. Franciſcum Mariam de Spannocchiis* Sanctiſſimi Domini Noſtri Subdatarium.

Etſi Jura Reverendiſſ. Epiſcopi Praten. pluribus argumentis, & auctoritatibus videamus ſtipata à Dom. Canonico Scarſantonio, qui *pro veritate* conſultus de eorum relevantia, profeſſus fuit veritatem tueri, reſpondendo. *Collationem Dignitatum, & Canonicatuum in Eccleſia Cathedrali Praten. exiſtentium, pertinere inſimul. ad Reverendiſſ. Epiſcopum, & Reverendiſſ. Capitulum.* aliter tamen judicandum eſſe confidimus, pro privativa Collationis ad

Reverendiſs. Capitulum , cujus jura defen-
dimus , *ſi veris veriora præponderent*; ſi ea, quæ
veritatis habent *ſubſtantiam*, debeant præva-
lere habentibus veritatis *ſpecimen exiguum*.

Siquidem , mero jure inſpecto , Collatio Be-
neficiorum extra Cathedralem exiſtentium, ad
Epiſcopum ſpectat privativè , per *text. in can.
omnes Baſilicæ* 16. *quæſt*. 7. Et reſpectu Benefi-
ciorum intra Cathedralem exiſtentium , Jus
20 conferendi pertinet ad Epiſcopum inſimul cũ
Capitulo , per *text. in cap. Cum Eccleſia Vulter-
rana de elect.* cum concordant. plena manu al-
legat. per D.Scarſanton. *in ejus reſponſ. impreſ.
poſt* 2.*vol. ejus Animadverſ. ad Ceccoper. dec.* 59.
num.3.

At quo facile hujus Legalis principii reſi-
ſtentiam agnoſcimus nos ipſi, qui veritem aper-
tis , fixiſque oculis intuemur : Eo libentius D.
Canonicus ex adverſo conſultus , veritatem
pariter præ oculis habendo , fatebitur , Colla-
tionem Beneficiorum , de quibus agitur ſpe-
ctare ad Reverendiſs. Capitulum , privative ,
ſi conſideraverit liberam æque , ac longiſſimam
conferendi conſuetudinem , qua nititur Reve-
rendiſs. Capitulum , & penſaverit relevantiam
tituli , quo conſuetudo , ipſa regitur , ac robo-
ratur . Quia longa conſuetudo , juſto præſer-
tim titulo ſuffulta , prævalet Juris etiam Scri-
pti Diſpoſitioni, eaque in ſubjecta materia Col-
lationis Beneficiorum potiſſime inſpicienda eſt;
ùt generaliter , quoad omnia Beneficia , etiam
extra Cathedralem exiſtentia , edocuit *Sacr.*
21 *Rot. in Bononien. Juris Conferendi* 21. *Aprilis*
1697. §. *Quia tamen circa fin. coram Urſino* &
ſpecialiter , quoad Beneficia exiſtentia in Ca-
thedralibus , unanimi voto tradiderunt, *Man-
doſ.* ſuper *Reg.* 17. *Canc. quæſt.* 14. *nu*. 12. *Gonz.
ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. *n*. 34. *Caſſador. dec.*
22. *per tot. ſub tit. de Præben. & Rot. in decif.*
124. *n*. 2. *& per tot. par*. 3. *& decif*. 244. *n*. 2. *& per
tot. par*. 16. *recent*. & comprobavit D.Canonic.
ex adv. Scribens *in pr. vo. Animadverſ. ad
Ceccop. lib*. 1. *tit*. 2. *numer*. 19. *cum tribus
ſeqq*.

In facto non ambigitur, quin prædicta Con-
ſuetudo favorabilis Reverendiſs. Capitulo fa-
tis ſuperque eniteat , ex antiquiſſimis Capituli
Praten. Conſtitut. editis ann. 1447. & poſt-
mod. ſuprema ſa. mem. Clem. VII. auctoritate
confirmatis , ut teſtatur *Rot. in decſ.* 144. *ſub
num*. 3. *par*. 19. *recent*. in quibus cautum erat ,
Præpoſitum Eccleſiæ Praten. (in cujus locum
ſucceſſit Epiſcopus) non poſſe ſibi arrogare aliud
Jus , niſi illud ferendi ſuffragium , ad inſtar al-
terius Capitularis , in expeditione eorum, quæ
ad eius propriam Eccleſiam pertinebant . Adeò
enim evidens Juriſdictionis reſtrictio , ſicuti
non pateretur , ut Præpoſitus uni Canonico
exæquatus , poſſet ſe facere parem toti Capitu-
lo ; ita etiam debet obeſſe quin Epiſcopus in
præpoſiti locum ſubrogatus , poſſit Beneficio-
rum collationem Capitulo reſervatam ſibi ap-
22 propriare, contra naturam ſubrogationis, quæ
exigit , ut ſubrogatus , plus juris habere non
poſſit , quàm habeat is , in cujus locum ſubro-
gatus , advocat. *per Bold. in l.* 17. *n*. 1. *&* 2. *C.
de Epiſc. & Cleric. D. Adv. Diſcept. Eccleſiaſt.
Diſcept*. 51. *n*. 17.

Et ſicuti Præpoſitus ipſe , ubi , prædd. Con-
ſtitutionum immemor excitavit prætenſionem
conferendi Beneficia , in judicio ſuccubuit , &
paſſus fuit declari. *Dictum Præpoſitum non
poſſe , vel debere facere , vel expedire ſine Capi-
tulo præd. aliquid contra formam dd. Conſtitu-
tionem , & maximè ALIQUA BENEFICIA
ECCLESIASTICA CONFERRE* , ut refert
23 Joſeph Blanchin. in Opuſc. cui titul. *Notizie
Iſtoriche, &c. Cap. XII. della Cattbedrale di Pra-
to* pag. 143. ita etiam Reverendiſs. Epiſcopus ,
tanquam indutus iuribus Præpoſito compe-
tentibus , parem omninò ſententiam pati tene-
tur , ex authoritatibus ſupra citatis.

Potiſſimam, quia antiqua illa ſententia ſem-
per deinceps obſervari promeruit , dum Capi-
tulum Praten. in poſſeſſione conferendi Benefi-
cia ſe ſe conſovit , adeo ut quando Præpoſitus
pro tempore in eorundem Beneficiorum provi-
ſione ſe ſe voluit ingerere, dedignatus non fue-
rit procedere ut Procurator , ſive Mandatarius
Reverendiſs. Capituli : Mandatum namque
ſuſcepit Cl. Mem. Ferdinandus Card. Medi-
ceus , & noſtræ Eccleſiæ Præpoſitus , ut trium
Beneficiorum proviſiones expleret anno 1573.
& anno 1574. & anno 1585. parique mandato
Procuræ ſe ſe munivit Cl. Mem. Carolus Card.
Mediceus ultimus Prati Præpoſitus , quotieſ-
cumque voluit Beneficia noſtræ Eccleſiæ con-
ferre , ut liquet ex mandatorum ſerie , relata
24 à *Sac. Rot. in Praten. juris conferendi inter re-
centior. la* 251. *n*. 39. *&* 40. *par*. 19. Ex quibus
Procuræ mandatis (ut de quamplurimis aliis
ſimilibus taceamus) à Capitulo conceſſis , &
reſpective à Præpoſito pro tempore receptis ,
nemo non videt , quam bene comprobetur ius
conferendi Beneficia , iuxta uniformem con-
ſuetudinem ſpectare ad Reverendiſs. Capitu-
lum privative & ponderant DD. relati per *b.m.
Severolum in ſuo Voto n*. 9. *impreſſo in fine* 11.
Tom. diſcept. Eccleſiaſt. D. Advocati Pitoni.

Cumque ad augendum robur prædictæ ob-
ſervantiæ, concurrat Laudum à Cl. Mem. Leo-
poldo Card. Medic. prolatum ann. 1671. quod
approbari promeruit a Sacr. Congr. Concilii ,
& poſt erectionem Eccleſiæ Praten. in Cathe-
dralem declaravit *Epiſcopum Piſtorien. & Pra-
ten. non habere jus conferendi , ſive vacatio con-
tingat. Sede Pontificali vacante , ſive vivente
Summo Pontifice* : illinc ſublata remanſit quæ-
cumqua ratio dubitandi de bono iure Reveren-
diſs. Capituli , ac de ſubſiſtentia Conſuetudi-
nis eidem favorabilis ; Potiſſimum , quia præ-
ſtantiſſimi Conſultores a prælaudato Card. ad-
hibiti , pro recta , iuxta d. Laudi promulga-
tione præcipuam ita laudandi rationem conſti-
tuerunt ſuper obſervantia , ſive conſuetudine à
quam noverunt plene juſtificatam apparuiſſe
ab anno 1562. uſque ad tempus Laudi profe-
rendi. Nam ad Conſuetudinis probationem , &
firmitatem nihil aptius deſiderari queit , quam
Laudum , aut Sententia , quæ conſuetudinem
ipſam probatam agnoverit , & declaraverit ex
25 traditis per *Rot. in Marſicen. ſeu Nullius Ju-
riſdictionis ſuper bono jure* 7. *Junii* 1700. §. *Id-
que eo fortius , coram b.m. Muto impreſſ. penes
D. de Comitibus decif. Florent.* 33. §. 3. *n*. 59.

Quo ſtante Laudo ſolemniter promulgato
anno 1671, a cl. mem. Card. Leopoldo , acce-
ptato per Epiſcopum Rinuccinum , & per Sa-
cr. Concilii Congregationem approbato , prout
a Facti veritate alienum eſſe detegitur id, quod
aſſe-

aſſeritur in dicta contraria Conſultatione §. *Ex hac nova*, oempe uſque ad hæc tempora, inter Capitulum, & Epiſcopum viguiſſe litem, &
26 controverſiam, dum ea per publicationem, & reſpective acceptationem Laudi debuit finiri, & extingui. *Add. ad Burat. deciſ. 657. n. 9. Rot. dec. 452. n. 3. & deciſ. 528. nu. 1. cor. Mer. deciſ. 833. num. 2. cor. Dun. junior. cum aliis concordantibus apud Urceol. de Tranſact. quæſt. 3. num. 42.* Sic etiam dictæ Litis extinctio nequit evitari ſub prætextu, quod antiqua quæſtio verſeretur, non circa ſimultaneam Collationem Canonicatuum Cathedralis, ſed ſolum circa Collationem Cappellaniæ Sancti Antonii; quodque Laudum poſtea editum reſpiceret intereſſe tantum Canonicorum cum Cappellanis, abſque ulla mentione Epiſcopi, ut proſequitur contraria Conſultatio ſub *num. 16. §. Nec juvat.*

Nihil enim refert, an quæſtio ioter Epiſcoſcopum, & Capitulum orta fuerit occaſione va-
27 cationis Cappellaniæ, vel Canonicatus, quia non occaſio, ſed cauſa Litis ſpectanda eſt, ex trad. per *Ant. a Spir. Sanct. Conſult. 64. num. 21. & ſeq. Rot. deciſ. 279. num. 10. cor. Roxas dec. 316. num. 12. & 13. p. 9. & deciſ. 266. num. 4. p. 15. recent.* Cumque eadem omnino eſſet cauſa excitandi quæſtionem ſuper jure conſerendi tam Canooicatus, quam Cappellaniam, aut quia eorundem Beneficiorum Juspatronatus pertinet ſolummodo ad Capitulum, aut quia Canonicatus æque ac Cappellania prædicta exiſtebant in Eccleſia Cathedrali, ac fundati erant ex bonis ipſius Capituli; porro hujus juris, hujuſque cauſæ identitas attendenda eſt magis quam actus ipſe, ut explicat *b. m. Rev. in ſuo Vat. impreſſ. poſt diſcep. Eccl. Dom. Piton. tom. 2. in fin. n. 9.* ibi: *cum in hic cauſa univerſalis dumtaxat ſit attendenda, quæ omnes actus*
28 *pariformiter determinat*, & conſert per eadem ferè verba *Rot. in d. Praten. Juris conſerendi deciſ. 251. n. 33. par. 19. recent.*

Eaque cauſa inſpecta, quantumvis, ut ex adverſo ſupponitur, ſuper Cappellania dumtaxat penderet antiqua quæſtio, ac ſuper ea ſolummodo prolatum eſſet Laudum: nihilominus ejus vigore ſublata remanſiſſet, quævis controverſia, etiam ſuper Canonicatibus, omnino eſt Jus; & cauſa nequit diverſimode decidi *ad text. impreſſ. in l. fin. C. de legib.* ibi: *Sciant hanc eſſe Legem non ſolum illi Cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus, & in cap. in cauſis 19. de ſent. & re judic.* ibi: *Cum in ſimilibus caſibus ceteri teneantur ſimiliter judicare.* Maximè quia inter decidendi rationes tunc allegatas favore Capituli non ulla apparet, quæ fuerit allegata, ſpecialiter reſpectu dictæ Capellaniæ, ſed deductæ fuerunt rationes
29 generaliter tuentes ipſum Jus Capituli, & demonſtrantes in genere Jus ipſum conſerendi beneficia, tunc novæ Cathedralis non poſſe competere Epiſcopo Rinuccino, tunc ſatagenti nova Jura ſibi acquirere Rationum quippe amplitudo, quæ generaliter percutit Ius ipſum conſerendi, nequit reſtringi, ut non includat ſaltem ea Beneficia, quæ ſunt ejuſdem naturæ, & ſub identitate earundem rationum remanent comprehenſa, ut in puncto *Rota in Compoſtellana Beneficii 15. Martii 1717. §. Quapropter, cor. Eminentiſſ. Albann.* ibi: *Non obſtante quod aliqui ex dictis ſtantibus reſpiciant beneficium Curatum, non autem illud ſimplex, de quo agitur; ex illa ratione quod cum utrumque proveniat ab eodem fonte, & ſit ejuſdem naturæ, utpote utrumque annexum iiſdem Bonis Emphyteuticis, obſervantia reſpectu unius, ſuffragari debet pro.*

Quemadmodum igitur a ſimultanea Collatione per Epiſcopum prætenſa; remanſit excluſa Capellania; Ita cenſendum eſt excluſos remanſiſſe Canonicatus noſtræ Catedralis: nec aliter judicetur, ex eo quod controverſia ſuper jure præſentandi, vigeret inter Canonicos, & Capellanos, non autem inter Capitulum, & Epiſcopum, ut patet ex Laudo ſub §. Quia Controverſiæ, & Laudi deſuper promulgati latitudo dimetienda non eſt ab unius tantum articuli, ſive paragraphi menſura: Cumque idem Laudum in plures paragraphos diſtinctum, contineat etiam §. 14. in quo nominatim agitur de jure conſerendi, ſive de prætenſa ſimultanea, nemini amplius dubium eſſe poteſt quin Laudum concernat etiam intereſſe inter Capitulum, & Epiſcopum: præcipue quia hæc facti veritas clarius emicat, ſi cum Laudo conjungantur Compromiſſum ab Epiſcopo ſubſcriptum, quod præceſſit; Rationes in Deciſione, & in Laudo ipſo inſertæ, quæ tangunt Epiſcopum, & ſimultaneam Collationem ab ipſo prætenſam; ac demum ſubſecuta Laudi acceptatio facta ab ipſo Epiſcopo. Hæc enim omnia ſimul juncta, ac bene perpenſa convincunt de intereſſe Epiſcopi actum fuiſſe, & quidem non incidenter, ſed principaliter, adeo ut perneceſſe concludendum ſit uſque ab anno 1671. agnitam fuiſſe inſubſiſtentiam prætenſio-
30 nis ab Epiſcopo promotæ, eique ſimultaneam Collationem Canonicatum, aliorumque Beneficiorum non poſſe competere ad notat. per *Pereg. conſil. 33. num. 18. & ſeq. lib. 2. Rot. deciſ. 482. num. 5. par. 1. deciſ. 220. num. 9. & ſeq. pars. 11. deciſ. 192. num. 7. par. 19. recent. & in (a) Coonen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. & ſi his cor. cl. mem. Card. de la Tremoille.*

(a) Impreſſ. Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. 53. tom. 2.

Comprobata amplitudine hujus Ludi, quod mirifice coadjuvat antiquiſſimam conſuetudinem Reverendiſſ. Capitulo favorabilem, nullius profecto momenti ſunt duæ Collationes, quarum una indepeodenter a Capitulo dicitur facta anno 1676. per Epiſcopum Rinuccinum, ut in Contraria Coofultatione §. *Nec juvat*, & altera facta aſſeritur anno 1694. ab Epiſcopo Strozzi, ut in dicta contraria Conſultatione §. *Sicuti pariter.* Omiſſio enim quod ad probandam ſimultaneam hodie ex adverſo prætenſam minime conferre queunt Collationes prædictæ, quæ ab Epiſcopis factæ dicuntur privative, & independenter a Capitulo, quia privativa cum ſimultanea non eſt compatibilis, earumque una aliam excludit: Collatio facta per Epiſcopum Rinucciuum impune contemni poteſt, tanquam attentata in ſpretum Laudi ab ipſo Epiſcopo antea acceptati; aut ſaltem deſpici debet, tanquam facta, non quidem vigore ſimultaneæ nunc prætenſæ, ſed jure devoluto, quia Epiſcopus putavit, Canonicatum, de quo tunc agebatur, ſibi devolutum fuiſſe, ſtante Vacatione S. Sedis Apoſtolicæ per mortem ſa. me. Clementis X. Cumque Collationi per Epiſcopum factæ formiter cotradixerit Reve-

Digitized by Google

rendiſſ. Capitulum jure ſui Patronatus, eaque
nullum ſortita fuerit effectum, eo quia alias a
prælaudato Pontifice proviſus gratia Coadju-
toriæ, excluſit proviſum ab Epiſcopo; eapro-
pter curandum minime eſt de Collatione, quæ
ad infrigendam noſtram conſuetudinem pror-
ſus inepta dignoſcitur, aut quia ſcienter atten-
tata fuit contra præſcriptum Laudi paulo ante
31 acceptati, *Rot.deciſ.*10. *num.*12. *cor. Arg.deciſ.*
328. *num.* 5. *& ſeq. cor. Cer.*, *& deciſ.* 185.
*num.*11. *&* 12.*par.*18.*rec.* aut quia facta appa-
ret alio jure, quam ſimultaneæ, de cujus ex-
cluſione non quæritur, *Rot.deciſ.*492. *num.*19.
*p.*19. *rec.* ibi: *& amplius conſtare debuiſſet, quod
hanc electionem fecerit ex hac cauſa:* aut demum
quia nullum ſortita fuit effectum ex traditis
per *D.Piton.de Controv.Patron. alleg.* 9. *n.* 102.
*Rot.dec.*7. *num.*9.*cor.Celſ.dec.*381. *num.*17. *par.*
19.*recent.& Firman.Juriſdict.*15.*Aprilis* 1702.
§.15. *coram b.m.Molines.*
32 Minoriſque relevantiæ eſt alia Collatio, quæ
tribuitur Epiſcopo Strozzi; quia idem Cano-
nicus præſentatus fuit etiam a cl. mem. tunc
Card. Franc. Maria Mediceo, uti Procuratore
noſtri Capituli, & in Bullis Apoſtolicis facta
fuit mentio tam de proviſione Epiſcopi, quam
de præſentatione Capituli ac utriuſque jura
fuerunt expreſſe præſervata mediante clauſula:
ſine præjudicio, quæ efficit, ut jura Capituli
hodie vigeant, prout antea vigebant, illæſa.
*Roland. contrav.*54. *num.*10. *lib.* 4. *Surd. deciſ.*
163.*num.*17. 18. *Rot. dec.* 86. *num.* 3. *cor. Celſo
deciſ.* 118. *num.* 20. *par.* 5. *deciſ.* 299. *num.* 29.
& 30. *part.* 11. *& deciſ.* 235. *num.* 4. *part.* 18.
recent.
33 Dum itaque duo tantum Collationum Actus
ex adverſo allegati non apti ſunt ad infrigen-
dam noſtram Conſuetudinem, ea quidem ad-
huc ſpectanda eſt uti lex, præſertim, quia coad-
juvatur ex facto Epiſcopi Gherardi, qui Ri-
nuccino ſucceſſit, & licet quemdam Canoni-
catum vacantem ipſe etiam conferre tentaſſet
independenter à Capitulo, attamen ejus poſtea
bono jure agnito, paſſus fuit de eodem Cano-
nicatu inveſtiri Thomam Bonconti ſolius Ca-
pituli Juribus ſuffultum; Non leve enim robur
adiicitur conſuetudini, ſi contradictor ab op-
poſitione deſtitiſſe, & acquieviſſe noſeatur,
tacente etiam Epiſcopo, qui eum providit, ut
in ſubiecta materia animadvertit *Rot.in Fanen.
Canonicatum* 5.*Maii* 1700. §.*Centenaria in fin.
cor.cl.mem.Card.Caprara*: Quia Epiſcopus: *niſi
ius Capituli, non permiſiſſet a ſe proviſum re-
nuntiare, vel ſaltem alteri contuliſſet* - ſunt
verba *Rot. in Bononien. Juris conferendi* 22.
Aprilis 1697. §.*Adhuc ſeriatim in fin. cor. Ur-
ſin.* & in ſimilibus terminis dixit ead. *Rot. in
Olomacen.Juriſdictionis* 28. *Maii* 1708. §. *Au-
gebatur cor. bon. mem. Molines.*

Nec dicatur, Epiſcopum Gherardum acquie-
viſſe, aut oſcitanter, aut per errorem; utrum-
que enim vitium excluditur ex alio facto ipſius
Epiſcopi, qui in alia vocatione cujuſdam Paro-
chiæ, cogitans de ejus Collatione facienda, ſi-
bi voluit exhiberi omnia Capituli jura, & do-
cumenta; quibus mature penſatis ubi agnovit
Jus conferendi pertinere ad Capitulum priva-
tive, permiſit idem Capitulum poſſe ſuo jure
uti ac in ſua poſſeſſione continuare, ejuſque acta
omnia approbavit per Epiſtolam, quæ du-
bio procul magis confovet jus noſtri Reve-
rendiſſ. Capituli, ut in ſpecie dixit *Rot. in
Fanen. Canonicatum* §. *Centenaria coram clar.
mem. Card.Caprara* ibi: *& Epiſcopus acquieve-*
34 *rit, & geſta à Capitulo approbaverit Epiſto-
la ad illud hac de cauſa data*: Præcipue quia
Epiſtola illa juncta cum præcedenti facto
ipſius Epiſcopi, importat acquieſcentiæ
& approbationis geminationem, quæ maturi-
tatis, prudentiæ, ac boni Judicii præſumptio-
nem ſecum fert. *Menoch.de præſumpt. lib.* 1.
*præſumpt.*41.*n.*6. *Ang.de confeſſ. lib.*1. *quæſt.* 8.
*limitat.*4.*n.*2.*&* 7. *Rot.dec.*41.*n.*6.*& deciſ.*453.
*n.*3.*par.*1.*dec.*167.*n.*28.*par.*3. *& dec.* 310. *n.* 23.
*par.*6. *recen.*

Noſtræque conſuetudinis viribus nihil de-
trahendum eſt ex eo, quod Collationes factæ à
Capitulo non omnes fuerint effectum ſortitæ.
Quid enim de paucis ineffectuatis curandum
eſt, dum plurimæ collationes plenariam exe-
cutionem promeruerunt? Ineffectuatio proceſſit
non quidem ex oppoſitione facta ab Epiſcopis,
ſed ob reſiſtentiam Apoſtolicarum reſervatio-
num, aliorumque impedimentorum, quæ nihil
commune habent cum ſimultanea ab Epiſcopis
prætenſa: Atque ideo etiamſi numero plures
eſſent collationes ineffectuatæ, quam illæ ad
executionem perductæ, nihilominus allegari
nequirent ad infringendam conſuetudinem ex-
cluſivam prætenſæ ſimultaneæ, quia verſantur
extra terminos præſentis controverſiæ, & in
caſuum circumſtantiis penitus diverſis, ut pon-
35 derat *Rot. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. lib.* 15.
*deciſ.*34.*n.*47.*in Burgen.Juriſdictionis ſuper ap-
probatione Vicariorum, & iterato examine* 23.
Februarii 1714. §.*Sentiens cor. Eminentiſſ. D.
Card.Falconerio.*

Conſuetudo autem adeo longa, & valida,
quæ verificata fuit in facto quæque ab ex ad-
verſo impactis exceptionibus vindicata appa-
ret, eo urgentior eſt ad excluſionem prætenſæ
ſimultaneæ, quo certum eſt eam fulciri vero,
juſto, ac optimo titulo, quo concurrente,
etiamſi centenariæ metas non attingeret, ſed
ſolum quadragenariæ terminos impleret, ni-
hilominus exuberaret ad effectum adiudicandi
Capitulo ius privativum conferendi Beneficia,
ut ait *Card.de Luc.de Benefic.diſc.*1. *num.*28. *&*
36 *diſc.*32. *n.*3. 4. *&* 8. *Rot.in d. Bononien. iuris
conferendi* 22. *Aprilis* 1697. §. *Quia tamen cor.
Urſino*, & admiſit D. Conſultor adverſarius
in ſuis *Animadverſ. ad Ceccoper.lib.*2.*tit.*2.*n.*12.
cum duob. ſeqq.

Nam quoad aliqua Beneficia, favore Capi-
tuli conſtat de Juriſpatronatus pertinentia; ea-
que probata, ipſo jure excluſa remanet præ-
tenſa ſimultanea Epiſcopi in eorumdem Benefi-
ciorum Collatione, quia in Beneficiis Juriſpa-
37 tronatus, ſimplex Inſtitutio authorizabilis
Epiſcopo reſervatur, ut per *text. in cap. Pa-
ſtoralis, & cap. quod autem de jurepatronat.*
admittit Dominus ex adverſo ſcribens in ſua
*Conſul. num.*17. Quovero ad alia Beneficia, ut-
cumque non adeo clare verificetur Juriſpatro-
natus reſervatio favore ejuſdem Capituli, exu-
berat verificare eorum erectionem factam fuiſ-
ſe de bonis ejuſdem Eccleſiæ, ibique ſita eſſe
Beneficia, de quibus eſt quæſtio; quia cum Ec-
cleſia noſtra permanſerit in ſtatu Collegiatæ
uſque ad annum 1653. & tunc uſque à Capi-

tulo

tulo privative collata fuerint Beneficia ibidem
erecta; prout tuncuſque Epiſcopus ſeſe non
potuit ingerere in eorum collatione ob reſi-
38 ſtentiam *Text. in cap. 1. de elect. & in cap ſigni-
ficat um de Præbend. & in cap. Ea naſcitur de
iis, quæ fiunt à Prælat. ſive &c. Garz. de Be-
nefic. lib. 5. cap. 4. à num. 58. uſque ad 66. de
Benefic. diſc. 12. num. 13. & diſc. 17. num. 5. &
ſeq. Rot. in Bonon. Juris conferendi 22. Aprilis
1697. in princ. cor. bo. mem. Urſino, & in Ter-
racinen. Cathedralitatis 23. Julii 1702. cor. bo.
mem. Malines impreſs. poſt Proſper. de Territor.
ſeparat. deciſ. 18. num. 51.* Ita etiam nunc Re-
verendiſs. Epiſcopus in eorum collatione ſeſe
nequit iotromittere, quia hactenus obſervata
fuit eadem conſuctudo exeluſiva prætenſæ ſi-
multaneæ, & adhuc viget idem titulus, qui
reiicit Epiſcopum à concurſu cum Capitulo,
Rot. deciſ. 80. num. 37. coram bon. mem. Anſaldo
39 *deciſ. 38. num. 23. par. 13. deciſ. 218. num. 20.
par. 18. recent. & in Friſingen. Juris deputandi
Curatos 24. Martii 1713. §. Ac propterea coram
bo. mem. Anſaldo.*

Jus igitur Capituli ſolidis hæret fundamen-
tis, minimeque concutitur ex præſeripto Bul-
læ editæ aono 1653. a ſan. mem. Innocentii X.
qui quatenus Collegialitatem noſtræ Eccleſiæ
ſuppreſſit, eamque crexit ad eulmen Cathe-
dralitatis, non videtur ademiſſe noſtrum colla-
tionis titulum à Collegialitate dependens, ac
tribuiſſe Epiſcopo jus conferendi io ſimul cum
Capitulo, juxta eenſuram Juris communis,
quod propter illam unionem, quæ intercedit,
inter Epiſcopum tanquam caput, & Canonicos
tamquam membra, exigit ut, nonniſi de com-
muni aſſenſu, eorundem membrorum electio
fiat, ut ratiocinatur D. ex adverſu Scribens in
ſua *Conſultat. §. 3. & ſeq.*

Nimia quippe durum, & aſperum eſt, ad
Juris antea quæſiti, & radieati everſionem in-
ferre ex Bulla Innocentiana, quæ, licet amplis
concepta formulis, attamen de Jure eonferen-
di Beneficia propria Capituli, non meminit,
quæque cenſeri nequit, ſub involucro verbo-
rum ſuſtuliſſe Jus adeo clarum, & certum *ad*
40 *text. in cap. Super eo de offic. delegat. & ibi
gloſs. in verb. Intentionis & in cap. quamvis de
reſcript.* cum aliis plena manu *relat. per Adden.
ad dec. 317. num. 20. 32. & per tot. par. 9. tom. 1.
recen.* Immo cum Bulla Innocentiana prodierit
ea mente, ut Eccleſiæ Pratenſis, præclare olim,
& inſignis nomen ac decus augeretur, per
aſcenſum ad ſtatum Cathedralis, imperceptibi-
le eſt, quod in ipſius Eccleſiæ præjudicium,
ejuſque honoris diminutionem, poſſit intelligi,
41 ſeu detorqueri, ut in Individuo Brevis editi
pro Eccleſia Praten. exclamabat *Soccin. Sen.
conſ. 285. poſt nu. 1. verſic. & ſic cum quærerent,
tom. 2.* & in ſimilibus terminis *Rot. dec. 651. n. 26.
cor. Dunozett. Jun.*

Poſthabitis tamen his, aliiſque pluribus argu-
mentis, quæ poſſent cumulari; ad everſionem
contrarii aſſumpti nos faeile ducit ipſe D. ex
adverſo Scribens, qui licet in contraria *Conſul-
tat. num. 3. & ſeq.* pro veritate requiſitus dixe-
rit, Jus privativum noſtro Capitulo competiiſ-
ſe ratione Collegialitatis, eaque extincta per
erectionem in Cathedralem; loco juri privati-
vi debuiſſe ſuccedere Jus ſimultaneum cum E-
piſcopo ob unionem Capitis, & Membrum: At-
tamen in ſuis *Animadv. ad Ceceoper. lib. 1. tit. 2.
num. 16.* ubi neque Epiſcopi, neque Capituli
favorem præ oculis habuit, bene probavit Jus
ſimultaneæ Collationis profluxiſſe ex primor-
diali reddituum communione, & ſub *num. 18.
& ſeq.* egregie oſtendit etiam in ſtatu Cathe-
dralitatis poſſe ſoli Capitulo competere privati-
42 vam Præbendarum collationem ibi: *Poteſt ta-
men earundem Præbendarum collatio ad ſolum
Epiſcopum, vel Capitulum pertinere; &c. & ſi
conſtare poſſet, quod illarum erectio, non ex d.
communi Menſa, ſed ex particulari Capituli ef-
fectu fuiſſet, tunc ad illud dumtaxat ſpectaret.*

Et ſane ſummo jure talia probavit D. ex ad-
verſo Scribens in præcitat. *Animadv. 2.* Quia
quod privativa Collatio Præbendarum exiſten-
tium in Collegiatis Capitulorum, non com-
petat ratione ſimplicis Collegialitatis, ſed po-
tius ratione Bonorum, ex quibus Beneficia
ipſa fuerunt erecta, & dotata, clare uſque ad
evidentiam convincitur ex eo, quod non om-
nes Collegiatæ potiuntur hujuſmodi jure pri-
vativo; ſed illæ ſolummodo, quæ de ſuis Bonis
Præbendas conſtituiſſe edocent, aut per Scri-
pturas, aut etiam per legitimas præſumptio-
43 nes, ut optime animadvertit. *Rot. in d. Bononien.
Juris conferendi 22. Aprilis 1697. §. Licet æque
cor. Urſino.* Nam quotieſcumque e converſo
compertum ſit, Beneficia Collegiatarum erecta
fuiſſe ex Bonis pertinentibus ad alias Eccleſias,
tunc non alterata eorumdem bonorum natura,
Ordinarius libere fruitur jure conferendi Præ-
44 bendas, & Canonicatus Collegiatarum, non
obſtante Collegialitatis qualitate, quæ per ſe
nullum obſtaculum facere poſſe cognoſcitur ex
Theorica *Joannis de Imol. in cap. num. Eccleſia
Vulter. ſub num. 5. de elect.* quem ſequitur *Card.
de Luc. Benefic. diſc. 17. num. 6. & 7. Rot. cor.
Arguell. dec. 34. num. 12*

Si igitur Jus privativum conferendi Bene-
ficia non competit Capitulo intuitu Collegia-
litatis, ſtatim patet ex illius qualitatis extin-
ctione, & ex elevatione Eccleſiæ ad ſtatum
Cathedralis non poſſe inferri ad abolitionem,
& amiſſionem: *Nam in actu erectionis hujuſ-
modi quemadmodum præſervatur cenſetur Pa-
trono Jus Patronatus, ita & Collaterali præ-
45 ſervatur jus conferendi; cum militet eadem ra-
tio, quam non ſubvertit mutatio tituli, veluti
facta per modum ſubrogationis:* ut mirabiliter
ſe explicat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 21.
num. 96. & 97.* & quatenus Jus privativum
conferendi competit Capitulo intuito bono-
rum, ex quibus beneficia dotata ſunt; utique
Jus ipſum prout competebat in ſtatu Collegia-
litatis, ita etiam Capitulo debet adjudieari
poſt Eccleſiæ elevationem ad apicem Cathe-
dralis, quia honorifieia ſtatus immutatio non
alterat naturam Beneficiorum; & ſicuti non
efficit, quod Canonicatus, & Præbendæ diei
debeant aliter erectæ, quam ex Bonis Capitu-
li, ita etiam non impedit quin potiora cenſeri
debeant jura ipſius Capituli edocentis: *pro ea-
rum erectione ſuppreſſa, & applicato fuiſſe Be-
neficia, quæ prius erant ad propriam electionem:*
ut concludit *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt.
21. num. 95.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. de
Canonic. & Dignitat. cap. 14. nu. 7. verſ. quam-
vis in fine;* & in proximis terminis *Card. de
Luca de Jurepatronatus diſc. 66. num. 11. & ſeqq.*

Quam-

Digitized by Google

Quamobrem ſicuti non obſtat Collegialita-
tis ſuppreſſio, demandata per Bullam Innocen-
tianam, ſic etiam irrelevantiam ſunt verba illa,
quibus idem Summus Pontifex Innocentius X.
conceſſit Epiſcopo Praten. ut „ *omnia, quæ or-
dinis, Juriſdictionis, & Dignitatis Epiſcopa-
lis, & Pontificalis exercitii ſunt, exerceat cum
omnibus juribus, quibus alii Epiſcopi de jure,
uſu, & conſuetudine utuntur* „ quia verba
nullatenus adverſantur Capitulo, cum nihil
certi ſtatuere poſſint circa quæſtionem, de qua
nunc agitur, tanquam prolata ad alium finem,
nempe ad erectionem Cathedralis; ideoque,
quamvis ampla ſint, ſemper tamen reſtringi
debent ad ſubſtratam materiam, nec quicquam
46 operari debent extra finem, ad quem directa
explorata fuerunt, ex traditis per *Rot. in Por-
men. Beneſ. 15. Januarii 1717. §. Quoniam. in
fine cor. bon. mem. Anſoldo impreſſ. penes D. Pi-
ton. de Controv. Patron. alleg. 90. poſt num. 53.*

Quinimmo ex verbis præallegatis tantum
abeſt, poſſe inferri ad conceſſionem ſimultaneæ
collationis, favore Epiſcopi Praten. ut magis
recta ſit illatio ad ejus excluſionem: quia cum
verba illa: *quia alii Epiſcopi de jure, uſu, &
conſuetudine utuntur*: importent præciſam aſ-
ſimilationem, ſeu exæquationem Epiſcopi Pra-
ten. cum Epiſcopis aliarum Civitatum, utique
Epiſcopus Pratens. nequit deſumere ex Bulla
Innocentii Jus conferendi inſimul cum Capitu-
lo, dum nemo alius Epiſcopus tale Jus confe-
rendi, ex cenſura ſacrorum Canonum ſibi po-
teſt arrogare, quotieſcumque conſtat, Bene-
ficia erecta fuiſſe, non ex bonis communibus,
47 ſed propriis ejuſdem Capituli, ex traditis per
*Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 23. num. 16. &
ſeqq. Rot. in Taraſon. portion. 23. Junii 1702.
§. Verum, coram bon. mem. Anſaldo*, & optime
explicat ipſemet Dominus ex adverſo Scribens
in ſuis Lucubrationibus *ad Ceccoper. lib. 1. ani-
madverſ. ad tit. 2. num. 19.* & quotieſcumque
dubitari nequit, qui Jus ipſum conferendi, ex
antiquo uſu, & conſuetudine jam præſcripta,
ad ſolum Capitulum pertineat, ut firmavit
48 *Rota coram Penna dec. 193. num. 3.* & compro-
bant aliæ authoritates allegatæ per Dominum
ex adverſo Scribentem in loco mox citato
num. 20. & 21.

Adeoque cum in Eccleſia Praten. etiam eo
tempore, quo in lucem prodiit Bulla Inno-
cent. ſemper beneficia à ſolo Capitulo conferri
conſueviſſent, tanquam ex ejus bonis fundata,
& erecta, profecto cenſeri nunquam poteſt
quod Summus Pontifex voluerit Epiſcopo
Praten. concedere jus deſtructivum dictæ con-
ſuetudinis, cui voluit conceſſionem ſuam om-
49 nino conformari, prout in ſimili ratiocinatur
*Rot. in Herbipolen. Vicar. & Parochial. ſuper
bono Jure 20. Martii 1713. §. Alias cor. Emi-
nentiſſ. Scotto*, ſed abſolute conſuetudo ipſa
obſervanda eſt, prout obſervabatur antiquitus,
præſertim quia præſervata, & coadjuvata re-
manſit à dicta Bulla Innocent. Et maxime quia
non exorbitat a regulis Juris, & mirifice confo-
vetur ex generali conſuetudine Provinciæ
Thuſciæ, de qua teſtimonium habetur in *cap.
cum Eccleſia Vulterr. de Electionib.* ubi Inno-
cent. III. ait: *quod maxime in Thuſcia generalis
50 conſuetudo ſervetur, in Cathedralibus, ut ſo-
lum Capitulum, irrequiſito Epiſcopo, eligendi
Canonicos habeat facultatem*: quæ verba eſſe
ſuppoſitiva talis conſuetudinis clarius convin-
citur ex facti ſerie ibidem relat. per *gloſſ. in fi-
guratione caſus*.

Aliaque interpretatio dictæ Bullæ Innocen-
tianæ nequit deſumi a tenuitate reddituum,
qui in ſum. ſcut. 300. dumtaxat dicuntur aſſi-
gnari Epiſcopo Praten. quaſi Collatio Benefi-
ciorum ipſi Epiſcopo cenſeri debeat tributa, ad
ſupplendam eorumdem reddituum tenuitatem.
Nam Menſa Epiſcopalis Piſtorii uſque ab in-
eunte ſæculo XIV. ſibi uniri ſubjective obti-
nuit Eccleſiam Plebaniam S. Pauli de Prato,
alias *di Stignano* ſeu *del Pleticcio*, cum omni-
bus ſuis bonis; eaque ſemper retinuit, & ad-
huc poſſidet pacifice, & abſque ulla controver-
ſia. Si autem illius Plebaniæ redditus ſatis am-
pli unitim penſentur cum antiquis Decimatio-
nibus, & ſcutis 300. recens Epiſcopo aſſignatis,
occaſione erectionis Eccleſiæ Praten. in Cathe-
dralem, facile compertum erit Epiſcopum plus
forte emolumenti precipere ex Civitate Pra-
ten. quam Piſtorien. Et ſtatim conſtabit, non
ſubſiſtere aſſertam jam reddituum tenuitatem
Menſæ Praten., nec pro ſupplenda ejus tenuita-
te fuiſſe unquam neceſſe, adjicere Beneficiorum
Collationem ex adverſo prætenſam.

Fruſtra vero Jus illud conferendi, quod Re-
verendiſs. Epiſcopus eruere nequit ex Bulla
Innocentiana, eruere conatur, vel ex eo quod
Eccleſia Pratenſis per unionem cum Piſtorien.
mutaverit ſtatum, ſuaſque prærogativas ami-
ſerit; vel ex eo quod Canonici Praten. hodie
non ſint, prout erant exempti ante Eccleſiæ
erectionem in Cathedralem; vel ex quod ob
erectionem in Cathedralem inter Epiſcopum,
& Canonicos inducta ſit talis unio, quæ exi-
gat ſimultaneum concurſum capitis cum mem-
bris; vel demum, quod Jus privativum Capi-
tuli non ſit compatibile cum præſente ſtatu
Cathedralis.

Prima namque hujus objecti pars corruit ex
falſo ſuppoſito; quia Eccleſia Praten. non fuit
unita Piſtorien. pro augumento ejus dotis, &
Patrimonii, ſed ſolum quoad Caput, & Gu-
51 bernatorem, ut idem Epiſcopus, qui erat Re-
ctor Eccleſiæ Piſtorien. præeſſet etiam Praten.
eamque regeret, & gubernaret: in quibus ter-
minis, licet utraque Eccleſia uni, eidemque
ſubſit Epiſcopo, ſeu Rectori, ſua tamen Bona,
& Jura retinet viva, diſtincta, & ſeparata, ut
firmat *Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 7.
num. 29. & ſeqq. Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. 9.
ſub num. 3. verſic. tertia vero Rot. deciſ. 765.
num. 8. & 9. cor. Emerix jun.*

Itidemque ſecunda objecti pars evaneſcit
ex falſo ſuppoſito; quia Canonici ante erectio-
nem Cathedralis non fruebantur jure privati-
vo conferendi, propter eorumdem exemptio-
nem, ſed quia Beneficia propriis eorum bonis
crexerant. Et quidem, licet Eccleſia Praten. a
cujuſcumque Epiſcopi juriſdictione eſſet ex-
empta ex Indulto fel. recurd. Pii II. relato per
52 *Caſott. in Praten. Eccl. apud Ughell. Ital. ſacr.
tom. 3. poſtrem. edition. Venet. de anno* 1718.
col. 322. attamen Canonici exempti non fue-
runt à juriſdictione Præpoſiti, immo eidem
ſubeſſe, & obedire tanquam proprio eorum
Prælato, tenebantur, ut pro veritate requiſi-
53 tus reſpondit *Soccin. ſenior, conſil. 285. vol. 2.
in fin.*

in fin. Si autem Canonici non etant exempti,
ſed parere tenebantur præpoſito, qui uti ha-
bens Territorium ſeparatum, ac Diœceſim di-
ſtinctam, par erat Epiſcopo in juriſdictionali-
bus, ut firmat *Tambur. de jur. Abbat. tom. 2.*
diſp. 1. qu. 4. num. 2. & diſ. 17. q. 3. num. 5. Rot.
54 *dec. 309. num. 6. & ſeq. cor. Dunozzett. Jun.*
dec. 373. num. 15. par. 11. dec. 204 num. 3. & ſeq.
p. 12. recent. & in Marſicen. ſeu nullius juriſ-
dictionis ſuper bono jure 7. Jun. 1700. §. fin. cor.
bo. mem. Muto. Ac hujuſmodi ſubjectione non
obſtante, iidem Canonici fruebantur Jure con-
ferendi privative, etiam quoad Præpoſitum;
utique pari prærogativa debent nunc etiam frui
ad excluſionem Epiſcopi, cui non magis ſub-
ſunt, quam antea ſubeſſent Præpoſito, quoad
juriſdictinalia iura, inter quæ connumeratur
Jus conferendi beneficia, ut edocent *Gonzal. ad*
55 *reg. 8. Cancell. §. 4. Proœmial. num. 27. Tambur.*
de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 9. q. 1. ſub num. 3.
& punctualiter de Jure conferendi beneficia
Eccleſiæ Praten. dixit Rot. *in dec. 144. num. 7.*
p. 16. recent.

Quæ certius procedunt, ſi animadvertatur
præpoſitum habuiſſe bona communia in Eccle-
ſia Collegiata, eumque participem fuiſſe euſ-
dem Menſæ, cuius erant Canonici; immo iuxta
antiquam diſciplinam Eccleſiaſticam, una ſimul
cum Canonicis vitam vivere conſueviſſe, teſte
56 eodem Blanchin. *in præcitat. cap. 12. fol. 137.*
Si enim, ea perfectione communionis non ob-
ſtante, Jus conferendi, non ad præpoſitum, ſed
ad Capitulum pertinebat, ut ſupra probatum
fuit; Porro hoc idem ius conferendi facilius
Capitulo præſervandum eſt privative, quoad
Epiſcopum, qui licet in Præpoſiti iuriſdictio-
nem ſucceſſerit, attamen non ſucceſſit in Præ-
poſituræ bonis, quæ ad ſimplex beneficium re-
ducta fuerunt, neque cum Canonicis vivit,
nullamque cum iis vitæ, & bonorum commu-
nionem ſervat, ducto argumento à maioritate
rationis, quod in qualibet materia eſt maximi
ponderis, & efficaciæ ad *text. in authen.* mul-
57 to magis *cod. de ſacroſ. Eccl. cap. ſi ergo 8. q. 1.*
Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 9. §. 2. nu. 24.
Rot. *dec. 549. n. 16. p. 19. recent.*

Minuſque refragatur tertia obiecti pars, in
qua dicebatur, in Cathedralibus ſervandam
eſſe ſimultaneam collationem, ob efficaciam
unionis inter Epiſcopum, & Capitulum, veluti
inter caput, & membra, quia *Gonzal. Lotter.*
& alii Doctores allegati in contraria Conſulta-
tione, pro fundamento talis aſſumpti, de com-
munione quidem, non autem de unione lo-
quuntur; ideoque intelligi debent, ut conſi-
derent ſolummodo redditum communionem,
a qua Jus ſimultaneæ Collationis profluere, ac
pendere unanimiter tradunt *Gloſ. & Canoniſtæ*
in cap. cum Eccleſia Vulterano de elect. & plu-
res Doctores, relati per *Rot. in Fanen. Canoni-*
58 *catuum 5. Maii 1700. §. Quamvis cor. clar. mem.*
Card. Caprara, quibus expreſſe adhæſit etiam
D. ex adverſo Scribens in præcit. *animadv. ad*
Ceccoper. lib. 1. tit. 2. num. 16. Immo adeo inef-
ficax eſt per Dominum ex adverſo ſcribentem
deducta ratio, ex unione perſonatum inter E-
piſcopum, & Canonicos, tanquam Caput, &
Membra, ut licet, eadem paritate retenta, prout
membra capiti obediunt, ita etiam Canonici
deberent Epiſcopi iudicium ſequi, & proviſio-
nem laudare, nihilominus in hac Collationum
materia poſſint Canonici favore unius Colla-
tionem facere, ſi Epiſcopus alteri perſonæ Ca-
nonicis inviſæ Collationem fecerit, ac ſeſe in-
vicem poſſint impedire, ut poſt *Germinian.*
Franc. Federig. de Senis, alioſque plures, opti-
me tradit *Gonzal. ex adverſo citat. in Gloſſ. 45.*
num. 58.

50 Ac præterea dicta unionis ratio ex adverſo
conſiderata nimis frivola eſt. Aut quia non
ſolvit quæſtionem noſtram, ſed petit principium;
quoniam adhuc dubitandi locum relinquit, an
ratione talis unionis inter Epiſcopum, & Ca-
pitulum Collatio ſimultanea debeat locum ob-
tinere in Canonicatibus, & Præbendis, dotatis
ex bonis, non ad Epiſcopum, ſed ad Capitu-
lum pertinentibus, quorum reſpectu non veri-
ficatur communio realis, neque cõſiderari queit
ſimilitudo capitis, & membrorum, ut declaran-
60 do *Text. in cap. Novit de his, quæ fiunt à Præ-*
lat. ſine conſenſ. Capituli, ſolide ratiocinatur
Geminian. in Can. 1. column. 2. verſ. ſi autem bo-
na, diſtinct. 21. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt.
21. num. 15.

Aut quia prædicta unionis ratio nimis pro-
bat, ſi vigeat, & ad praxim redigatur univer-
ſaliter, juxta Votum Domini ex adverſo Scri-
bentis. Ea quippe retenta, ne quidem à Capi-
tulo poſſet præſtari Collatio Præbendarum,
& Canonicatuum, licet in oppoſitum ſtet com-
munis Doctorum opinio, quam late probat, &
laudat Dominus Conſultor Adverſarius in ſuis
doctiſſimis *Animadverſionibus ad Ceccoper. ti-*
tul. 2. num. 20. & ſeqq. Etenim ne quidem per
centenariam præſcriptionem poteſt Epiſcopi
61 ſuperioritas interverti, nec effici poteſt, quin
ipſe ſit Caput, cui debent Canonici ſubeſſe, &
obedire, ut notant *Doctores in cap. Omnes Ba-*
ſilicæ 16. quæſt. 7. cap. cum non liceat de præ-
ſcript. cum Concord. apud Barboſ. de Epiſc. par. 3.
alleg. 18. num. 3. 6. & ſeqq.

Atque hinc ſatis patet, non ſubſiſtere po-
ſtremam præmiſſi objecti partem videlicet Jus
privativæ Collationis eſſe incompatibile cum
Cathedralitate. Quemadmodum enim conſtat
compatibile eſſe ex vi præſcriptionis, non ſo-
lum centenariæ, ſed etiam quadragenariæ, ex
auctoritatibus ſupra citatis; pari jure faten-
dum eſt, Jus privativum conferendi favore Ca-
62 pituli eſſe compatibile cum Cathedralitate, ex
conceſſo vel Juris, vel Superioris, quia
præſcriptibilia cenſentur ea ſolum, quæ de
jure ſunt ſeparabilia, ſeu de Jure venire poſ-
ſunt in conceſſionem. *L. in ſumma ff. de aqua*
pluv. arcen. Bald. in auth. quas actiones num.
24. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Barboſ. ad L.
competit. 6. num. 87. Cod. de præſcript. 30. vel
40. annor. Anton. de Donat. reg. lib. 3. cap. 45.
num. 6.

Et quoniam ad hujus veritatis comproba-
tionem non deſunt exempla, cum in Eccleſia
Cathedrali Caſalenſi Capitulum fruatur eo-
dem Jure privativo conferendi Beneficia, ut
firmavit *Rot. in dec. 124. num. 5. p. 3. recent.*
eademque prærogativa fruatur etiam Capitu-
lum Beneventanum, ut reſpondit *Rot. in dec.*
544. num. 2. & per tot. p. 16. recent. ejuſdem-
que conditionis ſit Capitulum Fanenſe, etiſi pa-
riter competit jus privativum conferendi bene-
ficia, abſque ſimultaneo concurſu Epiſcopi,
ut

ut decidit *Rot. in Fanen. Canonicatum* 5. *Maii*
1700. *per tot.cor. cl.mem. Card. Caprara*; Pla-
ne hiſce exemplis coadjuvantibus ſimilem con-
ſuetudinem, qua generaliter vivitur in Thu-
ſcia, ut teſtatur *Text. in cap. cum. Eccleſia*
Vulterrana de elect. Adeo illuſtratur veritas &
adeo detectum remanet bonum Jus Reveren-
diſs. Capituli Pratenſis, ut jure, meritoque
poſſimus aſſerere, nos veris veriora dixiſſe; Et
Reverendiſſimo Epiſcopo non competere ul-
lum Jus conferendi Beneficia, quæ ex bonis
Reverendiſſimi Capituli ſunt erecta; quæque
à Reverendiſſimo Capitulo ſemper privativè
conferri conſueverunt, tam ante, quam poſt
erectionem Eccleſiæ in Cathedralem.

Quare &c.

R. P. D. NINOT

Pampilonen. Jurium Parochialium.
27. Junii 1664.

ARGUMENTUM.

Parochialium unio, & Vicariæ perpetuæ erectio
qualiter fiant.

SUMMARIA.

1 *Ex Parochialium unione transfertur anima-*
rum cura exercenda per amovibilem Vica-
rium.
2 *Vicarius amovibilis pretendere non valet jus*
exercendi functiones Parochiales.
3 *Jure temporalia, & ſpiritualia continentur in*
verbis, cum omnibus juribus, & pertinen-
tiis ſuis. *Vide num. ſeq.*
5 *Dictio ac adiicit ad praecedentia.*
6 *Vicaria congrua aſſignata nudum exercitium*
tantum in ipſum translatum denotat.
7 *Unionis qualitatem declarat obſervantia.*
8 *Vicariæ perpetuæ erectio non præſumitur.*
9 *Hoc fit cauſa cognita, & citatis intereſſe ha-*
bentibus.

DECISIO XVII.

SEntentiam Rotalem qua revocando aliam de
partibus pronunciatum fuit non competere
Vicario de Mendavia jus exercendi functiones
Parochiales in Eccleſia de Legardè privative
quoad Abbatem de Yrach hodie DD. dixerunt
eſſe confirmandam, quia de ejus validitate
conſtat ex actis, & juſtitia latè comprobatur
ex deciſ. edita coram R. P. D. meo Bevilaqua
ſub die 19. Januarii 1663.

Cum enim Parochialis Eccleſia de Manda-
via, cui eſt annexa illa de Legardè fuerit ſub-
jective, & pleno jure unita Monaſterio Yra-
cheoſi, penes quod propterea dicitur transla-
ta cura animarum exercenda per Vicarium ad
nutum amovibilem, non autem perpetuum,
1 *Lotter. de re. benefic. lib. 2. q. 33. num. 93. Gon-*
zal. ad reg. & gloſ. 5. §. 3. num. 14. & ſeq. Ho-
jeda de incompatib. Benefic. cap. 15. p. 1. num. 4.
Garz. de benef. par. 11. cap. 2. num. 3. Petrus
de Murg. quæſt. paſtoral. p. 2. §. 7. num. 15. Ro-
ta in rec. deciſ. 297. num. 3. p. 5. & dec. 21. num.
5. p. 6. & dec. 5. num. 7. p. 7. & in Pampilonen.
Vicariæ de Stella 28. *Martii* 1654. *cor. R. P. D.*
meo Albergata.

Sequitur quod fruſtra tale jus pretendat pri-
vative quoad Abbatem, cum imò dependen-
2 ter ab ipſo nudum exercitium recipiat cum
jure congruæ. *Gloſ. in clem. unic. in verb. ad*
menſam verſ. & videtur de exceſ. Prælat. Rota
coram Coccino deciſ. 81. num. 2. & 3. coram Bu-
ratt. deciſ. 214. num. 3. & 4. coram Cavaler.
deciſ. 595. num. 1. & 3. & in recen. deciſ. 352.
num. 7. & 8. p. 4.

Hanc autem plenariam, & ſubjectivam unio-
nem tàm quoad temporalia, quam quoad ſpi-
3 ritualia DD. reſultare dicebant non ſolum ex
illis verbis *cum omnibus juribus, & pertinen-*
tiis ſuis, ſub quibus non ſolum temporalia, ſed
etiam ſpiritualia continentur. *Innoc. in cap.*
cum ad ſedem num. 2. & 3. de reſtit. ſpoliat. Ho-
ſtienſ. in cap. expoſuiſti in fin. de præbend. La-
pus alleg. 139. num. 10. & 11. Rota coram Ca-
valer. dec. 699. num. 2. & 4. & in rec. deciſ. 21.
num. 6. p. 6. & in Mindonien. Parochialis 3.
Martii 1653. coram Reverendiſſ. Segobien. §.
nec dubitari.

Sed etiam ex ſubſequentibus ibi: *ita quod*
4 *libeat per vos, vel per procuratorem veſtrum*
corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Ec-
cleſiæ jurium, & pertinentiarum prædictarum
auctoritate propria apprehendere, & fructus
redditus, & proventus ipſius Parochialis Ec-
cleſiæ in uſus Abbatiæ, & conventus conver-
tere. Quæ clare demonſtrant ſpirituale prin-
cipaliter fuiſſe conceſſum, & deinde tempo-
rale per viam acceſſionis; mediante dictione
5 illa *Ac*, de cujus natura eſt adiicere ad prece-
dentia, *l. ea tamen adjecto de leg. 3. Barboſ. dict.*
110. num. 53.

Et comprobat etiam natura ipſa rei geſtæ,
quia quoties fit omnium reddituum applica-
tio, reſervata tamen congrua Vicario, ſignum
emergit, quod cura habitualis fuerit translata
6 in Rectorem Eccleſiæ, cui fit unio, & ſolùm
nudum illius exercitium in Vicarium. *Oſtienſ.*
& alii in cap. expoſuiſti de præb. Rota coram
Merl. dec. 115. ſub n. 6. verſ. præterea coram Bu-
ratt. dec. 214. n. 3. & 4. & in rec. dec. 710. n. 3.
p. 2. & dec. 352. n. 8. p. 4. & in Romana Jurium
Parochialium 4. Decemb. 1651. coram Eminen-
tiſſ. D. Cardinalem Celſo.

Et quatenus etiam aliqua in verbis adeſſet
difficultas, illa penitùs remaneret ſublata ex
obſervantia ſubſecuta, quæ declaravit Vica-
riam fuiſſe temporalem, & ad nutum amovi-
bilem, ut ex pluribus bene recenſitis *in d. dec.*
R. P. D. mei Bevilaqua à §. at omnis cum trib.
7 *ſeqq.* Obſervantia enim interpretativa unionis
qualitatem optimè oſtendit. *Gonzal. ad reg. 8.*
Cancell. gloſ. 5. §. 3. num. 17. & 18. Garz. de
benef. p. 11. cap. 2. num. 6. Barboſ. de Jure Ec-
cleſ. lib. 3. cap. 6. num. 67. Merlin. d. dec. 115.
num. 8. & in d. Romana Jurium Parochialium,
4. Decemb. 1561. coram Eminentiſſ. D. Cardin.
Celſo §. concurrit.

Non obſtat quod in vim Concilii Tridenti-
ni *ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.* remittatur Ordina-
riorum arbitrio erigere tales Vicarias tempora-
les in perpetuas. Quia aliud eſt poteſtas eri-
8 gendi, & aliud factum poſitivæ erectionis, quæ
non præſumitur niſi probetur, ut in ſpecies.
Garz. de benefic. p. 11. cap. 2. num. 16. præſer-
tìm quia non poterat Epiſcopus ad illud deve-
nire niſi cauſa cognita, & citatis intereſſe ha-
9 bentibus. *Barboſ. in collect. cap. 7. num. 31. &*
in tract. de Epiſc. & alleg. 172. ſub num. 190.
Flores de Miſa var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 47.
Garz. de benefic. p. 11. cap. 2. num. 8. & 12. &

in

in dicto Mindonien. Parochialis cor. Reverendiſſimo Zarote in fin. impreſſa poſt Dian. var. reſol. p. 11. fol. mihi 566.

Ex quibus, & aliis fuſius in d. dec. R.P.D. mei Bevilaquæ deductis reſponſum fuit pro confirmatione ſeotentiæ Rotalis, unica tantum &c. Vicario pluries citato.

ADNOTATIO.

AD materiam deciſionis hic impreſſæ, vide ſuperius in dec. 22. cum ibi notatis. Hujus autem deciſ. habetur mentio, & examen à *Rot. in dec. 1. num. 7. de unione coram Eminentiſſ. D. Card. Falconerio.*

R.P.D. BOURLEMONT

Piſana Tenutæ.

17. *Novembris* 1664.

ARGUMENTUM.

Plura ad Confinium probationem, eotumqua dominium afferuntur.

SUMMARIA.

1 *Sententia injuſta non poteſt in judicatum tranſire.*

2 *Poſſeſſio ad manutentionem, ſeu reintegrationem requiritur.*

3 *Colono mediante acquiri poteſt poſſeſſio.*

4 *Confinia in inſtrumentis enunciata præſumuntur ad locatorem ſpectantia.*

5 *Confirmatæ rei poſſeſſio quando reſultet.*

6 *Dominium plenum reſultat ex verbis* ad averli, tenerli con ogni ragione, &c.

7 *Bona intra confines, verba dubia non probant.*

8 *Confinium enunciatio per dictionem*, In, *demonſtrat vicinitatem.*

9 *Confinans terminus confinatum excludit.*

10 *Probatio poſſeſſionis ſpecifica generali præfertur.*

11 *Foveæ poſſeſſio qualiter probetur.*

12 *Confines ex teſtium diſtincta depoſitione probantur.*

13 *Dictio*, Verſus, *regulariter denotat excluſionem. Verum declara num. ſeq.*

15 *Termino utrinque poſſeſſo locus intermedius cenſetur poſſeſſus.*

16 *Spolii actio ceſſat ex quadrogenaria poſſeſſione, ex qua & reintegrationis remedium cenſetur præſcriptum.*

Præſens Deciſio eſt in eadem cauſa, in qua emanavit diſcurſus præcedentis deciſionis 13. Et eſt repetita in *dec.* 229. *p.* 14. *recent.* confirmata conſeriùs *dec.* 24. & *dec.* 36.

DECISIO XVIII.

ARdua nimis, & difficilis controverſia, diſceptationibus annoſis inter Menſam Archiepiſcopalem Piſanam, & Dominum Ducem de Salviatis, licet agitata, diù tamen ſub dubia Judicii lance pependit; Ex eo quod cum Miniſtri Magonæ Piſarum, Tenutam vulgariter dictam *di Migliarino* cum ſuis acceſſionibus, & pertinentiis ab Auctoribus D. Ducis, atque eodem tempore alias tenutas inſimul cohærentes à Menſa Archiepiſcopali per longum, & continuatum annorum curſum conduxiſſet, ab anno nempè 1574. uſque ad annum 1621. factum eſt, ut bona Menſæ à Ducis in perſona Colonorum diù ſimul habita, ac pro indiviſo poſſeſſo, ita permixta, & confuſa remanſerint, ut quando ſolutis locationum nexibus, occaſio data eſt ad Dominos revertendi, non ſine forenſi ſtrepitu, potuerint accidentalem adeptam cohærentiam exuere; Nam pro parte Ducis contendebatur loca controverſa, *Padule di Malventre*, *Poggia à Padule*, *Debbi*, *Iſola Romita*, *Pecoreccia*, *Foſſa Magna*, *e Lamatrincobonaldi*, aſſe de acceſſionibus, & pertinentiis Tenutæ *di Migliarino* intrà cujus limites reperiebantur incluſa; Pro parte verò Menſæ eadem loca, ſivè intrà, ſivè extrà dictam Tenutam *di Migliorino* exiſterent, ad D. Ducem, ſeu ejus Auctores nunquam ſpectaſſe, imò potiùs in ipſis individualitèr, ac ſpecificè quoad omnia corpora pacificam, & ſupra quadragenariam Menſæ poſſeſſionem comprobari conſtanter afferebatur; Quamobrem, Cauſa in Summaiiiſſimo coram Reverendiſſimo Nuncio Florentinæ deducta, ſuper locis controverſis adjudicata fuit manutentio Menſæ, ſed indè poſt in plenario, coram eodem Tribunali, conceſſa fuit Duci, exceptis Tenutis *Poggio à Padule*, *e Pecoreccia*, & *Lamatrincabonaldi* reſervatis Menſæ; Quæ nihilominus appellans à dicta ſententia, adita Signatura Juſtitiæ, obtinuit Cauſam committi bon. mem. Peutingerio cum facultate manutenendi, quem de Jure adjuncta ſubiodè ad inſtantiam D. Ducis ſententiam Reverendiſſimi Nuncii in judicatum tranſiiſſe, prætendentis, commiſſione executoriali cum clauſula *Conſtito de re judicata*, ſuper qua aſſumpta diſputatione in Rota ſub die 17. Maii 1652., quia ſatis Menſa ſe excuſabat à lapſu fatalium, ordinarunt Domini, quod informaretur ſtrictè ſuper Juſtitia ſententiæ, ſuper qua iterùm quinquies cauſa propoſita, & ſemper dilata, tandem coram me in locum bon. mem. Peutingerii ſuffecto, ſub die 5. Martii 1661. fuit dictum, quod fieret acceſſus per R. P. D. meum Tayam, cujus laborioſa ſolicitudine dedaleis ambagibus confuſi ſitus exploratis, ac genuina loci deſcriptione, in topographica tabella eruditiſſimè explanata, cauſa expeditior evaſiſſet, ſi amplum latiſundium, de cujus poſſeſſione agebatur, uti numeroſo, ac inhoſpito ſitu, ità etiam per obſcuris, ac inexplicabilibus denominationum, ac pertinentiarum quæſtionibus, eo ſemper magis obtenebratum, non expoſuiſſent informantes; Quorum allegationes hinc indè per tot annos accumulatæ, quià in immenſam excreverant molem demandarunt Domini, ut in diſcurſu, tanquam in ſincero compeodio Jura utriuſque partis per me diſtinctiora redderentur; quo prævia locorum viſione, executioni demandato, repropoſita hodie cauſa, reſolutum fuit, non conſtare de re judicata.

Quia ſenteotia viſa eſt injuſta, & ideò non potuiſſe in Judicatum tranſire, ut tradunt
1 communiter Scribentes *in l. 4. §. condemnatum ff. de re jud. Felin. in cap. ſuper literis num. 15. de reſcript. Rot. coram Seraph. deciſ.* 381. *num.* 13. & *deciſ.* 1223. *num.* 6. & *in aliis.*

Injuſtitiam ſententiæ indè ſanè deducebant Domini, ex quo tribueret manutentionem, & reintegrationem D. Duci ad Foveam ma-

magnam, & Paludem, ſeù ut vocant locatio-
2 nes Paludis Malaventris, ad quæ dun corpo-
ra reſtringebatur hodie diſcuſſio, non probata
illorum poſſeſſione de tempore motæ litis, us
pro competentia alterutrius remedin ab en in-
tentati omninò requirebatur, ad tradita per
*Bart. in l. 1. §. fin. num. 10. ff. uti poſſid. & in
l. unica §. 1. num. 3. C. eodem Abb. in cap. cum
Sedem de reſt. ſpoliat. num. 28. Rota coram Bu-
ratt. deciſ. 216. num. 1. & 2.*

Et quamvis inſiſterent informantes pro Du-
ce; ſatis probari illius poſſeſſionem ex pluribus
locationibus ab eis Auctoribus factis, quarum
vigore Conductores detinentes bona contro-
verſa uſque ad tempus motæ litis de anno 1661
non ſolum continuarunt poſſeſſionem locato-
rum, verùm etiam Ducis illorum hæredis, qui
mediante Colono, illam acquiſivit, & conti-
3 nuavit abſque alia apprehenſione, vel miniſte-
rio, latè *Poſth. de manut. obſerv. 59. num. 6.
verſ. cum Laredi, & Rota penes eumdem deciſ.
152. num. 9. & coram Puteo deciſ. 453. num. 3.
lib. 2.* cum aliis per me relatis (a) *in Diſcurſu
Cauſæ §. veritas hujus concluſionis in principio.*
Præſertim in bonis, de quibus agitur, quia
confinia in Inſtrumentis dictarum Locatio-
num ſic enunciata, *tenet unum caput in Mari,
aliud in loco Maciuccoli, partim in Foſſa Ma-
gna, &c.* includunt de facto loca controverſa,
quæ ob id præſumuntur ad locatorem ſpectan-
tia, per *text. in l. æde Sacra ff. de contrahen.
empt.* & tradit *Bald. in l. legatis num. 2. C. de
4 legat.* cum aliis allegantis *in Diſcurſu §. prima
præſumptio in fine*; Potiſſimum virtute dictio-
nis *In*, quæ denotat intrinſicitatem, & com-
prehenſionem, ex adductis in *Diſcurſu §. Se-
cunda præſumptio.*

(a) dec. 520. par. 14. & ſuperius dec. 13.

Tamen ex præfatis locationibus dixerunt
Domini, quod tunc reſultaret poſſeſſio rei con-
finatæ, vel comprehenſæ, ſi ea res tota ſub
dominio locatoris exiſtere probaretur, quod-
que regula *textus in l. Aede Sacra*, hic non
procedit, quia alii, prout eadem Menſa, *Pa-
dium Paludis, & Pecoreccium*, ac Auguſtini,
& Lanfranchi tres caratos terræ cum quinto al-
terius carati verè probantur poſſidere intra di-
cta confinia Migliarini, ut fuit probatum *in
5 Diſcurſu §. Menſa verò, verſ. & ità ex ventra
dictarum, & hodierno Summ. impreſſo Menſæ
num. 26. & 27.* juxta diſtinctionem *Hoſtien. in
cap. nimis ſub num. 5 verſ. ſecùs quoad poſſiden-
tem de jure jur.* benè *Gratian. diſcept. 657. num.
17. Hieron. à Mont. de fineb. cap. 96. num. 3.
verſ. contrarium tamen*, & conſuluit *Surd.
conſ. 376. num. 3. Rot. coram Merlin. deciſ. 167.
n. 3.* (b) *Romana Apothecæ, ſeu pecuniarea 8.
Junii 1654. cor. bon. mem. Bichio §. bit conſo-
nat, & §. omneque.*

(b) Deciſ. 607. n. 8. et 17. coram Bich.

Rejecta replicatione, quod Lanfranchi, &
6 Auguſtini nullam habuerint poſſeſſionem, vel
proprietatem in Migliarino, ſed ſolam com-
moditatem conſequendi certam penſionem ex
dictis bonis, quia Dux ab eis de recenti emit
non ſimplicem commoditatem percipiendi fru-
ctus, ſed Dominium, & veram proprietatem,
attentis verbis Inſtrumenti, *ad averle, tenerla
con ogni ragione, azzione, dominio, proprie-
tà, e poſſeſſo, d. Summ. & Menſæ num. 3.* deno-
tantibus plenum dominium ad mentem *Rota
coram Seraph. dec. 1413. num. 2. & coram Bu-
ratt. deciſ. 441. num. 3.* ibique *Adden. lit. A. &
in recent. dec. 324. n. 5. par. 2.*

Præcipuè quia prædicta Inſtrumenta per Du-
cem allata non exprimunt ſimpliciter Confinia
generalia, ſed cum immediata ſequela verbo-
rum, *quantumcumque, & qualitercumque ſint
intra, vel extra dictos Confines per menſuram,
7 vel ſi quì alii, ſeù aliter, vel alio modo forent,
vel eſſent ejus veriores confines*; Quæ verba
tanquam dubia, & incerta non probant bona
omnia intra dictos confines comprehenſa ad lo-
catorem ſpectare, ſed ea, quæ verè ad eum ſpe-
ctant, fuiſſe locata, ut præter relatos *in Di-
ſcurſu §. pro Menſa vero*, bene probat *Pariſ.
de Puteo de finib. feud. cap. 9. num. 7. Hieron. de
Mont. de finib. cap. 95. num. 10.*

Præterea pro refutatione præſumptæ com-
prehenſionis ex dictione, *In*, deductæ ponde-
rabant Domini, quod ſi admitteretur. Confi-
nia enunciata per illam dictionem eſſe partes
integrantes Tenutam Migliarini, & in ea com-
prehenſas, ſequeretur, quòd Mare, & Lacus
Maciuccoli eadem dictione deſignata, compre-
henderetur in Migliarino, *per text. in l. jam
ho. Jur. ff. de vulg. & pupill.* Ad quod inconve-
8 niens evitandum placuit ſecundum communem
Doctorum ſententiam, illam confinium enun-
ciationem pro demonſtratione vicinitatis aſſu-
mi, excluſa intrinſicitate *juxtà gloſ. in Cle-
men conſam verba in domo de elect. Caſſan. ad
conſuetud. Burgund. rub. 2. §. 8. verb. & diem
num. 10.* Ea enim eſt natura termini confinantis,
9 ut confinatum ſemper excludat, & ſeparet, *l. cum
ſervo ad finem ff. de contrahen. empt. Caſtren. in
l. ex hoc Jure num. 24. ff. de juſt. & jur. Decian.
conſ. 40 num. 27. lib. 4. Caccheran. conſ. 24. num.
4. & 7. Hieron. a Mont. de fin. cap. 15. num. 2.*
bene *Rota coram Merlin. dec. 600. num. 9. & dec.
635. n. 3. & in recent. dec. 139. n. 18. p. 9.* cum
aliis fuſius adductis *in Diſcurſu §. Secunda præ-
ſumptioni in fine.*

Cæterum quatenus ex ſupradictis locatio-
num enunciativis, aliiſque præſumptionibus
pro Duce in diſcurſu relatis *§. tertia præſum-
ptio, & tribus ſeqq.* daretur, reſultare ad ejus
favorem quamdam præſumptivam poſſeſſio-
nem ſuper Palude Malaventris, & fovea ma-
gna, de quibus nunc agitur; Eam protinùs
abſorberi, dixerunt Domini ex probatione ſpe-
cifica poſſeſſionis Menſæ, ſuper his duobus cor-
poribus ſemper præferenda in concurſu genera-
10 lis, quæ poſſet ſuper aliis bonis cohærentibus
verificari, *Innoc. in cap. auditis de præſcript. in
verbo exceptionem n. 4. Dec. conſ. 302. num. 18.
Maſcard. de probat. concluſ. 1193. num. 8. & ſeq.
Poſth. de manut. obſerv. 72. num. 174. Rot. coram
Seraph. dec. 1380. num. 2. & coram Greg. deciſ.
472. num. 7. & coram Merlin. dict. dec. 167. num.
2. in fine.*

Etenim Fovea magna probatur ſpecificè poſ-
11 ſeſſa à Menſa per 40. & ultra annos uſque ad
motam litem; Nam præter laudum antiquiſſi-
mum de anno 1342. *Summ. Menſæ num. 2.* &
Æſtima Communis Nodicæ annorum 1555.
1579. & 1571. Aliaque communis Malaventris
annorum pariter, 1555. 1579. & 1619. eodem
Summ. num. 6. 7. & 8. Quæ auctoritate muni-
cipali deſcripta, & aſſervata, benè probant
aſſertionem in eis expreſſam, quod Fovea Ma-
gna ſtadiorum 176.[a] ſpectat ad Menſam, per

ca,

ea; quæ tradit *Bart. in l. rura C. de omni agro deſer. lib. 11. Caſtr. in l. ſi pater C. de uſt. empt. Bero. conſ. 77. num. 13. lib. 4. Rolan. conſ. 4. num. 17. lib. 2. Bertazzol. conſ. civil. 52. num. 34.* cum ibi relatis, *Rot. in rec. dec. 706. num. 6. par. 2.* Dum nec tunc temporis, nec ad præſens hæc fovea in alio æſtimo reperitur deſcripta; ut benè in ſimilibus ponderavit *Rot. deciſ. 504. num. 7. p. 8. recent.* cum ibi citatis. Dantur à Menſa quatuor Inſtrumenta antiqua conceſſionum, & locationum dictæ Foveæ ab anno 1539. uſque ad annum 1564. *Summ. num. 3. 4. & 5.* Indeque alia novem Inſtrumenta ſubſequentia uſque ad annum ortæ litis 1621. eodem *Summ. num. 13.* in quibus non præſumptivè, vel comprehenſive, ſed nominatim, & expreſſè legitur locata Fovea Magna; De quarum locationum effectuatione ob actuum pluralitatem iteratam per tam diuturni temporis ſeriem concurrente ſolutione mercedis, *Summ. Menſæ num. 14.* prout non eſſe dubitandum viſum eſt Dominis ex ſententia *Soccin. conſ. 187. num. 16. verſ. confirmatur lib. 2. Menoch. de retin. remed. 8. n. 573.* quam probavit *Rot. dec. 172. num. 6. & dec. 926. num. 4. coram Buratt. & dec. 291. num. 2. & 3. lib. 2. conſ. Farin.* Ita indubiam, exinde dictum fuit, reſultare poſſeſſionem Menſæ ſuper dicta Fovea Magna, ex *Thor. Bart. in l. qui univerſas §. quod per Colonum, & in l. quamvis, §. ſi conductor, ff. de acquir. poſſeſſ. Rota coram Gregor. deciſ. 446. num. 2.* quamvis agatur, prout hic, in præjudicium tertii non conductoris, ut præter adductos in diſcurſu *§. quibus ita Rota coram Buratt. deciſ. 263. num. 2.* ibique fuſius *Adden. num. 9. & ſeq. & cor. eodem dec. 375. num. 4.*

Prout non diſſimili ſpecificæ probationis argumento, viſa eſt probari poſſeſſio Menſæ reſpectu Paludis Malaventris, quippè via à Turri Filacaja tendens ad lacum Maciuccoli, tam in æſtimis D. Ducis, ejuſque Auctorum eodem *Summ. num. 18.* quam in æſtimo Menſæ *num. 22.* & Inventario Bonorum Prioratus Sancti Nicolai de Migliarino *num. 20.* enunciatur pro
12 confine diviſorio bonorum coherentium; ita ut ea, quæ ſunt in parte dextera, ubi ſita eſt Palus controverſa, vel Padule, ad Menſam, quæ in ſiniſtra, ad Ducem pertineant, ut diſtinctè deponunt à Teſtes, eodem *Summar. num. 14. & 16.* qui plenè probant, *Rot. coram Greg. dec. 578. num. 1. & deciſ. 254. num. 7. par. 7. recent.*

Sed longè præciſius elicitur hujuſmodi poſſeſſio ex novem citatis Inſtrumentis locationum, *Summar. num. 13.* in quibus una cum Fovea magna noſcitur etiam ſpecificè, & nominatim locata Palus, de qua agitur, undè fit, ut quoad hoc corpus ex conſimilibus circumſtantiis eadem poſſeſſionis evidentia reſultet favore Menſæ, quæ viſa eſt deduci reſpectu Foveæ ex ſuperius adductis.

Nec ex eo, quod dicta Inſtrumenta Menſæ deſignent bona locata verſus Migliarinum, viſa fuerunt, deberi potius verificari in Palude cohærente Foveæ Magnæ extra Tenutam Migliarini, quam in ea, quæ cohæret intrà
13 dictam Tenutam ob dictionem *verſus*, quæ regulariter denotat excluſionem, *Rot. coram Seraph. deciſ. 167. in princ. & in recen. deciſ. 509. num. 5. par. 5.*

Quia cum illa, quæ eſt intrà Migliarinum vocetur Palus Malaventris, ut deponunt Teſtes, *Summ. Menſæ n. 15. & 16.* Illa verò extrà, Palus Vitriceti, quæ de tempore dictarum locationum Menſæ, non ad ea, ſed à Communitatibus Vecchiani, & Nodicæ poſſidebantur, ut ex æſtimis, eodem *Summ. n. 6.* putarunt Domini, locationes eſſe ad Paludem Malaventris intrà Migliarinum referendas, quia de ea expreſſè loquuntur ibi, *Item aliud Tenimentum, ſeù Tenimenta nuncupata di Malaventre, dicto Summario n. 13.* Non ad illam Vitriceti non nominatam, nec à Menſa poſſeſſam.

Spreta æquivoca ponderatione verborum *verſus Migliarinum*, quia cum ea fuerint in eiſdem locationibus appoſita, non ſolùm quoad Paludem, ſed etiam quoad podium Paludis, Pecorecciam, & alia corpora, reſpectu quo-
14 rum dictio *verſus* excluſionem non importat, quia concorditer admittuntur in Migliarino comprehendi, citato *Summ. n. 27. & 28.* Utique, nec illam importare potuit reſpectu Paludis, ex adducta ſuperiùs diſpoſitione, *Text. in l. jam hoc Jure, ff. de vulg. & pupill.* & propterea deſignatio illa dictionis *verſus* potiùs ad Eccleſiam S. Nicolai de Migliarino, quam ad ipſam Tenutam Migliarini viſa eſt referibilis.

Junctis præcipuè tùm Teſtium formiter examinatorum dictis eodem *Summ. n. 15. & 16.*

Tùm revelatione Saminiatelli Miniſtri Magonæ per ſpatium penè annorum 30. *Summ. n. 17.* nimis apertè comprobantibus cum cauſa ſcientiæ, tàm Foveam, quàm Paludem ſpectaſſe ad Menſam, & ab ea poſſeſſas uſquè ad litem motam, ex latè cumulatis per *Poſth. de manut. obſerv. 26. n. 2 & obſerv. 38. num. 22. & ſeqq.* cum aliis in diſcurſu adductis *§. quibus pro veritatis*.

Nec placuit Dominis, relatas Menſæ probationes eſſe ad mentem Ducis reſtringendas ad modicam partem Foveæ, & Paludis ſeparatam à Migliarino per prætenſa veſtigia antiqui meatus foveæ Storregianæ à dicta Fovea Magna in Traverſagnam tendentis.

Quia præter reſponſiones, quæ dari poſſe videbantur Dominis, ex relatis in diſcurſu, *§. præterea aſſeverant*, ponderabant etiam, quod, cùm Dux concedat Menſæ principium Paludis, & Foveæ Magnæ ex parte Malaventris, ſeù Storregianæ, ut in mappula ab eo ad partes data, & è contra negari non poſſit, quod Palus, & Fovea Menſæ tendunt, uſquè ad lacum Maciuccoli, ut de Palude deponunt Teſtes, *Summ. Menſæ n. 16.* & concordat æſtimum, *Summ. n. 22.* & de Fovea nimis evidenter probant æſtima *dicto Summ. n. 7. & 8.* clarè patet, non pro parte, ſed in totum Paludem, & Foveam à Menſa poſſeſſas, dùm uterquè illarum terminus, &
15 à quo incipiunt, & in quem deficiunt, ad mea ſpectare dignoſcitur, per *text. in l. ſi fines, C. de evict. Bald. in rubr. de contrahen. empt. n. 43. Gratian. diſcept. 657. n. 26. Rota dec. 164. n. 26. par. 6. recent.*

Parùm obſtante depoſitione D. Minerbetti nuper examinati, quià dùm aſſerit, neminem, præter Ducem poſſidere in Migliarino, & Foveam Magnam fuiſſe ab eo ſibi, & Sociis Magonæ locatam, viſum fuit erraſſe, cùm ex ſuperiùs firmatis ſatis appareat de aliis poſſeſſoribus, & ex libriſmet Teſtis, ac Sociorum con-

Digitized by Google

ſtet, quod iidem ſolvebant Ceoſus Menſæ pro bonis illius in Migliarino exiſtentibus, citato *Summario n.13.& 14.*

Hinc igitur probata pluſquam quadragenaria poſſeſſione Menſæ, ceſſavit contra eam actio ſpolii, & remanſit præſcriptum reſpectu Ducis quodcuoque reintegrationis remedium, juxta concuſſam Rotæ ſententiam in *dec.*1360. *n.* 3. *& eſt coram Card. Seraph.* cum allegatis in diſcurſu, *§. penult. & in recent.dec.97. n.1.par.1. & dec.21.n.2.par.4.tom.2.& dec.535.n.12. verſ. fecus. verò par.4.tom.3. & dec.68. n.6. penes Pacif. de Salvian.*

Ex quibus firmata injuſtitia ſententiæ reſponſum fuit utraque Parte informante; *Non conſtare de re judicata.*

A D N O T A T I O.

Cum deciſio ſuperiùs impreſſa agat de materia confinium firmando eaſdem concluſiones, quæ adductæ fuerunt *in dec.* 13. ideò ad ejus ornatum ſufficit recurrere ad ea, quæ inibi allegavimus.

R.P.D. T A Y A.

Veliterna Retractus.

24.*Novembris* 1664.

ARGUMENTUM.

Hortum ad ornatum ædificanti competit jus Retractus: qua de cauſa modicæ rerum Eccleſiaſticarum alienationes, & abſque ſolemnitatibus non officiuot.

S U M M A R I A.

1 *Sententia valida, & juſta eſt confirmanda.*
2 *Hortum conſtruere volens ad ornatum retrahere poteſt: & de motivis ad hoc n.4.*
3 *Statutum inter alia allegatum præſumitur uſu receptum.*
5 *Modicæ alienationes in generali prohibitione non conſiderantur, ubi nec in ea caſu conſenſus requiritur Apoſtolicus.*
6 *Cenſualis non Emphyteuticus præſumitur contractus ex parva ſumma.*
7 *Emphyteuta Eccleſiæ, illa requiſita, poteſt jus ſuum vendere.*
8 *Eccleſia abſque ſolemnitatibus quomodo valeat alienare.*
9 *Emphyteuſis dominus utilis de jure tertii opponere non valet.*
10 *Fovea in fundorum confinio eſt communis.*
11 *Flumina vix aliqua publica ſunt, & alia privata.*
12 *Statutum receptum uſu præſumatur, ſi in volumine Statutorum inſertum reperiatur.*
13 *Inobſervantia Statuti debet eſſe obtenta in contradictorio judicio cum Actuum uniformitate.*
14 *Conſuetudo excluſa remanet, ſi unicus Actus probetur in contrarium.*
15 *Imò ſi concurrat ſolus contrarius rumor.*
16 *In prohibitione alienandi non veniunt res modici valoris.*
17 *Epiſcopus poteſt alienare res exigui valoris, etiamſi juraverit non alienare abſque conſenſu Romani Pontificis.*
18 *Et ſufficit utilitas Eccleſiæ cum juxta cauſa alienationis.*
19 *Valor modicus quando ad dictum effectum dici poſſit? Remiſſivè.*
20 *Contractus in dubio cenſetur potius cenſualis quàm emphyteuticus, & n.* 28.
21 *Amplia primò etiamſi adjecta eſſet vox ſolutionis Canonis.*
22 *Amplia ſecundò, quamvis res expreſſè enunciatur conceſſa in emphyteuſim.*
23 *Præſumitur qualitas emphyteutica, quando bona ejuſdem Territorii ſunt pariter emphyteutica.*
24 *Præcipuè quando ſolvitur penſio exigua, & longè minor fructibus.*
25 *Ceſſat præſumptio dictæ qualitatis Emphyteuticæ, quando in eodem Circumdatario conſtat de libertate aliquorum bonorum.*
26 *Amplia etiam, quando agitur de unico corpore.*
27 *Modicitas Canonis quandonàm non probet qualitatem emphyteuticam?*
29 *Identitas Horti quomodò probetur.*

Deciſio hæc eſt confirmatoria præcedenti *deciſionis* 14. & vide infra *deciſ.*28.

D E C I S I O XIX.

Sententiam Rotalem, qua Petrus Paulus, & Angela fratres condemnati ſunt ad vendendum hortum ad effectum uniendi horto palatii Eminentiſſ. D. Cardinalis ad formam Brevis Sanctiſſimi D. N. uti in omnibus partibus verificari, confirmandam DD. reſponderunt.

Nam quoad validitatem concurrunt vulgata requiſita *cor. Veralio* 360. *p.* 2. Quoad juſtitiam & fundamentum eſt dictum breve ejuſque clara verificatio in luculenta uti lucubrata
1 ta *deci. coram nunc Reverendiſſ. Dom.* (a) *me Epiſcopo Gerunden. Minor.* 28. *Jan. præcedentis.* (a) Super deciſ. 14.

Et primo per quoddam ſtatutum civilitatis Veliternæ *tit. de offic. Magiſt. Viar.* caveri expreſſe ſi quis voluerit ad ornatum civitatis ædi-
2 ficare prope al quem hortum eum, &c. horti Dominum illam vicino ædificare volenti juſto prætio, &c. Conſiſtit iterum ex ſtatuto Veliterno *cap.* 37. *lib.* 1. quod, & ſi videretur conditum ſub conditiooe, ſi moribus utentium reciperetur. *Ruin. conſ.* 13. *num.* 18. *lib.* 2. *Grat. diſcept.* 20.*n.*17. cum aliis, & abunde *Barboſ. ad cap. in iſtis diſt.*4.*n.*4. & non minus videretur concedens quam impetrans præſumpſiſſe ſtatutum proprie, ac uſu receptum eſſe; Nihilominus cum inter alia ſtatuta allegetur, præſumitur eſſe ſtatutum, & uſu receptum
3 juxta celebrem *Gloſſ. p. cap.* 8. *de fide inſtrum. & amplius poſt Bart. & alias Bero. conſ.* 73. *n.* 54.*lib.*1.*Rota d.c.*775.*ab init.p.*1. *diverſ. & dec.* 22. *n.* 29. *&* 30. *p.*9. cum aliis. Et quia contrarium ſcilicet ſtatutum uſu non receptum probari poſſet, niſi verificando accidiſſe & concurriſſe caſum, quod vicious voluerit in Civitate Veliterna ædificare, & prope fuiſſe hortum in quo Domious horti vicini non haberet domum & vicinum ædificatare voluiſſe, & potuiſſe emere hortum, qui eſſet opportunus, adeoque vicinum cogere ad venditionem, &c. ut de Hermafrodito nullo in mille annis nato apud *Rimin. nald. junior conſ.*34 *n* 15.*cum ſeqq.*

Secundo Hortus capacitatis duorum circiter
4 rubiorum, mediante fovea adjacens horto palatii longe cultiſſimo dignoque non ſolum incola, ſed cultrice Flora, & Dracone cuſtode in præſentiarum verificabitur ex topographia, & ex teſtibus legitime examinatis, & ex acceſſu cum deſcriptione illius plene facta ab executore deputato in Brevi prædicto.

Ter-

Tertio hortus ipſe requiſitus impediens uni-
ri hortum requirentis cuidam parti illi con-
tiguæ.

Quarto proſequutio fabricæ, cujus pars ac-
ceſſoria eſt hortus requirentis, qui ſi uniretur
hortus illi requiſitus commodior, conviciniot-
que evaderet non ſine ornatu civitatis, & au-
gumento decoris palatii.

Quinto demum dominum horti requiſiti
tunc in eo nullam habere habitationem, om-
nia & ſi qua alia pariter verificata ſunt ex
prædictis teſtibus, & executore in acceſſu.

Nec obſiſtit quædam pars ſoli in modio ex-
cedens quartam unius rubii, quæ aſſeritur em-
phiteutica cappellæ S. Catarinæ in Eccleſia S.
Clementis, & gravata annua reſponſione dua-
rum gabellarum vini in priori, *Summar. Petri*
5 *Pauls, & Angelella num.* 3. quia pars eſt, unde
non afficitur altera maxima pars, quominus
ſit locus venditioni, & incorporationi ſalvo
onere, dictæ capellæ debito, cum propter mi-
nimam rem, vel ſummam, ſi majori ſummæ
præjudicetur, non audiatur etiam minor, *l.4.ff.
de in integr. reſtit. & ibi gloſſ. Summa.* notat
propter parvam rem non debere aliquid muta-
ri; *& commutatio rei Eccleſ. cap.1. de his quæ
fiunt. à Prælat. ſine conſ. Capit.* Et in generali
prohibitione alienationes modicæ non veniunt.
Abb. ad cap 8. de reſcript. n. 55. *verſ. ego dicerem*
cum aliis apud *Ricc. prax. rer. quotid. for. Ec-
cleſ. tit. alien. rer. Eccleſ. reſol.* 36. *n.* 2. Unde aſſen-
ſus Apoſtolicus non requiritur in alienatione
Terrularum eccleſiæ rerumque modici valoris.
Ricc. d. reſol. 36 *ab init. cum aliis*: adeoque in
prohibitione alienationis rerum Eccleſiarum
datur parvitas materiæ. *Dian. reſol.* 57. *tract.* 5.
par. 5.

Præterea dicta parva pars pridem gravata
duabus caballatis muſti dictæ cappellæ S. Ca-
tarinæ, nunc autem plaſtrarum quatuor ex
quadam concordia in præſenti *Summar. D. Car-*
6 *dinalis n.* 4. Neque probatur Emphytheutica,
ſed ex contractu potius præſumitur cenſualis
etiam ſi eſſet nomen canonis, & expreſſus eſſet
annuus cenſus in Emphytheuſim, & appoſitum
eſſet pactum caducitatis, &c. *Rota coram Burat.
dec.* 601. *n.* 3. *cum alleg. & annot. ſub n.* 11. *& ſeq.*
& præcipuè *Menoch præſumpt.* 106. *lib.* 3. cum
pluribus apud *Fulgin. de jure Emphyt. in præ-
ſup. q.* 8. *à n.* 11. *& coram Merlino tot. dec.* 635. *&
iterum tota deciſ.* 573. maxime quia ſententia
poſtea reduxit ſpeciem vini in pecuniæ quan-
titatem, & quidem magnam plaſtrarum qua-
tuor pro d. parva quantitate terræ circiter, ex
qua pariter arguitur contractus cenſualis. *Ful-
gin. d. quæſt.* 8. *n.* 14. *verſ. & maxime hoc cogno-
ſcitur. Rota coram Merlin. d. dec.* 545. *n.* 3. Et cum
eadem ſolutio æque, ac melius fieri poſſit à D.
Cardinali, & ſuis, nullum præjudicium infer-
tur capellæ ex hujuſmodi retractu; ex inde
non auferatur jus cappellæ, ſed tranſmutetur
res de uno in alium poſſeſſorem cum eodem
onere annuo, ut poteſt etiam Emphyteuta (Ec-
cleſia primitus requiſita) jus ſibi competens aliis
vendere qui ab emptione hujuſmodi minime
7 prohibentur, nitidu textu *cap. ult. de locat. &
conduct. ex l. ult. C. de ju. Emphyt. cum utrobique
ann.*

Sed etiam in Emphytheuſi, immo, & in re
Eccleſiæ ſicuti poteſt Eccleſia ſine ſolemnitati-
bus alienare dominium directum & ſtare alie-
nationi etiam invito alienatario. *Dec. ad cap. ad*
8 *quæ in Eccleſ. de conſtit. n.* 31. *Rota coram Puteo
dec.* 310. *lib.* 1. *& cor. Seraph. dec.* 256. *n.* 2. proin-
deque contractus habet implicitum ſtatum va-
liditatis, ſaltem Eccleſia non reclamante ad
Rot. cor. Creſcent. de locat. dec. 1. *alias dec.* 122. *&*
107. *n.* 13. *p.* 9. Ita & magis ipſa Eccleſia poteſt
9 ſtare alienationi domini utilis, nec poteſt Em-
phyteutæ dominus utilis, opponere de jure
Tertii, &c. *Alex. conſ.* 106. *n.* 4. *lib.* 4. *cum alleg. &
annot. Rota cor. Coccin. dec.* 240. *n.* 7. *& deciſ.* 473.
num. 12. *p.* 9.

De Fovea nihil attinet dicere, an publica vel
10 privata ſit; Tum quia generaliter fuit narrata
tum quia ſi privata fuiſſet enunciata, & veri-
ficanda, privata eſt, & in confinio duorum fun-
corum eſt etiam communis fovea, *§. præterea l.
2. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend. & ibi gloſſ. con-
finio Cepoll. de ſervit. urb. cap.* 80. *ſub num.* 1. *&
de ſervit. ruſtic. cap.* 21. *ſub num.* 12. Cum, &
11 flumina vix aliqua publica ſint, & alia priva-
ta *§. fluminum l.* 1. *de Flumin.*

Nec alia de aliis, nec plura de his utpote
omnino præoccupata in *d. dec.* cujus hæc ſpeci-
legium, & racematio eſt.

Et ita altera tantum, & ſæpe tamen citatis
Petro Paulo, & Angelella a menſe Maii,
&c.

ADNOTATIO.

De retractu egimus in *deciſ.* 14. quæ in præ-
ſens confirmatur, ideo breviter exornabi-
mus alias concluſiones hic adductas, quarum
prima eſt, quod ſtatutum inſertum in volumi-
ne aliorum Statutorum præſumatur uſu rece-
ptum, ut tangit *deciſio num.* 3. circa quod li-
cet adſint aliqui contrarium tenentes, attamen
12 reiiciuntur per *Conſtan. ad Stat. Urb. in præ-
lud. num.* 94. ubi plurimi congeruntur ad firmi-
tatem noſtræ concluſionis, quæ eſt adeò rece-
pta, ut non uſus, & inobſervantia Statuti,
ſeu contraria conſuetudo non aliter dicatur
probata, quàm ſi oſtendatur caſus contrarios
fuiſſe obtentos in contradictorio judicio, ut
præter auctoritatem in hac *deciſione* relatam
13 docent *Farinacc. in Fragment. in verbo lex
ſub num.* 5. *verſic. contrarium par.* 2. *& Spercll.
deciſ.* 15. *num.* 45. *cum duobus ſeqq. par.* 1. cum
aliis relat. *per Zaul. ad Statut. Faven. lib* 3.
rubr. 57. *num.* 9. Addita ulterius actuum uni-
formitate, adeo ut excluſa remaneat conſuetu-
do, nedum ſi unicus actus contrarius probetur,
14 ut notat *Bartol. in l. ſemper in ſtipulationibus
in fin.* ibique *Cagnol. num.* 12. *ff. de regul. jur.
Surd. conſ.* 393. *num.* 24. *& conſ.* 476. *n.* 13. *Ro-
ta cor. Coccin. dec.* 1552. *num.* 11. *cor. Bich. dec.*
48. *num.* 14. *&* 15. *cor. Celſ. deciſ.* 232. *num.* 8. *in
rec. deciſ.* 382. *num.* 14. *part.* 16. *& dec.* 208. *num.*
15. *par.* 17. Verùm etiam ſi concurrat ſolus ru-
mor in contrarium, ut firmavit *Rot. in recent.*
15 *deciſ.* 308. *num.* 15. *& cor. Cerro deciſ.* 607.
num. 19.

Pergit inſuper noſtra Deciſio, tranſitumque
facit ad examinandam quæſtionem ſuper alie-
natione rerum Eccleſiaſticarum, de qua per
nos latius actum fuit ſupra in *Adnot. ad deciſ.* 6.
ex num. 9. *cum pluribus ſeqq.* atque hic conclu-
ditur *num.* 5. quod in prohibitione alienandi
non veniunt res modici valoris: Quæ conclu-
ſio deducitur originaliter ex *Tex. in Can. Ter-*

rulas

rulas 22. *quæſt.*2. & tradunt *querant in ſumma*
16 *Bullar. ver. alienatio*, *Fagnan. in cap. nulli n.*
24. de reb Eccl.non alien.Ricc.in proxi de olien.
*reſol.*36. *Bonacc.de alien. diſput. punct.*4. *Tom-*
*bur. de jur. Abb.diſp.*13. *par.* 9. *num.* 2. *Card. de*
*Luc.de alien. probib. diſc.*1. *num.*115. *Corrad.in*
*praxi diſp.l.*9. *cap.*4.*num.*43. imo Epiſcopus po-
17 teſt alienare hujuſmodi exiguas res, etiam ſi
juret non alienare bona Eccleſiarum ſine con-
ſenſu Romani Pontificis; *Boſſ.tom.*3.*tit.*18. *nu.*
293. *Seraphin. dec.*401. *in fine*, *Add.ad dec.*444.
*p.*4.*rec.Royas dec.*444.*num.*2.

Quamvis autem ex verbis prædicti *Textus*
in Can. Terrulas videatur etiam exigi neceſſi-
tas alienandi, ibi: *ſi neceſſitas fuerit*: attamen
iſta neceſſitas non debet eſſe præciſa, ſed & ſuf-
ficit cauſativa ſtante evidenti utilitate Eccleſiæ,
ac concurrente juſta cauſa alienationis, *Redoan.*
18 *de cauſis*, *ex quibus fiunt alienat. n.* 28. bene
Ventrigl. tom.1. *Adnot.*14. §. 2. *num.* 1. *verſ. &*
adverto, *de Luc. ad eundem §.ſed quod res* cum
aliis adductis per *Eminentiſs. D. Card. Petra ad*
*Conſtit.*5.*Pauli II. ſect.*2. *num.* 59. *uſque* ad 66.
*& ſequen. tom.*5. *pag. mihi* 426. ubi haberi po-
terit plene de iſta materia alienationis rerum
Eccleſiaſticarum modici valoris, & quando nam
19 valor modicus dici poſſit.

Tertio demùm firmat hæc *deciſio num.* 6.
quod contractus in dubio cenſetur potius cen-
ſualis, quam Emphytheuticus, quod ultra *hic*
relatos, approbat etiam *Rot. deciſ. Creſcent.* 3.
20 *de præſumpt. & deciſ.* 1. *de Cenſib. Rot. coram*
*Montic.deciſ.*134.*ſub num.*3. *verſic.Unde ſi quis*
*& cort Cavaler. deciſ.*201. *num.*2., *& cor.Cer-*
ro dec. 812. *num.*16., *& deciſ.* 76. *num.*15. *par.*
12. *recent.* cum aliis allegat. *per eand.* Rot. *in*
*deciſ.*141. *num.* 5. *&* 6. *cor. Caprar. tom.* 1. ubi
fit eadem ampliatio, de qua *hic poſt d. num.*6.,
quod nimirum Concluſio procedit, etiamſi ad-
jecta eſſet vox ſolutionis Canonis, quia cum
21 hæc vox Canonis confundi ſoleat cum Cenſu,
& ſinonimè accipi, æquè ad Emphytheuſim,
quia ad contractum cenſualem refertur *eadem*
deciſ.coram Caprar.

Ampliatur ſecundo etiam ſi enuncietur ex-
preſsè res conceſſa in Emphytheuſim, quando
22 enunciatio fit cum clauſula *ut aſſeritur*, quæ
nihil affirmat, nec inducit probationem enun-
ciati, ut proſequitur eadem *deciſ.* 141. *coram*
*Cap.num.*8.

Ampliatur tertio, ut quamvis præſumendum
ſit pro qualitate bonorum emphytheutica,
quando major pars eorumdem exiſtentium intra
idem Territorium eſt ejuſdem Emphytheuticæ
23 naturæ, *Bald. conſ.*265.*num.*2.*Cephal.conſ* 508.
*num.*4. *Ruin.conſ.*50. *num.* 13. *&* 14. *Rot. dec.*
93.*num.*4.*& dec.*121.*num.* 2. *&* 3. *cor. Cavaler.*
præcipuè quando annua præſtatio, quæ pro
iiſdem bonis ſolvitur eſt exigua, & longe mi-
24 nor fructibus, *Rot. coram Merlin. deciſ.* 545.
num. 3. *& deciſ.* 8. *num.* 2. *par.* 9. *rec.* Attamen
quando intra fines rei conceſſæ in Emphytheu-
ſim conſtat aliunde de libertate aliquorum bo-
norum, tunc ceſſat præſumptio, quod omnia
25 bona ſint Emphytheutica, *dec.conſ.*33. *num.*55.
*lib.*1.*Rot. cor.Ubald.deciſ.*6. *n.* 11. *& cor. Mer-*
*lin.dec.*161.*n.*3.*& in rec. dec.*150. *ſub n.* 5. *par.*
1.*& dec.*629.*n.*12.*p.*18.

Imo etiam ſi agatur de unico corpore, cu-
jus aliæ partes fuerint aliis in veram Emphy-
theuſim conceſſæ, quod non exinde conclud-
atur alteram partem ſub quæſtione cadentem
26 fuiſſe pariformiter in Emphyteuſim conceſſam,
firmat *Rot.dicta dec.*141.*n.*9.*& duobus ſeqq.cor.*
*Card.Caprar.tom.*1.

Quod vero attinet ad Canonis modicitatem,
ad hoc, ut ex ea dignoſcatur qualitas Emphy-
theutica probandus eſt valor prædii de tempore
ſuppoſitæ conceſſionis, quia ad modicitatem
excludendam ſatis eſt poſſibilitas, vel quod
prædium fructiferum reddi valuerit ob melio-
ramenta poſtmodum confecta, vel quod pri-
mus acquirens notabilem ab initio ſummam
de proprio expoſuerit, ut plenè firmatur in *de-*
27 *ciſ.*19. *Miſcell.*, *& Prætermiſſ. coram Eminen-*
tiſſ. Dom. Cardinali Falconer. num. 9. *&*
duobus ſeqq. ubi explicatur *deciſio in Caſtella-*
neten.Prædii 11. *Maii* 1711.*cor.clar.mem.Card.*
Scotta, in qua ex facti circumſtantiis reſolu-
tum fuerat pro qualitate Emphytheutica.

Generaliter autem ad dignoſcendas circum-
ſtantias ſuadentes qualitatem Emphytheuti-
cam, potius quam cenſualem, vide eandem *Rot.*
28 *in deciſ.*2. *n.* 8. *& ſequen. de Emphytheuſi*, *&*
*in dec.*75. *n.*12. *& ſeq.eodem titulo cor.Eminen.*
D.Card.Falconer.

Et quoniam hic principaliter agitur de Hor-
ti retractu, ideò pro eo, quod attinet ad prin-
cipalem tractatum *Paciechelii* de Diſtantiis, non
inutile erit remittere Lectorem ad ſacram *Ro-*
tam in *Lauretana Immiſſionis ſuper Horto* 31.
29 *Januarii* 1724. *cor. R. P. D. Rovault de Gama-*
ches, ubi *ex §. ſiquidem uſque ad fin.* pleniſ-
ſimè habetur modus probandi identitatem
Horti.

R. P. D. EMERIX.

Cortonen. Suppreſſionis Conventus.
28. *Novembris* 1664.

ARGUMENTUM

Suppreſſi conventus bona reſtituenda ſunt an-
tiquo poſſeſſori, dum diſpoſitio Teſtatoris
id ſuadet.

SUMMARIA.

1 *Reintegratio ad bona ſuppreſſi Monaſterii dan-*
da eſt veteri poſſeſſori.
2 *Maxime id diſponente teſtatore.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio quotieſcunque fieri poteſt,*
ſervari debet.
4 *Verba* quod ſi aliquo caſu evenerit *ſunt ge-*
neralia, *& comprehendunt quemcumque ca-*
ſum.
5 *Dictio* ubicunque *amplectitur omnia loca*, *&*
non tantum vicina.
6 *Suppreſſo conventu conſolidatur ejus uſusfru-*
ctus cum proprietate.
7 *Declarationibus* Sac.*Congregationis Regul.*Ro-
ta deferre ſolet.
8 Re*integratio conceditur Eccleſiæ etiamſi Præ-*
latus ſacta proprio à poſſeſſione ceciderit.
9 *Clauſula ſalvis juribus illa præſervat.*
10 *Empta pro aliquo loco etiam ex aliena pecunia*
illi acquiruntur.
11 *Hiſtoria circa Bullam ſuppreſſionis Conven-*
tuum, *facta ob Innocentio X.*
12 *Bona ſuppreſſorum Conventuum uſibus piis ap-*
plicanda.

13 Pa

13 *Papa, quamvis Dominus bonorum Eccleſiarum, ſolet habere rationem voluntatis fundatorum.*

14 *Applicatio bonorum demandata per hanc Bullam, fit ipſo jure.*

15 *Suppreſſo Conventu, non tenetur ad debita ante ſuppreſſionem contracta.*

16 *Suppreſſa Religione, Religioſi non ſolvuntur ab obſervantia votorum.*

Eſt repetita dec. 231. p. 14. *recent. & coram Emerix ſen. dec.* 91. confirmata in parte, & in parte reformata inferius *deciſ.* 23. ubi adeſt reſolutio etiam ſuper hic reſervatis.

DECISIO XX.

AD formam Conſtitutionis ſan. mem. Innocentii X. ſuppreſſo parvo contentu B. Mariæ Virginis nuncupat. del Calcinario Cortonen. & applicatis per ſententiam ordinarii illius bonis Seminario Cortonæ, Canonici Regulares Congregationis S. Salvatoris de Bononia, qui dictum conventum inhabitabant, appellarunt ad A. C. à quo lata ſententia reintegrationis tantum ad nonnulla bona, fuit deinde cauſa appellationis utrinque interpoſitæ mihi commiſſa; Unde propoſui dubium, An, & ſuper quibus bonis eſſet danda Canonicis reintegratio,
2 & cum non poſſet controverti antiqua Canonicorum poſſeſſio, & moderna ſeminarii, quæ ſunt duo extrema neceſſaria in hoc judicio, *cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. ubi Abb. n.* 17. *Innoc. n.* 7. *&* Rota *dec.* 42. *n.* 1. *p.* 9.

Primo ad prædium relictum ab Andrea de Baldacchinis, quia cum iſtum legatum fuerit Canonicis his verbis: *quod ſi aliquo caſu evenerit, quod fratres, & Canonici prædicti in dicta Eccleſia S. Mariæ del Calcinario non ſteterint, vel ibidem non habitaverint, quod dictum prædium ſit, & eſſe intelligatur dictorum fratrum & Canonicorum Regularium dicti ordinis S. Salvatoris, ubi fuerint, ſteterit, vel moram tenuerint*. Et dicti Canonici nunc exiſtant in Conventu principali S. Salvatoris Bononiæ, non potuit applicari Seminario contra expreſſam voluntatem Teſtatoris, quæ ſemper eſt ſervanda quotieſcumque ſervari poteſt, *l. cum ſub conditione §. quoties in fin. ff. de condit. juſtit. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Rota *in rec. dec.* 21. *n.* 5. *p.* 4. *to.* 1. *& dec.* 83. *n.* 17. *&* 18. *p.* 9.

Neque obſtat, quod Canonici non ſponte; ſed coacte, in executionem dictarum Bullæ ſuppreſſionis à prædicto Conventu B. Mariæ de Calcinario receſſerit, quia cum Pontifex noluerit immutare voluntates defunctorum, ut colligitur ex eadem bulla ibi: *ſalvis etiam juribus, quæ fundatoribus conventuum ſic ſuppreſſorum, &c. competunt*, & declaravit Sac. Congregatio Regularium, ac alias admiſit, *Rota in Narnien. ſuppreſſ. conventus* 5. *Maii proximi præteriti coram R. P. D. meo Bevilaqua §. non obſtat clauſula*. Utique ſequitur quod, ceſſante voluntatis commutatione facta per Papam,
3 diſpoſitio Teſtatoris omnino ſervari debeat ex quocumque caſu receſſus eveniret, præſertim quia ipſemet teſtator locutus fuit per illa verba:
4 *quod ſi aliquo caſu evenerit, &c.* quæ tanquam generalia comprehendunt quemcumque caſum ſive neceſſarium, ſive voluntarium. *Gloſſ. in clem.* 1. *de fo. compet. Surd. conſ.* 383. *num.* 12. *& dec.* 283. *num.* 7. *Tiraquell. in l. ſi unquam verſ. omnia n.* 14. *C. de revoc. donat. & late Barboſ. dictio: aliquis & aliquomodo*.

Minus dici poſſe videbatur, quod dicta verba, ubi *fuerint, ſteterint, vel moram traxerint*, intelligi debeant de exiſtentia Canonicorum in loco vicino dicto Conventui ſuppreſſo, ob onus eiſdem injunctum offerendi certas libras ceræ Eccleſiæ S. Margaritæ de Cortona; Nam contrarium apparet ex verbis ipſiuſmet oneris ibi: *quod Prior, & Vicarius dictorum fratrum, & Canonicorum Regularium ubicumque exiſtentium obligati ſint, &c.* Dictio enim *ubicumque* tanquam univerſalis comprehendit omnia loca, nec valet ad vicina tantum reſtringi, *ad tex. in*
5 *cap. ad honorem de auctor. & uſu pall. & in l. ubicumque ff. de interrog. action.* & notata per *Barboſ. ad eand. dict. n.* 1. & per *Roman. conſ.* 373. *num.* 2. *&* 3.

Secundo ad bona provenientia ex perſonis PP. Jacobi de Monte S. Mariæ, & Sebaſtiani Galeotti, quia cum iſta fuerint conceſſa ſolum ad uſumfructum conventui ſuppreſſo, reſervata in reliquis omnimoda proprietate ad favorem Monaſterii S. Salvatoris Bononiæ, addita ulterius expreſſa conventione, quod ſi contingeret Canonicos non morari in prædicta Eccleſia S. Mariæ de Calcinario dicta, uſuſfructus conceſſio ipſo jure revocata intelligatur, perinde ac ſi nunquam facta fuiſſet, ut latius *in*
6 *Summar. Canonic. num.* 4 Utique extincto dicto conventu per ſuppreſſionem ad inſtar mortis naturalis, uſus fructus remanſit conſolidatus cum proprietate, *§. finitur & ibi ſcriben. inſtit. de uſufruct. Boer. dec.* 170. *num.* 29. *Rota dec.* 120. *n.* 2. *p.* 9. *rec. & in aliis paſſim*.

Idque tanto facilius in præſenti, attenta voluntate Summi Pontificis ſupprimentis, qui nullum intellexit inferre præjudicium Monaſteriis principalibus, quibus de jure debentur
7 bona poſſeſſa per Conventus ſuppreſſos, ut declaravit *dicta Congregatio*, cui ſemper in ſimilibus caſibus Rota deferre ſolet, ut reſpondit coram *Merlin. dec.* 774. *in fin. verſ. quam declarationem, & coram Baratt. dec.* 479. *num.* 3. *& ibi Add. litt. B. & in Vicen. jurisdictionis* 2. *Maii* 1650. *coram Reverendiſs. D. meo Decano §. quia in caſu, & alibi paſſim*.

Neque ad impediendam Canonicis reintegrationem quicquam facit, quod ipſi facto proprio ceciderint à poſſeſſione per actualem dimiſſionem factam à ſuperiore Monaſterii; Nam ultra quod ſpeciale eſt in Eccleſiis, quod eidem
8 detur reintegratio, non obſtante quod ejus Prælatus, ſeu Rector facto proprio à poſſeſſione ceciderit, *Ripa in cap. ſane a num.* 14. *de reſtit. ſpoliat. Caputaquen. dec.* 170. *num.* 3. *& ſeq. p.* 3. *Rota in rec. dec.* 473. *n.* 6. *verſ quia fuit reſponſum p.* 2. *& dec.* 186. *n.* 26. *p.* 7. *& apud Poſth. de manut. dec.* 96. *n.* 4. In præſenti ceſſat omnis ſcrupulus, quia aſſerta dimiſſio fuit qualificata cum clauſula illa ſalutari *ſalvis tamen juribus*
9 *congregationi competentibus, & competituris* ex qua fuerunt ad hunc effectum ſatis præſervata jura Eccleſiæ, ut in his terminis tenuit *Rota in Comen* (a) *Juriſpat.* 20. *Aprilis* 1657. *§. neque hujuſmodi coram R. P. D. Priolo.*

(a) Eſt dec. 40. n. 8. cor. eod. Priol.

Quo vero ad bona empta cum pecuniis P. Generalis placuit denegandam eſſe reintegrationem, quia cum fuerint explicite empta pro Monaſterio, ſeu Conventu ſuppreſſo, illi quo-

que

que acquiſitum fuit eorum dominium, licet aliena pecunia empta fuerint juxta *tex. literalem in l. 1. & 2. & in l. 8. & 9. C. ſi alteri vel ſibi ubi communiter DD. Rota dec. 165. num. 1. & 9. poſt Conc. de cenſib.*; & per conſequens, tanquam propria Monaſterii ſuppreſſi, cadunt ſub diſpoſitione Bullæ.

10 Quo autem ad pretium terræ S.Marci venditum *Fratri Antonio Priori Conventus S. Mariæ de Calcinario pro dd. Canonicis Congregationis S.Salvatoris* de Bononia, & eorum Conventu, prout latius continetur in Inſtrumento Canonicorum *num.* 5. & Seminarii *num.* 9. Domini non fuerunt concordes, aliqui enim exiſtimabant Priorem emiſſe procuratorio nomine pro Monaſterio Sancti Salvatoris Bononiæ, & nomen Conventus S. Mariæ de Calcinario ſolum adjectum fuiſſe cauſa demonſtrationis; & exinde inferebant etiam quoad hoc dandam eſſe reintegrationem: alii vero totum oppoſitum ſentiebant, denegandam eſſe reintegrationem, quia exiſtimabant demonſtrativè dictum fuiſſe de Bononia, pro titulo Ordinis, & non pro Conventu Bononiæ, definitivè autem Priori Sanctæ Mariæ de Calcinario uti capiti dicti Conventus.

Utraque, &c.

ADNOTATIO.

SUppreſſionem parvorum Conventuum pro Italia, & Inſulis adjacentibus demandavit Innocentius X. in ſua Conſtitutione, quæ incipit Inſtaurandæ ſub die 15. Octobris Anno 1652. *Bullar. nov. in ord. la 27. tom.* 5. Et quia negocium hoc, prout debebat tranſivit per organum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, idcircò mandatum fuit Proſpero Fagnano ejuſdem Sacræ Congregationis tunc ſecretario, ut minutam ejuſdem Conſtitutionis conficeret, qua confecta, & tranſmiſſa per manus Cardinalium, & Prælatorum diſtinctis vicibus cum examine pluſquam ſexaginta dubiorum, ipſemet Pontifex per ſingulas partes expendit, & plura in eadem minuta Conſtitutionis adnotavit, moxque confecta fuit ipſa Bulla, & in Archivio S.Angeli repoſita, ut de
11 omnibus teſtatur ipſemet *Fagnan. in c. Prælatum de Cleric., vel Monach. num. 46. & plur. ſeqq.* ubi *num.* 47. ponit per extenſum eandem Bullam.

Ad ejuſdem Bullæ tenorem rectè hic narratur Ordinarium feciſſe applicationem reddituum ſuppreſſi Conventus ad favorem Seminarii, quia licèt in executionem ejuſdem Bullæ commiſſum fuerit Epiſcopo, ut una cum Capitulo ſuæ Cathedralis referret, quibus piis uſibus exiſtimaret eſſe applicanda bona cujuſcumque Conventus ſuppreſſi, attamen injunctum fuit, ut præcipuam rationem haberet nonnullorum piorum operum, inter quæ manutentio Seminarii peculariter nominatur, ut re-
12 fert *Fagnan. in d. cap. Relatum ne Cleric. vel Monach. num.* 62.

Et quamvis Papa poſſit omnes res, & bona omnium Eccleſiarum Orbis adminiſtrare, & diſponere pro libito ſuæ voluntatis, tanquam dominus omnium Eccleſiarum, *Bald. conſ. 24. in*
13 *princ. lib. 2. & conſ. 175. Papa ſive Eccleſia Romana d. lib. 2. Corno. conſ.* 339. *videtur num. 5. volum. 1. c.* cum aliis abundè relatis per eundem *Fagnan. in d. cap. relatum n. 26. & plur. ſeqq.*

Attamen in eadem Conſtitutione ad abundantiorem cautelam fuit appoſita clauſula, quæ indicatur in *hac deciſione* §. Neque obſtat ibi: *ſalvis etiam juribus, quæ fundatoribus Conventuum ſuppreſſorum, vel aliis è Sacrorum Canonum præſcripto, vel ex Privilegio Apoſtolico quomodolibet competunt*, ut advertit idem *Fagnan. ubi ſupra ante n.* 41. quo loci videri poterit per extenſum relata narratio totius hiſtoriæ ad ejuſmodi ſuppreſſionis materiam pertinentis.

Ejuſmodi Conſtitutionis occaſione, alterius controverſiæ habetur mentio *in deciſ. 1273. cor. Emerix jun.* ubi quod generalis applicatio bonorum ad ſuppreſſos Conventuum antea ſpectantium fit per Bullam ipſo jure, & nihil aliud requiritur quam ſimplex deſignatio loci Pii, cui eadem applicatio fieri intendatur, unde etiam ſi approbetur ſimpliciter per Sac. Congregationem, vel Summum Pontificem, & demandetur ejuſdem applicationis executio, quãvis in facto non appareat de actuali executione, attamen ad quoſcunque juris effectus habetur pro completa, nec Epiſcopus, nec quivis alius poteſt amplius præiudicare loco Pio, ad cujus favorem executio demandata fuerat, ut
14 in terminis unionis factæ ad favorem Seminarii erigendi plene decidit eadem *Rota in d. deciſ. 1273. cor. Emerix jun.* ſuppreſſo tandem Conventu, & tranſlatis bonis eiuſdem in alterum poſſeſſorem, Conventus ſuppreſſus non tenetur ſolvere debita contracta ante ſuppreſ-
15 ſionem. ſed poſſeſſor, cui bona fuerunt applicata Bordon. *conſil.* 61. ubi dicit, quod Bulla prædictæ ſuppreſſionis non ſatis bonum habuit effectum.

16 Circa ſoppreſſionem in genere eſt, adnotandum, quod ſuppreſſa Religione, non ſolvuntur Religioſi ab obſervantia Votorum, niſi Papa etiam cum eis diſpenſet *Donat. tom. 1. rer. regul. p. 2. tract. 8. q. 48. Paſqualig. ad Laur. de Franc. p. 1. n.* 971. & reſolutum fuit in Sac. Congregatione Concilii 13. Maii 1679. occaſione ſuppreſſionis factæ à Clemente IX. Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga, ut refert Eminentiſſimus D. Card. Petra ad Conſtitutiones Apoſtolicas, *tom. 4. conſtitutio 5. Benedict. XIII. ſect. 1. n. 29. fol. mihi* 156.

R. P. D. OTALORA

Firmana Servitutis.

3. *Martii* 1665.

ARGUMENTUM.

Servitus feneſtras non aperiendi probatur per teſtes deponentes de antiqua tranſactione cum aliis conjecturis.

SUMMARIA.

1 *Servitutem allegans debet eam probare.*
2 *Et id per teſtes, inſpectionem, & conjecturas.*
3 *Teſtes deponentes de audita ultra annos 40. cum adminiculis plenè probant.*
4 *Feneſtræ altitudo cum ferratis cancellis indicat prohibitionem alias ad proſpectum non operiendi.*
5 *Diuturnitas, & aliæ conjecturæ junctæ probant ſervitutem.*
6 *Teſtes in ſecunda examine reſpondentes nihil ſcire, poſſunt intelligi ultra id quod in primo examine.*

7 *An-*

Digitized by Google

7 *Authorum ſpecificatio in civilibus non requiritur.*
8 *Teſtis ob paupertatem non repellitur.*
9 *Servitus impoſita in re certa, & habente cauſam continuam, dicitur realis.*

Præſens Deciſio confirmatoria præcedentis *dec.*15. eſt repetita in *dec.*226. *p.*4. *recent.*

DECISIO XXI.

(a) Supra dec.15. FUndamenta *deciſionis editæ ſub die* 21. *Maii* 1664. *coram* (a) *Reverendiſs. Gerunden.* qua firmatum fuit conſtare de duabus conformibus ad favorem Hieronymæ ſuper ſervitute domus Ludovici non aperiendi feneſtras, ejus atrium reſpicientes, viſa fuerunt Dominis ſubſiſtere, non obſtantibus noviter deductis.

Nam licet ſervitutem allegans gravetur onere illam probandi plenè, & concludenter, cum omnis præſumptio juris ſtet pro libertate, ut
1 dixit *Rota dec.*596. *num.*1. *& deciſ.* 621. *nu.* 2. *p.* 5. *tom.* 2. *rec.* & ſi ea ſit inducta per pactum clarum, & expreſſum. *Grat. diſcept.*572. *num.* 58. *&* 61. *Ciarlin. controv. for. cap.*182. *nu.*12. *Andreol. controv.* 188. *num.* 2. Hæc tamen probatio non minus dari poteſt per teſtes, quam
2 per conjecturas, & ſigna ex inſpectione loci reſultantia, ut tenet *Bart. in l.* 1. *§. hoc interdictum n.*9. *ff.de itiner. actuque privat. Capablanc. de Baron. pragm.*24. *n.*13. *& ſeq. Pancirol.conſ.* 74. *n.*4. *&* 5. *Caſanat.* qui loquitur de ſervitute negativa *conſ.*38. *n.* 48. *Cyriac. controv.* 28. *n.*23. *Grat. diſcept.*681. *n.*6. *&* 7. ubi quod ſufficiunt conjecturæ etiam leviſſimæ, & veriſimilitudine, & inditia, quæ alias non admitterentur. *Theſaur. dec.* 16. *nu.* 4. *verſ. ſed quoniam. Cepoll. de ſervit. Urban. præd. c.* 40. *n.* 23. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1220. *n.* 9. *&* 10. ubi quod hoc judicio arbitrio plurimum remittitur *vol.* 2.

Utraque enim probatio concurrit in præſenti, nam plures teſtes formiter examinati deponunt audiviſſe ab anteceſſoribus Ludovici, quod ex cauſa tranſactionis initæ cum Tibaldis auctoribus Hieronymæ, ipſi prohibiti fuerant aperire novas feneſtras dictum atrium reſpicientes, *ut in Summar. Hier.n.*1. qui teſtes cum
3 deponant de antiqua ultra annos 40. & ſint adminiculati ex aliis duobus ad perpetuam rei memoriam, plene probant licet ſint de auditu. *Gabriel.de teſtib. concluſ.*3. *Puteus dec.*78. *lib.*1. *Seraph. dec.*799. *n.*2. *Barati. deciſ.*172. *n.*13.

Ex inſpectione vero plantæ ponderatum fuit quod in muro veteri domus Ludovici verſus
4 atrium duæ antiquitus feneſtræ apertæ fuerunt quarum una conſpicitur obturata lapidibus multis ab hinc annis, altera vero adeo in altum poſita, atque ita vitreis, & cancellis ferreis recluſa, ut potius ad lumen, quam ad proſpectum deſervire videatur, ut pariter deponunt teſtes *d. Summ. num.* 1. Ex quibus non leve deſumitur argumentum ſervitutis, & prohibitionis feneſtras non aperiendi, ut ponderat *Theſaur. dec.* 16. *n.* 14. *prope fin. Cepoll. de ſervit. Urb. præd. cap.* 62. *n.* 11. *Rota in* (b) *Camerinen. juris fabricandi* 27. *Junii* 1635. *coram bo. mem. Dunozetti*; & quatenus ſingula per ſe ſumpta de neceſſe ſervitutem non concluderent, tamen conſiderata ſimul cum prædictorum teſtium depo-
5 ſitionibus, & temporis diuturnitate, aliiſque conjecturis in deciſione hujus cauſæ perpenſis plene probant, cum in materia probationum procedat regula, ſingula, quæ non proſunt unita juvant. *Gregor. dec.*245. *num.*2. *& ſeqq.*

(b) Dec.404. ex Dunoz.jun.

Non obſtat quod duo ex dictis teſtibus interrogati in ſecundo examine ſuper dicta conventione depoſuerint nihil ſcire; quia ad evi-
6 tandam contrarietatem poſſunt intelligi, quod neſciant aliter quam dixerint in primo examine, *Vermiglial. conſ.*149. *n.*4. *Gregor. deciſ.* 248. *& ibi Add. n.*16.

Minus refert, quod tertius teſtis deponens de auditu nõ prodet authores, à quibus audiverit,
7 alii vero pauperes ſint; Nam in civilibus ſpecificatio authorum non requiritur. *Caputaquen dec.*7. *p.*2. *& dec.*29. *p.*3. *Rota dec.*96. *n.*22. *p.*4. *tom.*2. *& dec.*190. *n.*20. *p.* 6. *rec.* Paupertas au-
8 pertas autem non repellit teſtem à teſtimonio, ex adduct. *per Barat. dec.*359. *n.*14.

Denique ſubſiſtit, quod dicta ſervitus tanquam impoſita in re certa, & determinata, & cum pacto habente cauſam continuam ſcilicet ne atrium proſpiciatur, dicitur realis, & ſic
9 tranſitoria in quoſcumque ſucceſſores, non autem perſonalis, *ex congeſtis in deciſione, quæ revidetur §.nam cum.*

Et ita ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

VIdenda ſunt ea, quæ ſuperius diximus in *dec.* 15. ad quam abſque inutili repetitione ſufficiat relationem habere.

R.P.D. BEVILAQUA

Calaguritana Dimidiæ Portionis de Aro.
1. *Julii* 1665.

ARGUMENTUM.

In numero electorum habendus eſt, qui juſta infirmitatis cauſa diſtat, & procuratorem, ut fas eſt, ad eligendum conſtituit.

SUMMARIA.

1 *Præſentatus a majori parte eſt præferendus.*
2 *Abſens juſto impedimento poteſt procuratorem ad eligendum conſtituere,*
3 *Febris à medica probata eſt juſtum abſentiæ impedimentum, ut procurator ad eligendum conſtitui valeat.*
4 *Electio Canonica (ſeclusa infirmitate) præſentiam electorum expetit.*
5 *De Collegio eſt vocandus Procurator ad eligendum.*
6 *Diſtantia neceſſaria ultra duas dietas, excuſat ab acceſſu ad eligendum.*
7 *Abſentia etiam ubicumque excuſat ad id, ubi adeſt infirmitas.*
8 *Juramentum de electoris infirmitate à Procuratore delatum tollit dolum, & ad tempus conſtitutionis refertur.*
9 *Febri quartana, vel tertiana laborans non dicitur ſanus, & ab itinere excuſatur.*
10 *Phyſicorum indicio ſtandum eſt in iis, quæ ad infirmos pertinent.*
11 *De Electione facienda per Mandatum Procuræ,* Remiſſive.

Sententia, de qua hic habetur ſermo, lata fuit prævia *Dec.*82. *cor: Ninat, & dec.*87. *cor.eodem,* & fuit confirmata *in dec.*374. *par.*14. *Recen.*

DECISIO XXII.

SEntentiam Rotalem à Reverendiſs. Gerun-
den. Locumtenente promulgatam ſuper ad-
judicatione dimidiæ portionis, de qua agitur,
in gradu appellationis uti validam, & juſtam
Domini confirmandam eſſe cenſuerunt. Vali-
ditas reſultat ex actis, Juſtitia vero, ex eo quia
ex undecim beneficiatis jus præſentandi ha-
bentibus, ſex in ipſum Lopez concurrerent,
unde merito in inſtitutione venit præferendus
1 Nicolao colliriganti à quinq. tantum præſenta-
to, *c. 3. ubi gloſ. in verb. majoribus Cardin. & Abb. num. 13. de jurepatr. Modern. Piſan. eod.*
tract. lib. 12. cap. 8. num. 1. Rota coram Merlina
dec. 733. num. 1. & in Sulmonen. (a) *Beneficii*
10. Martii 1649. §. de Juſtitia vera coram bo.
me. Arguelles.

(a) Dec. 81. cor. Arguell. & dec. 193. p. 10. rec.

Non obſtat quod ad explendum dictum nu-
merum fuerit votum connumeratum Jo: Mariæ
alterius beneficiati abſentis, & mediante Pro-
curatore ad id conſtituto traditum contra for-
2 mam *text. in cap. quia propter 42. in §. illud de*
elect. & electi poteſt. prohibentis abſenti con-
ſtitutionem Procuratoris, qui vices ſuas in eli-
gendo expleat. *Garz. de benefic. p. 5. cap. 9. nu.*
227. cum ſeq. Rota coram Mantica dec. 168. in
princ. Nam quotieſcumque commorans in loco,
ubi poſſit certiorari, ſed juſto impedimento de-
tentus, accedere nequit, tunc ex diſpoſitione
ejuſdem *textus* ipſi permittitur alteri ex Colle-
gio vices ſuas committere, ut ad literam ibi de-
ciditur, & probant ſcribentes, & ſignanter
Ant. de Butr. n. 13. Jo: Andr. n. 44.

In propoſito autem juſtum, & legitimum
Joannis impedimentum, quod eſt unum ex præ-
ſcriptis requiſitis, non poteſt in dubium revoca-
ri; quia ex atteſtatione medici relata in *Summ.*
n. 4. & adminiculata ex narrativa mandati pro-
3 curæ conſtat quod de tempore præſentationis
febri erat oppreſſus. *Bart. in l. contumaciam §.*
pœnam ff. de re judic. & in l. 1. ff. de Inſt. Rota
dec. 519. n. 8. p. 2. rec. ob quam abſque dubio
fuit juſta de cauſa impeditus accedere per ſe
ipſum, & neceſſe ei fuit conſtituere Procurato-
rem, qui ſuo nomine præſentaret, *c. ſi ægro ſub*
6. q. 3. cap. querelam de procur. gloſ. in d. cap.
quia propter verſ. vel propter infirmantem de
elect. Gomez. in regul. de infirmit verſ. 37. pri-
vilegium.

4 Sicut, & incontrovertibile viſum fuit quod
Joannes, licet in Diœceſi Toletana poterat præ-
ſentationi intervenire, nam ſtatim ac ſibi inno-
tuit vacatio hujus dimidiæ portionis, iter arri-
puit, ſed infirmitate oppreſſus, & in Civitate
Toletana permanere coactus ſub die 26. No-
vembris 1661. Procuratorem conſtituit, à qua
die uſque ad 16. Februarii ſequenti anni, quo
deventum fuit ad actum præſentationis, ſicuti
ſecluſa infirmitate Joannes omni commodo ac-
cedere poterat, & cum aliis beneficiatis fuiſſet
admiſſus ad nominandum, quod in effectu in-
ſpicitur ad canonicam electionem, ut notant
Modern. à Sextula de elect. cap. 1. n. 38. & alii
relati in 1. dec. Reverendiſs. Gerunden. §. quoad
ſecundum; ita potuit admitti Procurator de
5 Collegio, cui tali cauſa vices ſuas committere
licuit, *ex tracit.* & tradit *Lotter. de re benefic.*
lib. 2. q. 19. n. 32. cum duob. ſeqq.

Et hinc fit non afficere quod oppidum de
Aro, in quo vacavit dimidia portio diſtet per
200. miliaria ab illo de Capilla, ubi Joannes
6 curam animarum exercebat, ita ut ratione di-
ſtantiæ, & morari extra Diœceſim Calagurita-
nam ultra duas dietas, non erat ad eligendum
vocandus, *cap. inter univerſos de elect.* Nam eo
ipſo, quod venire poterat antequam fieret
præſentatio, & de facto Procurator cum man-
dato ſub dicta die 16. Novembris facto, & ex-
7 hibito præſentavit, non eſt curandum ubicum-
que exiſteret, quia ſemper remanet verifica-
tum, quod commode erat venturus tempore
congruo, niſi dictæ infirmitatis cauſa fuiſſet
impeditus, ut *per text. in cap. Geneſi 55. de elect.*
& cap. quanta 63. diſt. probant. Zabarell. in cap.
coram verſic. ſed hodie Imol. ſub n. 2. de elect. &
melius *Gregor. Tholoſ. de elect. cap. 18. tit. de va-*
cat. abſent. n. 13. Bertacchin. de Epiſc. l. 1. q. 3.
ſub num. 9. verſ. item extra Provinciam Gu-
lielm. Mandoſot. de elect. p. 1. c. 5. inter tract.
magn. tom. 15. p. 1. Samuel eod. tit. tract. 1. con-
tr. 3. concluſ. 8.

Non ſubſiſtit, quod Procurator defecerit ju-
rando ſuper impedimento Jo: conſtituentis ex
capite infirmitatis de tempore præſentationis.
Tum quia oppoſitum oſtendunt verba illa *ju-*
8 *rante contenta in mandato eſſe vera*, quæ prola-
ta de dicto tempore electionis, ad illud ſunt
referenda, ad excludendum, quod alias doloſe
uti voluerit facultate ſibi commiſſa abſque ali-
qua ſua utilitate. *Cravett. conſ. 8. n. 13. Meno-*
ch. conſ. 98 n. 23. Tum etiam quia attenta qua-
litate febris quartanæ, qua Joannes vexabatur
de ſui natura longo tempore duraturæ præſer-
9 tim hyemali, etiam diebus, quibus vacabat, non
dicebatur ſanus, ut reſpondet *Juris Conſult. in*
l. qui tertiana, & quartana 53. ff. de Ædil. Edic.
Nec propterea permiſſum fuit iter proſequi, ut
teſtantur Phyſici, quorum judicio ſtandum eſt
Specul. in §. videndum reſtat. n. 27. de probat.
10 *Maſcard. eod. titul. concluſ. 1039. n. 2.*, & veri-
ſimiliter fuiſſet profecutus, niſi morbo detentus.

Ex quibus & aliis deductis in (b) *Deciſioni-*
bus Reverendiſs. Gerunden. ſub diebus 28. No-
vembris 1664. & 16. Martii hujus anni, in qui-
bus ſunt ſublata alia objecta denuo repetita,
Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis
reſponderunt.

(b) Dec. 82. et 87. coram Ninot.

Utraque, &c.

ADNOTATIO.

HAbetur *in hac deciſione* de ſuffragio ferendo
per Abſentes in Electionibus, de quo vide
ſuperius *cap. 12. num. 45. fol. 138.* ulteriuſque
n. 59. & 60. fol. ſeqq. habetur dè Infirmis, de
quibus agitur in præſenti Deciſione, in qua
cum præcipua Concluſio ſit de ægrotantibus,
11 qui poſſunt Votum ſuum dare in Electioni-
bus per Procuratorem; ideò ſuper hoc viden-
dus *Fagnan. in cap. quia propter de elect. n. 5.*
tom. 1. ubi præcisè notat; quod in caſu legitimi
impedimenti non mittitur Votum in ſcriptis
per Procuratorem; ſed Procurator conſtituitur
ad eligendum cum generali Mandato; ut alias
cenſuit Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Re-
gularium.

R.P.

R. P. D. EMERIX

Cortonen, Suppreſſionis Conventus, 1. Julii 1665.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur Conventus ſuppreſſi bona remanere ſub libera Pontificis diſpoſitione: relicta contemplatione Religionis illi acquiri, ſecus vero eſſe, ſi à ſpeciali Priore fuerint quæſita.

SUMMARIA.

1 *Relictum Eccleſiæ, & fratribus alicujus Religionis videtur ipſi Religioni relictum.*

2 *Suppreſſæ Religionis bona remanent ſub Papæ dominio.*

3 *Monaſteria ſita in loco incongruo ſolent ad meliorem transferri.*

4 *Relicta reſpectu certi loci, an eo mutato debeantur.*

5 *Dictio* ubicumq; *reſtringitur ſecundum ſubjectam materiam, ac mentem diſponentis.*

6 *Suppreſſo conventu jus univerſitatis dicitur extinctum.*

7 *Et uſusfructus conſolidatus cum proprietate.*

8 *Declarationes Sacræ Congregationis Regularium* Rata *reverenter amplectitur.*

9 *Bona empta pro Monaſterio ſuppreſſo illo acquiruntur. Maxime ſi perveniant ex pecuniis* P.Generalis: *qui id poteſt facere* n. ſeq.

11 *Derogatum regulæ de jure quæſito non tollendo abſque ſpecifica expreſſione minime cenſetur.*

12 *Prior alicujus Conventus emens illi acquirit.*

13 *Dictio* de aliquo loco, *puta de* Cortona *totum contractum qualificat.*

14 *Obſervantia declarat antecedentia.*

15 *Canonici Regulares Sancti Salvatoris appellari ſolent de Bononia.*

Vide ſuperiorem *Deciſ.*20. in eadem cauſa, de qua in præſenti *Deciſion.*, quæ eſt repetita *coram Emerix ſin.* 123. *& poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.*220., *& inter recent. deciſ.* 363. *par.* 14.

DECISIO XXIII.

POſt ſecundam cauſæ propoſitionem, & ſtrictam & particularem informationem ſuper prædio Baldacchini, & aliis emptis ex pecuniis P.Generalis, hodie reſponſum fuit quoad prædium Baldacchini reformandam eſſe deciſionem editam coram me ſub die 28. Novembris proximi præteriti: in reliquis confirmandam eſſe, & quoad prædium Sancti Marci reſervatum in deciſione non eſſe dandam Canonicis reintegrationem.

1 Ratio reſolutionis quoad prædium Baldacchini fuit, quia ejus diſpoſitione attentius ponderata, patet quod prædium iſtud legatum fuit Eccleſiæ, & fratribus Conventus B.Mariæ de Calcinario Cortonen. Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris de Bononia, non uti ſingulis, ſed uti univerſis Eccleſiam, & Conventum repræſentantibus, tam juris præſumptione, *juxta tex. in l. annua §. Attio ff. de annu. leg. Grat. diſc.*523. *n.* 16. *&* 18. *Rata in rec. dec.*309. *n.*11. *&* 13. *p.* 6. *& dec.* 76. *n.* 15. *&* 16 *p.*7.

Quam ex circumſtantiis ejuſdem legati, & partim, quia Baldachinus Canonicos gravavit perpetuis oneribus, ad quorum implementum nullo modo conſiderari poſſunt uti ſinguli, ſed tanquam univerſi conſtituentes Monaſterium, quod nunquam moritur, maxime cum onera prædicta eſſent implenda à Priore, & Vicario, quorum officia non aliter dici poſſunt perpetua, quam habito reſpectu ad Monaſterium, quo ex Pontificia auctoritate ſuppreſſo, bona dicuntur vacare, & remanent ſub dominio Eccleſiæ univerſalis, & Papæ, ex cujus proin-
2 de mandato juxta formam Bullæ ſuppreſſionis legittime applicata fuerunt Seminario, *ex notat. per Bartol. in l. ſicut §. fin. ff. quod cujuſq; univerſitatis nomine n.* 5. *verſ. ſi eſt collegium clericorum, & in l.*1. *§.municipes n.*3. *ff.de acquir. poſſeſſ.* quem ibi ſequitur *Jaſ. n.* 9. *Modeſtin. Piſtor. conſ.* 47. *n.* 65. *& ſeqq. lib.* 2. ibi: *quando Eccleſia ſeu Collegium deſtruitur authoritate ſuperioris ut puta Papæ vel Epiſcopi, bona ipſius deferuntur tanquam vacantia fiſco Papæ*: *P.* Jo: *Cruſius in eius comment. Hoyan. tract.*2. *quæſt.*1. *princ. cap.*1. *§.* 3. *num.* 104. *fol. mihi* 23. *& quæſt. princ.* 4. *cap.*2. *§.* 5. *num.* 25. *fol.*632.

Non obſtant illa verba eidem legato adjecta: *quod ſi aliquo caſu evenerit quod fratres, & Canonici prædicti in dicta Eccleſia S. Maria del Calcinario ſteterint, vel ibidem non habitaverint, quod dictum prædium ſit, & eſſe intelligatur dictorum fratrum, & Canonicorum Regularium dicti ordinis Sancti Salvatoris, ubi fuerint ſteterint, vel moram fecerint.* Quia conditio hæc verificationem dumtaxat aſſumere poteſt in caſu, quo Canonici S. Mariæ del Calcinario unum corpus conſtituentes ex aliqua cauſa mutarent incolatum, novum Monaſterium alibi conſtituentes, quem caſum veriſimiliter prævidens pius teſtator, ex eo quod tunc Monaſterium eſſet ſitum in quadam valle extra Civitatem. *Summ. Seminarii præter. poſit. n.* 8. & Monaſteria ſita in loco incongruo vel aeris non ſalubris, ſoleant ad meliorem, & ſalubriorem locum transferri *ad not. per DD. in*
3 *c.*1. *de exceſſ. Prælat. in* 6. *Rata in rec.dec.*361. *n.*3. *&* 4. *p.*5. *tom.* 2. moveri potuit ad ita diſponendum prudenter adjiciendo præfatam qualitatem ad tollendam dubietatem ac diſpu-
4 tationem an relicta reſpectu certi loci debeantur loco mutato juxta *de Seraph.*119. *n.*2. non autem ad ſignificandum quod intenderet legare Canonicis uti ſingulis, contra præſumptionem juris, & ſuperius immediate deducta.

Neque contrarium ſuadet dictio illa *ubicumque* in deciſione ponderata *§.minus dici poteſt*, quia hujuſmodi dictio licet univerſalis,
5 reſtringitur tamen ſecundum ſubjectam materiam, vel ſecundum mentem diſponentis ad locum ubi materia, de qua agitur, procedere poteſt illam declarando tradunt *Barboſ.de diction. dict.*413.*n.*1.*in fi.Card.Tuſch.pract. concluſ. lit. D.concluſ.*391.*n.*4.*& Gemin. conſ.*92. *num.*2. & quando etiam univerſaliter intelligenda eſſet, ſolum locum habere poſſet in caſu, quo ſecundum diſpoſitionem Teſtatoris Monaſterium vel Monachi uti conſtituentes unitatem tranſlati eſſent, non autem quando Conventus per ſuppreſſionem remanſit penitùs extinctus & Canonici in varia loca diviſi, amplius jus univer-
6 ſitatis non habent, nec uti tales congregari

poſſunt, ut in ſimili advertit Rota in *recent. dec.351.n.11.& ſeqq.p.6.& dec.99. num.7.& 8. par.7.*

Quo vero ad bona provenientia ex perſonia PP. Jacobi de monte S. Mariæ, & Sebaſtiani Galeotti, ad quæ Canonicis S. Salvatoris Bononiæ conceſſa fuit reintegratio, viſa ſunt ſubſiſtere fundamenta deciſionis: dum enim fuerunt conceſſa Monaſterio de Calcioario ad uſusfructuandum, reſervata omnimoda proprietate, & dominio ad favorem Monaſterii Bononiæ hoc addito, quod ſi contingeret Canonicos non morari in prædicta Eccleſia B. Mariæ de Calcinario, tunc & eo caſus uſusfructus ipſo iure expiraret ac ſi nunquam conceſſus fuiſſet, ut latius *in Summar. Canonic. dat. dic. dec. n.4.* Utique Conventu Calcinariæ per ſuppreſſionem extincto, uſusfructus, ut ſupra conceſſus, conſolidatus remanſit cum ſua proprie-
7 tate ad favorem Monaſterii Bononiæ proprietarii, *§. finitur inſtit. de uſufr. cum aliis in dec. hujus cauſa relatis §. n. ad bona.*

Nec prædictæ concluſioni obſtat, quod ſuppreſſio Monaſterii facta fuit à Papa, & quod Canonici receſſerint de ejuſdem mandato, quia cum Papa in Bulla expreſſe præſervaverit jura Monaſterii principalibus, nullum propterea præjudicium intulit Monaſterio Bononiæ, ut etiam alias declaravit Sacra Congregatio ſuper
8 ſtatu Regularium, cujus declarationes Rota reverenter amplectitur; ut dixit coram *Burat. Merlin. & aliis adduct. in dec. cauſæ, §. idque tanto facilius.*

Neque refert, quod pro parte Canonicorum non fuerit probata identitas bonorum ad uſufructuandum ut ſupra conceſſorum, quia hoc reſpicit executionem decretæ reintegrationis particulariter diſcutiendam ante illius expeditionem.

Subſiſtere quoque deciſionem abſque difficultate hodie DD. exiſtimarunt reſpectu bonorum acquiſitorum ex pecuniis P. Generalis ad quæ Canonicis denegata fuit reintegratio: quia uti expreſſe empta pro Monaſterio ſuppreſſo, illi quoque acquiſita fuerunt, ut præter aucto-
9 ritates in *dec.* adductas dixit *Rota dec.241. n.6. par.2. rec.* Maxime dum emptio non legitur facta cum pecuniis Religionis, ſed propriis ipſius Patris Generalis, cui propterea licuit ex propria liberalitate eadem bona aſſignare Monaſterio ſuppreſſo juxta doctrinam *Cord. in Clem. 1. §. ſed & tales in p. notab. de vit. & honeſt. Cleric.*
10 *Rota dec.772. n.4. p.1. diverſ. & coram Duran. dec.174. n.5.* ſtantibus præſertim indultis Apoſtolicis eidem conceſſis à fel. recordat. Urbano PP. VIII. & enunciatis in hodierno *ſummaria Seminarii n.1.* in quibus id eidem non ſolum permittebatur.

Non relevat igitur decretum Religionis factum anno 1699. confirmatum a Sacra Congr. Regularium & à Sanctiſs. D. N. quod ſpolia Defunctorum Canonicorum hujus ordinis S. Salvatoris Bononiæ ſpectare debeant ad univerſam eorum Religionem, quia ſub illo non comprehenduntur hæc bona longe antea ex diſpenſatione Urbani VIII. acquiſita Monaſterio Cortonæ, cui Sanctiſs. D. N. non præſumitur voluiſſe præjudicare, obſtante regula de jure quæſito non tollendo, cui nunquam cenſetur derogatum, niſi ſpecifice id exprimatur, *Garz.*
11 *de benefic. p.5. cap.4. n.163. Rota coram Seraph. dec.1082. n.7. & ſeqq. & late Add. ad dec. 217. n.1. & ſeqq. p.9. rec.*

Denique quoad prædium S. Marci in deciſione reſervatum DD. putarunt non eſſe dandam Canonicis reintegrationem; Tum quia uti
12 emptum Cortonæ à Priore Conventus ejuſdem civitatis, eidem Conventui acquiſitum dicitur *Rota in rec. dec.241. n.6. p.6.* præſertim quia acceptatio ex parte Prioris ementis facta fuit nomine Conventus, qui immediate ante fuit ex
13 ipſo expreſſus cum qualitate *de Cortona*, quæ tanquam prædominans qualificatorum contractuum juxta theoricam *Baldi in l. Procurator qui pro evictione 67. in fi. ff. de procurator Ruin. conſ. 94. n.6. in fi. lib.1. Gabr. conſ. 71. n.2. in princip. lib.1.* Tum etiam quia Monaſterium Cortonæ d. prædium ſemper poſſedit, ex qua obſervantia ſubſecuta declaratur quid actum fuit
14 in præcedenti contractu, *ad tex. in l. ſed Julianus §. proinde ff. ad S. C. Maced. Alciat. conſ. 107. n.4. lib.8. & Rota dec. 365. n.1. in fi.* Minime refragante quod in inſtrumento ex parte venditoris fuerit dictum *vendidit, &c. Canonicis Regularibus S. Salvatoris de Bononia*: exinde enim argui non poteſt venditionem fuiſſe factam Congregationi, & Canonicis exiſtentibus Bononiæ, quia poſtea ſequuta fuit explicita acceptatio Prioris pro Canonicis & Conventu ante expreſſo, cum illa qualitate *de Cortona*; & ideo dicta verba prolata ex parte venditoris ſtant ſolummodo demonſtrative: cum æquè bene denominatio illa *Canonicis Regularibus S. Salvatoris de Bononia* congruat etiam fratribus dicti Conventus de Cortona, qui omnes ita ſolent appellari, ut patet ex Conſtitutionibus Apoſtolicis relatis pe *Barboſ. appel.*
15 *147. n.15.* ex eo quod iſte ordo cœpit Bononiæ anno 1408. ut teſtatur *P. Bordonus reſol. regul. tom.2. reſol.85. n.9.* & in dubio verba ſtare potius demonſtrative, quam taxative judicari debet. *Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. dec.516. n.8. & in Piſauren. Maioratus 16. Januaris præteriti 5.1. coram R. P. D. meo Taja.*

Et ita, &c. utraque, &c.

ADNOTATIO.

Circa materiam diſcuſſam in *præſenti Deciſione*, vide adnotata ſuperiùs *in dec.20. ex n.11. uſque ad finem* ad quam abſque inutili repetitione ſufficit ſe remiſſive habere.

R. P. D. BOURLEMONT,

Piſana Tenutæ

23. Januarii 1766.

ARGUMENTUM.

Confinium requiritur probatio in judicio cujuſdam corporis poſſeſſorio.

SUMMARIA.

1 *Probationes urgentiores cæteris præferendæ.*
2 *Veritas cui aſſiſtit, illi adjumentum ad obtinendum præſtat.*
3 *Confines incerti & generici non attendendi, ſed requiruntur ſpecifici.*
4 *Diverſitas bonorum arguitur ex locorum diverſitate.*
5 *Identitas loci juribus, ac teſtificationibus probatur.*
6 *Poſſeſſio ſpecifica, & individua eſt præferenda.*

7 *Ex-*

Digitized by Google

7 *Expreſſio in libello monitorii, & actibus judicialibus juvant in poſſeſſoria.*

8 *Singula quæ non proſunt, juncta juvant.*

9 *Nomen loci non eſt curandum, data ex confinibus identifica poſſeſſione.*

10 *Ennunciativæ probationem concludentem non elidunt.*

11 *Pro petitorio caret judex juriſdictione, attentis pro poſſeſſorio terminando proteſtationibus.*

Hæc Deciſio eſt repetita *in Recen. deciſ.* 387. *par.* 14. & eſt coofirmata inferiùs in *dec.* 36.

DECISIO XXIV.

POſt reſolutionem quæ prodiit in hac cauſa *coram me ſub die* 17. *Novembris* 1664. ubi dictum fuit non conſtare de re judicata, fuit ordinatum, quod diſputaretur dubium. *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis, & ſit danda manutentio.* Deinde vero fundamenta deciſionis ſub maturo examine ſemel atque iterum repetitæ, cum facti potentioribus, ac verioribus circumſtantiis collata, & accurate perpenſa; hodie ab integro DD. placuere, & conſequenter reſponderunt *In Deciſis, & dandum eſſe mandatum de manutenendo Menſæ.*

Quid quid enim in hodierna, & præcedenti
diſputatione pro parte D. Ducis de Salviatis
ſub copioſa rationum, & Jurium expoſitione
congeſtum eſt ad evertendam poſſeſſionem
Menſæ, nihil operari poſſe viſum eſt DD, cum
in facta comparatione jurium, prætenſionibus
utriuſque ſuffragantium, ſemper in numero, &
in pondere, probationes pro poſſeſſione Menſæ
1 adductæ dignoſcantur urgentiori qualitatum
prærogativa dotatæ, & propterea potiorem locum
merito valeant ſibi vindicare ex tradit. *per
Bart. aliosque. DD. in l. ſi duo in princ. n.* 4. *verſ.
quandoque ff. uti poſſidetis*, & ſequitur *Menoch.
cum multis cat. de retinen. poſſeſſ. remed.* 3. *qu.* 97.
n. 718. cum adjuncta conſequentia, quod non
mirum videri debet, ſi obtineat, cui magis lux
2 veritatis adſit, ut eſt *Tex. in l. ob carmen, §. ult.
ff. de teſtib.*

Et re vera in facti evidentia denuò advertentes DD. non dubitandum eſſe de certa, ſpecifica, & particulari poſſeſſione Menſæ, tam quoad paludem Malaventris, quam quoad foveam magnam ex inſtrumentis locationum; æſtimis, depoſitionibus teſtium, & variis ſcripturis ponderatis *in diſcurſu* §. 8. 9. & 26. *& in deciſ. quæ revidetur* §. *certum & etenim*, rurſus admiſſæ ſunt efficaciores probationes pro Menſa deductas abſorbere præſumptivas D. Ducis, & proinde poſſeſſionem Menſæ ſuper dictis duobus corporibus, uti certam, ſpecificam, & particularem eſſe præferendam in concurſu generalis ex proxime allegatis.

3 Eoque magis quo poſſeſſio Ducis ſuper dictis
Palude, & Fovea magna, viceverſa ſemper
apparuit ſolummodo propugnata præſumptionibus,
& illationibus genericis annexorum,
pertinentiarum, & finium ſub dubia expreſſione
peſcriptorum, quæ non merentur attendi,
ſtante incertitudine confinium, ut generaliter
tenuit *Rota dec.* 295. *n.* 9. *verſ. tamen p. rec.* & ſpecifica
poſſeſſione tum Menſæ, eum aliorum in
eadem Tenuta rei veritatem in contrarium elucidante,
prout limitando regulam *Text. in l.
Æde ſacra ff. de contrah. empt*, declarat (a) de-

(a) ſupra dec. 28.

ciſio præcedens §. *tamen*, quibus caſibus non
ſufficiunt illæ genericæ demonſtrationes, ſed
requiruntur ſpeciales, quæ aliis bonis non
conveniant, *Surd. conſ.* 432. *n.* 20. *Roland. conſ.* 98.
num. 24. *lib.* 3. *Ruin. conſ.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. *Rot. coram
Seraph. deciſ.* 1137. *num.* 1. *& d. dec.* 295.
num. 11. *p.* 1. *recent.*
4 Nec illam poſſeſſionem ſpecificam Menſæ
turbari poſſe dixerunt DD, ex eo quod informantes
pro Duce acriter contenderent Paludem,
& Foveam magnam intra Tenutam Migliarini
ſitum habentes eſſe omnino diverſas à
Palude Malaventris, & Fovea magna verificabilibus
extra Migliarinum, & coherentibus
Tenutæ Malaventris ad Menſam ſpectantis, &
ea locorum diverſitate bonorum diverſitatem
optime argui ex *Bart. in l. demonſtrat. falſa* §. *ſi
rem in fi. ff. de condit. & demonſtr. Gratian. diſcept.*
502. *n.* 10. *& Merlin. dec.* 15. *n.* 5.
5 Quoniam in facto ſub reaſſumpto paralello
juſtificationum non conſtare de diverſitate objecta
eſt animadverſum, quinimo identitas localis,
& determinata Paludis, & Foveæ magnæ,
de quibus eſt quæſtio incontrovertibilis,
eſt agnita ex juribus abundanter in diſcurſu, &
deciſione paſſim occurrentibus, addita atteſtatione
collegialiter facta a Gubernatoribus Cõmunitatum
vicinarum allata pro adminiculo,
data in hodierno *Summ. Menſæ n.* 2. identitatem
dictæ Paludis, & Foveæ magnæ intra Migliarinum
juxta fines circumcirca ambientes præſeferente,
& ita corroborata ab uniformitate
tot Jurium, ut concludenter convincat poſſeſſionem
ſpecificam, & individuam Menſæ,
ideoque præſeferendam. *Poſt. de manut. obſerv.*
73. *n.* 174. *Rota dec.* 556. *in fi. p.* 5. *dec.* 82. *n.* 15. *p.* 4.
tom. 2. *& deciſ.* 272. *n.* 7. *rec.*
6 Quibus accedit pro comprobanda identitate
Paludis, & reſpective poſſeſſione Menſæ ſuper
illa uti in Migliarino exiſtente, argumentum
deſumptum ex ſententia lata inter Menſam, &
D. Ducem de anno 1621. in ſummariſſimo poſſeſſorio
expreſſe concedente manutentionem
Menſæ in Palude Malaventris reſervatis Juribus
utrique parti in plenario poſſeſſorio, ac ſucceſſivo
libello producto per Ducem in poſſeſſorio
plenario in executionem dictæ reſervationis
Jurium, in quo ipſe D. Dux petiit manutentionem,
& reintegrationem in eadem Palude
poſita in Migliarino intra confinia Maris, et
Foveæ magnæ, ac ſententia poſtmodum ab eodem
Duce reportata in conſequentiam dicti libelli
plene probantibus quæſtionem poſſeſſionis
eſſe in Migliarino, in qua Menſa obtinuerat
ſententiam manutentionis. *Summar. reſponſionis
Menſæ n.* 1. 2. *&* 3. quæ expreſſio in libello
monitorii, & aliis actibus judicialibus,
quanti ſit momenti in poſſeſſorio, bene ad pro-
7 poſitum differit *Poſt de manut. obſerv.* 19. & advertit
Rota dec. 347. *n.* 1. *p.* 2. *rec. coram Caval. dec.*
106. *n.* 1. *dec.* 609. *n.* 4. quæ omnia de per ſe, uti
ſingula licet, non ſufficerent, tamèn ſimul valent
ad plene concludendum apta ſine dubio
8 judicarentur juxta vulgatam regulam, quod
quæ non proſunt uti ſingula, ſimul juncta juvant
c. cum cauſa ubi gloſſ. & DD. de probat.

Ex iis inutilis viſa eſt quæſtio: An Palus ſita intra Migliarinum denominetur Malaventris nec ne, nam ſufficit Menſæ probaſſe ſuam Poſſeſſionem Paludis controverſæ exiſtentis in

Tenu-

Tenuta Migliariti, & confinantia cum. Fovea magna, Lacu Maciuccoli, Lama Trincabonaldi, Pogio à Padule, Debbi & Traveſagna ex Teſtibus, æſtimis, locationibus, partitis librorum Magonæ, Inventario bonorum Prioris S. Nicolai, aliiſque ponderatis in diſcurſu a §. 8. *ad* 14. & in antecedenti *dec.* 6. *quia* Data enim probatione poſſeſſionis identifica facta a Menſa ſuper iſto certo corpore ex confinibus
9 determinatis, ac particularibus, non eſt curandum de nomine, iuxta doctrinam Baldi *in l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat.* 1. *Sard. conſ.*235.*n.*20: *Mareſcot.var. reſol. lib.*1. *cap.* 12. *num.* 30. *&* 31.

Hinc non officiunt enunciativæ elicitæ ex inſtrumento, & æſtimis particularium poſſidentium in loco nuncupato Malaventre, repetitæ in hodiarno Summario Ducis *à n.* 1. *ad* 6. quia illæ non elidunt probationem Menſæ conclu-
10 denter verificatam ex tot actibus, & ſcripturis ſuperius adnotatis, & in antecedenti deciſione, imo potiùs corroborant intentionem Menſæ, dum vocant pro confine *la Palude dell' Arcivescovato.*

Minuſque moverunt DD. concluſiones Juris, quibus informantes D. Ducis illius poſſeſſionem ſuper dictis Palude, & Fovea Magna, perinde, ac ſi ſpecialis, & individua forent, exornabant.

Quia vel illæ concluſiones reſpiciunt petitorium, & ad illud ſunt remittendæ, attentis præſertim proteſtationibus Ducis pro terminando poſſeſſorio ante omnia, quo fit ut Judex
11 reſpectu petitorii careat Juriſditione. *Pont. de ſpol. lib.* 2. *cap.*6. *de ſuſpenſ. petitorii n.* 5. *Rota dec.*35. *in fi. p.* 2. *diverſ.*

Vel coarctant poſſeſſorium, & redarguntur inniti probationibus illiquidis, æquivocis, aut inferioris notæ, quæ poſſeſſionem Menſæ nullatenus oſtendunt, ut ſufficienter explicat diſcurſus *in* §. 28.

Cætera vero, quæ ſingillatim adverſus poſſeſſionem Menſæ, & prætenſos errores in æſtimis ejuſdem, facunde ſunt exagerata, ex eo viſa ſunt irrelevantia, quod in facti determinatione inapplicabilia reddantur, & prorſus evaneſcant ex firmitatis in præcedenti *deciſione*, ac etiam bene ſublata fuerint ab Informantibus pro Menſa.

Et ita utraque parte informante, &c.

ADNOTATIO.

QUæſtiones Confinium, de quibus habetur Sermo in hac *Deciſione*, haberi poterunt explanatæ in *Adnot. ad Superiorum Deciſ.* 13. *n.*32. cum latè ibi adnotatis.

R. P. D. CERRO DECANO

Poſtea *S.R.E. Cardinali* Romana Servitutis.
29. *Januarii* 1666.

ARGUMENTUM.

Servitus itineris cum plauſtris, & curribus per alterius fundum, quando ſit concedenda.

SUMMARIA.

1 *Libera præſumuntur omnia bona.*
2 *Servitutis acquiſitio probanda eſt & qualiter.*
3 *Itineris ſervitus probari debet in ſpecie ex tali jure.*
4 *Ad hanc ſervitutem præſcribendam requiritur immemorabilis.*
5 *Ex titulo tamen, & patientia ſufficiunt ad hoc decem anni inter præſentes, & 20. inter abſentes.*
6 *Viæ publicæ ex quibus probentur tales.*
7 *Teſtes probant contra inducentem.*
8 *Itineris ſervitus poteſt prætendi ſtante neceſſitate, ac ſoluto juſto pretio.*
9 *Libertati bonorum aſſiſtit iuris præſumptio.*
10 *Et contrarium allegans tenetur id plenè & concludenter probare.*
11 *De ſervitute itineris,* Remiſſivè.

Hæc Deciſio eſt repetita *coram eodem Cerro in deciſ.*838., *& deciſ* 398. *par.* 13. *recent.*

DECISIO XXV.

PRætendente D. Mario de Maximis ſibi competere jus tranſeundi per tenutas Caſalis Rotundi & Turritulæ ad effectum accedendi, & recedendi cum plauſtris, & curribus ab ejus tenuta Floravelli, judicium inſtituit contra D. Principem Juſtinianum Dominum dicti Caſalis Rotundi & Turritulæ coram Conſulibus Agriculturæ, à quibus mandatum de manutenendo cum ſententia favorabili reportavit; At quia in ſignatura Santiſs. reſcriptum fuit, quod illi Agriculturæ procedant de voto Rotæ, hodie propoſui dubium. An liceat D. Mario tranſire per dictum Caſale: & DD. dixerunt non licere.

1 Habet enim D. Princeps pro ſe validam juris præſumptionem ſecundum quam omnia bona cenſentur libera juxta primævum ſtatum naturæ, non autem in ſervitute conſtituta, cum ab initio quælibet ſervitus fuiſſet ignota, *cap.* 1. §. *inter filiam verſ. defuncto ſi de feud. defun. content. ſit inter Dominum & Agnatum*, & proinde contrarium afferenti incumbit onus per plenas & concludentes probationes allegatam ſervitutem iuſtificare, illam namque acquiſiviſſe vel pacto, vel teſtamento, vel præſcriptione.
2 *Bart. in l.* 1. §. *hoc interdictum n.*7. *ff. de nov. oper. nunciat.* Rota in his terminis *dec.* 701. *num.* 1. *&* 3. *p.*4. *to.*2. *rec.*

In propoſito autem nihil aliud exhibetur, quam examen nonnullorum teſtium deponentium, quod Marius ſeu ejus Factores conſueverunt tranſire per tenutam D. Principis, quæ probatio in hoc judicio petitorio non videtur ſufficiens, quia cum teſtes deponant de ſimplici tranſitu, qui fieri potuit jure familiaritatis, non dicitur ex eis probata aliqua ſervitus, ad quem effectum requiritur, ut tranſitus in ſpecie ſucceſſerit jure ſervitutis, juxta doctrinam *Bart.*
3 *in d.l.s.* §. *hoc interdicit n.* 5. *verſ. non enim habet*, *& num.* 11. *Alex. conſ.* 142. *num.* 3. *lib.* 3. Rota *d. dec.* 101. *num.* 14. *& in* (a) Romana *decurſus Aquarum* 23. *Junii* 1662. §. *demum non urget. coram* R.P.D. *mea Taja.*

(a) Eſt dec. 415. p. 16 recen. in 20. & 21.

Neque interceſſit tempus ſufficiens ad præſcribendum, cum teſtes deponant de tempore eorum effectivum, qui duravit per novennium; cum enim verſemur in ſervitute itineris, quæ dicitur diſcontinua, factum hominis requirens juxta veriorem opinionem, non ſufficit quælibet probatio, ſed illa debet eſſe immemorabi-
4 lis. *Gloſſ. magna in l. ſervitutis* 14. *verſ. certum, ubi Bart. num.*3. *Caſtr. num.*10. *ff. de ſervit.*

vit. Eugen. conſ 40. *num.*9.*lib.*4. cum aliis congeſtis in *d.dec.* 101. *n.*5.

Parum obſtante quod aliquando ad ſervitutem acquirendam diſcontinuam ſufficiant decem anni inter præſentes, & viginti inter ab-
5 ſentes; Quia id ſolum admittitur, ubi titulus ſaltem in principio allegatur cum expreſſione, a quo fuerit habitus, & inſuper ubi conſtat præſcribentem uſum fuiſſe ſervitute cum ſcientia & patientia illius, contra quem prætenditur acquiſita, ut diſtinguendo tradit *Alex. conſ.*35. *num.* 4. *lib.* 4. *Honded. conſ.* 39. *num.* 31. *lib. p. Rota in d. dec. n.* 101. *num.* 5, *& in* (a) *Narnien. Juris paſcendi* 26. *Maii* 1695. *§.neq; etiam coram bo.me. Veroſpio.*

(a) Dec. 347. n. 110. & ſequent. p. 9. rec.

Titulus autem in præſenti non adeſt, & nullibi conſtat de ſcientia, & ſapientia Domini Principis, quinimo de contrario potius conſtare videtur ex teſtibus datis in ejus. *Summar. num.* 2.

Non obſtat, quod via, ubi tranſitus prætenditur ſit publica, ultra quod enim teſtes ad hoc probandum inducti non aſſerunt ab omnibus fuiſſe practicatam, ſed ſolum ad certas perſonas, ac reſtringunt adhuc remanere inſufficiens, quia non probant fuiſſe conſtructam ex publico & a facultatem habente ſine quod talis fuerit habita a tanto tempore cujus initii memoria non extet, ut ad iſtum effectum eſſe
6 neceſſarium probat *Cepolla de ſervit. Ruſtic. præd. cap.* 3. *alias* 85. *num.*23. *Rimin. inn.conſ.* 383. *n.*51. *& ſeq. Monac.conſ.*449.*n.*15. *Franc. Marc.dec.Delphinum.*594.*n.*3.*p.*1. cum aliis per *Surd.dec.*42.*num.*15.

Qua propter non applicatur *deciſio* Cardinalis Cavalerii 632. quia ibi, ultra poſſeſſionem longiſſimi temporis, fuit plene juſtificatum viam eſſe publicam, quod defecit in caſu, de quo agitur, nedum ex prædictis, ſed & quia nonnulli ex teſtibus præfatis hujuſmodi publicitatem excludunt ex illis verbis ibi: *vi era un ſtradello, detto cavareccia per la quale noi paſſavamo*, qui teſtes tanquã a Mario inducti, contra ipſum inducentem plenam faciunt probationem
7 ex congeſtis *in Civitatis* (b) *Plebis Cappellaniæ* 23. *Februarii* 1662. *§. eodem modo coram Reverendiſſ. Gerunden.*

(b) Eſt deciſ. 29. coram Ninot.

Deniq; non obſtat, quod Marius non poſſit habere viam aliunde & ob id ei liceat tranſire
8 per canale D. Principis *ad tex. in l. ſi quis ſepulcrum* 12. *ff. de Relig. & ſumpt. funer.* quia quicquid ſit de hoc remedio pro quo duo ſunt neceſſaria: nempe electio ſitus Domino fundi minus dannoſi, & ſolutio juſti prætii, ut ad litteram diſponit *tex. in d.l. ſi quis ſepulcrum ibi: Præſes etiam compellere debet iuſto pretio ei præſtari, ita tamen ut Judex etiam de opportunitate loci proſpiciat ne vicinus magnum patiatur detrimentum.* Removetur allegata neceſſitas ex acceſſu facto per Conſules Agriculturæ, in quo dicitur ibi adeſſe aliam viam nuncupatam *Della Falognana*, *Summ. additional. Princip.n.*1. Et propterea ceſſante neceſſitate, eo minus eſt locus prætenſæ ſervituti, ut reſpondendo præcile huic obiecto reſpondit *Rota in ſæpe allegat. deciſ.*101. *num.* 26. *par.*4.*tom.* 2. *recent.*

Et ita utraque parte informante deciſum fuit &c.

ADNOTATIO.

QUod quibuslibet Bonis aſſiſtat juris præſumptio favens libertati, quæ tantæ eſt Vir-
9 tutis, ut inducat liquidiſſimam probationem, & relevet Dominum ab onere probandi, ut habetur *in hac D.ciſ. n.* 1., eſt. Concluſio certiſſima, de qua pluries apud *Rotam* & ſignantes in *Dec.* 1172. *num.*1. *cor. Emerix iun.*, *& deciſ.*2. *num.*1. *de ſervitut. cor. Eminentiſſ. D. Card. Falconer*; adeout quicumque aſſerat ſervitutem ſe habere antedictæ Bonorum libertati
10 adverſantem, per dilucidas probatiotiones id oſtendere cogatur. *Rot. deciſ.* 587. *num.* 7. *& ſeq.*, *deciſ.*596. *num. & deciſ.* 611. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2., *& deciſ* 300.*num.*6. *par.*9. *tom.*1. *recen.*, *& cor. Rembolb. impreſſ. apud Spad. poſt conſ.*306.*lib.*2.

Omnes autem commemoratas quæſtiones, & alias in *hac deciſione* examinatas, operæ pre-
11 tium non eſt hic reaſſumere, cum de ſervitute itineris latiùs ſuperius actum fuerit in *Adnotat. ad cap.* 6. *Membr.* 9. *num.* 50. *cum plurib. ſeqq. fol.* 119.

R.P.D. TAJA.

Veliterna Retractus.
12. *Novembris* 1666.

ARGUMENTUM.

Deciditur, Peritorum probatio, ac fundi æſtimatio qualiter ſint facienda.

SUMMARIA

1 *Peritus alieno arbitratu referens non eſt attendendus.*
2 *Peritior eligendus, & prioris relatio ad poſterioris judicium retrahitur.*
3 *Peritis ab utraque parte electis eſt ſtandum, etiam ſi unus tantum fuerit.*
4 *Periti ultimi relationi, etiam ſi aliis diſcordaret, eſt ſtandum.*
5 *Precio rerum communi æſtimatione, non ſingulari affectione facienda ſunt.*
6 *Æſtimatio vera fundi rei qualitate, & fructuum quantitate æſtimato, fieri debet.*

Hæc Deciſio eſt ſuper emergenti in cauſa, de qua ſupra *deciſ.* 14. Circa ordinem præpoſterum, quo fuit impreſſa, vide adnotata inferiùs *poſt Summar. deciſ.* 28.

DECISIO XXVI.

REcedendum a deciſis 9. Aprilis proximi præteriti, ideoque faciendum inſtrumentum emptionis, & venditionis DD. reſponderunt, quia ex contrario viſum non eſſe faciendum inſtrumentum, maxime cum ille tertius Peritus Albanen. declaraverit ſe *informata da più e diverſi del luogo del ſolito frutto computato un an-*
1 *no per l'altro, e della ſpeſa ſolita*, & magis alieno arbitratu quam ſuo retulerit *Rota deciſ.*318. *num.* 18. *&* 19. *p.* 9. & ſpecialiter ignarum ſe oſtenderit qualitatis rei, & redditus. *Alex. conſil.*54. *num.* 5. *verſ. & ſic. patet lib.* 6. ita nunc viſum eſt faciendum cum Peritior eligendus, electus ſit Veliternus, & relatio prioris retracta ſit ad Judicium poſterioris jux. *Jo. de Amic.*
2 *conſ.* 102. *a num.*5. *Rota coram Seraph. dec.*513. *num.*

num.2. a verſ.quia index quandocumque, cum aliis *in §. ta'emque relationem*; Cum peritus quoque retulerit, *conſiderata la qualità, e renditu*, concludens *dico, e riferiſco ſecondo la mia peritia e coſcienza, e ſtimo che vaglia ſecondo il comun valore*,&c. plane *ad tex.l.ſi quot 16. C. de reſcind. vendit.cum aliis infraſcript.*

Hisenim & hujuſmodi poſitis, juſti pretii
æſtimatione habita per eos, quos utraque pars
3 elegerit, arbitrio judicandum *§. hit illud l. 6. C.
d.ſecund.nupt. Rota dec.354. num.1. p.1. rec.dec.
129. num.6.p.5. cum aliis.* Et eum fuerit a partibus
electus, ſufficit unus etiamſi ex natura
negotii plures requirerentur *ex tradit.ad §. ult.
l.1. de verb.oblig. & ibi Bart. num. 2. cum aliis
Rota deciſ.230. in fin. p. 1. rec.* ſuperadita auctoritate
Judicis, ut de Perito electo a Rota,in
quem partes conſenſerunt. *Rota deciſ.10. num.
12. p.6.* potiuſque de Perito nominato à Petro
Paulo, acceptato ab Eminentiſſimo D. Cardinali,
& a Rota confirmato; quive concordavit
in æſtimatione cum Cammillo primo perito &
cum altero prædicto tertio perito antecedente,
qui ſin minus formaliter, tamen materialiter
eadem æſtimtione æſtimaverat, quinimo alios
quoque retulerat æſtimatores, *informato da più
e diverſe perſone del luogo,&c.* ut ſupra & omnes
concordarunt in Summa ſcut.900. Æſtimatores
electi ab Eminentiſſ. D. Cardinali, cum tamen
ultimi relationi ſtandum eſſet, etiamſi diſcor-
4 daret ab aliis. *Ad tradit. ad §. principaliter l.
item ſi unus 19. ff. de recept. arbit. & ibi Bald.
in fin. verſ. & videtur hoc verum Rota d. deciſ.
294.num.2.*

Nec obſiſterunt DD. quæ alias obiiciebantur ſimiles emptiones Eminentiſſ. D. qui alia emerit pluris.

Quia ex oppoſito alia emiſſe minoris demon-
ſtravit, unde arguebatur diverſitas terræ, loci
5 vel effectionis, etenim precia rerum non ex ef-
fectu,nec utilitate ſingulorum, ſed communi-
ter funguntur,*l. pretia 63. ff.ad l.falc. repetita l.
ſi ſervum meum 33. ff.ad l. Aquil.* & de uno ipſo
fundo non ſufficit,quod magno pretio compara-
tum, minoris diſtractum eſſe commemores, *l. 4.
C.de reſcind. vend.* atque ita quanti ea res erit,
quanti eam rem eſſe patet, in utraque clauſula
placet veram rei æſtimationem fieri, *l. inter hac
verba 194. ff.de verb. ſignif. gloſ. ult. l.1. ff. in
lit. jur.* ideſt ut rei qualitas,& fructuum quan-
6 titas æſtimetur, *d.l. ſi quot ad alium verſ. dico
quod ex qualitate cap. cum cauſa de teſtib. Alex.
d.conſ.54. d. num. 5. verſ. ego non poteſt deponere
de valore cum aliis alleg.* & pro modo fructuum
*l. ſi fundus 13. ſub initio ff. de reb. cor. qui ſub
tot. & ibi gloſ.* per fructum æſtimetur, *d. l. ſi
quot cum alleg.* unde pro vero pretio *d. l. inter
hac verba*. & rei veritate *d. gloſ.ult.* jam in ore
duorum & trium teſtium ſtat omne verborum,
Evangelico oraculo *S. Matthei cap.18.*

Et ita altera tantum ſepe ſepius citata,&c.

ADNOTATIO.

De probando valore per Peritos, & quomodo ejuſmodi probatio fieri debeat, videndi ſunt allegati ſuperius in *Adnot. ad deciſ.4. num.3. & ſequen. fol. 171.*

R.P.D. OTTALORA

Bononien. Aquarum
9. Aprilis 1666.

ARGUMENTUM.

Communitas ad perpetuam ſervitutem qualiter obligetur. Reſtitutio in integrum quando ceſſet.

SUMMARIA.

1 *Res judicata intrat lapſo biennio, & fatalibus non prorogatis.*
2 *Inſtrumentum publicum facit probationem [probatam, & obligat ad adimplendum.*
3 *Communitas quomodo valide poſſit vendere.*
4 *Notaria atteſtanti plena fides adhibenda.*
5 *Solemnitates lapſu centum annorum præſumuntur.*
6 *Excavationis conductuum damnum probatur evidentia.*
7 *Debiti ſubſtantia, dum per liquidationem conſtat, ſufficiunt leviores probationes.*
8 *Communitas per Procuratorem quomodo ad ſervitutem obligari queat?*
9 *Aquæ dominantis prædii ab inferiori fundo recipi debent.*
10 *Ratificatio idem ac mandatum operatur.*
11 *Adimplementum ab eo, cujus commodum concernit, probari debet.*
12 *Conditio ante purificationem nihil ponit in eſſe.*
13 *Præſcriptiones in perpetua ſervitute tot requiruntur; quot ſunt actus præſcribendi.*
14 *Reſtitutio in integrum, quoties ſententia valida eſt & juſta,non datur.*
15 *Univerſitas coadunari debet, vel Voce Præconis, vel Sono Tubæ, vel Campanæ more Regionis.*
16 *Et debet conſtare de majori parte interventu Conſiliariorum, Et quomodo hæc major Pars computari debeat.* ibidem.
17 *Solemnitates præſumuntur inſtita obſervantia cum lapſu triginta annorum.*
18 *Ratificatio æquiparatur Mandato.*
19 *Ratificatio tacita ex facto reſultans æquiparatur expreſſæ.*
20 *In ſervitute diſcontinua requiritur præſcriptio immemorabilis.*
21 *In annuis Præſtationibus tot requiruntur præſcriptiones,quot anni.*

Hæc Deciſio eſt repetita *in Rec. dec.461. p.14.* & penes *Urceol.Conſultat.lib.2.cap.76.*

DECISIO XXVII.

Commiſſa mihi cauſa appellationis à ſententia Auditoris Rotæ Bononiæ, qua pronunciatum fuit communitatem Villæ - fontanæ teneri ad manutenendum excavatos aquæductus ſive colatoria in ſuis agris inferioribus pro receptione aquarum fundorum alias venditorum Alexandro Bianchino, nec non ad reficiendum omnia damna paſſa à Com. Franciſco Malvetio dictorum bonorum poſſeſſore, ad rationem librarum 600. ſingulis annis uſq; ad integram ſolutionem *expenſarum per Peritos liquidandarum pro dicta conductuum refectione*, ut latius in dicta ſententia. Dubitavi. An conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum,

grum; Et affirmative quoad primam partem,
negative quoad ſecuodam Domini reſponde-
runt, quia ab anno 1658. quo ſententia lata
fuit, nihil actum fuit in cauſa, ideoque lapſo
biennio, & fatalibus non prorogatis intrat de
1 plano res judicata *cap. cum ſit Romana de ap-
pell: Clem. ſicut & Clem. ſi appellationem eod.
tit. Burat. deciſ.* 885. *num.* 1. *Eminentiſs. Ot-
thobon. deciſ.* 44. *num.* 4. *& in* (a) *Ravennaten.
Bonorum* 23. *Martii* 1653. *coram Reverendiſs.
Domino meo Decano.*

(a) Eſt dec. 410. nu. 1. coram Cerro.

Validitas autem ſententiæ patet ex revolu-
2 tione actorum ex *deciſ. Caputaq.* 260. *p.* 2. &
juſtitia reſultat ex inſtrumento venditionis fa-
ctæ de anno 1588. Alexandro Blanchino cum
obligatione manutenendi aquæductus in aliis
agris inferioribus pro excolandis aquis bono-
rum venditorum, ac etiam damnorum & in-
teraſſe, caſu quo ex defectu excavationis aquæ
prædictæ non potuiſſeot excolari, quod in-
ſtrumentum tanquam publicum facit probatio-
nem probatam, & obliget communitatem ad
illud præciſe adimplendum. *Rota poſt Zacch. de
oblig. Camer. deciſ.* 166. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.*
241. *num.* 1.

Neque dubitari poteſt de velidiaate vendi-
tionis, cum fuerit facta ex cauſa ſolvendi de-
bita Communitatis, & cum interventu Procu-
ratorum ad id ſpecifiter electorum, habita per
3 tres vicea matura deliberatione à Conſilio ad
ſonum campaoæ more ſolito congregato cum
aſſiſtentia majoris partis conſiliariorum, quod
ſufficit, *l. major. pars* 14. *ff. ad municip. l. nulliter*
3. *& l. plane* 4. *& ibi gloſs. in verb. duæ partes, &
in verb. poteſt ff. quod cujuſq; univerſ. Juſ. conſ.*
71. *ſub n.* 3. *vol.* 3. *Cephal. conſ.* 328. *num.* 62. *&* 63.
Sim. de Pret. conſ. 79. *ſub nu.* 34. *cum ſeqq. lib.* 1.
Leſs. de Ju. Univerſit. p. 1. *cap.* 3. *num.* 75. *Franc.*
4 *dec.* 2. *num.* 24. Et notario de his omnibus atte-
ſtaoti plena fides eſt adhibenda, *Bart. in l. fin. n.*
4. *C. de præced. Decur. lib.* 10. *Roland. a Vall. conſ.*
90. *n.* 7. *l.* 1. *Alex. conſ.* 198. *num.* 4. *vol* 7. *Loſc. ubi
ſupra d. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 77. *verſ. & Notario pariter.*
Parum obſtante quod non conſtet de aliis ſole-
mnitatibus, nempe de expreſſa licentia Princi-
pis, decreto Judicis, utilitate communitatis
5 neceſſario requiſitis, *ex l. fin. C. de vend. reb. Biv.
lib.* 11. quia ex lapſu pluſquam centum anno-
rum a die factæ venditionis omnes ſolemnitates
præſumuntur interveniſſe, ut in puncto con-
ſuluit *Sim. de Pret. d. conſ.* 79. *num.* 6. *cum ſeq. l.* 1.
Dec. conſ. 295. *num.* 3. *Cephal. conſ.* 328. *num.* 34. *&*
35. *Cyriac. controv.* 111. *num.* 7. *& ſeqq. ubi nu.*
11. ampliat licet ſolemnitas non fuerat enun-
ciata in inſtrumento. *Theſaur. inn. quæſt. forenſ.*
27. *num.* 18. *lit.* 2. *Rota coram Mantica deciſ.* 13.
num. 1. *Baratt. dec.* 46. *num.* 14. *&* 15. *Seraph. de-
ciſ.* 1085. *n.* 1. *& Ottob. dec.* 240. *& deciſ.* 64. *num.*
4. *p.* 4. *rec.*

Damna vero, quæ paſſus fuit Co: Malverius,
provenientia ex defectu excavationis condu-
ctuum concludenter probantur, tum ex rela-
tione peritorum, tum, ex Teſtibus, tum
etiam de viſitatione loci facta per Auditorem
6 generalem Bononiæ, ex qua reſultat probatio
per evidentiam rei, quæ omnem aliam ſuperat
probetionem. *Poſth. de manus. obſerv.* 10. *num.*
5. *Rota in* (b) *Carpentoren. Aquarum* 27. *No-
vembris* 1662. *§. & his multum coram R. P. D.
meo Taya.*

(b) Supra dec. 10.

Liquidatio denique dictorum damnorum in
dictis libris 600. quolibet anno ſatis juſtifica-
tur ex eiſdem Teſtibus datis in Summar. Co.
7 num. 12. quia, cum plene conſtet de ſubſtantia
debiti per liquidatiooem quaotitatis, ſufficiunt
leviores probationis. *Gregor. deciſ.* 324. *num.*
4. *Baratt. dec.* 173. *num.* 5. *dec.* 477. *num.* 1. *&*
2. *p.* 2. *& in Bononien. fidei commiſſi* 21. *Februa-
rii* 1661. *coram R. P. D. meo Bevilaqua.*

Non obſtat, quod Procuratores à Communi-
tate conſtituti non habereot facultatem, niſi ad
vendendum; ideoque non potuerint abſque
ſpeciali mandato obligare Communitatem ad
ſervitutem perpetuam manutenendi aquædu-
8 ctus ad tradita per *gloſ. in l. Præſes num.* 12. *de
tranſact. Coraſ. in l. non dubito num.* 7. *&* 8. *ff.
de ſervit.* Nam cum boaa vendita altiora ſint,
& cohereaot aliis bonis inferioribus ejuſdem
communitatis, ut conſtat ex eodem inſtru-
mento venditionis dato *in Summar. num.* 2. Et
9 de jure aquæ prædii dominantis recipi debeaot
à fundo inferiori, *l. ſi aquæductus* 47. *ff. de con-
trah. empt. Surd. conſ.* 15. *num.* 14. *&* 27. *&
conſ.* 231. *num.* 9. utique Procuratores cum ſo-
lo mandato ad vendendum potuerunt etiam
paciſci ſuper dicta ſervitute, tanquam acceſ-
ſoria, & inſeparabili. *Rot. dec.* 374. *num.* 18.
p. 5. *rec.* mandata enim procuræ ſemper intel-
liguntur conceſſa ad ea, quæ veniunt conſecu-
tive, & dependenter, *Golin. de Procur. p.* 5. *cap.*
3. *num.* 15. Et in omoem caſum ceſſat difficul-
tas ex facto, ponderando quod anno 1660. pro
damnis paſſis à Blanchino communitas ſolvit
lib. ſexmilia, ex qua ſolutione ſolum induci-
tur ſervitutis promiſſa ratificatio, quæ idem
operatur, ac mandatum, etiamſi ſpeciale re-
10 quireretur *cap. ratihabitionem de reg. jur. in*
6. *Gregor. dec.* 295. *num.* 4. *&* 525. *num.* 4. *cum
aliis adductis in* (c) Romana *Cambii* 4. *Februa-
rii* 1665. *§. facultas coram me.*

(c) Deciſ. 146. par. 14. rec.

Nec ſubſiſtit, quod ſervitus fuerit extiocta
mediante decreto emanato de anno 1650. hinc
inde acceptato, quia decretum prædictum duo
continet reſpicientia diverſa tempore, alterum
quod pro damnis præteritis Communitas tene-
retur ſolvere Blanchino libras ſex mille; alte-
rum quod pro tempore futuro eligerentur pe-
riti, qui æſtimarent expenſas neceſſarias pro
excavatione facienda, & his ſolutis Blanchino
pro unica vice, ſervitus impoſterum remane-
ret extiocta; quo enim ad primum bene ve-
rum eſt quod communitas adimplevit mediante
effectiva ſolutione librarum ſex mille: quo ve-
ro ad ſecundum damna futura reſpicens, non
docetur de adimplemento, quod ab eadem
11 Communitate probari debet, cum ejus pro-
prium commodum concernat, *l. Jul. §. offerre ff.
de act. Empt. Rota coram Eminentiſs. Otthob.
deciſ.* 131. *num.* 4. Unde non docto de imple-
mento formæ in inſtrumento præſcriptæ, pro-
miſſio ſervitutis, & damnorum remanet in ſuo
robore, quia extinctio eſt conditionalis ibi:
*& iuxta Peritorum relationem expenſis ſolutis
ex nunc prout ex tunc, liberarunt homines à
prædicta ſervitute &c.* Conditio autem nihil
12 ponit in eſſe, antequam purificetur, *cap. verum
de condit. appoſit. l. ſi quis fundum ff. de contrah.
empt. Bart. in l. quibus diebus §. Servilius num.*
15. *ff. de condit. & demonſtr.*

Denique non relevat, quod ab anno 1600.

quo decretum emanavit uſque ad annum 1635.
nunquam communitas fuerit interpellata ad
excavandum foveas, ac proinde per lapſum
30. annorum; & ultrà ejus obligatio remanſerit
præſcripta, nam præter quod non probatur
dicto medio tempore opus fuiſſe dictas foveas
excavare itaut Communitas negligendo
potuerit præſcribere, objectum tollitur, ex eo
quod verſemur in ſervitute perpetua conſiſtente
in actibus ſucceſſivis, in qua tot requirun-
13 tur præſcriptiones, quot ſunt acti præſcribendi,
*l. cum notiſſimi §. in iis C. de præſcript.
30. vel 40. annor. Puteus deciſ. 253. num. 2. in
nov. Molied. dec. 226. alias 4. de præſcript.*
Ex quibus Domini cenſuerunt nõ conſtare
14 de cauſis reſtitutionis in integrum, quæ non
datur quoties ſententia tranſacta in judicatum
eſt valida, & juſta *Rot. d. 231. n. 1. p. 1. cum
aliis adductis in* (a) *Romana de Marſcattis* 18
Maii 1646. *coram Ghiſlerio*.

(a) Deciſ. 405. p.9. rec. Merlino. de Legitim. dec. 160.

Utraque parte informante, &c.

ADNOTATIO:

PRo ſuſtinenda Condemnatione Communitatis
ad manutentionem Aqueductum, de quibus
in præſenti *Deciſione* in vim Inſtrumenti
celebrati Anno 1588. rectè *hic* ſermo inſtituitur
ſuper validitate dicti inſtrumenti, ad hoc
enim ut Communitas per validum Inſtrumentum
obligetur, debet fieri Coadunatio Conſiliariorum,
vel voce Præconis, vel ſono Tu-
15 bæ, vel Campanæ, (ut enunciatur in hac *Deciſione*)
juxta morem Regionis, *Bortol. in L.
Nominationem num. 2. C. de Decurion. libr. 10.
Loſæus de jure Univerſit. par. 1. cap. 3. num. 70.
Dominat. Anton. de Marin. in addit. ad Reverter.
dec. 388. num. 3. Gratian. deciſ. 93. num. 19.
Oter. de official. cap. 2. num. 2. par. 1. & cap. 8.
num. 4. p. 2. Xammar. de Privileg. Civitat. Barchinonæ
§. 20. num. 41. Rot. coram Cerro deciſ.
450. num. 14. coram Bich. deciſ. 165. num. 24.
coram Buratt. dec. 373. num. 5. in recent. dec. 62.
num. 7. par. 14.* cum aliis adductis *p. Zaul. ad
Statut. Favent. adnot. ad rubr. 2. lib. 1. num. 88.
& Solon. Campel. ad Statut Urbin. Adnotat. ad*
16 *Decr. 23. num.* 120. ubi *num.* 132. dicit, quod
debet conſtare de majori parte Interventus
Conſiliariorum, ut innuit etiam *hoc loci noſtra
Deciſio*; An autem major Pars dicatur interveniſſe,
quando habito reſpectu ad totum Corpus,
duæ ſaltem ex tribus Partibus intervenerunt.
An autem non ſit neceſſarius ad conſtituendam
dictam majorem Partem, prædictus
Interventus dd. duarum Partium, videndus
*Zaul. ubi ſupra n. 64. & 65., & Solon. Campell.
loco pariter ſuperius citat. n.* 133. & 137.
cum ſequen. ubi habetur Diſtinctio inter Jus
Canonicum, & Jus Civile.
Quia verò ultra legitimam Coadunationem
requiruntur etiam ſolemnitates; ideo firmatur
in hac *Deciſione num.* 5. quod prædictæ ſolemnitates
ex lapſu temporis præſumuntur inter-
17 veniſſe, dum eo attento ejuſmodi ſolemnitatum
defectus non eſt allegabilis poſt intercapedinem
triginta annorum juxta deducta per
*Gabriel. de præſumpt. concl. 2. n. 5. Alciat. de præſumpt.
reg. 3. præſ. 10. n. 5. Mantic. de Conjectur.
ult. vol. lib. 12. tit. 12. num. 20. Rot. p. 2. diverſor.
dec. 147. num. 8. cor. Priol. dec. 348. n. 11. p.
17. rec. dec. 67. n.* 14. quos refert, & ſequitur
*Rot. in dec. 10. num. 21. de Invent. cor. Eminentiſſ.
D. Cardinali Falconerio*.

Fortiùs omnia prædicta procedunt ſtante
obſervantia, quæ in hac Cauſa aliqualitèr concurrebat
mediante ſolutione certæ ſummæ,
quæ ſolutio infert etiam ad ratificationem, per
quem ſuppletur quilibet defectus Mandati, &
18 ipſi Mandato æquiparatur, quemadmodum
ultra relatos *in hac Deciſione num.* 10. firmant
congeſti per *Rot. in dec. 61. num. 13. & in dec.
382. num. 10. cor. Coprar.* & quod ratificatio
19 tacita deducta ex factis poſitivis æquipolleat
expreſſæ ratificationi, dixit *eadem Rot. dec. 200.
ſub num. 8. §. videbatur cum duob. ſeqq. coram
Cavoler. & deciſ. 225. num. 7. & 8. recent.* adduct.
*in deciſ. 174. num. 7. coram eodem Cardin.
Coprara*.
Cum itaque, ſtante legitima Convocatione
Conſili, præſumptio interventus ſolemnitatum
per lapſum temporis, & tacita ratificatione
ex poſitivis actibus reſultantem Communitas
foveret malum jus recurſum habuit ad præſcriptionem,
quæ bene refellitur *hic* per *Rotam*,
nam ſi pactum excavandi foveas, de quibus
in Inſtrumento ſuperius enunciato accipiatur
pro perpetua diſcontinua ſervitute, cer-
20 tè non poterit præſcribi, niſi per tempus immemorabile
ad *Text. in L. hoc iure §. Ductus
Aquæ ff. de aqua quotid., & æſtiva. Bald. in
in L. 1. num. 9 C. de ſervit., & aqua num. 8.
Capoll. de ſervit. cap. 9. num. 24. Rocc. diſput.
iur. cap. 167. num. 13., & ſeqq. Rot. dec. 300.
p. 9. recen.* Sin autem, ut verius eſt, hoc pactum
accipiatur non in ſtricta ſervitutis ſignificatione,
ſed in onere adimplendo certo quoque
tempore, tunc vera eſt regula, tot requiri
Præſcriptiones, quot ſunt actus præſcribendi
21 prout habemus in ſimili annuarum præſtationum,
in quibus quot præſtationes ſunt in ſingulos
annos elapſæ, tot præſcriptiones requiruntur,
ut tradunt *Decian. conſ. 29. num. 39.
& ſeqq. lib. 1. Cenc. de Cenſ. qu. 118. num. 3. &
ſeq. Duard. eod. tract. q. 27. proœm. n. 8. cum ſeq.
Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 18. art. 12. n.
70.*, & dixit *Rot. cor. Buratt. dec. 645. num. 22.
& 23. coram Celſo dec. 70. n. 19. coram Ninot.
deciſ. 62. n. 11., & cor. Emerix iun. deciſ. 557.
num. 2. tom. 2.*

R. P. D. TAJA

Veliterna Retractus.
9. *Aprilis* 1666.

ARGUMENTUM

Peritus Tertius recuſari poteſt, dummodo non ſit Compromiſſarius.

SUMMARIA.

1 *Ob relationem defectuoſam, & rei qualitatis ignorantiam tertius Peritus recuſari poteſt. Idem de generali Æſtimatore.*
2 *Appellare licet ab ejus relatione, & appellatio illam ſuſpendit.*
3 *Relatio hujuſmodi ad Peritorum judicium eſt retractanda.*
4 *Æſtimatorum factum, ut corrigatur, poteſt ſuperior adiri.*
5 *Æſtimatio compromiſſarii exceſſiva ad arbitrium reducitur boni viri.*

Hæc

Hæc deciſio emanavit occaſione, & in ſequelam
Controverſiæ, de qua ſupra *in deciſ.* 14. eſt
repetita in *deciſ.* 290. *par.* 14. *recent.*, & de-
buerat in ordine præponi ſuperiori *deciſ.* 26.,
quæ eſt tempore poſterior, & revocatoria præ-
ſentis, atque etiam confirmata infra *in deciſ.*
35., in qua dictum fuie ſtandum eſſe in ultimo
loco deciſis.

DECISIO XXVIII.

SEntentiam Rotalem confirmandam deciſum
fuit 29. Novembris 1664. qua condemnaba-
tur Petrus Paulus hortum vendere Eminentiſs.
Dom. in executionem Brevis SS. D. N. ideo-
que E. D. elegit Æſtimatorem, & pro Petro
Paulo contumace electus fuit alter, qui adeo
diſcordarunt, ut ille æſtimaverit ſcut. 3000.
cum annuo canone quatuor plaſtrarum. Hic
autem 3300. Unde pro more electus eſt tertius
ex officio, qui etiam æſtimavit dict. 3900. cum
d. annuo canone. Igitur petente altara parte
per inſtrumentum, & negante altera dubitatum
fuit, An, & quomodò ſit faciendum, & Domi-
ni non eſſe faciendum reſponderunt.

Quia Tertius fuit recuſatus à Petro Paulo,
& potuit recuſari ad tradita generaliter à *Cal-
der. conſ.* 212. *aliat de appell. conſ.*6. & ſpeciali-
ter ſenſit *Lup. ad l.*2. *C. de pact. inter empt. n.*145.
1 *verſ.* Judex ergo. *Rota coram Caval. deciſ.*178.
*num.*3. maxime de legittima cauſa, ſolet enim
admitti recuſatio etiam Æſtimatoris cameralis
ex juſta cauſa ad *l. apertiſſime* 16. *Cod. de judic.*
Cyriac contr. 22. *num.*95. *verſ. tum etiam.* Cau-
ſa vero legitima viſa eſt, quia relatio eſt intrin-
ſecè defectuoſa, cum hic ipſe æſtimator decla-
ret ſe *informato da più e diverſe perſone del luo-
go del ſolito frutto, computato un anno per l' al-
tra, e della ſpeſa ſolita, &c.* ut magis alieno ar-
bitratu eoque incerto, quam ſuo referre videa-
tur. *Rot. deciſ.* 318. *num.* 18. *&* 19. & ſpe-
cialiter ignarum ſe dicat qualitatis rei, & reddi-
tus. *Alex. conſ.*54. *verſ. & ſic patet. lib.*6.

His accedit quod Petrus Paulus appellavit
à relatione Tertii periti, à qua licet appellare,
2 & appellatio ſuſpendit relationem *arg. l.*9. *C. qui
ſatiſd. cog. Afflict. dec.*128. *num.*4. *& ibi Urſill.
num.* 4. *verſ. & circa aliud*, & confirmat *Rot.
coram Seraph. dec.* 313. *num.* 2. *& dec.* 11. *num.*
20. *p.*10.

Talemque relationem poſſe retractari ad Pe-
3 ritorum judicium concludit abunde *Jordc amic.
conſ.*102. *à num.* 5. reſpondit *Rimin. conſ.* 212.
*num.*11. *à verſ. & terminis Spada conſ.* 264. *n.*
1. *lib.*2. *poſt Pocian. cui incumb. onus prob. cap.*
47. *num.*71. *lib.*1. *Coſt. de re integ diſc.*36. *num.*
7. *Rota coram Seraph. d. dec.*513. *num.*2. *à verſ.
quia index quandocumque, & coram Rebolbo
apud ipſum Spad. num.*6. *verſ. quandoquidem li-
cet ei novam electionem facere.* Imò poteſt ipſe
ſuperior adiri, ut corrigat quod per æſtima-
4 tores factum eſt improbe. *Bart. ad d. l.*9. *num.*
4. *Alex. num.* 7. *verſ. nam poterit coram relatio
corrigi Judicis officio.* Hic namque non agitur
de tertio perito compromiſſario, de quo quæ-
ſtio valde dubia eſt apud *alleg. & alias ad d.* 9.
*Scacc. de appell. quæſt.*17. *limit.*14. *num.*6. *Coſta
d. diſt.*36. *num.*10.

Et deſique, quia æſtimatio etiam compro-
miſſaria reducitur ad arbitrium boni viri, ſi ex-
5 cedat modum *ad gloſſ. ult. in fin. l. penult. ff. de
recept. arbit. cum aliis apud Mareſcott. reſol.*
70. *n.*6. *lib.*2. *& ad Buratt. deciſ.* 898. *num.*12.
Et modum quidem fuiſſe exceſſum ſatis du-
bium viſum eſt ex ſupra dictis, tantaque di-
ſcordia æſtimantium, & æſtimationum alia-
rumque emptionum, & venditionum loca-
lium etiam voluutariatum, quæ variiſſime
utrinque deducuntur, ut Domini denique re-
ſponderint non eſſe faciendum Inſtrumentum.
Utraque &c.

ADNOTATIO.

NIhil addendum ſupereſt in hac brevi *Deci-
ſione* præter illa, quæ ſuperius innuimus
in *Adnot. ad dec.*4. *num.*3. *& ſeq. fol.*187. & ad
*deciſ.*26. *fol.*224.

R. P. D. OTALORA

Pampilonen. Jurium Parochialium.
7. Junii 1666.

ARGUMENTUM.

Plura de Eccleſiarum unione adducuntur, Vicarii
perpetui an vero temporalis deputatio quando
cenſeatur.

SUMMARIA.

1 *Proæmialia verba lumen præſtant diſpoſi-
tioni.*
2 *Unio Eccleſiarum facto cenſetur ad ſubveniem-
dum tenuiori, & ſic pleno iure.*
3 *Vicarius quando ex unione ſit ad nutum.*
4 *Uſurpatio in univerſitate præſumitur.*
5 *Patroni conſenſus unionem convalidat.*
6 *Juſpatronatus conſervatur etiam per unionem
cum conſenſu.*
7 *Juſpatronatus conſervatur etiam per unionem
cum conſenſu.*
8 *Congrua reſervatio, & alia Vicariæ perpetui-
tatem præſeferunt.*
9 *Inſtitutio autorizabilis quoad curam ſpectat
ad Epiſcopum.*
10 *Vicarius quando inſtituitur, perpetuus cenſe-
tur: & infra de aliis ad id conjecturis.*
11 *Interpretotia verborum unionis ex obſervantia
deducitur.*
12 *Statutus ultimus in beneficialibus eſt atten-
dendus.*
13 *Vicariæ perpetuitas quid importet, & n.*19.
14 *Eccleſia incorporata receſſit à ſua natura.*
15 *Vicarius amovibilis quando deputetur, & ex
unionis ratione cenſeatur, & num.*17.
16 *Bulla decreta irritante munita contrarium fa-
ctum inficit.*
18 *Viſitatio juriſdictionem concernit.*
20 *Vicariæ perpetuitatis ſtatus quando mutari
poſſit.*
21 *Concurſus factus in Vicariis, uti erroneus non
attenditur.*
22 *Unio beneplacito carens Apoſtolico ſucceſſores
non afficit.*
23 *Ultimus ſtatus in beneficialibus attenditur.*
24 *Aliquando non ſufficit ultimus ſtatus, ſed
requiritur probatio mutationis prioris ſtatus.*
25 *Mutatio præd. ſit per quadragenariam, vel im-
memorabilem.*
26 *In perſonis petentibus, & univerſitatibus præ-
ſumitur uſurpatio juris patronatus.*
27 *Decl. quando agitur contra Epiſcopum, ſecus
inter compatronos, vel eorum præſentatos.*

Digitized by Google

Super Cauſa, de qua in præſenti Deciſione, ul-
tra *deciſiones* enunciatas *hic* in principio, vide
infra *dec.* 32.

DECISIO XXIX.

ECcleſia S. Mariæ de Legarde ſita eſt intra
limites Eccleſiæ Parochialis de Mendavia,
hæc vero unita reperitur Monaſterio B. Mariæ
de Yrache S. Benedicti. Hinc orta controverſia
coram Ordinario Pampilonen., inter Mona-
ſterium, & Vicarium Oppidi de Mendavia; &
litis conſortes ſupra exercitio Jurium Parochia-
lium in dicta Eccleſia S. Mariæ de Legarde,
emanavit ſententia ſavore Vicarii; ſed in gra-
du appellationis cauſa ad Rotam devoluta,
(a) Supra dec.12. R. P. D. meus (a) Bevilaqua contrarium ſen-
tentiam tulit, qua pronunciavit penes Mona-
ſterium ac Monachos S. Mariæ de Yrache il-
liuſque Abbatem pro tempore reſediſſe, & re-
ſidere curam animarum Parochialis Eccleſiæ
S. Joannis de Mendavia, cui annexa reperi-
tur altera B. Mariæ de Legarde, & Vicarium
deputatum ad exercendam curam animarum
S. Jo: de Mendavia eſſe ad nutum Abbatis, &
Monaſterii amovibilem, habereque nudum ex-
ercitium cum jure congruo *Summ. Abbatis n.* 1.
(b) Supra dec.17. quæ ſucceſſivè fuit confirmata coram (b) Re-
verendiſſimo Gerunden. *dict. ſummar. num.* 2.
Nunc verò in tertia inſtantia dubio ſuper ejus
confirmatione, vel informatione propoſito
ex juribus melius dilucidatis, & deductis,
DD. informandam eſſe ſententiam responde-
runt.

Unio ſiquidem dictæ Eccleſiæ non fuit facta
Monaſterio ſubiectivè, & pleno jure, etiam
quoad ſpiritualia, ſed tantum quoad tempo-
ralia, ut deprehenditur ex verbis proœmiali-
1 bus Bullæ unionis, quæ præſtant lumen diſpo-
ſitioni, & ex his tollitur incertitudo, ut di-
xit *Zaſ. in l. cum qui ff. de Jur. & fact. ignor.*
quem laudat, & exornat *Molin. lib.* 1. *de Hi-
ſpan. primog. cap.* 5. *num.* 4. *cum ſeqq. ibi exibita
ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio contine-
bat, quod fructus, redditus, & proventus dicti
Monaſteris, &c. adeo ſunt diminuti, quod one-
ra dicti Monoſterii non valeris commodè ſuppor-
tare*. Ex quo proœmio dignoſcitur intentio
Papæ, unde apparet, quod quando fecit dictam
unionem ſolum viſus fuit per eam voluiſſe
2 ſubvenire tenuitati fructuum Monaſterii, ut
ad propòſitum tenuit *Rota coram Duran. dec.* 14.
num. 7. & ſic unionem principaliter fuiſſe fa-
ctam Monaſterio pleno jure, quoad temporalia
mediante applicatione fructuum, ut in his ter-
minis de unione facta propter inopiam Mona-
ſterii declarat *Abb. in cap. Monachis ſub num.* 8.
*de præben. ibi: non propter Religioſorum ino-
piam quando Papa, vel Epiſcopus concedit eis
Eccleſiam quoad temporalia*, & talis conceſſio
intelligitur, ut poſſint percipere redditus, &
convertere; in utilitatem propriam, *Jo: And.
n.* 10. *Ancharan. num.* 10.

4 Id quoque plenius probatur ibi: *ſupplican-
tes Porochialem Eccleſiam S. Joannis de Men-
davia dictæ Diœceſis, &c. quæ de patronatu lai-
cali exiſtit*. Hinc patet, quod Parochialis de
Mendavia tempore unionis non erat liberæ
collationis, ſed Parochialis ſecularis de jure-
patronatus laicorum. Itaque non potuit ple-
narie uniri Monaſterio, ita ut Vicarius ad nu-
tum Abbatis removeatur, cum non ab eo, ſed
à patronis laicis præſentetur, *alleg. num.* 3. & 4.
licet aliud dicendum eſſet, ſi Abbas eſſet patro-
nus Eccleſiæ unitæ, & haberet jus præſentandi,
& nominandi Vicarium privativè quoad inco-
las juxta diſtinctionē traditam à Canoniſtis *in
cap. de cappell. Monach. ubi Innoc. ſub num.* 1.
*ibi: alii dicunt hanc Decretalem loqui, ubi Mo-
naſterium non eſt patronus beneficii illius Sa-
cerdotis, quia forte nihil receperat ab Abbate,
ſed à populo tantum, ſed ſi Abbas erat patronus,
Abbas removeret*. Jo: Andreas *ibidem ſub eodem
num. circa med.* ibi: *Alii hanc decretalem intel-
ligunt, ubi Abbas non eſt patronus, nec Præsby-
ter ab eo aliquid recipit, ſed tantum à populo,
Abbas ſacerdotem inſtitueret, & removeret.
Card. Zabbarell. ſub. num.* 2. *verſ. & hoc præ-
ſuppoſito, & ſub num.* 3. *verſ. ſi enim Abbas ra-
tione Monoſterii eſſet patronus*.

Nec obſtant duo, quæ opponebantur. Alte-
rum quod non conſtat de jurepatronatus inco-
larum. Tum quia illud probandum eſt ad for-
mam Concilii dum ſumus in univerſitate, in
4 qua cadit uſurpationis præſumptio. Tum quia
Incolæ de Mendavia de anno 1401., & ſic an-
te unionem donarunt Juspatronatus Sereniſſi-
mo Regi Catholico, qui illud donavit Mona-
ſterio de Yrache ad hoc, ut ſequeretur ſupra-
dicta unio *Summar. reſponſ. Monaſterii num.* 1.
Alterum quod ad unionem patroni acceſſit con-
5 ſenſus ibi: *& ad id Patroni ipſius acceſſit aſſen-
ſus*, quo ſtante dubitari non poteſt de validi-
tate unionis. *Vivian. de Jurep. lib.* 14. *cap.* 5. *n.* 58.

Primum enim non ſubſiſtit, ex eo quod in
præſenti agitur incidenter de probando jurepa-
tronatus, pro cujus verificationes leviores pro-
bationes ſufficiunt. *Gonzal. ad reg.* 8. *Concell.
6 gloſſ.* 18. *à num.* 60. *cum ſeqq. Rota coram Mer-
lin. dec.* 40. *num.* 9. Maximè cum non agatur de
jurepatronatus cum Ordinario, contra quem
jus commune reſiſtit, ſed contra Monaſterium
Gonzal. ubi ſupra num. 59. Illud autem probatur
ex confeſſione facta a Monaſterio in ſupplica-
tione pro obtinenda unione ſuperiùs relata,
quæ ſufficit ad probandum Juſpatronatus ſal-
tem in præjudicium ipſius confitentis. *Garz. de
benefic. q.* 12. *cap.* 12. *num.* 276. *Rota coram Bu-
ratt. dec.* 183. *num.* 2. deinde ex præſentationi-
bus datis *Summar. num.* 3. inſtitutionibus, &
ſententiis ordinarii *nu.* 4. & 5. quibus multum
tribuendum eſt, cum non ſoleant favere iſtæ
præſentationibus. *Rota coram Seraph. deciſ.*
1411. *num.* 8. *Merl. dec.* 349. *num.* 5. & cum hæ
longe poſt factam donationem emanaverint,
infertur non habuiſſe effectum, ex quo in ea
non intervenerit conſenſus Ordinarii; Nec ma-
gis relevat ſecundum, quia etiam poſt unionem
ſpectat præſentatio ad incolas Oppidi de Men-
davia, non ad Abbatem; conſervatur enim
patronatus per unionem etiam factam de con-
7 ſenſu patroni juxta doctrinam *Speculat. tit. de
Jurepat. n.* 17. ubi in ſpecie notat, quod Præsbi-
ter in Eccleſia unita ſemper celebrare debet.
*Rocch. de Curte de Jurepat. verſ. honorificum ſub
num.* 12. *poſt medium verſ. item quia dici Lam-
bert. eodem tract. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 6. *num.* 5. *ſub n.* 2.
*in fin. ibi explicite quod Papa non cenſetur de-
rogare. Rota coram Reverendiſſ. Abulen. deciſ.*
128. *num.* 19. *& ſeqq. per text. in cap.* 3. *de
Relig. domib. ubi* Jo: *Andreas ante fin. notat.*,
quod

quod unitum Monaſterio non mutat naturam.
Et clariùs verba unionis diſpoſitiva demon-
ſtrant ibi: *reſervata ſuper dictæ Eccleſiæ Paro-
chialis fructibus, redditibus, & proventibus pro
Vicario ibidem inſtituendo congrua portione, ex
qua idem Vicarius valeat congruè ſubſtentari,*
8 *& Epiſcopalia jura ſolvere*, nam reſervatio
congruæ præfefert perpetuitatem Vicariæ ju-
xta *tex. in cap. ad hæc de offic. Vicar. Valenz.
conſ.54. per tot. Barboſ. de univ. jure eccleſ. lib. 3.
cap. 6. n. 3.* Item onus Vicario injunctum ſol-
vendi jura Epiſcopalia juxta punctuatam deciſ.
Bellamer. 701. n. 2. circa med. ibi: *ſecunda cau-
ſa fuit, quod ipſe reſpondet Epiſcopo, & Archi-
diacono de juribus ſuis, ad quod teneri non poſ-
ſet Vicarius temporalis, & ſic ſi Vicaria de Men-
davia eſſet amovibilis, onus ſolvendi jura Epiſco-
palia monaſterio fuiſſet injunctum, ut tradit. per
Rot. dec. 101. n. 2. circa fin. p. 1. rec.* Item inſti-
tutio Vicarii id quoque probat, vel quia ea
non competit Abbati de Yrache ex Bulla unio-
nis, ſed de jure pertinet ad Epiſcopum, ut in-
quit *Gemin. in cap. un. de cappell. monac. in 6.
n. 1. & 2.* ubi quod inſtitutio autorizabilis
quoad regimen populi eſt inabdicabilis ab Epi-
9 ſcopo, nec poteſt competere inferioribus præ-
latis, etiam ex conſuetudine, vel præſcriptio-
ne, niſi habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem in clerum, & populum, *Reverendiſſ. Fa-
gnan. in cap. in eam ta n. 3. & 4. de ætat. qualit. &
ord. præficiend. Abb. in cap. cum plantare num. 6.
privil.* ibi: *Eccleſia ſi eſt pleno jure ſubjecta, ſed
non populus, tunc religioſi habent ibi inſtitutio-
nem collatoriam tituli*: ſed inſtitutio authoriza-
bilis quoad curam populi ſpectat ad Epiſcopum,
Dec. ſub n. 26. ibi: *& notandum erit quod Eccleſia
non videtur ſubjecta pleno jure, ſi religioſi non
habent authoritatem inſtituere, quoad curam po-
puli, ſed ſolum quoad titulum beneficii; & cum
Vicarii inſtitutionem recipiant ab Epiſcopo, non
poſſunt ab Abbate removeri, nam dicuntur per-
petui, d. cap. cum plantare §. in Eccleſiis vero* ibi:
*inſtitutos etiam inconſultis Epiſcopis non au-
deant removere. Bellamer. dec. 701. de præbend.
ſub n. 1.* ibi: *ratio eſt quia etiam in Eccleſia ſpe-
ctante ad Menſam Monaſterii pleno jure etiam
quoad omnia ſupradicta Vicarius dicitur perpe-
tuus, qui recipit curam quoad regimen populi ab
Epiſcopo.* Et ibi: *ſed quia Vicarius ille, non per
eos, ſed per Epiſcopum inſtituitur, illum non
poſſunt amovere*; Ideo cenſetur perpetuus, vel
10 quia inſtitutio non cadit in amovibili juxta
*gloſ. litteralem in cap. extirpandæ verb. perpe-
tuum de præbend* & caſus *in cap unic. de cappell.
monac.* ubi *gloſ. verbo perpetui* reddit ratio-
nem, quia inſtitutio non datur ad tempus. *Re-
verendiſſimo Fagnan. in cap. . . . perpetuus n. 3.
de fide inſtrumen. Bellamer. d. deciſ. 701. n. 1.*
Quod autem Vicarii de Mendavia inſtitu-
tionem authorizabilem receperint ab Epiſcopo
in perpetuum patet ex ſententiis Ordinarii
Pampilonenſis latis occaſione deputationum
ab Abbate factarum anno 1637. & ſeqq. in
quibus dicta Vicaria adjudicatur in perpetuum
Summ. Vicorii n. 4. ibi: *ut poſſit gaudere Vica-
ria tota tempore vitæ ſuæ.* Quæ verba indicant
perpetuitatem, *l. 1. ff. pro ſocio*, & tunc dicitur
Vicarius perpetuus, quando conceſſio fattur
ad vitam ipſius, *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 3. n.
11. in fi.* Deinde ex inſtitutionibus ab Ordina-
rio factis, in quibus datur facultas Vicariis
adminiſtrandi Sacramenta, & faciendi omnes
functiones Parochiales ad curam animarum
ſpectantes *d. Summar. n. 5.* ubi Vicarii ad for-
mam conſtitutionis ſynodalis juramenta præ-
ſtiterunt, ut in terminis ponderat *Rota coram
Comitul. dec. 144. n. 8.* quæ benè inſerviunt ad
interpretationem verborum unionis, quæ de-
11 ducitur ex obſervantia etiam per unum actum
*Eminentiſſ. Ottbob. deciſ. 165. n. 19. & 175.
n. 10.* & de interpretatione verborum ſtatuti
dec. 161. n. 11. rec. p. 10. dec. 240. n. 14. & firmat
12 ultimum ſtatum, qui in hac materia eſt at-
tendendeodus. *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 1. §. 3. n.
17. & ſeqq. Comitul. dec. 244. n. 9.*
Ex qua Vicariæ perpetuitate duo reſultant,
Primum quod penes Vicarium dicatur eſſe tan-
13 tum animarum cura, & exercitium, ut tenuit
Cardin. in Clem. 1. de offic. Vicarii n. 10. q. 9. ibi:
*indiſtinctè cura dicitur apud Vicarium quoad
omnem effectum*; Nec principalis poteſt ſe in-
gerere in cura animarum ſpreto Vicario, ut
ſenſit *Ancaran. in cap. expoſuiſti. de præb. in 6.
in fi.* ubi ſic: *Vicarii à Canonicis in cura de-
pendentiam non habent ullo modo*; ſed auctori-
tate Juris habent curæ exercitium de per ſe,
quam principalis Canonicus impedire non po-
teſt, nec in ipſa ſe intromittere, ſicut nec Epi-
ſcopus invito Rectore Eccleſiæ Parochialibus
poſſet aſſumere curam animarum; quam do-
ctrinam pluribus illuſtrat, & ſequitur *Barboſ.
in c. fin. de offic. Vicar. n. 4.* Secundum quod Vi-
carius inſtitutus non poſſit ad nutum Abbatis
amoveri ex ſuperius allegatis.
Contra quam reſolutionem plurima à Mo-
naſterio allegabantur, quæ amovibilem Vicariũ
demonſtrant, Opponebatur enim quod Eccle-
ſia S. Jo: da Mendavia, cui unita reperitur illa
de Legarda anno 1408. plenarie, & per viam
incorporationis unita fuit Monaſterio de Yra-
che cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis
reſervata congrua Vicario ab Abbate perſol-
14 venda, & ſic Eccleſia à prima ſua natura re-
ceſſit, & prædium Monaſterii, cui fuit unita,
reputatur. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. § 7.
num. 2. & 3. Merlin. dec 37. num. 1. cum adduct.
in rec. in hac cauſa emanata. 19. (a) Januarii
1663. in princ. coram R. P. D. meo Bevilaqua.*
(a) Supra dec xi. num. 1.
15 Et cum ratione unius remanſerit regularis de
jure deputatur Vicarius amovibilis, ut diſtin-
guit *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 35. n. 93.
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 3. nu. 10. & ſeqq.*
ubi agit de Vicariis perpetuis, & *num. 14.*
ubi agit de amovibilibus unitis Menſæ. Et ſub
num. 48. & 49. adducit Conſtitutionem *S. mem.
Pii V.* quæ *in §. & ſi dictas Parochiales* diſpo-
nit, quod Vicarii Parochialium ſint ad nutum
amovibiles. *Flores de Meſa var. reſol. lib. 1.
quæſt. 10. num. 16. & ſeqq.* Ricc. *in praxi var.
reſol. tom. 1. par. 2. reſolut. 293. per tot. Murga
quæſt. paſtoral. par. 1. quæſt. 2. §. 7. num. 15. fol. 65.*
& in terminis Parochialium unitarum Mona-
ſterio de Yrache, *Rota coram Seraph. dec. 1304.
per tot. præſertim ſub n. 1. verſ. comprobatur, &
in dec. 88. per tot. præcipuè num. 5. & ſeqq. jun-
cta num. 17. par. 9. & in* (b) *Pampilonen. Vica-
riæ de ſtella 28. Martii 1659. coram R. P. D. meo
Albergato, & in deciſionibus hac cauſa editis
19. Januarii 1663. coram R. P. D. meo Bevila-
qua, & 27. Junii 1664. coram Reverendiſſ. Ge-*
(b) Impr. penes Mur. ad Conſtit. Benedi. deciſ. 9.

randea. nec aliter provideri poſſunt, etiam ſtan-
te obſervantia contraria, quæ non eſt atten-
denda propter reſiſtentiam *Bullæ* 49. *ſan. mem.*
16 *Pii V.*, & cum ea ſit munita decreto irritanti,
inficit quicquid in contrarium factum fuit, *Ro-
ta coram Buratt. dec.* 214. *num.* 8. *Caval. deciſ.*
595. *nu.* 5. & *in Mindenien. Parochiali* 3. *Mar-
tii* 1653. *coram Reverendiſs. Zarate in fin.* im-
preſs. *poſt Dian. var. reſol. par.* 11. *fol.* 366. &
poſt Murg. quæſt. Paſtoral. dec. 29. *fol.* 190.

Ulterius idem probatur ex eo, quod omnes
Decimas percipit Abbas de Yrache, aſſignata
17 certa portione Vicario, & ita cura eſt penes
Abbatem, nudum autem miniſterium penes
Vicarium. *Rota apud Seraph. d. dec.* 1304. *n.* 1.
& 2. Item ex duabus deputationibus meram
centum annorum excedentibus, & effectum
fortitis per admiſſionem unius Vicarii, ſequuta
sentinciatione alterius, & facta in ſecunda ad-
miſſione, mentione prioris, certe inſerviunt
pro juſtificatione Unionis plenariæ juxta *conſ.
Oldrad.* 29. *à Rota recept. coram Greg. dec.* 213.
num. 1. *Merlin. dec.* 4. *num.* 1. cum aliis *adduct.
deciſ. hac cauſa facta* 19. *Januarii* 1663. *coram
R.P.D. meo Bevilaqua §. elicitur in ſecundo*, qui-
bus conſequens eſt concordia inixa anno 1577.
inter Abbatem de Yrache, Capitulum S. Joi de
Mendavia, & incolas ejuſdem loci *d. Summar.
num.* 5. in cujus primo capite dicitur quod Ab-
bas dabat Vicario annuatim 60. ducatos pro
congrua, & ſalario, pro cujus augumento fuit
lis mota contra Abbatem, qui cum eſſet Patro-
nus ad providendum in dicta Eccleſia de bene-
ficiis de menſa, promiſit alterum unire cum di-
cta Vicaria, itaut Vicarius teneatur illud dimit-
tere cum fuerit à Vicaria dimiſſus, & dare Vi-
cario 64. menſuras frumenti. Cum ergo Abbas
fuerit coactus augere ſervitium, & aſſignare
congruam, ſequitur curam reſidere penes Ab-
batem, Vicarium vero tantum habere exerci-
tium, *Rota coram Seraph dec.* 1323. *num.* 1. *verſ.*
5. *ponderatum fuit*. Accedit Statutum in dicta
concordia *d. Summar. num.* 5. ſcilicet quod præ-
ſentatio Vicarii ſpectabat ad oppidum de Men-
davia, collatio vero ad Abbatem itaut poſſet
removeri anno quolibet, ex concordia expli-
citam amovibilitatem continente, ſubſequuta
confirmatione Ordinarii, junctis recentioribus
deputationibus relative ad eam factis ab Ab-
bate de anno 1637. & ſeqq. §. de Vicaria tan-
quam amovibili, patet eam eſſe talem, cum hæc
ſit illius natura, ut nova fiat proviſio, non ex-
pectata morte primi *Rota dec.* 328. *num.* 9. *apud
Puſtb. de manut.*, & (a) *in Maceraten. Cappell.*
(a) Dec. 717. p. 13. rec. 10. *Martii* 1660. §. *injuſtitia coram R.P.D. Be-
vilaqua*.
18 Deindè expendebatur alia recentior concor-
dia facta anno 1715. inter Epiſcopum, & Ab-
batem *Summ. Abbatis num.* 8., in qua tribuitur
Abbati facultas viſitandi Eccleſiam de Menda-
via proprio Monaſterio unitam, nec non San-
tiſs. Sacramentum, Altaria, & Fontem Baptiſ-
malem, quæ viſitatio cum concernat juriſdi-
(b) Dec. 744. cor. Cer. & dec. 71. p. 14. rec. ctionem. *Rota* (b) *in Lucen. Juriſdictionis* 28.
Maii 1663. §. *quod enim coram Reverendiſs. D.
meo Decano* infertur unionem fuiſſe plenariè,
tam quoad temporalia, quam quoad ſpiritualia.

Quæ omnia congruam recipere reſponſionem
viſa ſunt, nec enim ex eo quod dicta Parochia-
lis fuerit Monaſterio unita, & incorporata,
propterea deſit eſſe perpetua Vicaria *Ludov.*
19 *dec.* 112. *num.* 1. & 5. *Duran. dec.* 92. *num.* 8.
dum ſimul conſiſtere poſſint, quod fuerit Mo-
naſterio unita ſeu incorporata: & quod per
Rectorem perpetuum regeretur, *Ægid. dec.* 70.
in 3. *ratione verſ. ſtat ergo*, *Rota coram Penia
dec.* 823. *n.* 13. etiam ſi in unione adſint verba
cum omnibus Juribus, & *pertinentiis ſuis*;
Quia in unione, quod temporalia intelligun-
tur de fructibus, decimis, & ſimilibus annexis,
& acceſſoriis Parochiali unitæ, de qua ageba-
tur, ut tenuit *Rota coram Duran. dec.* 54. *n.* 2.
Inde emanat, quod perceptio Decimarum non
probat plenariam unionem, cum ſit ſeparata à
jure ſpirituali, & uti conſiſtens in mera tempo-
ralitate, ad laicos pertinere poteſt. *Suar. de Re-
lig. lib.* 2. *cap* 25. *nu.* 6. *Azor. juſtit. moral lib.* 7.
cap. 34 *quæſt.* 7. *ta.* 1. *Grat. diſcept. for. cap.* 238.
num. 28. *cum ſeqq.* & *late dictum fuit in* (c) (c) Dec. 219.
Ravennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum 5. *Mar-* p. 10. rec.
tii 1649. §. *neque obſtat coram Reverendiſs. Pa-
pien.* Unde cum non mutaverit naturam Paro-
chialis unitæ, quæ antea erat ſæcularis, natu-
ram ſæcularis ſemper retinuit, & in illa Vica-
ria tanquam ſæculari deputari debet Vicarius
perpetuus. *Garz. de benefic. par.* 13. *cap.* 12. *tit.
de union. num.* 35. ubi quod per unionem non
alteratur ſtatus Eccleſiæ unitæ. *Caſtropal. oper.
moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 1. *pun.* 5. *num.* 18.
Deputationes autem factæ ab Abbate de anno
1539. prævia confeſſione juratorum & benefi-
citorum, quod Vicarius erat annalis, nullius
ſunt momenti, nam cum ex Bulla unionis, &
& aliis ſupra recenſitis conſtet de perpetuitate
20 Vicariæ, nec potuit ſtatus perpetuitatis mutari
per dictas deputationes, niſi 40. anni effluxe-
rint cum poſſeſſione, & ſtatu manualitatis, fir-
mat *Corrad. in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 41. &
cum à die unionis factæ de anno 1408. non af-
ferantur aliæ deputationes, illæ cenſentur per
21 errorem omiſſæ, prout etiam concurſus factus
in Vicariis, in quibus de jure non quæritur,
erroneus non attenditur *Caval. dec.* 599. *num.* 7.
& *in allegata Mendonien.* (d) *Parochialis* 7. (d) Dec. 23.
Martii 1653. §. *magis coram Eminentiſs. Za-* cor. Burat. & de
rate: prout non juvat concordia inita anno ciſ. 305.
1577.; Nam ultra quod non fuit facta tantum p. 11. rec.
inter duas Eccleſias ut ſupponit deciſio hac
cauſa edita (e) 19. *Januarii* 1663. §. *non urget* (e) Supra
coram R.P.D. meo Bevilaqua, ſed inter incolas, deciſ. 1.
& juratos oppidi de Mendavia, & ſic uti carens
22 beneplacito, tanquam perſonalis non afficit
ſucceſſores, & præſumptio beneplaciti ſublata
*à conſtit. ſan. mem. Urbani VIII. de præjud. Ec-
cleſ.* ut in terminis ſimilis concordiæ dixit *Rot.
in Pampil. Vicariæ* 26. *Maii* 1653. *coram Re-
verendiſs. Papien.* Incolæ in dicta concordia
pacto expreſſo convenerunt, quod jus amo-
vendi Vicarium ſpectarett, tam ad ipſos quam
ad Abbatem. *Summ Vicarii num.* 6. *in fin.* ibi:
item fuit tractatum, & *concluſum inter di-
ctas partes quod præſentatio*, & *electio dicti
Vicarii eſt*, & *incumbit dicto Oppido*, &
confirmatio vero d. Domino Abbati, *illumque
poſſint removere qualibet anno, eo modo, quo ipſis
melius videbitur*; Et ſic ex ea non probatur,
quod Vicarius poſſit ad nutum Abbatis tan-
tum removeri: deputationes vero Vicariorum
factæ ab Abbate de anno 1637. & ſeqq. ad for-
mam concordiæ minus juvant, nam præter
quod

quod non contineot inſtitutionem auctotizabilem, quoad curam populi, ſed ſimplicem collationem tituli competentem de jure Abhati vigore unionis, collationes non habuerunt effectum, lite enim ſuper illis introducta coram Ordinario Pampilon. hic ſententias protulit in quibus adjudicavit Vicatium in perpetuum *Summar. Vicarii num.*4. quæ fuerunt exequutioni demandatæ prævijs inſtitutionibus Ordinarii tanquam de Vicaria perpetua, ut ex tenore inſtitutionum 3. *Summar. num.*5.

Demum minus officit concordia facta de anno 1651. quia ſuper ea, illiuſque confirmatione fuit ſucceſſivè à beneficiatis S. Jo: de Mendavia, & aliarum Eccleſiarum mota lis contra Abbatem coram proviſore Pampilonenſi, qui ſententiam tulit, qua pronunciavit dictam concordiam non debere effectum ſortiri, nec exequutioni demandari, *alleg. Summar. Vicarii num.* 1. poſtquam non oſtenditur ab Abbate aliquis actus viſitationis factus in dicta Eccleſia.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

CONtroverſia ſuper unione Eccleſiæ, de qua *hic* agitur, diſcuſſa fuit ſuperiùs *in dec.* 11. *cum ibi adnotatis* propterea ſufficit aliqua tantummodò attingere circa alias concluſiones in hac *Deciſione* inſertas, præcipuè circa Statum Beneficiorum.

Magnam itaque eſſe auctoritatem ultimi ſtatus ad dignoſcendam qualitatem Beneficii (ut habetur *hic n.* 12.) fatentur omnes *in c. Cum*
23 *Eccleſia, Sutrino de conſ. poſſeſſ., & propriet. cap Querelam de elect., & cap. cum de beneficio de Præben. in* 6, *Felin. in cap. Eam de te, de reſcript., Federic. de ſen. conſul.* 234. *n.* 3, *Ferett. conſ.* 112. *n.*3. *lib.*1. *Mareſcott. lib.* 1. *variar. cap.* 55. *n.* 1., *& per tot.. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. §. 2. *n.* 4., *Guttier. allega.* 8. *n.* 10, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 20, *& ſeqq.*, *Rot. coram Grego. XV. dec.* 77. *n.* 9., & ibi *Alden n.* 12. *coram Duran. dec.* 218., *n.* 4. *& dec.* 234. *n.* 6 *cor. Seraph. dec.* 1103 *n.* 3., *& dec.* 1141. *n.* 4.

Non tamen eſt perpetuò & indubitanter vera prædicta Concluſio, cum potiùs recipiat
24 plurimas declarationes, & limitationes, nam in multis caſibus non ſufficit probare ultimum Statum, ſed neceſſaria eſt præciſa probatio mutationis prioris ſtatus, ut videre eſt in *Mediolanen. Beneficii* 1. *Julii* 1707. *per tot. cor. bo: me. Anſaldo.*

Ad effectum autem imprimendi novum Statum in Beneficio ſufficit obſervantia quadragiota annorum, etiamſi conſtaret de anteriori
25 Statu contrario *ad Text. in cap. Cum de Beneficio* 5. *de præbend. in* 6., & ibi notata per *Lap. Butr.*, *Franc. Geminian., & alior, Felin. in cap. In noſtra n.* 43. *de reſcript.*, *Dec. conſ.* 226. *n.* 4., *Rebuf. Super concordat. tit. de collation.* §. *Volumus*, *verb. Regularia*, *Quintona diverſ. Eccleſiaſticor. l.* 2. *cap.* 4. *n.* 15., *Gonzal. ad reg. Cancell. gloſſ.* 8. *n.* 31., *Selv de re benef. par.* 3 *quæſt.* 11. *num.* 217., *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 34. *nn.* 45., *Mareſcott. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 67 *Garz. par.* 7 *cap.* 10. *n.* 37. *Rot. deciſ* 2. *de præbend. in nov. cor. Duran. deciſ.* 244. *n.* 7. Si verò concurrat obſervantia centenaria, tunc per ipſam, quæ immemorabili æquiparatur, efficitur, ut allegari poſſit immutatio Status Beneficii, ſivè per ſolemnem, & legitimam erectionem, licèt de illa non appareat, ſivè per pactum, privilegium, aliumve meliorem titulum, qui poteſt quidem per centenarium allegari, ſed, ut exibeatur, non eſt neceſſe, itaut quod antea fuit minimè attendatur, *Cap. ſuper quibuſdam* §. *præterea de verb ſignificat. l. Hoc jure* §. *ductus Aquæ ff. de aqu. quotid.*, *& æſtiv. Felin. in cap. Cum à nobis de præſcript. Rot. conſul.* 12. *n.* 21., *Gonzal. ad reg. Cancell, gl.* 33. *n.* 4., *&* 14. *Guttier. practic. lib.* 3. *quæſt.* 14. *n.* 21. *Accendan. de exequen. mandat. lib.* 1. *cap.* 12. *ſub n.* 32., *Rocc. Select. cap.* 7. *n.* 32. *Rot. part.* 1. *diverſ. dec.* 727. *n.* 18. *coram Baratt. dec.* 875 *n.* 7. *cor. Priol. deciſ.* 44. *n.* 28 *cor. Emerix jun. deciſ.* 286. *n.* 4.: Et in terminis Vicariæ firmavit ead. *Rot. dec* 3. *n.* 13. *de Union. Benefic. cor. Eminentiſſ. Dom. Falconeria.*

Ejuſmodi autèm immemorabilis non ſuffragatur in Jurepatronatus ſpectante ad Perſonas potentes, ſivè ad Univerſitates, in ipſis enim procedit Concluſio, de qua *hic n.* 4. quod nimirùm contra illas præſumatur acquiſitio Juriſ-
26 patronatus ex præpotentia, atque uſurpatione, & idcirco, niſi de fundatione, vel dotatione per autheotica documenta doceatur, nulla probatio temporis etiam immemorabilis ſuper quaſi poſſeſſione attendatur, ſed præter cætera requiſita neceſſaria omninò exigantur Præſentationes effectum ſortitæ non minori ſpatio, quam quinquaginta annorum, quæque omnes ſuum effectum ſortitæ fuerunt, idque per authentica documenta. Quamobrem in hoc genere Perſonarum, Communitatum, ac Univerſitatum nulla ratio habetur ultimi Status, ut firmat eadem *Mediolanen.*, §. *Sub id cum ſeqq.*
27 Hæc tamen intelligenda ſunt, quoties ad mentem *Sacri Concilii Tridentini* controverſia reſideret cum Ordinario, ſivè ejus Collatio, ab aliquo præſentato per Perſonam potentem, ſecus autèm ubi res eſſet inter præſentatos hinc indè à Perſonis potentibus, vel inter unum præſentatum à Perſona privata, in hoc quippè caſu Concilium non loquitur, aut quicquam præciſè diſponit, idèòque proceditur cum determinatione Juris Canonici communis, ut ſupra. *Rot. dec.* 188. *n* 3. *cor. Bich., & repetita poſt. contr. Diſceptat ſor. dec.* 12. *ſub n.* 1. *relat per eamdem Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Intelligendo cor. bo: me. Anſoldo.*

R.P.D. BOURLEMONT,

Aſculana Aquarum.

28. *Januarii* 1667.

ARGUMENTUM.

Late Aquarum diverſionis materia diſcutitur.

SUMMARIA.

1 *Aqua à fundi domino, ubi eſt ingreſſa, diverti ad libitum poteſt.*
2 *Limita id non procedere ex ſervitute, aut adverſa conſuetudine: ſed contrarium n.*4.
3 *Fovea ſervitus quomodo præſcribatur.*
5 *Ad ſervitutem inducendam actus verificari debent in proprio loco, fierique, ſciente, patiente, & non requiſita domino n.*6.
7 *Aqua, quæ oritur in privato fundo amoveri poteſt: & n.*9. *immo & aqua de publico, quæ in privati fundum labitur, d. n.*7.

8 *Aquæ*

8 *Aquæ curſus non poteſt ab intermedii fundi domino diverti.*
10 *Aquam ducendi per tales agros conceſſio minimè afficit non dependentes.*
11 *Servitus effodiendi ſulcos, eoſque expurgandi qualiter conſtituatur.*
12 *Teſtes contra inducentes fortius probant.*
13 *Aggeres conſtrui poſſunt ad munitionem ſui Prædii.*
14 *Non debent conſtrui in ipſo Alveo Fluminis.*
15 *Debet caveri de damno infecto Vicinis, & Accolis.*
16 *Debet reſultare magnum commodum in avertendis Inundationibus.*
17 *Si aggeres fiant contra legis præſcriptum, Accolarum damna ſarciri debent, & n. 33.*
18 *Non datur probatio contra rem judicatam, niſi prævia reſtitutione in integrum.*
19 *Teſtes reddentes cauſam ſcientiæ ſub ſenſu cadentem, plenè probant.*
20 *Præcipuè formiter examinati in faciem loci, & concordantes cum planta judiciali.*
21 *Et aliundè adminiculati.*
22 *Plenè probant etiamſi non fuerint examinati, ſi in ſua depoſitione occubuerint.*
23 *Damna, quæ potuerunt prævideri, eò faciliùs refici debent.*
24 *Aggeres non dicuntur facti ad ſimplicem tuitionem bonorum, quando ex illis cauſatur amplificatio ſoli.*
25 *Cataſtrum probat quantitatem prædii.*
26 *Itidem Menſuratio.*
27 *Æmulatio ſemper vitari debet. Et ex quibus circumſtantiis deducatur.*
28 *Mutato Alveo Fluminis refici debent damna Vicinis reſultantia; & quandonam ad dictum effectum dicatur facta mutatio.*
29 *Teſtes veriſimiliara deponentes, & concordantes cum relatione Periti, ſemper, præferri debent.*
30 *Damna à diverſione Fluminis reſultantia quomodò probentur?*
31 *Actus geſtus auctoritate Judicis habet pro ſe omnimodam juris aſſiſtentiam.*
32 *Damna ex Conſtructione Aggerum refici debent quotieſcumque immutant naturalem curſum Fluminis, non autem quando comprimunt aquam, & repellunt ad antiquum Alveum.*

Deciſio hic impreſſa, repetita fuit in *dec.9.par.13. recent.* Et ſuper hac eadem Controverſia petita poſtmodum fuit remiſſoria pe fratres de Lentis, & conceſſa per *Rotam*, ut infra *dec.40*, In cujus ſequelam adductis Teſtibus per eoſdem de Lentis, ad eorum dicta refellenda fuerunt per Ambroſios exhibiti novi articuli cum petitione remiſſoriæ, quam *Rota* cenſuit eſſe dandam, ut *in dec.194. par.16. recent.* Demumque examinatis hinc inde Teſtibus remiſſorialibus, confirmata fuit hæc deciſio in *par.17. recent. dec. 132.*

DECISIO XXX.

EX eo quod quædam poſſeſſiones, quarum ratione hæc cauſa diſcutitur, æſtivo præcipue tempore aquarum penuria ſumme laborare cõſueverint, Felix de Lentis, aliique litis conſortes ipſarum Domini aquam per fundos ſuperiores defluentem jure ſervitutis legitime præſcriptam pro illis irrigandis ſibi licere, invitis etiam traducere Dominis prætendebant; Ambroſii vero, ad quos ſpectant ſuperiora prædia, in ea re abſolute diſcordes prætenſam ſervitutem acriter impugnavere: unde cauſa ad Rotam deducta & a me propoſita ſuper dubio, an & de cujus bono jure conſtet etiam ad effectum manutentionis, reſponderunt Domini conſtare de bono jure, etiam ad effectum manutentionis eo modo infra expreſſo.

Quod nimirum curſus aquarum, de quibus agitur, vel conſideratur in foveis ſuperiora prædia interſecantibus, & antequam ad ſaxum, ubi eſt incile pro irrigandis declivioribus terris, defluxerit; hocque caſu dixerunt Domini bonum jus aſſiſtere etiam ad effectum manutentionis illis de Ambroſiis prædia ſuper iſta poſſidentibus, quia ubi aqua decurrit in fundum alicujus, dum ſemel eſt ingreſſa, Dominus fun-
1 di ad ſui libitum de ea diſponere poteſt, illamque quoquo placuerit divertere in præjudiciũ fundi inferioris *l.2. §. item Labeo ait ſi vicinus ff. de aqua pluv. arcen. l. ſi quis diuturno ff. ſi ſerv. vendic. l. uſum C. de aquæduct. l. 10. Bald. in l. aquam in princ. C. de ſervit. & aqua. Bart. in l. quominus quæſt. 12. ibique Jaſ. n. 88. ff. de flumin. cum aliis concor. cumulat. in dec. 425. n. 29. p. 4. rec. tom. 2. & in dec. 241. n. coram Merl.*

Non obſtat, quod hæc regula generalis exceptionem patiatur quoties eſt impoſita ſervitus aut viget antiqua conſuetudo aquam ducendi ad certum uſum, quæ valet impedire quominus aquæ commoditas vetere more, ac
2 diuturna obſervatione ſuffulta à Domino fundi ſuperioris immutetur juxta tex. *in l.2. §. fin. ff. de aqua pluv. arcend. §. manifeſtè C. de ſervitut. & l. uſum aquæ C. de aquæduct. lib. 10. & per rel. à Surd. conſ. 447. n. 11. Bertran. conſ. 317. per tot. vol. 6. Ruin. conſ. 191. n. 4. & ſeqq. vol. 1. Theſaur. dec. 245. n. 3.*

Nulla tamen pro parte illorum de Lentis ſufficiens affertur probatio, quæ ſervitutis præſcriptione, aut veterem utendi aqua commoditatem oſtendat, & comprobat in prædiis ſupra ſaxum (niſi eo modo, de quo infra dicetur) juxta requiſita, de quibus tradunt *Burſat. conſ.*
3 *87. n. 1. & ſeq. & conſ. 156. n. 49. Jacob. Riminald. conſ. 623. n. 6. inter conſ. Jo: Maria* Riminald. *in 4. vol. Alex. conſ. 108. n. 5. vol. 2. Menoch. conſ. 447. n. 19. & plurib. ſeqq.* Et præcipuè quod meatus foveæ, aut alia opera manufacta in illis fundis ſupra ſaxum ſervitutis, ſciente, & patiente domino conſtitutæ præſtent; argumentum ſecundum *gloſſ. in l. ſervitutes 14. ff. de ſervit. in gloſſ. magna circa fin. Cæpolla de ſervit. præd. ruſt. cap. 4. n. 56. & 60. Cravet. in tract. de antiq. temp. in 5. partic. p. 4. princip. incip. circa præmiſſa n. 40.* idemque declarant *Caſtrenſ. in conſ. 243. in fin. lib. 2. Calcan. conſ. 56. vol. penul. Bellamera conſ. 1. col. 2.* & in ſimili articulo tenuit, *Rota dec. 425 n. 15. tom. 2. p. 4. rec. ubi allegat. dec. 164. num. 2. p. 2. diverſ.*

Deficientibus igitur gentibus in dictis fundis ſuperioribus, ut eſſe poſſent meatus excavati pro ducenda aqua, eorum purgatio, & ſimilia, ſequitur uſum aquæ ab illis de Lentis allegatum jure facultatis non autem ſervitutis
4 fuiſſe impartitum; Unde quamvis aquarum decurſus per mille annos verſus prædia inferiora, & ad eorum beneficium, & utilitate continuaverit, non minus Dominus fundi ſuperioris

poteſt

poteſt ad ſui libitum illud vertere in damnum
inferiorum ex claro tex. *in l. Proculus ff. de
damn.infec.l.ſi in meo fundo ff.de aqua pluv. ar-
cen.& fuſe Cæpoll.in tract.de ſerv.ruſt.præd.c.4.
de aquæd.n.51.& Rot.in præciſis terminis in d.
dec.245.n.9.& auctoritates in contrarium alle-
gatæ non diſſentiunt ab ea concluſione.*

Actus vero poſitivi excavationis, & expur-
gationis ſuvearum adducti pro ſubſtinenda
prætenſione ſervitutis prodeſſe nequeunt illis
de Lentis contra Ambroſios, dum ex opera
manufacta non verificantur in bonis ſuperiori-
5 bus ſupra ſaxum, prout eſſet neceſſarium ad hoc,
ut ad ſervitutē inducendam inſervire poſſent.
*Cæpoll.d.cap.4. n.56. Rota d.dec.164.n.2.div. &
dec.425.n.15.cum pluribus ibi recenſitis*. Et
licet teſtes loquerentur de actionibus geſtis in
dictis prædiis ſuperioribus, veritatem adhuc
magis coarctare deberent, nempe quod illi actus
facti fuerint in dictis prædiis ſuperioribus ne-
que vi neque clam, neque præcario, *juxta tex.
expreſſ.in l.1.§.fin.verſ.ſanè ff. de pluv.arcen.*

Sed titulo, & jure ſervitutis, dum alioquin
emanare potuerint ab urbana, officioſa poſſi-
dentis indulgentia, quo caſu nulla datur præ-
7 ſcriptio ſervitutis, cujus actus debent eſſe ta-
les, ut fiant in fundo alieno ſciente, & patien-
te, & non requiſito Domino, ut communiter
tenent *DD. relati per Paris. conſ.112. n.39. &
41. & conſ.113.n.2.lib.2. Alex.conſ.107 n.9. in
fin. vol.2. Burſatt.conſ.156.n.35.& ſeq. Afflict.
dec.188.& Franc.Marc.dec.591.& 592.p.1.*

Minuſque obſtare viſa ſunt objecta ex ſtatu-
to Civitatis Aſculi *rub. 16. de non amovendis
curſibus aquarum, & ex dec.213.n. 5. 6. & 7.
7 penes Poſt.de manut.* Quia in diverſo caſu lo-
quuntur, videlicet quando aqua decurrit ex
publico aquæductu: ſed in præſenti aqua ori-
tur in ſundis privatis, & propterea præfata
concluſio cum ſuo robore perſiſtit.

Prout, & minus juvat intentum illorum de
Lentis aſſetta diſtinctio appoſita ex *Bero. conſ.
144. vol.3.* nempe quod quando de flumine pu-
blico aqua labitur in fundum privati, proce-
dit opinio *Bart.in l. quominus §.14.in fin.ff. de
flumin.* quod Dominus fundi poteſt eam pro li-
bitu ſuæ voluntatis divertere, ſecus au-
tem, quando aqua oritur in prædiis privato-
rum, ut habetur *ſub num.32.*

Quoniam Domini dixerunt ſenſum illius di-
ſtinctionis trahi non poſſe ad caſum, de quo
agitur, & juxta facti ſpeciem *Berovem* nullate-
nus adverſari ſupra firmatæ concluſioni, ſiqui-
dem ille auctor loquitur in terminis aquæ ſca-
turienis in fundo privato, quæque jure ſervi-
tutis acquiſitæ decurrebant transfundum inter-
medium ad alia prædia inferiora: Unde jure
8 merito contendit, quod Dominus fundi inter-
medii prohibetur jure ſervitutis curſum aquæ
tranſeuntis per illa prædia divertere, ut in ſpe-
cie probat *in d.conſ.n.30.31.& 32.* & quatenus
aliud ex ejus dicto poſſet inferri; Domini cen-
ſuerunt illius authoritati non eſſe deferendum
in concurſu tot Doctorum primæ claſſis nullū
diſcrimen facientium inter aquam, ſive emanet
9 à loco pubico, ſive à privato, cum indiſtin-
cte ponant aquam exeuntem ex flumine in fun-
dum privatum fieri illius privati, & conclu-
ſionem ampliant in caſu aquæ ſurgentis in fun-
do privato, & deinde in alienum tranſeuntis,
quo caſu declarant illam æque pertinere ad
Dominum fundi ſimul atque in eum eſt in-
greſſa, ut in terminis aquæ ſeaturientis in fun-
do privato tradit, *Bald.in l.aquam C.de ſervit.&
aq.ibique Paul.de Caſtr. idem Bald. in cap. cum
omnes verſ.pone ex publ.de conſtit.Bart in §. il-
lud Labeo l.1.ff.de aq.pluv.arcen.* & alii, quos al-
legant *Pariſ. conſ.112. n. 2.& Honded. conſ. 79.
n. 14.lib.2.*

Minime quoque ſuffragari poteſt illis de
Lentis quod Monachi Eccleſiæ S. Angeli Civi-
tatis Aſculi conceſſerint de anno 1546. jus de-
10 ducendi aquas per ſuos inferiores agros Comiti
Aſtulpho, Quia dicta conceſſio nullatenus
afficit terras, de quibus agitur uti a dicta Ec-
cleſia non dependentes, & nunquam habuit
effectum; & propterea adhuc inefficax reddi-
tur ex quamplurimis reſponſionibus, quas Do-
mini admiſere, ut optime ſubſiſtentes.

Ceterum redeundo ad disjunctivam conſi-
derationem ſtatus aquarum, DD. exiſtimarunt,
quod ubi defluxerunt ad ſaxum, ubi eſt incile,
illarum curſum diverti non poſſe per alia Am-
broſiorum prædia infra ſaxum ſitum habentia,
quia in facto evidenter apparet in his prædiis
Ambroſiorum infra ſaxum exiſtentibus ex fa-
cto hominis, ſcilicet effodiendo ſulcos, eoſque
purgando ad hoc, ut aqua facilius à prædicto
ſaxo in agros inferiores devitaret, ex *dat. in
Summ.illor. de Lentis n.4.* ſervitutem fuiſſe le-
11 gitime conſtitutam cum omnibus requiſitis, *in
l. aquam de ſervit.& in gloſſ.in l.ſi ſervitus 14.
ff.de ſervit. in gloſſ. magna circa fin. optime ex-
plicat.apud Cæpoll.de ſervit. præd. ruſtic. cap. 4.
n. 56.& plurib.ſeqq. Cancer.var. reſol. reſponſ.
3. cap.4.de ſervit.n.24.Cyriac.controv.318.n.80.
Burſatt.conſ.87. per tot. Rot. dec.32. nu.7. p.4.
tom.2.rec.& apud Poſth.de manut. dec.113. n.5.*
Qua de cauſa Domini judicarunt etiam conſta-
re de bono jure illorum de Leutis etiam ad ef-
fectum manutentionis a dicto ſaxo infra, jure
ſervitutis impoſitæ juxta conſuetudinem in di-
ſtributione dierum obſervari ſolitam, de qua
deponunt teſtes pro Ambroſiis examinati, qui
12 contra inducentes idem fortius probant, *l.ſi quis
teſtibus C.de teſtib. Surd. conſ.299. n.15. Man-
tic.dec.244.n.1.Burat.dec.553. n.6. cum adduct.
in dec.102.n.28.p.9.rec.* ita ut manutentio, quæ
conceditur illis de Lentis in ſaxo, & infra elu-
ſiora non reddatur ab Ambroſiis, ad tradita per
*Cravet. conſ.470.n.7.verſ.2.reſpondeo,& n.8.Ri-
minald.conſ.395.n.1.lib.4.* & ex firmat.in *d.213.
apud Poſt.de man.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

EGimus jam in tractatu *cap.8.per tot.*, & *præ-
cipue n.55.fol.*110. de Aquis, earumque ſer-
vitute, & diverſione, & idcircò ſufficit recur-
ſum habere ab ea, quæ ibi fuerunt adnotata.
Quoniam vero inibi occaſio defuit agendi de
damnis ab aquarum diverſione provenientibus,
ſuper quibus habui re ipſa controverſiam in
Sac. Rota, tempore quo hæc ſcripta prælo
mandantur, ideò non erit inutile ſubnectere
informationem habitam tenoris ſequentis.

Aſculana Alluvionis.
Super Damnis.
Reverendiſſime Pater.

QUamvis ad avertendam aquam Fluminis li-
ceat aggeres conſtruere Agri, vel Prædii
ſui muniendi cauſa, etiam cum levi incommo-
13 do Vicinorum, ut tenet *Beſold.Theſaur.pract.*
adauct.lit.V. num.17. verſ.utrum conceſſum pag.
991., ubi allegat Concordantes, *Zaul.ad Sta-*
tut.Faveat.Obſervat.ad Rubr.38. lib.4 n.7., ni-
hilominus ad hoc, ut ejuſmodi conſtructio cen-
ſeatur in jure permiſſa, tria ſunt potiſſimùm
præcavenda. Primò ſcilicèt, ne conſuetus aquæ
curſus impediatur excitando aggeres in ipſo
fluminis Alveo, quemadmodum per *Text. in*
14 *l.1.§.In publico verſ. ſed Labeo ſcribit ff. de flu-*
min. firmat aliis relatis *Franc. Marc.deciſ. Del-*
phinat.par.2.quæſt.112. poſt n. 1. ibi: *Cùm ta-*
men non impediatur curſus aquæ etiam in Tor-
rente: Aliud enim, ut docet idem Auctor, eſt
fieri in flumine publico, ſeu Alveo, vel aqua
fluminis, & aliud eſt conſtruere in Ripa, &
tradit *Rot.in dec. 1842.num.unic.coram Coccin.*
Secundò, ne hinc oriatur ullum grave damnum
Vicinorum, ac propterea inolevit, quod, ad
eorumdem Vicinorum, & Accolarum indem-
nitati conſulendum, Prætor præſtari mandet
cautionem de damno futuro per decem annos
15 duraturum, juxta *Text.in leg.unic. §.Is autem*
ff.de Ripa muniend., ibi: *Is autèm, qui Ripam*
vult munire, de damno futuro debet, vel cavere,
vel ſatiſdare ſecundum qualitatem perſonæ; &
hoc interdicto expreſſum eſt, ut damni infecti
in annos decem, Viri boni arbitratu, vel cavea-
tur, vel ſatiſdetur. Dabitur autèm ſatis Vici-
nis, ſed & iis, qui trans flumen poſſidebant: &
in leg.1.§.Pleramque, ibique Gloſſ.in verb. fin.
ff.ne quid in flumine publico Rip. obſer. 53. n.3.
& ſequ., Coſt.conſ.51 n 9. Gob.de Aquis qu. 23.
num.pariter 9. Tertiò demùm, ut reſultet ma-
16 gnum commodum publicum, vel privatum
ipſius Conſtruentis in avertendis inundationi-
bus à ſuis Bonis, ut declarat *Gloſſ. in dict. leg.*
Unic. §. Sed etſi, verb.ſine injuria ff.ne quid in
flumin.publ., & latiùs reſpondit *Pariſ.conſ.105.*
n.15. cum ſeq. volum.1., *Arias de Meſa variar.*
reſolut.lib 2.cap.49.num.1., *Gratian. diſcept. fo-*
renſ.cap.380. poſt n.7. verb. & tutelam tom. 3.,
Zaul.ad Statut.Favent.obſervat.38.lib.4.n.8.

His generaliter abſque Contradictore con-
ſtabilitis, plana eſt reſolutio Dubii, ad favo-
rem DD. Joſephi Emygdii Equitis, & aliorum
de Graſſis Principalium; Quoniam cum Ven.
Monaſterium adverſarium conſtructionem fe-
17 cerit novem Aggerum, & quidem vulgò *à*
Pennelli omni jure prohibitam, & abſque ullo
ex prædictis rebus requiſitis; intrat proinde
conſequentia, quod maxima damna ex eadem
promanantia ſarciri debeant, vel actione ex
ſtipulato, ſi cautio prædicta decennalis præſti-
ta fuiſſet, vel ſi (prout in noſtra facti ſpecie)
præſtita non fuit, ſuccurrendum eſt actione,
l. Aquiliæ, tam in judicio criminali (in quo ju-
remeritò actum fuit anno 1727.): quam in
præſenti Judicio civili, ut apertè diſponit *Text.*
in dict. leg.Unico ff.de Rip. *muniend. §. Etenim*,
ibi: *Pecch.de Aquæduct.lib.1. quæſt.7. num.13.*
ubi latè.

Quod autèm Monaſterium adverſarium in
unoquoque ex prædictis tribus requiſitis defe-
cerit dilucidiùs comprobatur; quàm quòd de
hoc dubitari poſſit: Nam, quod attinet ad
conſtructionem in fluminis alveo, & ſucceda-
neam antiqui fluvialis curſus mutationem,
prætermiſſis reliquis ineluctabilibus demon-
ſtrationibus affatim deductis, per Dominum
cauſæ Patronum *in contemporanea informatione*
18 *ſuper negatio principali*, de ipſa clarè conſtat
ex re judicata per idem Monaſterium adverſa-
rium expreſſe acceptata *præt. noſtro Summ. n. 9.*
10. & 11. contra quam, donec obtineatur in
integrum reſtitutio, clauſum eſt os Parti ad-
verſæ aliquid in contrarium afferre, *Rota coram*
Buratt.dec. 76.n.8., & deciſ.147. n.6. par.5., &
deciſ.178.n.8.par.16. Recent. cum aliis *in deciſ.*
81.n.10., in M.ſcellan., & prætermiſſ. cor. Emi-
nentiſſ. D.Cardinali Falconerio.

Pro eo verò, quod reſpicit alterum requiſi-
tum, nimirum damna Vicinis illata, facile
præſumibilia ex ipſamet conſtructione facta
contra formam juris in prædicto alveo fluminis,
hæc damna ponuntur in propatulo per proba-
19 tiones adductas ex noſtris Teſtibus, qui cum
in eorum depoſitionibus optimam ſcientiæ cau-
ſam reddant ſub oculorum ſenſu cadentem, be-
ne, & concludenter probant, *Rot.deciſ.272. n.*
3.cum ſeq.par.2.Rec., & in noſtra Aquarum ma-
teria dixit eadem *Rot.in deciſ. 9.nu.5.poſt Paci-*
chell. de Diſtant.

Quæ damna in evidentiæ ſtatum adducun-
tur ex ipſomet acceſſu judiciali, in quo Teſtes
deponunt, nimirum primus, quod ex cauſa di-
ctæ conſtructionis fluviales inundationes - *hon*
portato à queſti Signori danni di conſiderazione-
Secundus autem dixit - *e per tale voltatara d'*
aqua li predetti Signori Graſſi, Moſſei, &c. an-
no ſofferto il danno - eorumque dicta compro-
bant reliqui tres Teſtes ejuſdem acceſſus depo-
nentes, - *che dopo eſſa conſezione de' Baſtioni il*
20 *ſudetto corſo hà mutato col pregiudicare, e dan-*
negiare li predetti Signori Moſſei, Graſſi &c.-,
quos Teſtes in faciem loci examinatos, nemo
eſt, qui ignoret inſuperabilem in Judicio fidem
facere, maxime quia cum Planta concordant,
ut opportunè dixit *Rot.deciſ.197. num.5. p.8.*,
& deciſ. 8. num.8. verſic. tertio ex planta part.
9. *Recen.*, & in propoſito Aquarum eadem *Rot.*
dec.10.n.6.poſt.Pacichell. de Diſtant.

Præcipuè in noſtra facti ſpecie, in qua Ju-
dex ipſe, qui acceſſui intervenerat, & ſuiſmet
oculis viderat facti veritatem per eoſdem Te-
ſtes enucleatam, illorum fidem ſecutus fuit in
21 diffinitivo Decreto, ſeù ſententia à Parte ad-
verſa acceptata, prout in debilioribus terminis
Teſtium adminiculatorum à ſimplici ſententia
firmavit, *Rot. in deciſ.1001. num.5. cor. Emerix*
jun., *& deciſ.1.num.7. cor.Emin. D. Card. Fal-*
conerio de probat.

In hujuſmodi comprobatione damnorum
collimat etiam præſens *Summar. Add.num.9.lit.*
A., *& B.*, ubi Teſtes deponunt de damnis illa-
tis - *in congiontura, che li ſudetti Monaci fece-*
ro fare nove Baſtioni - aſſeruntque damna eve-
niſſe - *propriamente ſotto la di lui (D.Equitis de*
Graſſis) grande arborata, la quale è ſtata gra-
vemente danneggiata con averſi portata gran
quantità di Terreni, &c.: *& in eodem præſenti*
Summ. num. 10. Nobiles Sacerdotes teſtantur
de damnis prædictis - *doppo alcuni Baſtioni fat-*
ti fare nel letto di detto Marino, &c. con graviſ-
ſimo

ſimo danno, e pregiudizio delli Beni di d. Monaſtero, Paraſoni, e Graſſi, &c. già demoliti per riparare dalli graviſſimi pregiudizii, che gli apportava; quorum alter, cum haberet curam Animarum, & in iſta depoſitione pendente lite decubuerit, plenam facit probationem, non ſe-
22 cus ac ſi fuiſſet formiter examinatus, illiuſque depoſitio morte confirmata remanſit, *ad Tex. in L. fin. verſic. Si autem. Cod. de Teſtibus Rot. dec. 17. poſt. contr. diſc. forenſ. Surd. dec. 403. per tot. Rot. coram Ludoviſ. dec. 434. num. 4., & deciſ. 834. num. 4. cor. Buratt., & deciſ. 8. num. 41. coram Argnell.* cum aliis, quos in noſtris terminis Aquarum refert *eadem Rot. deciſ. 11. num. 6. poſt. Pacichell. de Diſtant.*

Ut omnia vero unico verbo concludantur, quadraginta circiter Teſtes, inter quos plures adſunt Sacerdotali, & Nobili, qualitate inſigniti, pluresque in arte Periti, mendaces eſſent exiſtimandi, ſi velimus ponere in dubium damna provenientia ex d. conſtitutione Vallatorum facta à Monaſterio, de quibus iidem Teſtes uniformi aſſertione deponunt, ut oſtendit Dominus Cauſæ Patronus, §. *Quoniam, & ſequent.*

Atque ad undique patefaciendum malum jus Monachorum Adverſariorum, iſta damna penitus inexcuſabilia redduntur perpendendo, quod indubitanter poterant prævideri, quemadmodum apparet ex prædd. Teſtibus in Proceſſu criminali examinatis *præt. Summ. d. num. 3. litt. C.* & proinde ſtante hac damnorum prævisione clariori reddita ex ipſomet actu con-
23 ſtructionis intus alveum, facilius intrat refectio damnorum ex punctualiter animadverſis per *Pecch. de aquæduct. quæſt. 10. lib. 2. num. 1.* ibi: *Aquarum impetu quandocumque ruinatur fundus Domini prædii, &c. ſi caſus potuit aliquo modo prævideri, tunc tenetur ad reſtaurando damna, & ad reparationem, & præcipuè ob reparationem, Rivi, & fracturam aggerum.*

Tertium demum requiſitum tuendi propria Bona exultat à noſtra hypotheſi; Tùm quia conſtructio aggerum a *Pennelli* nequit dici fa-
24 cta ad ſimplicem eorumdem Bonorum tuitionem, ſed potius ad acquirendum novi ſoli Dominium per alvei mutationem, ut moris fuit Monachorum, qui ab anno 1703. uſque in præſens fecerunt æſtimabile incrementum quartarum 79., quemadmodum reſultat ex combinatione Cataſtri dicti anni 1703., & recentioris menſurationis, ac probatur in noſtra Facti ſuper hoc eodem puncto §. 8. *Ac proinde*, juxta
25 ea, quæ reſpectu Cataſtri connotant *Peregrin. de Fideicomm. artic. 44. num. 12. Poſth. de manuten. obſerv. 17. ſub num. 1. Adden. ad Burat. dec. 317. ſub litter. A. de Comitibus deciſ. Florent. 91. num. 6., & 7. p. 1. tom. 2. Rot. dec. 30. num. 11. coram Eminentiſſ. D. Card. Falconerio in Mi-*
26 *ſcell.*, & de menſuratione teſtantur relati per *Jaſ. conſ. 200. num. 15. lib. 2. Rot. deciſ. 4. num. 1. poſt Pacichell. de Diſtant.*, & faciunt deducta per eandem *Rot. in deciſ. 400. num. 10. verſic. Etenim part. 1. & deciſ. 477. num. 7. par. 9. tom. 2. recent.*

Tum etiam quia Monaſterium Adverſarium ab utraque ripa Marini poſſidet Bona, itaut Vallata, ſeu aggeres conſtructi Aſculum verſus obſint Bonis ipſius Monaſterii longe melioribus, & amplioribus ſitis in Ripa ulteriori verſus Mare, unde promanant, quod non curante Monaſterio præjudicium ſuorum Bonorum reſpicientium ad Mare cum damno noſtrorum Principalium dummodo proferat fines aliorum Bonorum reſpicientium ad Mare cum damno noſtrorum Principalium dummodo proferat fines aliorum Bonorum ad Aſculum vergentium vilioris conditionis cum expenſis longè majoribus, quam fuiſſent neceſſariæ pro ſola defenſione, clarè hinc dignoſcitur æmulatio
27 in omni judicio vitanda, & quæ optimè deducitur ex circumſtantiis arbitrio prudentis Judicis penſandis, *Burſatt. conſ. 57. ſub num. 16. Menoch. de Arbitr.* Judic. *lib. 2. caſ. 156. ſub nu. fin. Sperell. deciſ. 45. n. 36.*, Rota *deciſ. 475. ſub nu. 9. par. 4. diverſ., & deciſ. 69. n. 23. p. 18. recent.* cum aliis *in Recinaten. Fabricæ ſuper Aperitione Feneſtrarum 4. Decem. 1719. §. Aperitionem verſ. Attamen cor. R.mo P. D. de Herrera.*

Haud obſiſtente inani Partis adverſæ aſſertione, qua probare conijcitur damna proveniſſe ab inundantis aquis fluminis Truenti: Quia etiamſi non inficiemur, quod tam Marinum quam Truentum circumdederunt, & in inſulam redegerunt Bona DD. principalium, attamen ſemper verum eſt, quod præcipua cauſa damnorum fuit diverſio fluminis Marini, cujus curſus priuſquam diverteretur, cohibebat undas Truenti, quod retinebatur obſtaculo, oppoſitione, & luctamine undarum ipſius Marini: cumque idem Marinum non ſalebras vulgò *Breccia*, & arenam dumtaxat, limumque, & materiam vehat, ſed ingentia etiam ſaxa præcipiti curſu per montem rotet, ut patet ex depoſitionibus Teſtium utriuſque Partis dum unico impetu ferebatur altiorem ſibimetipſi in actu exonerationis ad Truentum, extruebat lectum, per cujus altitudinem Bona D. Principalis tam ab ipſius Truenti, quam à Marini inundationibus tuta fermè jacebant: Quod ſecus accidit deviatio ipſius Marini originario curſu, & in plures diſtinctos rivos, aut canalia diviſo, per quam aquarum diſciſſionem, earumdem vi enervata, cementa non potuerunt amplius trahere ad alvei elevationem, ut probatur apertè *in noſtro Facti §. 9. & 10.* Ac propterea ſemper intrat refectio damnorum, propter quam opus non eſt, ut aquæ deviatæ ſe vertant ad Bona Accolarum, ſed ſufficit, ut alveus depreſſior, vel altior fiat, & exinde conditio Vicinorum evadat deterior juxta reſponſum *Ul-*
28 *piani lib. 68. ad Edict.* relat. *in L. ait Prætor. 1. ff. de ne quid in flumin. pub.* ibi: *vel mutatus alveus Vicinis aliquam injuriam afferat;* & latius infra, ibi: *Quod autem ait aliter fluat, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, ſed ad modum, & ad rigorem curſus aquæ referendum eſt. Et generaliter dicendum eſt, ita demum Interdicto, quem teneri debet, ſi mutetur curſus aquæ, dum vel depreſſior, vel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit, cum incommodo Accolentium, & ſi quid aliud vitii Accolæ ex facto ejus, qui convenitur, ſentiant, interdicto locus erit.*

Negocium nec facit replicatio deducta ex contrariis Teſtibus aſſerentibus, quod etiam poſt ultimam conſtructionem Septem Vallatorum factam a D. Principali ad reducendas Marini undas ad ſuum ſolitum curſum, Truentum nihilominus bona D. Principalis inundaverit: Quodque inundationes ipſius Truenti facilius

adveneriſt poſt prædictam noſtram conſtructionem ex cauſa quorumdam fluvialium ſemicirculorum à noſtris Vallatis in Marino cauſatorum, quos iidem Teſtes mente ſibi præfigurant.

Etenim abſque repetitione aliarum validarum exceptionum datarum *in noſtro Facti §. 11., & 12.*, ſufficit animadvertere, quod reſpectu inundationũm poſteriorum conſtructioni noſtrorum aggerum, illæ ideo evenerunt, quia licet per dictas conſtructiones fuerit reparatum totali exterminio Bonorum DD. Principalium, attamen cum in latis lata parte palmorum 1600., quæ remanet nimia expoſita inundationibus inter ſeptimum Aggerem, & Flumen Truentum adhuc deficiat octavus Agger, una cum pariete ad effectum muniendi, & colligandi prædd. Aggeres DD. Principalium (quæ omnia ob ſuperventam litem expleri non potuerunt, & pro quibus preces Sacro Tribunali porrigimus *in contemporaneo dubio ſuper negocio principali*) non fuit poſſibile unire totas undas Marini in ſuo antiquo Alveo ad hoc, ut parerent optatum finem refrænandi Truentum tam luctamine fluctuum, quam elevatione Alvei: Quo verò ad ſomniatos ſemicirculos undarum, de quibus turmatim imperitj Teſtes deponunt per mathematicas regulas ſub viſibili
29 oculorum ſenſu non cadentes, ridicula eſt depoſitio contra veritatem facti à noſtris Teſtibus, & à perito pluries in judicio approbato, demonſtratam, qui proinde in hac materia ſunt præferendi, ad notata *per Gloß. in cap. Si Teſtes de Teſtibus Alex. conſ. 64. num. 1. lib. 2., Rot. coram Ludoviſ. decif. 10. num. 3., & coram Emerix Jun. dec. 123. n. 5., & dec. 1167. num. 14. coram eod, & dec. 10. num. 7. de ſervit. coram Rmo D. Cardinali Falconerio.*

Comprobata ex præmiſſis præciſa cauſa damnorum in genere à Monachis Adverſariis reficiendorum pro eo, quod tangit ſpecialem liquidationem, minor poteſt eſſe dubitatio in ſumma ſcutorum ſeptingentorum pro nunc petita cum præſervatione liquidationis in reliquia. Quoniam ex menſuratione Bonorum partim ad verum Alveum Fluminis redactorum, & partim penitus devaſtatorum,
30 & ex relatione Periti coadjuvata cum plurimorum Teſtium depoſitione, quæ ſunt conſueta media pro liquidandis ejuſmodi damnis *Soccin Jun. conſil. 13. num. 3. lib. 2., Rot. coram, Seraph. d. 1277. num. 2., & cor. Coccin. decif. 751. num. 1., & 2., & coram Celſ. decif. 387. num. 8., & 9., & decif. 924. num. 1., & 2. coram Card. Cerra.* dilucide ac ſumma longe majori, ut oſtendit Dominus Cauſæ Patronus §. 3. 4. & 5. unde in hac majori ſumma minor certa continetur *vulgatis juribus.*

Hactenus de juſtiſſimis prætenſionibus DD. Principalium pro refectione damnorum per Monaſterium Adverſarium illatorum; Supereſt modo, ut pauca dicamus dè immeritis conqueſtionibus ipſorum Monachorum in eo, quod reſpicit noſtrorum Aggerum conſtructionem, circa, quam ſi habeatur ſermo de ſumptibus, ad quos iidem DD. Adverſarii fuerunt jam condemnati iſti nequeunt eſſe majori œconomica parcitate à DD. Principalibus erogati; Nam curſus Marini, ſi ad priſtinum naturalem ſtatum redigi debuiſſet mediantibus repletionem novi curſus exorti ob Aggeres Ven. Monaſterii, & excavationibus antiqui Alvei in locis rèpletis neceſſaria fuiſſet exorbitans impenſa ſcutorum mille, & ultra; contra vero conſtructio Vallatorum fuit facta cum tenuiſſima ſumma relegenda *in Summario præterito num. 20.*; Unde ſi Monachi, qui jam habent contra ſe rem judicatam ſuper d. reductione in priſtinum, voluiſſent potius eam facere mediantibus d. repletione novi curſus, & excavationibus antiqui Alvei, laboraſſent contra proprium commodum, & propterea non eſſet hæc exceptio admittenda, ſed potius ſequenda relatio Periti, & Decretum Judicis, qui plenè informati de Statu Loci, & opportunitate reparationum fuerunt in ſenſu eaſdem demandandi in eam formam juxta quam peractæ fuerunt à DD. Principalibus.

Sin autem ſermo ſit de imaginariis damnis, de quibus oblòqui videntur contrarii Teſtes, tanquam confictam cauſam habentibus à conſtructione dd. noſtrorum Aggerum, longe contemptibilior dignoſcitur ejuſmodi prætenſione quoniam in conſtructione noſtra ea omnia concurrunt, quæ ſub initio diximus viam ſternere eidem legitimæ conſtructioni: Facta ſi quidem noſtra Valla non apparent in Alveo Fluminis, qui Alveus ex præmiſſis remanet comprobatum, quod erat Aſculum verſus, non verſus Mare, ubi ſunt iidem noſtri Aggeres, quidquid non ſine aperto mendacio, lectione didicita aſſerere audeant contrarii Teſtes; contra quos adeſt Decretum Delegati Apoſtolici, qui illorum conſtructionem demandavit *præterit. Summ. num. 19.* ad formam peritiæ, de qua in *eod. præter. Sum. num. 18.*, & conſequenter facti fuerunt *auctora Pretore*. Quod agnovit ipſemet Auditor Sanctiſſimi, qui non aliter remiſit Cauſam ad hoc Sac. Tribunal, quam refectis prius per Monaſterium Adverſarium expenſis factis per DD. Principales in eadem conſtructione *præter. Summ. Partis num. 16. & 17.* Undè niſi afferantur concludentiſſimæ proba-
31 tiones præſumptio ſemper ſtat pro legitima, & inculpabili confectione Actus geſti auctoritate Judicis, & poſtea per alterum Supremum Judicem canonizati. *L. 2. ubi Bald. C. de Off. Civil. Judic. l. Ab ea parte 5. §. 1. ff. de probat., Honded. conſ. 33. n. 15. lib. 2., Pic. ad Statut. Urb. gloß. 21. num. 21., & ſeqq., Rot. decif. 6. num. 8. de Senatus Conſ. Vellej. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Falconerio.*

Excluſio autem detrimenti, vel deteriorationis Bonorum Monaſterii (in quo conſiſtit ſecundum requiſitum) adeò patenter adeſt, ut potiùs idem Monaſterium verſetur in poſitiva utilitate, quam una cum noſtris Principalibus, aliiſque Compoſſeſſoribus percipit in Bonis ſitis verſus Mare; Quo vero ad Bona ſita verſus Aſculum, ſuper quibus contrarii Teſtes inter ſe penitus diſcordantes, ut recognoſci poteſt in depoſitione ſeptimi contrarii. Teſtis ad partes dati *num. 6.* connituntur creare nova damna advertendum eſt, quod naturalis curſus Marini eſt verſus, & cohærenter ad dicta bona Monaſterii, quodque in actu acceſſus fuerunt eadem Bona recognita tanquam ſolum *di peſſima qualità per eſſere arenoſo, ſaſſoſo, & inculto*, ut deponit primus Teſtis formiter examinatus coram R. P. D. Gubernatore in actu

acceſ-

receſſus *præt. Summ. n.* 8., & in termino repro-
batorio ſignanter Primus ſuper *Interrogat:* 16.
ubi adducuntur alii ſequentes concordantes,
quo circa etſi abſque veri præjudicio eadem
Rota fuiſſet aliquatenus irrigata a Flumine
connitente recipere ſolum illud, quod anno
1703., uſque in præſens Monaſterium illi ſen-
ſim auferre conatur, non poſſet ullum unquam
dici grave damnum illatum, ac propterea pror-
ſus eſſet ſpernendum non ſolum ex concluſioni-
bus firmatis in principio hujus Informationis,
ſed etiam ex diſtinctione adhibita per DD. cir-
ca aggerum conſtructionem, ut nimirum da-
32 mna refici debeant, quotieſcumque Aggeres
immutant curſum Aquæ non vero quoties (pro-
ut in caſu) dd. Aggeres comprimunt Aquam,
& repellunt, ut ad ſuum naturalem curſum re-
deat, optime ad rem *Pecch. de Aquæd. cap. 9.
quæſt. 19. lib. 2. num. 5.* ibi: *Locum habet actio,
quoties opere manufacto Agro Aqua nocitura eſt,
ideſt CUM QUIS MANUFECERIT, QUO
ALITER FLUERET QUAM NATURA
SOLERET, &c.; Cæterum quoties naturaliter
tantum afficerent, teneretur illud nocumentum
tolerare, quia ſic importat naturalis ſervitus, ut
inferior deſerviat ſuperiori, ſivè melior, ſivè
deterior fiat conditio ipſius Agri:*

Poſtremum denique requiſitum, ut nempe
Aggeres fiant ad tuitionem propriorum Bono-
rum cum magno commodo conſtruentis in
avertendis inundationibus, non autem in ac-
quirendo novo ſitu cum Accolarum jactura,
manifeſtum fit ex facti ſerie, tam *ſuper Nego-
cio Principali, quam ſuper Damnis* recenſita;
Agitur enim de reducendo Flumine ad ſuum
antiquum Alveum juxta decretum Judicis ex
adverſo acceptatum, de liberatione, & tuitio-
Bonorum valoris ſcutorum circiter 30. mil.
Summ. præt. num. 1., quæ ex facto Monaſterii
Advarſarii undarum furori expoſita remane-
bant, ac propterea cum Monachi certent de lu-
cro captando in acquiſitione, noſtri autem Prin-
cipales de damno vitando, debet omni æquita-
33 te iſtis ſuccurri, mediante refectione damno-
rum per Monaſterium Adverſarium explenda,
ut per punctualem *Tex. in l. Procula* 26. *ff. de
damn. infect.* ad rem concludit *id. Pec. eod. tract.
tit. 2. quæſt. 18. n. 18.*

Quare, &c.

R. P. D. EMERIX

Aſculana Servitutis
11. *Februarii* 1667.

ARGUMENTUM.

Laudi virtus exprimitur, præcipuè ad proſpe-
ctum vicino feneſtris novis impediendum.

SUMMARIA

1 *Ædificare, & feneſtras cum vicini præjudi-
cio aperire cuique licet.*
2 *Limita id ex inducta ſervitute, vel æmulatio-
ne non procedere.*
3 *Æmulatio regulariter non præſumitur, niſi
appareat opus inutile non eſſe.*
4 *Laudum utrinque emologatum, & executioni
demandatum vim tranſactionis habet.*
5 *Et ad inſtar, pacti, ſeu ſententia ſervitutem
inducit.*
6 *Laudum ſtrictè intelligendum, & ad alia non
trahendum.*
7 *Arbitri, & partium intentio ſequenda eſt ne
laudum inutile, ac cluſorum reddatur.*
8 *Proſpectus mediante laudo poteſt impediri.*

Hæc deciſio eſt inter impreſſas *Emer. ſenior. decis.
167. & dec. 29. p. 15. rec.*

DECISIO XXXI.

POſtquam fratres de Malaſpinis obturarunt
feneſtras eorum domus habentes proſpectum
in atrio, viridario, & domo illorum de Cap-
pellis in executionem laudi utrinque emolo-
gati, in quo vulgari ſermone partibus injun-
ctum legitur: *e così fatta non ſi poſſa innovare
coſa alcuna in tutti li capitoli, benche minima,
che foſſe*, ceperunt aperire feneſtras in alia
parte ejuſdem muri, ſeu parietis, & preten-
dere quoddam menianum cum aperitione al-
terius feneſtræ, per quas patet idem proſpe-
ctus in atrio, viridario, & domo illorum de
Cappellis, quem habebant feneſtræ in execu-
tionem laudi obturatæ; Quapropter habito
pro horum parte recurſu ad Ordinarium Aſcu-
lanum, prodiit ſententia mandans omnia poſt
laudum innovata in priſtinum reduci, quæ
cum fuerint in gradu appellationis ab A. C.
Bulgarino revocata, dubitavi in tertia inſtan-
tia; An nova opera, de quibus agitur, ſint in
priſtinum reſtituenda, & affirmativè reſolu-
tum fuit. Quamvis enim fratribus de Mala-
ſpinis aſſiſtat regula deſumpta ex *l. cum eo ff. de
ſervit. Urb. præd. & l. altius & l. in ædibus C.*
1 *de ſervit. & aqua*, ſecundum quam unicuique
licitum eſt in ſuo ædificare, & feneſtras ape-
rire etiam cum damno, & præjudicio vicini,
ut poſt alios firmavit *Rota in* (a) *Bononien* (a) Emerix
Feneſtrarum 4. Aprilis 1662. coram me. Iſta ſen. dec.
tamen regula duas patitur limitationes, ut 48.
ſcilicet non procedat, quando contra ædificare
volentes inducta fuit ſervitus, vel quando
2 hoc agitur ad æmulationem, ut de prima eſt
*tex. in l. ſi quis C. de ſervit., & aqua & in d.
l. cum eo ff. de ſerv. urb. præd.* & de ſecunda eſt
tex. in l. opus novum ff. de operi publ.

Utramque autem limitationem in præſenti
concurrere DD. exiſtimabant, æmulatio enim
3 licet regulariter non præſumatur, tamen quia
perpenſis bene facti circumſtantiis, & conſi-
derata attentius planta judiciali, dignoſcitur
nihil vel parum utilitatis fratres de Malaſpinis
percipere aperitione novarum feneſtrarum,
dum ipſi æque commodè aliunde lumen habere
poſſunt, & amicabiliter paſſi ſunt feneſtras an-
tiquas obturari, ac in illa quæ per directum
non aſpiciebat in atrium DD. de Cappellis mu-
rum alavari fere uſque ad illius ſummitatem:
utique ſequitur, quod opera nova facta cen-
ſeantur in damnum, & præjudicium vicini, &
conſequenter ad æmulationem, ut pluribus
probat *Cephal. conſ. 130. num. 12. verſ. Quan-
do enim lib. 1. Bero conſil. 135. num. 4. lib. 3.
Gail. obſerv. 69 num. 17. & ſeqq. lib. 2. cum
aliis adductis per Sperell. deciſ. 55. num. 31. &
ſeqq.*

Servitus autem negativa proſpectus recte
deſumitur ex laudo utrinque emologato, &
4 executioni demandato, quod vim tranſactio-
nis habet, ut firmat *Rota deciſ. 350. num. 2.*

par.

par. 4. recen. & ad inſtar pacti ſeu ſententiæ
5 ſervitutem induci, *§. ult. inſtit. de ſervit. Eugen. conſ. 32. n. 20. cum ſeq. lib. 1. Grat. diſcept. 755. n. 29. & ſeqq.*

Non obſtat, quod laudum præciſæ loquatur de feneſtris tunc exiſtentibus, & ita uti ſtrictè
6 intelligendum trahi non debeat ad alias præſertim in eodem loco non factas, ex allegatis per *Franciſc. Severin. allegat. 2. num. 36. & 37. poſt Novar. de grovam. Vaſſal.* quia dum ex toto laudi tenore conſtat non alias, & partium emologantium fuiſſe intentionem, quam liberare domum illorum de Cappellis à proſpectu ſive directo, ſive obliquo; Utique non eſt inſiſtendum ſtrictè cortici verborum, ſed potius ſequenda venit intentio partium & arbitri, ne alioquin per aperitionem novarum fe-
7 neſtrarum laudum reddatur inutile, & eluſorium, ut conſiderat *Corn. conſ. 90. num. 32. verſ. & hanc interpretationem lib. 2. Grat. d. diſcept. num 29. Eugen. conſ. 32. n. 30. verſ. ſi prædicta ſervitus & Rota dec. 350. n. 6. & ſeqq. par. 4. rec.*

Idque tanto faciliùs in hoc caſu videtur admittendum, quia fratres de Malaſpinis in recompenſationem ablati proſpectus, receperunt partem atrii, & ambulacri illorum de Cappellis, & arbiter mandavit nihil innovari quoad omnia contenta in capitulis. quod ſane
8 ad aliud referri non poteſt, niſi ad futurum proſpectum, quem mediante lando, & ipſe, & partes voluerunt impedire ſicut per *text. in l. qui ædificium, & in l. ſi ſervitus ff. de ſervitut. Urban. præd. arguit. Eugen. d. conſ. 32. num. 45. lib. 1.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

De feneſtris, & de proſpectu, de quibus inſtituitur ſermo in *deciſione* præſenti latè actum fuit ſuperius *cap 6. mem. 4. fol. 54. & plurib. ſeq.* cum ibi *adnotatis fol. 64.*

R. P. D. OTTALORA

Pampiloonen. Jurium Parochialium.
11. *Martii* 1667.

ARGUMENTUM.

Fusè de Eccleſiarum unione, ac Vicarii ad nutum amovibilis deputatione.

SUMMARIA.

1 *Vacat nunquam poſſeſſio bonorum, ſed reſidet penes Eccleſiam.*
2 *Unio per viam incorporationis eſt cum tituli ſuppreſſione, & cum jurium tranſlatione num. 5.*
3 *Parochialium nihil aliud eſt quam cura animarum.*
4 *Unio cum omnibus juribus quid importet.*
5 *Unio Eccleſiæ Parocchialis eſt unio curæ animarum. Narrativa, ſeu petitio quando non attendatur.*
6 *Juſpatronatus extinguitur facta unione cum patroni conſenſu, & num. 11.*
7 *Conſenſus Patroni in juriſpatronatus extinctione quomodo præſumatur.*
8 *Narrativa litterarum ex longævi temporis lapſu vera præſumitur.*
9 *Nuncius Apoſtolicus cum Papa confirmatione ſupplex in jurepatronatu ordinarii conſenſum.*
10 *Juſpatronatus abſque Apoſtolico privilegio extinctum recuperari non poteſt.*
11 *Nominationes ad concordiam relatæ ejus conditionem recipiunt.*
13 *Nominationes quondoque prærogativam tantum, non vero jus coactivum tribuunt.*
14 *Cura totalis penes Vicarium reſidet, quando ipſe fructus omnes percipit.*
15 *Transfertur cura, facta unione cum omnibus.*
16 *Congrua Vicario reſervata ad ſe alendum, & epiſcopalia jura ſolvendum eſt de juribus Epiſcopo debitis ratione exercitæ curæ.*
17 *Vicarius quando debeat eſſe perpetuus, & inſtituendus.*
18 *Inſtituere large ſumitur.*
19 *Inſtitui quis non poteſt in Eccleſia per viam incorporationis unita.*
20 *Titulo extincto Eccleſia remanet merum prædium.*
21 *Vicarius Monaſterii uniti poteſt id, quod alii in ſua Parochia.*
22 *Vicarii, ſi habeant merum exercitium, hoc poteſt eſſe temporale.*
23 *Beneficii ſtatus poteſt beneficiato inſcio immutari.*
24 *Approbare Vicarios amovibiles indefinite debet Epiſcopus.*
25 *Vicarius amovibilis eſt deputandus, unione facta pleno jure.*

Præſens *Deciſio* eſt repetita in *deciſ. 49. par. 15. recent.*

Cauſa, quæ hic agitur, fuit deciſa per tres ſententias conformes favore Abbatis. Poſtea verò fuit per Signaturam iterum commiſſa cum clauſula: Conſtitæ de tribus quemadmodum reſultat ex *deciſ 287. coram Prioli*, in qua licet fuiſſet conceſſa ſemiſſoria Vicario, & incolis fuit deinde nihilominus denegata, ut in *deciſ. 299. ejuſdem Prioli*, & tandem *Rota* reſpondit: *conſtare de tribus*: favore ejuſdem Abbatis contra d. Vicarium, & Incolas, ut in *deciſ. 93. par. 16. recent.*

DECISIO XXXII.

Cenſuerunt Domini die 7. Junii (a) præteriti infirmandum eſſe ſententiam Rotalem latam coram R. P. D. meo Bevilaqua, & ſucceſſivè confirmatam coram Reverendiſs. Gerunden., qua pronunciatum fuit penes Monaſterium, & Monachos S. Mariæ de Yrache illiuſque Abbatem pro tempore reſediſſe, & reſidere curam animarum parochialis Eccleſiæ dicti S. Joannis de Mendavia, cui annexa reperitur altera B. Mariæ de Legarda, & Vicarium deputatum ad exercendam curam
1 animarum S. Joannis de Mendavia eſſe ad nutum Abbatis, & Monaſterii amovibilem, habereque nudum exercitium cum jure congruo: ſuper cujus deciſionis juribus propoſui dubium, & DD. à deciſis recedendum eſſe reſponderunt.

(a) Vide ſupra dec. 11. 17. & 19.

2 Nam unio Eccleſiæ S. Jo: de Mendavia fuit facta Monaſterio, quoad ſpiritualia, & temporalia, ut ex verbis deciſionis comprehenditur, ibi: *Parochialem Eccleſiam vacantem per liberam reſignationem Sanctii*, quæ reſpicit titulum

tulum; quia poſſeſſio bonorum nunquam vacat, ſed ſemper reſidet penes Eccleſiam. *Natt. conſ.562. num.11.& 12.lib.Rota deciſ.19. num. 11. par. 1. diverſ.*

Quibus conveniunt ſequentia *Dicta Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & unire dignaremur*, quæ demonſtrant peritam unionem fuiſſe acceſſoriam per viam incorporationis, & ſic cum ſuppreſſione tituli. *Hayed. de incompatib. benefic. p.2. cap. 3. ſub num. 9. verſic. tamen incorporatio. Rot. deciſ. 710. num.2. par. 2. recen. Merlin. deciſ.115. num.1. per tot.*

Petitioni adſtipulatur conceſſio ibi: *præfatam Parochialem Eccleſiam, ſicut permittitur,*
3 *vacantem*, ubi Papa Parochialem Eccleſiam conceſſit, quæ conceſſio comprehendit curam, & ſpiritualia, cum Parochialitas nihil aliud ſit quam cura animarum. *Put. dec. 299. in fi. lib. 1. Rotæ diverſ. dec.62. n. 38. & 39. p. 2. & coram Coccino dec.454. n.7.*

Adduntur inſuper verba illa *cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis*, quæ comprehendunt curam animarum, jura Parochialia cæte-
4 raque ad Eccleſiam unitam ſpectantia de jure ſive conſuetudine. *Innoc. in cap. cum ad ſe n.2. verſ. & dic. quod pertinentiarum nomine de reſtit. ſpoliat. Rota deciſ.630. n.27. p.4.rec.tom.3.* & important, quod unio ſit facta acceſſoria etiam quoad ſpiritualia. *Murg. quæſt. Paſtoral. p.4. q.1. ſect.3. concluſ.2. n.7. Rota coram Merlin. dec.215. n.6. verſ. præterea Eccleſia, & coram Caval. dec.599. n.3.& 4. & in rec.dec.630. n.27. p.4. tom. 3. & dec.11. n. 6. p.6.* ubi *nu.7.* dicitur quod ſub dictis verbis venit etiam jus deputandi Vicarium ad nutum amovibilem, & in *Mindonien. Parochialis coram Reverendiſſ. Conchen. poſt Murg. dec. 29. ſub n. 11.* & plenè firmatum fuit in deciſionib. hac cauſa emanatis 19.*Janu.1663. §. de hac autem coram R. P. D. meo Bevilaqua, & 27.Junii 1664. §. hanc autem coram Reverendiſſ.Gerunden.*

Fortiùs dum in unione dicitur *Præfato Monaſterio auctoritate noſtra ordinaria in perpetuum incorporamus*, quod oſtendit unionem eſſe acceſſoriam, & extinctivam tituli cum tranſ-
5 latione Jurium (etiam ſpiritualium) in Monaſterium, cui facta eſt unio, & declarant *Garz. de Aedific. p.12. cap.12. cap. 2. n. 55. Caſtropal. oper.moral. tom.2. tract.13. diſput.6.pun.12.§.1. n. 10. Murg. quæſt. paſtor. p.2. q.2. §.7. n.35. in fi. fol.72. & p.4. q.1. ſect 3. concluſ.2. n.7. in fi. fol.186. Caval. dec.371 num. 5. & (a) Cataen. prætenſæ obedientiæ 23.Maii 1630. §.eademque coram bon.mem. Bichio, & in Mindonien. Parochialis coram Reverendiſſ.Conchen.ſup.allegata.*

(a) Eſt inter impreſſas ejuſd. Bich. deciſ. 421.

Idem etiam patet ex eo, quod in unione ſequentia leguntur; *ita quod liceat per vos vel per procuratorem veſtrum corporalem, poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, Juriumque, & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere*, ita ut importent pleno jure, & ſubjectivè unire, & incorporare Eccleſiam Parochialem menſæ Monaſterii, tam quoad temporalia, quam quoad ſpiritualia, & conſecutivè dare facultatem poſſidendi jura Parochialia, ejuſque fructus ratione Parochialitatis unitæ. *Caval. d.789.n.1. & in rec. dec.710. n. 3. p.2. & 352. n.8. p.4. & 580. n. 8. & 15. eadem p.4. tom.3. & dec.88. n.12. p.9. Buratt.dec.214. n.4. Merlin. dec.115. n. 7. cum adductis in dicta Mindonien. Parochialis coram Reverendiſſ. Conchen. §. & ulterius.*

Officere autem non poteſt, quod ex tenore unionis conſtet illam fuiſſe factam ad ſupplendam neceſſitatem Monaſterii, & ſic pleno jure quoad temporalia mediante applicatione fructuum, ut ponderatum fuit in *deciſ. quæ revidetur §.unio ſiquidem.*

Quia licet cauſa motiva uniendi fuerit neceſſitas Monaſterii, unio facta fuit de ipſa Ec-
6 cleſia Parochiali, quod importat unire ipſam curam animarum, & ſic non debet attendi narrativa, ſed concluſio *Angel. conſ.36.n.3. & aliis relatis dixit Rota in (b) Romana, ſeu Veliterna Affictus 15. Martii 1652. in fi. coram bo.me. Bichio.* Maximè dum conceſſio eſt clara, quo caſu nec petitio conſideratur. *Abb. in cap. inter dilectos n.4. verſ. nota bonam limitationem de fide inſtrum. Rota coram Greg. dec. 522. n. 8.* Nec conceſſionis proemium attenditur. *Grat. diſcept. 530. n.27. Rota dec. 36. n. 18. p. 5. rec.* Cum enim conceſſio pendeat ab animo concedentis, narratio ſupplicantis attendenda non eſt ad illam interpretandam. *Felin.in cap.conſam, quæ num.6. prope fin. verſ.prædicta declara de reſcrip. Becc. conſ.51. n.28. Gratian. diſc. 734. num.31.*

(b) Dec.500. ejuſd.Bich.n.51.

7 Minus obſtat quod Parochialis de Mendavia tempore unionis non erat liberæ collationis, ſed Parochialis ſæcularis de Jurepatronatus laicorum, & ſic non potuerit plenariæ uniri Monaſterio, ita ut Vicarius ad nutum Abbatis removeatur, cum non ab eo, ſed à patronis laicis præſentetur, ut ponderatum fuit *in §. id quoque plenius.*

Objectio ſiquidem procedere poſſet, ſi unio facta fuiſſet æque principaliter, tunc enim quia remaneret titulus, dubitari poſſet, ad quem pertineret Vicarii nominatio, cum vero unio facta eſt pleno jure, acceſſoriè, & ſubjectivè Monaſterio (ut in præſenti) ſi conſenſus Patroni in unione intervenit, juſpatronatus extinguitur, & eam non impedit, juxta *tex. in cap. paſtoralis 7. de Donat. ubi DD. Vivian. de jurepat. lib. 14. cap.5. n. 58. Rota in dec. 579. num.4. p.2.*

Conſenſum autem Patroni interveniſſe patet ex Bulla unionis ibi: *& ad id Patroni ipſius*
8 *acceſſit aſſenſus*, & relatum verificatum præſumitur coram exequutoribus literarum Apoſtolicarum unionem confirmantium. *Put.dec.356. n.4. lib.1. dec.734. n.4. p.2. dec.71. n.5.& ſeqq. p. 5. rec.* præter quod ſufficit lapſus temporis longævus ad hoc, ut narrativa literarum vera præſumatur. *Gregor. dec.431. n. 10. Caval. dec. 15. num.3.* Deinde clarius apparet, dum incolæ de Mendavia ante unionem donaverant Juſpatronatus Carolo Sereniſſimo Regi Navarræ, qui illud donavit Monaſterio de Yrache ad hoc, ut ſequeretur prædicta unio, *ut in dec.* quæ revidetur *§.nec obſtant.*

Minus relevant duo, quæ contra prædictam donationem opponebantur. Alterum quod non potuerit ſubſiſtere, ex quo in ea non intervenit conſenſus Ordinarii: alterum quod non fuerit obſervata, quia poſt factam unionem Incolæ de Mendavia nominaverunt aliquos Vicarios. Primum enim ſolvitur ex eo, quod Communitas à ſe abdicavit Juſpatronatus,

tus, illudque donavit Sereniſs. Regi Navarræ,
qui cum inſertione ipſius donationis illud do-
navit Monaſterio, ut fieret Unio, quæ facta
fuit à Nuncio Apoſtolico, & Adminiſtratore
Epiſcopatus Pampilonæ, & confirmata à Papa,
ex quo reſultat, & ſuppletus conſenſus Ordi-
narii, & ſic cum extinctum fuerit juspatrona-
9 tus, non potuerunt Incolæ in hac Eccleſia re-
gulari novum juspatronatus acquirere, neque
antiquum iam extinctum recuperare abſque
Privilegio Apoſtolico. *Rota in rec. deciſ. 29. n. 9. p. 7. & coram Eminentiſs. Ottbob. dec. 159. n. 9. cum ibi adduct.*

Nec viſi ſunt favere Doctores allegati *in dec. §. nec obſtant in fi.* Hi enim diſputant, an
ſi Eccleſia Patronalis deſtructa uniatur alteri
Eccleſiæ, juspatronatus ad eam tranſeat, &
præjudicet patrono, & tertio, qui caſus non
10 convenit cum præſenti, in quo agitur de unio-
ne Eccleſiæ patronalis facta de conſenſu Patro-
ni alteri Eccleſiæ acceſſoriè, & ſubjectivè ex-
tinctiva tituli Eccleſiæ unitæ, in quibus ter-
minis loquitur *tex. in C. Paſtoralis 7. de donat.*
10 *& DD. ſupra adducti* firmantes, quod juspatro-
natus extinguitur.

Secundum autem minoris conſiderationis
eſt, vel quia nominationes factæ ante annum
1577. ſunt amovibiles ad annum, & per viam
ſupplicationis quo anno inita fuit concordia
inter partes, in qua firmatus amovibilitas Vi-
cariorum, & cum omnes nominationes ſequen-
12 tes referantur ad concordiam, relatio opera-
tur, ut recipiant conditiones ejuſdem, & ad
ejus terminos reſtringantur. *Rota in rec. deciſ. 429. n. 2. & 555. n. 5. p. 2.* & latè dictum fuit in
deciſ. huius cauſæ emanata de anno 1663. *coram R. P. D. meo Bevilaqua.* Vel quia hæ nomi-
nationes dicuntur preces, & ſupplicationes fa-
ctæ ad effectum habendi Vicarium populo gra-
tum, ex quibus non probatur poſſeſſio Juriſpa-
13 tronatus, ſed ſolum quædam prærogativa
competens Communitati, & populo, quæ non
tribuit aliquod ius coactivum & obligatorium.
Ferret. conſ. 33. n. 3. & 4. & conſ. 212. num. 4. Rocc. de Jurepatr. in verb. competent *num. 60. Gonzol. ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 90. Cavoll. dec. 419. n. 1. & per tot. & in* (a) *Pampilonen. Vicarin de Stella* 3. *Junii* 1643. *§. nec refragantur coram Reverendiſs. D. meo Decano, &* 26. (b) *Maii* 1653. *§. neque ulla vis fieri poteſt coram Reverendiſs. Papien.*

(a) Dec. 103. n. 10. cor. Cer.

(b) Borg. qu. Paſtoral. deciſ. 20.

Etenim argumentum deductum pro excluſione
tranſlationis curæ in Monaſterium, ex
quo fuerit in unione reſervata congrua pro
Vicario, retorquetur, ut præciſè reſpondit *Rot. dec. 710. n. 3. par. 2. rec.* ubi declarat tunc to-
talem curam penes Vicarium eſſe, quando ipſe
14 omnes fructus beneficii percepit, certa por-
tione aſſignata ei, cui facta eſt unio. At in
præſenti ſumus in caſu contrario, in quo liquet
curam fuiſſe tranſlatam in Monaſterium, ut de
15 communi opinione teſtatur *Rota dec. 352. n. 8. p. 4. rec.* Et eſſe claram iuris concluſionem dicit
Seraph. dec. 1304. n. 1. verſ. hinc q. reſult.

Parum refert, quod congrua reſervetur Vi-
cario, non ſolum ut poſſit ſe ipſum alere, ſed
addatur: *Et Epiſcopalia jura ſolvere*; Nam
cum ex ſuperioribus appareat curam fuiſſe
tranſlatam in Monaſterium, id intelligitur de
16 iuribus Epiſcopo debitis ratione exercitii cu-
ræ, ut reſpondit *Rota coram Merlino deciſ. 115. n. 12. verſ. & eo modo.*

Nec intereſt, quod Vicarius ſit inſtituen-
dus, tam ex verbis unionis, quam de iure ex
17 doctrina *Abbat. in cap. cum plantare n. 6. poſt med. verſ. eo caſu de privileg.* ubi dicit, quod
licet Eccleſia ſit pleno iure ſubiecta Monacis, ſi
non eſt ſubiectus populus, inſtitutio auctoriza-
bilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſco-
pum, & ideò debet eſſe perpetuus, prout preſ-
byteros, qui ad curam populi per Monachos
in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, &
ab ipſis inſtituuntur, debere eſſe perpetuos di-
cit *tex. in cap. unic. de Cappell. Monach. in 6.*
præſertim dum in approbationibus Epiſcopi
ab anno 1637. citra apponi conſueverunt verba
illa, *ut gaudere poſſit Vicaria toto tempore vitæ ſuæ*, quod dicitur enunciatum in ſententia lata
ad favorem unius ex duobus nominatis.

Quia verbum *inſtituere* largè ſumitur, &
18 continet quemcumque modum providendi, ut
poſt alios declarant *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 72. n. 172.* & in ſpecie, quod accipia-
tur pro deputatione Vicarii, ſeu Cappellani
ad nutum amovibilis ad exercitium curæ, vide-
re eſt apud *Greg. dec. 370. n. 5. verſ. ſunt enim inſtitati.*

Ulterius doctrina Abbatis procedere poſſet
in Eccleſiis alio modo ſubjectis Monacis quam
19 per unionem factam acceſſorie, per viam in-
corporationis, in iis enim non poteſt quis (pro-
prie loquendo) inſtituit, ut tradunt *Gorz. de Beneſic. p. 12. cap. 2. n. 52. Barboſ. de offic. parochi cap. 1. n. 69. ad fin. verſ. nec illis. Tondut. reſol. benefic. p. 2. cap. 1 §. 5. n. 9.* cum per hanc
unionem extinguatur titulus Parochialitatis,
ita ut non poſſit amplius dici Beneficium, ſed
20 tranſlata omni cura in Abbatem, Eccleſia re-
manet merum prædium, & grangia Monaſterii,
ut declarat *Garz. de benefic. p. 12. cap. 5. n. 192.*
Rota *in Aretina ſeu Montis Politiani Juris viſitandi 16. Decembris* 1588. *coram Gypſio*, ita
ut amplius non vacet. *Caval. dec. 330. n. 3. & 6. 373. n. 3. & 528. n. 1.* ubi quod ſæpe dictum
21 fuit, & ſic Abbas tanquam verus Rector po-
teſt exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores
in ſua Parochia, prout reſpondendo eidem do-
ctrinæ Abbatis firmavit *Rota in Pampilonen. Parochialis de Stella 28. Februarii* 1606. *altra quod coram Cardinali Pamphilio.*

Ex quibus patet ſolutio *ad tex. in d. cap. un. de Cappell. Monac.* qui loquitur de præsbyteris,
qui inſtituuntur, & habent curam in titulum,
non autem de habentibus merum exercitium,
22 quod poteſt eſſe temporale, ut reſpondit *Rota coram Cavaler. dec. 389. n. 3. & in* (c) *Hiſpalen. juris amovendi Vicarium §. ut nec repugnat coram bo. me. Peutingeria confirmata in dec. 116. n. 20. par. 9. recent.*

(c) Dec. 52. num. 42. & inter impreſſas cor. eodem.

Nec alicujus momenti eſt, quod Ordinarius
in approbationibus, ac ſententia prædictis ex-
preſſerit: *ad effectum gaudendi tota tempore vitæ ſuæ*. Tum quia dum ex verbis unionis conſtat
ipſam fuiſſe factam acceſſorie per viam incor-
porationis, & curam tranſlatam in Abbatem
debuiſſe exerceri per Vicarium ad nutum amo-
23 vibilem, non potuit poſtea hunc ſtatum ma-
xime Abbate invito immutare. *Rota cor. Buratt. dec. 636. n. 9. ubi Adden. & in rec. dec. 152. n. 12. p. 10.* Tum etiam quia licet Ordinarius

non

non debeat Vicarios amovibiles proprie loquendo inſtituere, ſed tantum prævio examine ſuper idoneitate approbare, ut tradunt *Floret de Meſa reſol. 10. n. 76. Garz. de Beneſic. p. 1. cap. 2. num. 93. ad med. Barboſ. de univerſ. Jur.*
24 *Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 63.* Non tamen debet
eos approbare ad tempus, ſed indefinite juxta declarationem Concilii relatam per *Barboſ. d. cap. 7. nu. 48. & ad Conc. ſeſſ. 7. de reform. cap. 7. num. 28.* ſcilicet, ut reſpectu ipſius gaudere poſſint Vicarii toto tempore vitæ ſuæ, quod intelligi debet, ut ſit perpetua Vicaria, ſi non revocetur, & ſic iotelligendum collationem beneficii maoualis; dicit (aliis relatis) *Larrea de anniverſ. & Cappell. lib. 2. cap. 6. num. 8.* quod ſufficit ad hoc, ut non poſſit dici conſtare de ejus voluotate ſtatum mutaodi, ut in propoſito *Rota deciſ. 308. num. 4. verſ. neque conſtat. recent.*

Cum itaque ex ſuperioribus cooſtet, quod
unio ſit facta pleno jure, etiam quoad ſpiritua-
lia, conſequens eſt, quod Vicarius pro exerci-
25 tio curæ deputandus, ſit ad nutum amovibilis,
ut docuit *gloſſ. in clem. nn. verſ. ad menſam in fi. de exceſſ. Prælat.* & plene firmavit Rota in (a) *Hiſpolen. Juris amovendi Vicarium 21. Junii 1641. §. & quod animarum cura coram bo. me. Pentingeria confirmata in eadem cauſa dec. 116. num. 19. p. 9. rec. & dictum fuit in deciſ. hac* (b) *cauſa emanata 19. Junii 1663. §. non obſtat coram R. P. D. meo Bevilaqua*, maxime concurrente pro amovibilitate diuturna obſervantia comprobata ex datis *in Summar. Monaſterii num. 14. & plurib. ſeqq.* nec non ultimo ſtatu deſumpto ex eo, quod propter abſentiam Michaelis Ximenes Vicarii anteceſſoris, Abbas deputavit modernum Vicarium abſque ulla contradictione *d. ſummar. num. 27.* qui ultimus ſtatus in materia amovibilitatis ſummopere attenditur. *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 5. §. 3. n. 18.*

(a) Deciſ. 52. cor. eod.

(b) Supra deciſ. 11. n. 5. & 6.

Et ita utraque. &c.

ADNOTATIO.

Omnia ea, quæ duximus opportuna ad explanationem materiæ, de qua in præſenti *deciſione*, attingimus in ſuperioribus *deciſionibus* in ordine la 12. 17. & 29., ad quas poterit haberi recurſus.

R. P. D. ALBERGATO

Pampilonen. Decimarum de Tafalla
23. *Martii* 1667.

ARGUMENTUM.

Societatem Jeſu in nonnullis Hiſpaniæ Regnis Decimas oſtenditur ſolvere non debere.

SUMMARIA.

1 *Decimæ a Parocho intra Parochiæ limites exigendæ.*
2 *Localis conſtitutio de loco ad locum non extenditur.*
3 *Unio æque principaliter non poteſt unum Regnum ſub alio comprehendere. Ubi de modo id agnoſcendi.*
4 *Nomen Beneficii principaliter uniti retinetur, ſecus ſi acceſſoriè.*
5 *Decimarum ſpecialis caſus ex aliis non trahitur.*
6 *Obſervantia in individuo ſolum attenditur.*
7 *Nomen ſubjectæ materiæ potius operatur, quam proprii nominis expreſſio.*
8 *Brevis Pontificis tanquam arbitratoris, ad ea, quæ in lite non erant minime extenditur.*
9 *Societas Jeſu in Regno Navarræ Decimas non ſolvit.*
10 *Obſervantia contraria ex unico actu inducitur.*
11 *Societas Jeſu habet ampliſſima Privilegia circa exemptionem à Decimis.*
12 *In aliquibus tamen Caſibus ad earundem ſolutionem coacta fuit.*
13 *Præſertim in Regno Poloniæ.*
14 *De exemptione Regularium à Decimis* remiſſivè.
15 *Itidem de ſolutione, & præſcriptione earumdem.*
16 *Solutio Decimarum facienda eſt etiam ex foliis Mororum, & Sacchari.*
17 *Hiſtoriographis credendum eſt.*
18 *Limita, quando ſunt recentes, & adhuc vivunt.*
19 *Limita ſecundò, quoties opera non ediderint per publicas Impreſſores.*
20 *Limita tertio, quoties habent contra ſe concludentes probationes.*
21 *Limita quartò, in iis, quæ non ſunt meræ narrationes facti, ſed pertinent ad jus.*

Præſens Deciſio eſt repetita *in Dec. 65. p. 15. recent.*, *& penes Murg. ad Conſtitut. Benedict. deciſ. 25.*, *& Roderic. de ann. reddit. deciſ. 44.* confirmata *in deciſ. 253. par. 16.* quæ eſt eadem *cum deciſ. 24. coram Emerix jun.*

DECISIO XXXIII.

Ngentem controverſiam ioter Parochiales Eccleſias Regnorum Caſtellæ, & Legionis ex una, & Collegia Societatis Jeſu illarum partium ex altera compoſuit Leo XI. glor. mem. prætendentibus iis exigere decimas de jure Parochis debitas à quibuſcumque etiam Eccleſiaſticis perſonis intra limites earumdem Parochialium exiſtentibus, *juxta cap. cum contingat,*
1 *& cum in tua, de decimis Rot. coram Comitulo dec. 111. num. 15.* His verò exponentibus de ampliſſimis eorum privilegiis ſibi per varios Pontifices conceſſis à ſolutiooe Decimarum; Unde Summus Pontifex arbitrando inter Partes, quæ congregatæ in ipſum compromiſerant, declaravit, loco Decimæ ſolvi vigeſimam in dd. Collegis, de fructibus tamen eorumdem bonorum, tunc temporis in dd. Regnis Caſtellæ, & Legionis acquiſitorum, de fructibus autem acquireodorum ſolvi integram Decimam, derogando quibuſcumque legibus, Conſtitutionibus, ac privilegiis in contrarium, & prout in ejus Breve emanato ſub die 23. Aprilis 1605.

In executionem iſtius Brevis egerunt coram Ordinario, & deinde coram Nuncio Abbas de Tafalla, & cæteri Præſules, ac Parochi Civitatis Pampilonen., quæ eſt caput Regni Navarræ pro ſolutione dictæ vigeſimæ, ac decimæ reſpective à Collegio Pampilonen. Soc. Jeſu, ſed hoc ſolvere recuſante, cauſaque per Sanctiſſimum mihi commiſſa, prævia avocatione à quibuſcumque. Dubium propoſui, de cujus bono jure conſtet etiam ad effectum manutentionis ad favorem ipſius Collegii reſolutum.

Ratio reſolutionis fuit, quia Breve loquitur tantummodo de bonis in Regnis Legionis, & Caſtellæ, ibi; *Prædicta Societas, & illius Domus etiam Probationum, & Collegia, & bona quæcumque in prædictis Regnis Legionis, & Caſtellæ exiſtentia loco decimæ vigeſimam perſolvere teneantur*. Unde trahi non debet ad Collegia, & bona ſita in Regno Navarræ, cum conſtitutio localis non extendatur de loco ad 2 locum etiam ex identitate rationis, *ad textum in l. jus ſingulare, ff. de legib. Rota coram Buratto dec. 19. num. 5. in rec. dec 316. num. 10. p. 9.* & in ſpecie ejuſdem Brevis (a) *in Ariminen. Decimarum 17. Junii 1652. §. Quod clarius, coram Reverend.ß. Papien.*

(a) Dec. 276. nu. 10 p. 11. recen.

Minimè obſtante unione, & incorporatione facta per Regem Catholicum Ferdinandum de eodem Regno Navarræ cum dd. Regnis Caſtellæ, & Legionis.

Quia incorporatio legitur facta Coronæ ad effectum ſuccedendi, ibi; *Ut ſit dictæ Reginæ Dominæ noſtræ, & poſt ſuos longos dies dicti Principis noſtri Domini, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum in ipſis Regnis Legionis, & Ca-* 3 *ſtellæ. Summario impreſſo num. 1.* & dum ipſa unio non fuit facta per modum ſuppreſſionis, & extinctivè, ſed æque principaliter, clarum eſt eam operari non poſſe comprehenſionem unius Regni ſub altero, & quod Pontifex ſub • nomine Regnorum Legionis, & Caſtellæ Regnum Navarræ iotellexerit.

Quod autem unio fuerit æquè principaliter, & non per modum ſubmiſſionis, patet ex diverſitate legum, Tribunalium, monetæ, Pragmaticæ, aliorumque Rituum, quibus utitur Navarra, ex independentia Proregis, ac ſupremi Conſilii auctoritate, ut in volumine Legum dicti Regni *lib. 2. tit. 3.* ex juramento fidelitatis a Proregibus fieri ſolito cum ea proteſtatione, *quod non obſtante incorporatione facta iſtius Regni Coronæ Caſtellæ dictum Regnum remaneat pro ſe. Summ. num. 2.* nec non ex eo, quod Navarrenſes non poſſunt trahi extra Regnum in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, nec judicari legibus Caſtellæ cum aliis pluribus conſideratis in facto, ex quibus ſanè colligitur Regnum quantumvis unitum ſtare de per ſe, non autem fuiſſe alteri ſuppoſitum, adeout ſub illius denominatione comprehendatur, *ad tradit. per Bart. in l. ſi convenerit, §. ſi unde num. 3. ff. de pignor. act. Aym. de antiq. temp. p. 4. num. 27. verſ. ſed adverte. Rota dicta decſ. 316. num. 8. & 9. p. 9* & in ſpecie Regni Navarræ *Solorz*, qui hanc ipſam reddit rationem, quia ſcilicet illud non accefforiè, ſed principaliter unitum eſt *de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 19 num. 48. & prius Solan. de Pac. ad ll. Taur. l. 1. relect. fol. 144. num. 151. verſic. rurſus, & ſi his Regnis*.

Exemplo beneficiorum, quæ unita æquè principaliter retinent proprium nomen, propriaſque leges, ac privilegia, adeout unum ſub altero non comprehendatur in impetratio-4 ne, niſi de utroque præciſè facta ſit mentio, *Garz. de benef. p. 12. cap. 2. num. 43.* quidquid ſecùs ſit in beneficiis per modum ſubmiſſionis, & accefforiè unitis, in quibus titulus, ac nomen unius ſub altero ſupprimitur, *& per eumdem Garz. d. cap. 2. num. 12. cum pluribus ſeqq. Lotther.*, qui cteros refert de re benefic. *lib. 2. quæſt. 28. num. 97. & 98.*

Accedit teſtimonium multorum Hiſtoriographorum Regnum ipſum Caſtellæ, & Legionis deſcribentium, & tamen ſub illis non ponunt Navarram, Item aliorum denumerantium Eccleſias Epiſcopales, & Metropolitanas Regni Caſtellæ, non autem recenſentes Epiſcopales Navarræ, de quibus latè *in dicto Summario impreſſo num. 3.* ex quibus conſunduntur Hiſtoriographi in contrarium adducti.

Nihil obſtante diſtinctione Dominii temporalis à ſpirituali, dum ſaltem prætenditur ſub Clero, & perſonis Eccleſiaſticis dictorum Regnorum ſemper fuiſſe comprehenſum Clerum, & perſonas Eccleſiaſticas quoque dicti Regni Navarræ. Tum ex Congregationibus in Curia Regis, in qua intervenit Procurator Eccleſiæ Pampilonen, tum ex variis Bullis Summorum Pontificum, in quibus eadem Eccleſia Pamplonen. connumeratur inter Eccleſias Caſtellæ, & Legionis.

5 Quoniam ultra quod eliduntur ex aliis Bullis, & conceſſionibus in contrarium, de quibus *in dict. Summ. num. 15.* Reſponſum fuit prædicta omnia emanaſſe in caſibus, in quibus omnia, & ſingula Regna Hiſpaniarum comprehendebantur, nimirum in materiis ſolutionis ſubſidii, & excuſati, unde trahi non poſſunt, ad caſum ſpecialem Decimarum, ut in fortinribus terminis conſuetudinis, dixit *Rota coram Eminentiß. Ottbobona dec. 39. num. 10.*, & alias obſervantia in ipſomet individuo ſo-6 lùm attenditur *juxta Oldrad. conſ. 237. num. 3. Mantic. dec. 56. num 6. & 7. & dec. 159 num. 4. Buratt. dec. 370. num. 9.* cum aliis plenè *in Majoricen. Canonicatus 25. Junii 1657. §. Deficiunt coram Reverendiſſimo Papien.*

Quinimò fuit animadverſum, quod in concorda ſuper decimis tractata, ac concluſa de anno 1638. inter Eccleſias Regnorum Caſtellæ, ſe Legionis, ac PP. Societatis Jeſu non interfuit Procurator Eccleſiæ Pampilonen. cum tamen adeſſet, ac interveniſſet in Congregatione ſuper ſolutione excuſati *dict. Summ. num. 14.*

Et inſupee accedit ſubjecta materia, non enim probatur, quod in dicta controverſia ſuper decimis, quam Summus Pontifex, ut ſupra compoſuit, comprehenderetur Regnum 7 Navarræ, potentius autem operatur natura ſubjectæ materiæ; quam proprii nominis expreſſio, inquit *Abb. in cap. 1. ſub n. 2. verſ. & ſic potentiùs de translat. Epiſcoporum, & in cap. quoniam, ſub num. 8. verſ. item ad materiam ſubjectam de offic. & poteſt. Judic. delegat.* & in ſimilibus terminis *Rota coram Mantica dec. 59. num. 5. & 6.* Denique Summus Pontifex in dicta controverſia ſe geſſit tanquam Arbitrator inter partes colligantes, clarum eſt ejus Breve tamquam ſpeciem arbitramenti, ac tranſactio-8 nis trahi non poſſe ad ea Collegia, quæ non erant in lite, *juxta tex. in l. ſi certa, C. de tranſact. cum concord. per ſanct. mem. Gregor. dec. 158. num. 3. & 4. aliiſque relatis in præalleg. Ariminen. §. Neque obſtat, in fin coram Reverendiſſimo Papien.*

Et tandem accedit obſervantia, quæ eſt opti-9 ma rerum, legumque interpres, non enim conſtat, nec ante, nec poſt d. Breve, quod Societas pro Collegiis exiſtentibus Navarræ unquam ſolverit hujuſmodi Decimas, *Rota coram*

*ram Montica dec.*320. *num.*5. *in rec. d.dec.*316.
*num.*20. *p.*9. *coram Royas. dec.*281. *num.*15. *&*
16. *& in d.Ariminen. § Eoque magis comproba-*
tur, & in iiſdem terminis impetrationis Bullæ
in (a) *Cæſarauguſtana Portionum* 16. *Junia*
1659. *§.penult. coram me*. Immò cum Gregor.
XV. revocaſſet Breve Leonis, & Urbanus O-
ctavus ad priſtinum reſtituiſſet idque intima-
tum eſſet Collegio Pampilon., hoc reſpondit d.
Breve ad ſe non loqui, neque in eo fuiſſe com-
prehendi, *dict. Summar. num.* 17. & ſic potiùs
10 conſtat de contraria obſervantia, quæ etiam
ex unico actu inducitur, ut pluries cenſuit
*Rota ſignanter coram Buratto dec.*647. *num.* 21.
*& dec.*679. *num.*9. *cum cæteris in d. deciſ.* 316.
*num.*15. *p.* 9. *recent. & in dicta Cæſarauguſtana*
coram me §. final.

(a) Deciſ.95. n.7.p.13. recent.

Abſque eo, quod refragetur concordia inita
ſuper decimis de anno 1651. inter Capitulum
Tudelæ poſitum in Regno Navarræ, & Colle-
gium Societatis ibidem exiſtens, quoniam ea
non fuit facta ad ſopiendas lites, quæ fuiſſent
ortæ inter dictum Capitulum, & Collegium
ex eo, quod iſtud prætenderet Breve Leonis
extendi ad Regnum Navarræ, ſed ex eo, quod
prætendebat ſibi deberi decimas ex aſſiſtentia
juris, & vigore *Brevium Apoſtolicorum*, *quæ*
confirmant gratias & conceſſiones, *quas ipſi fe-*
cerunt de decimis Reges *Catholici*, *& Navar-*
ræ de tempore, *quo expulerunt Mauros*, ut ſunt
verba Inſtrumenti. Neque in eadem concordia
Collegium ſe obligavit ad ſolvendum eam
quantitatem, quam ſolvunt Collegia Legio-
nis, & Caſtellæ in vim præfati Brevis Leonis
XI. & proinde talis concordia potius retorque-
tur, tantum abeſt, quod pro obſervantia va-
leat ſuffragari, quæ in caſu individuo, & præ-
ciſo ſolummodo attenditur, ut dictum eſt.

Et ita utraque parte informante deciſum
fuit, &c.

ADNOTATIO.

TOta hæc deciſio emanavit, ut patet ex lectu-
ra ejuſdem ſuper coactione P. P. Societatis
Jeſu ad ſolutionem Decimarum, quorum Reli-
gio habet cæteroquin latiſſima privilegia illi à
diverſis Summis Pontificibus conceſſa, & præ-
cipuè Paulo III. Gregorio XIV., & Paulo V.
per quæ eximitur à ſolutione decimarum am-
pliſſimis clauſulis; atque in eorumdem privile-
11 giorum obſervantiam, & corroborationem ad-
ſunt plures *Rotales Deciſiones* & ſignanter *dec.*
48. *p.* 1. *recent. dec.* 676. *coram Manzaned. &*
*coram Coccin. dec.*2166. *& dec.*2221. *atque inſu-*
*per coram Carill. dec.*97. *& coram Merlin. dec.*
795. *& dec.*807.

Contra verò in aliquibus caſibus decimas
perſolvere ipſamet Societas coacta fuit, ut in
*dec.*1893. *coram Seraphin.*, *& coram Pamphil.*
in dec. impreſſ. penes Seſſ. la 162. & alibi juxta
12 ea, quæ latè tradit *Rota in Illerden.Decimarum*
26. *Aprilis* 1700. *&* 13. *Junii* 1701. *coram cl.*
me. Cardin. Scotto, *&* 13. *Julii* 1722., *&* 2.
Julii 1723., *&* 3. *Julii* 1724. *ſuper reſervatis*
coram R.P.D.Corio.

Et præcipue in cauſa decimarum Regni Po-
loniæ die 12. Junii 1645. S. Congr. Concilii
auditis Patribus Societatis Jeſu, cæteriſque
Regularibus cenſuit ipſos teneri ad Decimas,
13 quas Laici ſolvebant antequam bona in eoſ-
dem Regulares transferrentur. Quæ reſolutiva
fuit per Breve Innocentii X. confirmata ſub
die 21. Februarii 1646. *Bullæ nov. Cherubin.*
*inter ejus Conſtit.*10. *to.*4.

In hac autem materia Exemptionis Regula-
rium, & præcipuè P.P.Societatis Jeſu à Deci-
mis, ne actum agere videamur, ſufficit recur-
14 ſum habere *ad Eminentiſſimum D. Card. Pe-*
tram ad Conſtitut. Apoſtol. Comment. in Conſtit.
6. *Honorii III. ex num.* 13. *uſque ad num.* 48.
*fol.*470.*to.*2. Generaliter verò circa eaſdem De-
cimas, earumque ſolutionem, & Præſcriptio-
15 nem videndæ ſunt accuratiſſimæ *Deciſ.Florent.*
101. *&* 102. coram Præceptore meo *D. Audi-*
*tore de Comitibus tom.*2. *par.*2. ubi plenè.

Solutionem Decimarum faciendam eſſe etiam
16 ex foliis Mororum, & Sacchari docet *dec.* 704.
in fin. cor. Emerix Jun.

Omnia præd. de Decimis dicta ſint: De alte-
tera vero principali Concluſione proprius ſpe-
ctante ad noſtrum Tractatum, de qua in præ-
ſenti *deciſ. poſt num.*4. *§. Accedit*, quod ſcilicet
Hiſtoriographis credendum ſit etiam iis, quæ
17 pertinent ad diſtinctionem Territoriorum, &
Regionum, egimus ſuperius in *Adnot. ad de-*
*ciſ.*16. *num.* 16. *& tribus ſeqq.* quæ multipli-
citer limitari poteſt, primo ſcilicet quando agi-
tur de Hiſtoriographis, vel adhuc Viventibus,
vel adeò recentibus, ut nondum ſint à gravi-
bus Auctoribus per vetuſtiora tempora com-
18 probati ad ea, quæ in ſpecie habentur penes
Card. de Luc. Juriſdict. diſc. 20. *num.* 7. *& de*
Præeminent. diſc. 3. *num.* 10. *Bonden. Collect.*
13. *num.*69. *lib.*2., *Rota dec.*261. *num.*3. *par.*3.
recent., *& dec.*221. *ſub num.*3. *verſic. - Cum ſit*
nimis de recenti conſcripta - *apud Torr. de pact.*
futur. ſuc.

Altera limitatio eſt, quoties ipſi Hiſtorio-
19 graphi publicæ luci per Typorum impreſſio-
nem ſua opera non donaverint, *Rot.in Comen.*
Parochialis 12. *Decemb.* 1695. *§.final. coram*
*Priol. relat. per Anſald. dec.*100. *num.*40.

Limitatur tertiò, quando contra ejus dicta
afferuntur publicæ, & convincentes proba-
20 tiones, quæ Hiſtoriographi aſſertionem con-
quaſſant. *Rot. dec.*253. *num.* 1. *cor. Ottbobom*
relat. per eamdem Rot. *in dec.* 1. *de Offic. Ordin.*
cor. Eminentiſſimo D. Card. Falconerio num.
25. ubi de Hiſtoria *Ughellis Italia Sacra*,
cui licet *Rota* aliquando detulerit, vel circa
præcipuum aliquod factum cronologicum, &
antiquum, vel quando ejus dicto æſtiterunt
alii probatæ fidei Hiſtorici, attamen quia iſte
multa refert ad relationem ipſorum Epiſcopo-
rum, ut probat *Card. de Luc. Juriſdict. diſc.* 20.
num. 7. ideò ſtantibus præcipuè contrariis pro-
bationibus, plena ipſi fides nou adhibetur.

Quarta denique inter alias limitatio affertur,
ut Hiſtoriographi non mereantur fidem, quan-
do uon ſunt contenti ſe cohibere intra cancel-
los meræ narrationis facti, ſed vel facta ipſa
21 interpretantur, vel de ipſis more Judicis ſuam
ferunt ſententiam juxta firmata per eandem
Rot. in d. 12. *de Benefic. num.* 8. *cor. Eminen-*
tiſſ. D.Card.Falconerio.

R. P. D. CERRA S. ROTÆ DECANO.

Nunc vero S. R. E. Cardinali.
Romana Sepia, & Arborum.
25. Jonuarii 1668.

ARGUMENTUM.

Sententiæ qualitèr conformes dicantur, aut diſcordes. Spatium quale dimittendum in confinali arborum plantatione ad *l.ult.ff. fin.Reg.*

SUMMARIA

1 *Sententiarum conformitas ſufficit in ſubſtantia, licet in verbo diſcrepetur.*
2 *Arborum rami pendentes ſuper fundum vicini ſunt incidendi.*
3 *Sententiæ non ſunt conformes, dum in qualitate diſcordant eſſentiali.*
4 *Sententiæ conformes validæ eſſe debent, ac juſtæ.*
5 *Arbores ab alieno plantari debent ſpatio quinque pedum dimiſſo, alias evelli.*
6 *L. fin. ff. fin. reg. varie legitur.*
7 *Sepes in dubio poſita cenſetur in confinio:*
8 *Sepe in conficienda ſolet relinqui ſpatium duorum palmorum ex conſuetudine probanda.*
9 *Conſuetudo cum ſuis requiſitis eſt probanda.*
10 *Dictio* ſolum, *eſt taxativa.*
11 *Foveam intro proprium ſitum poteſt quilibet effodere.*
12 *Arbores an præſcriptionem admittant.*
13 *Deciſio revocata, ad aliarum cauſarum deciſionem allegari non poteſt.*
14 *De duabus ſententiis conſtat quando ultima confirmat primam, & in ſubſtantia cum illa concordat.*
15 *Difformitatem ſententiarum non cauſat id, quod magis conſulit partis indemnitati, & verba primæ ſententiæ magis declarat.*
16 *Arbores plantatæ, ſpatio in l.ult.ff. fin.reg. non relicto, evellendæ ac extirpandæ ſunt.*
17 *Spatium relinquendum ex præd. l.fin. eſt duorum pedum & n.19.*
18 *Pandectæ Florentinæ in pluribus mendoſæ atque corruptæ.*
20 *Prædicta lex finalis in deſuetudinem abiit, & num.22.*
21 *Lex ſeu conſtitutio uſu minime recepta non eſt attendenda.*
23 *Neque procedit quoties adeſt in contrarium conſuetudo.*
24 *Conſuetudinem antiquatæ legis alleganti onus incumbit probandi.*
25 *Spatium trium palmorum in arborum plantatione relictum præſumitur.*
26 *Actus omnis ſecundum juris diſpoſitionem factus præſumitur.*
27 *Confeſſio auctoris ſemper nocet ſucceſſori, nec unquam ab eo valet impugnari.*
28 *Id quod eſt in confinio, commune utrique vicino eſt.*
29 *Verbum* intieramente ſpettare *importat plenitudinem dominii.*
30 *Verbum* habere *ſemper cum effectu eſt intelligendum.*
31 *Sententiæ verba diſpoſitiva non enunciativa partibus præjudicant, atque attendenda ſunt.*
32 *Enunciativa nullum probationis gradum conſtituunt, quando dubitatur de enunciato.*
33 *Verba ſequentia declarant, reſtringunt, & moderantur antecedentia.*
34 *Verba* come comune *fictionem important, & ſimilitudinem.*
35 *Sepes in dubio an cenſeatur poſita in confinio.*
36 *Maceriæ verbum intelligitur in præd.l.fin.*
37 *Præſumptio cedit veritati.*
38 *Conjecturis in claris non eſt opus.*
39 *Dictio* ſolo *excludit omnia alia.* vide *n.42.*
40 *Declarans nil de novo addit.*
41 *Declarantur ſpecialia à generalibus.*
43 *Injuſtitia ſententiarum quando ceſſet.*
44 *Arbores vetuſtæ non extirpandæ, ſpatio non relicto plantatæ.*
45 *Doctoris aſſertio contra communem magni non æſtimanda.*
46 *Acquieſcentia, & patientia longa nequit reclamanda impugnari.*

Hæc deciſio eſt repetita coram *eod. Cerr. dec.913.*

DECISIO XXXIV.

ORta controverſia occaſione Arborum, exiſtentium in Sepe diviſoria inter vineam Martiæ, & vineam Bartholomæi, nec non ex cauſa quorundam fontium cum vaſculis factis prope Sepem. Judex Curiæ Burgi per ſententiam pronunciavit incidendos eſſe ramos Arborum in ſepe, & prope eam exiſtentium per quindecim pedes incipiendo à terra, alioſque ramos, ac ipſas Arbores etiam ſupra fundum Bartholomæi impendentes, & inſuper dixit Fontes eſſe demoliendos, ac foveum eſſe replendum. *Summ.Bartholomæi n.1.* quæ ſententia licet fuerit revocata per R. P. D. A. C. met, in alia tamen inſtantia confirmata fuit per R.P. D. Scariocium, qui declaravit, quod ſi Arbores tractu temporis excreſcerent, ut earum umbra damnum inferret vineæ Bartholomæi, illarum *rami* 15 pedes altius à terra circumcidantur, tam quo ad altitudinem, quam quo ad latitudinem, ut ſunt verba ſententiæ. Poſt hæc devoluta cauſa ad Rotam, Martia allegando pro ſe duas ſententias conformes, prætendebat eſſe locum Statuto Urbis *lib.1.cap.*80. ea ratione, quia cum ultima ſententia primam confirmet, & in ſubſtantia cum illa concordet circa incisionem arborum, & demolitionem Fontium videtur intrare Statutum, ad quem effectum ſatis eſt, ut conformitas ſit in ſubſtantia, &
1 effectu licet in verbis, & modo aliqua conſiderari poſſit diſcrepantia, *Gabr.de except. rei judic.concluſ. 1.n.33. Rota coram Penia dec. 258. n.1. juxta Venet.impreſſ.& in rec.dec.21.n.par.8.*

Sed informantes pro Bartholomæo ad excludendam conformitatem dicebant ultimam ſententiam D. Scarincii continere ſolum indiſtinctam ramorum inciſionem, nulla facta mentionè de impendentibus ſupra fundum alterius Vineæ, & ulterius loqui cum reſtrictiva, quatenus ramorum excreſcentia damnum inferat, & præjudicium dictæ vineæ, de qua reſtrictione nulla ſit mentio in prima ſententia: cum enim una plus altera contineat, & inter ſe diſcordent in qualitate eſſentiali, reſpectu ſcili-
2 cet ramorum pendentium, quorum reciſio expreſſe demandatur *in l. 2. ff. de arbor. ceden.* inde prætendebant illas non eſſe conformes, juxta tradita per *Alex.conſ.77.n.1.& ſeqq. lib. 2.Bur.*

2. *Burſatt. conſ.*219.*n.*6. *Menoch.conſ.*509. *n.*17.
3 cum aliis *per Addon.ad Burrat.deciſ.*567.*n.*8.

Quinimo ſubjungebant ſententias eſſe inju-
ſtas, quo caſo ceſſat diſpoſitio Statuti, quod
loquens de duabus cooformibus, ſemper intel-
4 ligi debet de validis & juſtis. *Rota dec.* 179. *n.*
1. *p.*7. *& alibi paſſim*, & iojuſtitiam reſultare
ex eo, quod eum Arbores, de quibus agitur, non
fuerint plantatæ dimiſſo ſpatio quinque pedum
à fundo alieno, ut præſcribitur *in l. fin. in fi.*
ff. fin.regund. non debebant ſolum reduci, &
5 moderari, ut dicitur io ſententiis, ſed quidem
è radicibus evelli, atque extirpari, ut per *Gl.*
*in l.*1.*verbo radiget*, *verſ.oppone C.de iadict.ubi*
*Salicat. n.*3.*circa med.in quarta oppoſit. Nicol.*
Valla de reb.dub.tit.ſumma eorum *quæ habentur*
*n.*8.*verſ.ego ſi contra factum inter tract. magnos*
*tom.*18.*fol.mihi* 329.Jo:*Bapt.Coſta de fact.ſcient.*
*& ignor.diſt.*1.*centur.*1.*n.*1.*& n.*20.*Ruginell.de*
*Arbor.contr. cap.*7.*n.*7.*Viv. dec.*242. *n.*2.

Ad quod objectum tollendum negabat altera
pars veritatem *d.l.fin.ff.fin. reg.*ſignaoter ubi fir-
6 mat, quod in plantandis arboribus requiratur
diſtantia quinque pedum à fundo vicioi; ete-
nim *Alciat. lib.*2. *diſpunct cap.*6. dicit dictam
legem factam Athenis per Solonem, & maxi-
ma ex parte à Juris Conſulto Gajo Græce ſcri-
ptam, male fuiſſe latine translatam per Bul-
garum, qui loco illorum verborum, *alia autem*
ligna quinque pedes ſcribere debuiſſet, *alias au-*
tem arbores duo pedes. Cujus Alciati ſeoten-
tiam ſequuti fuerunt *Maxill. ad conſuet.* Bar.
rubr. Si vicini arbor in vicini fundum impendat
*n.*3.*& plures alii congeſti* per *Giovagn.conſil.*30.
*lib.n.*13.*Ruginell.*ubi *ſupra cap.ult.n.*4.

Sed fuit replicatum Alciati ſeoteotiam aut
non eſſe amplectendam cootra verba clara tex-
tus, qui juxta caſtigatiorem impreſſionem in
Pandectis Florentinis loquitur de quinque oō
autem de duobus pedibus cum quo concordant
verba Plutarchi in vita Solonis relata à *Rugi-*
*nell.cap.*1.ibi *Definivit etiam plantationis men-*
ſuram, *cum qui in agro quid plantaret*, *quinque*
pedibus à vicino abeſſe juſſiſſet, *qui vero ficum*
vel oleam novem: de quo teſtatur *Cæſ. Rhodig.*
*lect. antiq.lib.*14.*c.*4.*in fin.Greg. Tholoſ. in syn-*
*tag. Jur.Univ.p.*3.*lib.*20.*cap.*9. *n.*7. *Odofred. in*
*d.l.*4.*in fi.verſ.ſi alias arbores Nicol. Valla ubi*
*ſupra d.n.*8.*Capolla de ſervit.urban.præd.cap* 81.
*n.*1.*&* 2.*Rimenald.jun. conſ.*367.*n.*24.*lib.*4.*Viv.*
*d.dec.*242.*n.*2.. præſertim cum idem *Alciatus* ex-
preſſe reprobetur ab *Anton. Aug.lib.emendat.* 2.
*cap.ult.Cuiac.in d.l.fin.n.*4. aliiſque relatis, à
gloſſ.ibid.& faciunt deducta per *Facbin. con-*
*trov.jur.cap.*35.*litt.D.uſque ad fin. lib.*8.

Aut in omnem caſum dicebatur pro parte
Bartholomæi difficultatem ceſſare, ex quo dictæ
arbores fint plantatæ io confinio utriuſque vi-
neæ, & ſic etiam deficiat diſtantia duorum pe-
dum. Eſſe autem in confinio probari, tum ex
ſententia Judicis Curiæ Burgi, qua utitur Mar-
tia ibi, *in confinio vinearum ambarum partium*,
tum ex ioſtrumento concordiæ inter auctores
collitigantium celebrato ibi: *la fratta che ſtà, e*
divede la vigna di eſſo Signor. Antonio, *a quella*
del Sig. Nicolò; tum demum quia ad rectam
lineam eiuſdem Sepis in parte ſuperiori adeſt
murus, quia à partibus fuit declaratus commu-
nis; quibus omnibus adſtipulatur Juris præ-
7 ſumptio, ſecundum quam Sepes cenſetur in
dubio poſita in confinio, ut ex verbis *d. l. fin.*
*reg tradit Ruginell.ubi ſup.d.c.*7. *n.*71. *Rota in*
*rec.dec.*95 *n.*9. *& ſeq. & deciſ.*158.*n.*7.*par.*8.

Ad aſſertam vero conſuetudinem pro parte
Martiæ allegatam, quod in conficienda Sepe
8 ſoleat relinqui ſpatium duorum palmorum, &
ad dictum inſtrumentum concordiæ, ubi præ-
tenditur auctoribus Martiæ fuiſſe conceſſum
ſitum palmorum intus vineam Bartholomæi,
reſponſum fuit cooſuetudinem non fuiſſe ſuffi-
cienter probatam cum ſuis requiſitis, de qui-
bus per *Menoch. conſ.*545.*n.*20. *& conſ.* 1239.
*n.*16.& concordiam oon tribuere dictam quan-
9 titatem terreni jure dominii, ſed ſolum jure ſer-
vitutis ad certum, & determinatum effectum
10 ibi, *ſola per accomodare*, *ò vero fare la fratta*,
ut ponderando dictam taxativam *ſolum* cooſu-
lit *Surd.conſ.*574. *n.*46.

Et hioc deſumebatur etiam iojuſtitia ſenten-
tiarum quoad Fontes, & foveum, quia cum
concordia non tribuat tres palmos terreni jure
dominii, ſed ſolum jure ſervitutis, inde Bar-
11 tholomæus dominus fundi non dicitur prohi-
bitus intra proprium ſitum effodere foveum,
aliaque facere ad placitum juxta diſpoſitionem
tex.in l.quoties in 1. *§. ſervitutum ff. de ſer-*
vitut.

Demum fuit allegata præſcriptio, ex quo
arbores ſint nimis annoſæ, & auctores Bartho-
lomæi non reclamaverint ex deductis per *Gio-*
*vagn. reſp.*30.*per tot. vol.*2.& in ſimili de quin-
que pedum præſcriptione notavit *Cujac. in l.*
quinque pedum C.fin.regund. Sed ultra quod in
12 facto negabat altera Pars arborum aotiquita-
tem, adhuc aſſerebat io hac materia non ad-
mitti præſcriptionem, ſive quia arbores pro-
pter naturalem motum nunquam maneot in
eodem loco, & ſtatu, & ſic quotidie gravant,
ſive etiam, quia ubi eſt naturalis motus conti-
nuus, non eſt continua poſſeſſio, & pluribus
aliis rationibus defendit *Ruginell. d.cap.*7.*n.*26.
& ſeqq.& comprobat *Magon.de Florent.*6. *ante*
*n.*4.*verſ. & quamvis.*

Quibus omnibus perpenſis hodie DD. re-
ſponderunt oon eſſe locum Statuto de duabus
utraque parte Informante.

Cum præcedeos deciſio fuerit longe poſt in
dubium revocata, conceſſa per *Rotam* nova au-
dientia, imo cauſa repropoſita, & nihil reſo-
lutum, nec proiode in ea valeat fieri magnum
fundamentum cum amplius noo poſſit allega-
ri, ad deciſionem aliarum cauſarum juxta tra-
dita per *Vermigl.conſ.*10. *n.*2. *Rota in hac dec.*
405.*n.*54.*p.*5.*& apud Poſt.de manut. dec.*246. *n.*
10. *cum aliis adductis per inſignem jam & cele-*
13 *berrimam J.C.& Advocatum conſiſtorial. Marc.*
Anton.Eugen.in reſponſ.impreſſ.apud. Maſſin. de
*confiſc.pag.*304. *§. Nec obſtat.* Ideo adducam ea
quæ pro receſſu à dicta deciſione ſcripſerat R.
P. D. Marcellus Severolus tunc temporis
Advocatus, nunc vero Utr. ſign. Refer.ut col-
latis utriſque articulis veritas cognoſcatur, Ma-
xime cum Rota circa principalem articulum
veræ lectionis *Text.in l.fin.ff fin. regund.* nihil
certi firmaverit, ſed tantum jura utriuſque
partis retulerit.

Rever. Pater.

Recedendum à deciſis, & reſpondeodum eſſe
locum ſtatuto Urbis de duabus conformi-
bus,

Digitized by Google

bus, eum ultima ſententia confirmet primam, & in ſubſtantia cum illa concordet, quod ſufficit, ut dicatur conſtare de duabus ad effe-
14 ctum, de quo agitur *Gloſs. in Clem. 1. verb. Alicujus de ſentent. & re judic. cum aliis per Rot. coram Buratto dec. 852. n. 1. coram Cavill. dec. 17. n. 2. & dec. 211. n. 6. cor. Emin. Ottbob. dec. 129. n. 3. & 4. in rec. dec. 98. n. 3 poſt med. par. 5. & dec. 453. n. 6. & 7. par. 9. & in* (a) *Mediolanen. legati 27. Junii 1563. §. Non refragatur in fin. cor. Eminentiſs. Vicecomite.*

(a) Dec. 106. num. 3. part. 14. rec.

Nihil obſtante, quod iſta ſecunda ſententia contineat indiſtinctam ramorum inciſionem, Prima vero loquatur dumtaxat de pendentibus. Quia ultra quod, ut in facto bene ponderatur, dicta prima Sententia fuit lata tempore, quo arbores exiſtebant; ſecunda vero tempore quo D. Adverſarius arbores inciderat, & ſic de illis uti pendentibus amplius non poterat diſponere, Nulla hinc poteſt deduci difformitas Animadvertendo quod R. P. D. Scarincius Judex dictæ ſecundæ ſententiæ magis proſpexit Indemnitati ejuſdem Adverſarii dicendo, quod deberent circumcidi, & coerceri dicti Rami tractu temporis excreſcentes, adeo ut nullo umquam tempore ramorum excreſcentium Umbra damnum aliquod inferat Vineæ ipſius Adverſarii, quod ſane coincidit cum diſpoſitis à Judice Burgi in prima ſententia quatenus mandavit incidi ramos tunc pendentes conſulendo eidem indemnitati Adverſarii, cujus damnum evitare fuit mens utriuſque, & ſic cum ſatis conveniat in ſubſtantia, nullatenus eſt dubitandum de conformitate, etiam ſi non conve-
15 niat in cortice verborum, & illud quod magis conſulit idemnitati partis non cauſat difformitatem ſententiarum, ut magiſtraliter firmavit, *Rot.* (b) *in Aaconitana Cenſuum 11. Decembris 1641. à §. denique non obſtat, uſque ad finem coram Rev. Dom. meo Cerro Decano.*

(b) Dec. 26. n. 21. & ſq. al 26. coram eodem Cerro.

Minus obſtat reſtrictiva addita in dicta ſecunda ſententia, coercendos nempe eſſe Ramos, *quatenus illorum excreſcentia inferat damnum, & præjudicium Vineæ D. Bartholomei* Adverſarii, quæ non continetur in prima. Quia cum, ut jam diximus, in illa virtualiter hoc idem contineatur ponderatis illis verbis in illa contentis *coercendos eſſe ramos, quatenus tamen impendeant*, quæ idem important, ac ſi fuiſſet dictum, *quatenus Rami inferunt damnum Vineæ D. Bartholomæi*, cum impendentia non poſſit conſiderari de per ſe, ſed reſpectu damni ex illa provenientis. Nulla ex illis poteſt conſiderari difformitas, ſed potius eſt dicendum fuiſſe addita ad declarandum magis in ſpecie verba dictæ primæ ſententiæ, quo caſu nihil eſt dicendum de novo illi addidiſſe, nec parit difformitatem ex illa prætenſam, ut poſt alios egregiè ponderant *Covarr. pract. quaſt. cap. 25. ſub. n. 6. Add. ad Baratt. dec. 567. ſub n. 8. verſ. Verum ſententia ultima, & ead. Rot. in rec. dec. 194. n. 4. p. 11* Maxime quando prout hic additum in ſecunda ſantentia venit in conſequentiam alterius, quod in prima continetur. *Add. ad Barat. ibid. verſ maximè & Rota poſt Ceac. de Cenſibus dec. 188. n. 3.*

Inſubſiſtens etiam eſt pretanſa injuſtitia dictarum ſententiarum deſumpta, ex eo quod mandat dictas arbores dumtaxat eſſe reducendas, & moderandas, quæ tamen cum non eſ-
ſent plantatæ relicto Intervallo præſcripto à
16 *Solon. relat. per Gajum in l. fin. ff. fin. regund.* erant penitus evellendæ, & extirpandæ *per gloſ. in l. 1. verſ. 16. rediget. verſ. oppone C. de Interd. ibique Salicet. num. 3. circa med. in 4. oppoſitione Nicol. Valla de reb. du. tit. ſumma eorum quæ habentur num. 8. verſ. ergo fit contra factum Jo. Baptiſta Coſta in tract. aut ſciebat, aut ignorabat diſt. 1. cent. 1. num. 1. & 20. Reginell. de Arbor. contr. cap. 7. n. 7. Viv. dec. 242. num. 2.* quibus addo. *Calvin. de Æquitat. lib. 2. cap. 120. num. 1., & ſeq. ac nu. 8. Auſald. conſ. 34. per tot.* Quia ſpatium in *d. l. fin.* præſcriptum non eſt quinque pedum, ut ex adverſo ſupponitur, ſed duorum bene in noſtro caſu ſervatum, quod ſpatium dumtaxat eſt relinquendum ita dictantibus vulgatis, & melioris notæ Pandectarum Codi-
17 cibus, ut egregie animadvertit *Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 6. & in commen. ad l. quinq. Pedum n. 2. C. finium regund.* cujus doctrinam, & lecturam ſequuti ſunt communiter omnes, & ſignanter *Monteten. in Comment. ad Statut. Bononiæ lib. 4. tit. de impediment. Arear. tollen. de arbor. non haben. in præjudic. Vicin. Verb. tres perticas Marill. ad Conſuetudinem Barc. rub. ſi vicin. Arbor. in vicini fundum impendat num. 3. Reginell. de Arbor. cap. ult. num. 4. Giovagn. conſ. 30. num. 12. lib. 2.* & ipſo etiam non viſo legunt *Nevizan. conſ. 58. num. 11. Franc. Marc. dec. Delphinat. 501. num. 11. par. 1. Urſell. concluſ. legal. 62. ſub num. 95. verſ. ut ait idem Franciſc. Marc.*, & nuperrime ita eandem L. edidit *Ant. Mornaccius* eruditiſſimus J. C. Gallus *in ſuis obſerv. ad Jus civil.* Immo plus addens *Stephan. Forcatul. in cupidin. Juris perit. cap. 16. ſub num. 3.* ita ſcribit. *Nec ſupervacue de quinq. pedibus Jus redditur, cum de uno, vel duobus legem tulerit Solon.*

Nihil obſtantibus *Anton. Auguſt. lib. 2. Emendat. c. fin.* ac aliis deciſione contraria citat *Quinque pedes* ex Pandectis Florentinis, & Plutarcho in Solone in dd. legentibus. Quia quoad Pandectas Florentinas licet illarum magna ſit auctoritas, non tamen eſt talis, ut diſcordantibus Codicibus illarum lectio pro certa ſit tenenda cum ipſæ etiam in plurimis ſint mendoſæ, & corruptæ, pluries in illis a librariis ſit erratum, adeo ut multoties Florentina melior ſit lectio vulgaris, ut ponderant *Cujac. in l. ſi in vocuam 34. circa medium ff. de acquir. vel ammit. poſſeſſ. Merend. lib. 15. contr. cap. 3. num. 14. & lib. 17. cap. 1. num. 11. Petr. Faber. in l. in Teſtam. 12. poſt med. De div. reg. Jur. antiqu. pag 76. litter. B.* hoc etiam multis demonſtrans *lib. 2. Semeſtr. cap. 15. Antonius Contius lib. 3. lection. ſubceſ. Jur. Civil. cap. 3. num. 1. Duaren. diſc. 2. diſput. anniverſ. cap. 14. 15. & 16. Federic. Scott. reſponſ. 20. num. 23. lib. 4. tom. 1.* & amatiſſime doctiſſimus *D. Jacob. Culmas in Patavina univerſ. Jur. Civil. Primarius Profeſſor meritiſſ. in rub. ff. ſolut. matrim. part. 1. cap. 2. ſub num. 18.*
18 *& Abbas Pacichell. in Schediaſm. de iis, qui nullo modo poſſunt in jus vocari cap. 5. verſ. Cujac. par. 20.* Maximè in his quæ ibi græce ſcripta leguntur in quibus fere ſemper a librario fuiſſe erratum ſcribit dictus *P. Faber. lib. 1. Semeſtr. cap. 14. poſt princ.* ubi dicit in illis fuiſſe negligentem, & dormientem *& lib. 2. eorum d. cap. 10. at quidem, & Alciat. lib. 3. diſpunct. cap. 11.*

Quo vero ad locum Plutarchi in Solone licet liber *Auguſtino* viſus corrupte loquatur iti-

dem

dem de quinque pedibus adhibita voce *quinque* in alio tamen viſo *Alciato* illius vice adeſt *dua*, ut teſtatur *dicto lib. 2. diſpunct. c. 6. & in d. comment. ad l. quinq; pedum num. 2.* ubi Plutarchi interpretem reprehendit *C. fin. regund.* juxta cujus *Alciati* obſervationes ille eſt corrigendus cum poſt bonarum litterarum propagationem hac in re plus recentiorum obſervationibus tribuatur, quam antiquorum ſchedis, ut belle adverrit *bon. mem. D. Vizzanus* noſtri Collegii, dum vivebat, decus eximium *prælegomen. ad ſuum libellum de mandat. Princip num. 28. & 38.* & antea *Merend. lib. 24. contr. cap. 30. num 5.* ambo *ex Rot. coram Seraph. dec. 359. num. 20.*

Cæteri vero *DD. ut Faber. in ratione ad d. l. Capoll. de ſervit. Urban. Præd. cap. 81 num. 1. & 2. Petr. Gregor. Tholoſan. in Syntagm. Jur. Univerſ. par. 3. lib. 20. cap. 9. num 6. Valla de reb. dub. tit. 8. num. 8. & ſeqq. Petr. Crinit. de Honeſt. diſciplin. lib. 25. cap. 4. Coel. Rhodigin. lib. 14. lect. antiq. cap. 41. in fine Viv. dec. 242.*
19 *num. 2.* qui ſolent pompatice ex adverſo cumulari ad demonſtrandum, quod plures ſint ſequuti dictam opinionem. Non faciunt ad rem noſtram cum nemo illorum hunc articulum examinet, ſed ſimpliciter referendo verba illius legis, aut loquendo de ſpatio inter arbores relinquendo in illa præſcriptio, utuntur verbis *quinque pedes* nihil penitus diſceptantes, & forſan ignorantes, an ita in illa ſit legendum necne, ſed ita ſcribentes, vel quia ſic corruptè in eorum Pandectis erat impreſſum, vel quia ita exiſtimarunt, decepti ab alia lege de quinque pedum præſcriptione, quæ longe alium ſenſum habet, ut animadvertit *Alciat. ſuperius citat. comm. in eam num. 2.* ubi inde præciſe deceptum *Petrum Crinitum* dicit, & *prim d. lib. c. 6. lib. 2. diſp.* & apud eoſdemmet DD. videre eſt, qui proinde ut dixi non merentur allegari, quia Doctores per tranſennam loquentes non ſunt attendandi cum aſſimilentur avibus, quæ eo volant, ubi alia volavit ſine ratione ſui volatus, nec inde poſſunt connumerari ad conſtituendam communem opinionem, *juxta plenè cumulat. per Garon. var. reſol. cap 2. num 97. 98. & 99.* & quidem ſi numeri in hoc eſſet habenda ratio, illis addi etiam poſſent *Ferret. de Re Naval. lib. 16. num. 26. Cardoſ. in præp. ſeu ſumm. Jud. & Advoc. verb. Arbor. num. 2. Almeida in Analis. excellent. in jur. num. Quinar. cap. 17. num. 1. & per tot.* & noviſſimè longe poſt hæc ſcripta viſus *D. Franciſc. Maria Pecchius Archidiaconus & Jur. Canon. Profeſſor Ticinenſis in ſuo erudititiſſimo, ac ſummo ſtudio, & ſolida doctrina elaboratiſſimo tractatu de Aquæduct. nuper impreſſo cap. 5. qu. 2. num. 2. lib. 1.* qui ex adverſo non fuerunt adducti, & quidem omnes arborum diſtantiam quinque pedum eſſe aſſerunt, cum tamen illos legenti ſatis pateat non aliunde hanc firmare ſententiam, niſi quia ſic mendosè in eorum Pandectis legitur impreſſum nihil penitus animadverſa controverſia, quæ circa hoc inter interpretes exiſtit.

Idque procedit etiam quoad *Conſtantinum Harmenopulum* veterem Juris noſtri Epitomatorem, & *Samuelem Petitum* nuperum legum Atticarum Collectorem; Nam licet uterque; Ille nempe *lib. 2. promptuar. Jur. cap. 4.* Iſte verò *lib. 5. tit. illarum legum* hujus legis Solonis tenorem referendo utantur græca voce, cujus eſt latina *quinque*, ut dixi. Non tamen major eſt ipſius habenda fides, quam *Gajo in d. l. final.* cum ab illo, & *Plutarcho* ipſi eam ſumplerint; *Hermenopulus* enim Juris prudentiam Romanam tantum epitomavit, *Petitus* vero ex illa, & ex aliis ſcriptoribus ſuas leges Atticas compilavit, cum verus earum exemplar nobis temporum edacitas non relinquerit, & proinde ſi uſi ſunt corruptis *Gaii*, & *Plutarchi* Codicibus ipſis vitio eſt vertendum, nec pro lege Attica eſt habenda: ut ſimili de lege Zenoniana alias, *l. ex qua 12. C. de Ædific. Privat.* reſtituta à *Contio* ponderavit *Rota coram Eminentiſſ. D. Card. Celſ. dec. 375. num. 7. verſ. ex quibus patet & num. 8.* Quod tamen non ſemel illis accidiſſe eſt incomperto apud eruditos, & ſignanter De Hermenopulo tradit *Deſiderius Heraldus inſignis* J. C. & *Advocatus Pariſienſ., in lib. de obſervat. c. fin.* ubi præciſe quoad aliud caput hujus noſtræ legis illum in exemplaria depravata incidiſſe obſervat, & alia etiam ejuſdem *Harmenopuli* errata oſtendit *Bellon. de Mandat. Juriſd. cap. 6. quæſt. 4. num. 32.* ubi illum falſitatis nota convincit. De *Petito* verò idem *Herald. in lib 2. Animadverſion. in Solmaſ. obſerv. ad jus Attic. & Roman. cap. 13. num. 4. & lib. 3. cap. 3. n. 2. & ſeq.* ubi etiam addit nonnullas ex illis legibus eſſe falſas, & ab ipſo *Petito* ariolante per errorem, aut divinationem ex corruptiſſimis, & non tutis ſcriptoribus concinnatas.

Quæ ſine ulla difficultate veniunt admittenda concurrente pro *Alciati*, & ipſius ſequacium lectura certa, & inevitabili ratione deprompta ex ejuſdem *Caii in l. adeo ff. de acquir. rer. domin.* & Juſtiniani *in §. ſi Titius inſit. de rer. divi. reſponſis*, ac aliis Juris ſanctionibus, in quibus perlepè diſcurritur de Vitis, Arboriſque Vicini in agrum alterius deprehenſione, vel depreſſione, & traductione, ac radicum arboris prope confinium politæ traductione maxima, ex qua arbor communis efficitur. Certiſſimum argumentum, quod ſi quinque pedum ſpatium interceſſiſſet, prout *in d. l. final.* præſupponitur præſcriptum non admodum fuiſſet cuiquam integrum Vicini arborem in fundum ſuum quadam quaſi propagationis ſpecie deducere, nec arbor quamvis termino adplantata tot tantaſque radices in alienum agrum effundere potuiſſet, ut tanquam ex æquo hinc inde radicum partitione facta Arbor efficeretur communis, ut his itidem verbis ratiocinatur *Hieron Magius lib. 4. Miſcellanear. cap. 7. §. quanquam.*

Cæterum quoad hoc ceſſat omnis diſputatio, nam quicquid ſit de hac opinionum di-
20 verſitate Admiſſo etiam, nunquam tamen conceſſo, quod in d. lege eſſet legendum *Quinque pedes*, ut ex adverſo prætenditur. Illa nullibi eſt recepta, ſed communi uſu & generali conſuetudine rejecta, & antiquata, adeo, ut nullatenus valeat allegari, ut poſt alios præciſe tradunt *Nevizan. d. conſ. 58. num. 3. Monteren. ad Statut. Bonon. lib. 4. dict. rubr. de impediment. Arear. tollen. & de arbor. non haben. in præjud. Vicin. eod. verb. Tres perticas verſ. ſed certe illa lex pagina mihi 323. Aldovin. conſ. 12. num. 19. Giovagnon. d. conſ. 30. num. 15. lib. 2.* ubi dicit ex *Corn.* quod ex quo illa lex in de-

deſuetudinem abiit non meretur allegari, quia qui eam allegat, incidit in pœnam falſi, addendo etiam, quod ſi illa ſervaretur, totus mundus ſubverteretur *Petrus Petracin. in ſubſcript. ad reſponſ. Ruginell. pro fratre impreſſ. in citata tract. de Arbor cap. ult. num.* 114. & ibidem in alio reſponſo *Angel. Caccia num.* 152. *& ſeqq.* ubi eadem, quæ *Giovagnon.* ex *Corneo* repetit verba, *& Hieran. Magg. d. lib. 4. Miſcell. cap. 7. eadem §. quamquam*. Stante autem iſtà deſuetudine dictæ legis intrat generalis regula, quod lex ſeu Conſtitutio, quæ non fuit uſu recepta, non eſt attendenda, quam in ſimilibus terminis dictæ legis Zeonianæ de Proſpectu Maris egregie expendunt poſt innu-
21 meros, quos allegant *Gizz. in obſer. ad dec. 50. Capyc. Latro n. 17. & ſeq. Rota coram Eminent. Celſo d. dec. 375. n. 13.*

Nec obſtant *Natt. conſ. 277. & Surd. in conſ. 74. lib.* 2. ab uno ex DD. ex adverſo ſolitis ponderari teſtantes de conſuetudine contraria, quod nempe d. lex adhuc ſervetur. Quia ultra, quod ipſi loquuntur, dumtaxat quoad ſpatium duorum pedum in ædificiis in principio d. legis relinqui præſcriptum, quod proinde nihil commune habere poteſt cum diſpoſitis in fine ejus de intervallo arborum in Prædiis ruſticis relinquendo, in quibus terminis individualibus loquuntur DD. per nos ſuperius adducti, & ſic ab uno ad alium non licet argumentare juxta tradita in terminis *per Gypſ. in addit. ad Rot. Bonan. diverſ. recen.* 110. §. 1. *verſ. Tertium eſt*. Ipſi nominatim reiiciuntur, & reprobantur à *Marco Muta in cap. Regni Siciliæ tom. 2. cap. 116. num.* 13. dicendo quod opinio *Surdi*; & conſequenter *Nattæ*, cui *Surdus* innititur eſt ridicula, & in practica non ſervatur, & quod illa lex finalis realiter non ſervatur de conſuetudine, ſed domus, de qui-
22 bus ipſi loquuntur, ædificantur nullo intermiſſo ſpatio, & quo ad illud etiam abiit in deſuetudinem, *dict. l. final.* ita teſtantibus communiter omnibus, & ſignanter ex *Butr. Bald. conſ. 348. ſub num. 4 verſ. imò dicit lib. 2. Odofred. & Salicet. in l. Mæniana C. de Ædific. privat. conſ. 282. num. 1. lib. 4. Bera conſ. 134. in fin. vol. 3. & Rimin. Jun. conſ. 367. num. 21. lib. 4. & alii apud Andreol. contr. 295. ſub num. 15. verſ. & hoc idem*, quos propter eorum numerum, & auctoritatem dicit *Surdum* debuiſſe ſequi adeo, ut eum non fecerit, ſubdit quod illum conſilium videtur ſibi nimis cavilloſum.

Præterea in caſu noſtro nc dum adeſt deſuetudo *d. l.* ſed præcipua conſuetudo in contrarium, qua attenta penitus ceſſat ſupra dicta Injuſtitia adverſus ſententias, uti non mandantes evelli dictas arbores, tamquam non plantatas juxta modum in illa, ut ſupponitur, præſeriptum. Quia illa non procedit, quoties adeſt conſuetudo in contrarium, ut declarat *Neviz-*
23 *zanus ſæpius citato conſ. 58. ſub num.* 10. *verſ. quia reſpondetur. Piaggius de Jure conſuet. qu.* 11. *num.* 488. cum conſuetudo in hac re ſit illa, quæ totum dominatur, & regit ut poſt alios plenè tradit *Jo: Baptiſta Coſta in tract. aut ſciebat, aut ignorabat in ex adverſo allegat. diſt. 1. centur. 1. num. 19.*

Conſuetudo verò iſta ultra, quod uti generalis aſſeritur à prædictis DD. quibus uti eximiis eſt omnino deferendum; adeo ut Adverſariis contrarium aſſerentibus incumbat onus illud probandi, ut relictis generalibus pun-
24 ctualiter dicit *Aldovin. d. conſ.* 12. *num.* 20. Aperte remanet probata in præſenti, ex quadraginta tribus ſententiis Tribunalis Juſtitierorum Urbis in particulari Summario datis ab Anno 1575. uſque ad Annum 1657. & ſic per annos 82. promulgatis in quibus ſemper, & inconcuſſe apparet ſervatum, ut in hujuſmodi arborum plantatione relinquantur dumtaxat palmi tres; Quæ ſententiæ, cum ſint plures, & emanatæ in contradictorio Judicio, nedum illam optime probant, verum etiam efficiunt notoriam, & univerſalem, quibus ſtantibus ſatis eſt illam allegare, nec ullam aliam probationem requirit, ut poſt innumeros, quos cumulat, plene in ſimilibus terminis firmat *Rot. coram Eminentiſſ. Domino Card. Celſo citat. dec.* 375. *num.* 14.

Quod autem dictum ſpatium trium palmo-
25 rum ſit in caſu noſtro relictum, Ultra quod ita præſumitur, ut teſtatur *Vicecomes Placentin. in ſuo tract. de menſur. pag. 193. verſ. quandoque* expreſſe dicente, quod qui plantavit arborem, debitum ſpatium reliquiſſe præſumitur, quia in dubio omnis actus præſupponitur factus ſecundum Juris diſpoſitionem, & faciunt *Neviz. allegat. conſ. 58. ſub num.* 5.
26 *Federic. Scot. reſpon. 6. num. 25. tom. 2. lib. 2. & Michael Coccia in reſponſ. impreſſ. penes Ruginell. de arbor. cap. ult. num.* 154.

Satis colligitur ex declaratione facta à qu. Antonio Urſino auctore D. Bartholomei Adverſarii, in qua expreſſe fatetur Dominos de Grottis eſſe Dominos nedum ſepis, verum etiam trium palmorum intra ipſius Vineam ibi: *declaramo, &c. detta fratta interamente ſpettare al detto Sig. Nicolò Grotti, e ſuoi, &c. anzi detto Sig. Nicolò avere tre palmi di terreno verſo la Vigna d'eſſo Sig. Antonio, &c.* Cum autem arbores ſint plantatæ in ipſa ſepe, neceſſe fatendum eſt diſtare tres palmos à Vinea Adverſarii, cum illud ſpatium à noſtro Principali poſſideatur, ut patet ex dicta confeſſione, quæ locum habet etiam contra Dominum Bartholomeum Adverſarium cum confeſſio Auctoris ſemper noceat ſucceſſori, nec ab eo unquam valeat impugnari, ut in puncto tradit *Giovagn. conſ. 30. ſub num. 20. verſ. quinta deniq. lib.* 1. & generaliter *Rot. coram Coccina deciſ. 152. n. 1. verſic. & hæ confeſſiones, & deciſ. 181. num. 1. coram Buratt. deciſ. 423. num. 3. & in rec. dec. 219. num. 1. par. 2. & dec. 578. num. 2. par. 4. cum aliis in Romana Legati* 22. *Junii* 1650. *§. neque in alterius præiudicium coram bo. mem. Cardin. Corrado* impreſſ. poſt *Bonden. collect. legal. dec. 13. num. 4.*

Hincque penitus excluditur prætenſio, quod ſepes ſit in confinio: nam ſi in confinio poſita extitiſſet, Auctor D. Martiæ non declaraſſet illam totaliter, & integrè ſpectare ad D. Grottum, prout fecit, cum id, quod in confinio eſt,
28 commune utrique Vicino ſit, ex quo fines etiam utriuſque occupet, ut probat *l. C. in l. Arbor. ff. comm. divid. & in l. illud ff. pro Socio & facit l. adeo 7. §. fin. ff. de acquir. rer. domin.* cum aliis per *Harpreet. in §. ſi Titius alienam 31. num. 6. & ſeq. de rer. diviſ. Bachov. in Not. & Animadverſ. ad Treutler. vol. 2. diſput.*

ſpat. 20. theſ.5. litt. D. verſ. alia hoc occurrit. Althaſ. lib. 1. Dicæolog. cap. 39. num. 28. Raginell. de arbor.cap.3.per tot. & præſertim. num. 7. & ſeqq. Joannes *Baptiſta Gargias conſ. 92. num. 9. lib. 1. Georg. Martin. in contrar. non contra. diſp. 2. th. 24. Hieronym. Magg. lib. 4. Maſcellan. cap.7.*

Ponderatis præſertim verbis illis ejuſdem de-
clarationis *intieramente ſpettare*, quæ impor-
29 tant plenitudinem, & totalitatem Domini
nullam penitus patiendo diminutionem, & re-
ſtrictionem *Menoch. conſ.* 687. *num.*43. *& conſ.*
918. *num.*3. *Rot. in rec. dec.*300. *num.* 10 *par.*
1. cum aliis *per Barboſ. dict.* 167. *num.* 1. *&*
ſeqq. & illis aliis *avere tre palmi*, quæ pariter
ad plenum Jus & dominium referuntur, Imo
etiam ad poſſeſſionem, *l. habere verbum* 188.
ff. de Verbor.ſignif cum aliis *per Giovagn. conſ.*
63. *num.*2. *lib.*1. *Grat. diſcept.* 372. *num.* 20.
& diſcept. 838. *num.*6. 14. *&* 16. *Valaſc. con-*
*ſult. deciſ.*79. *num.*2. *Rot. coram Buratt. deciſ.*
214. *num.*5. *& deciſ.*236. *num.*2 Cum verbum
30 *habere* ſemper cum effectu ſit intelligendum, *l.*
nomen filiarum 164. *verſ. habere, ubi Alciat. ff.*
de Verbor. ſignificat. Coraſ. in l. filium quem n.
60. *C. fam. Erciſcund. Sola ad Conſtit Sabaud.*
*tit. de feud. in §. quas quidem num.*4. *Cacheran.*
*conſ.*37.*n.*19. cum aliis per *Petrum de Urceis in*
repet. ad Rit. *Magn. Cur. Vicar. Neapol.*235.*p.*
2. *num.*298. *& ſeq.*

Nec obſtat, quod Judex Burgi in prima
ſententia, cui innititur D. Martia noſtra prin-
cipalis enunciaverit Arbores controverſas fuiſ-
ſe plantatas in ſepe exiſtente in confinio Vi-
31 nearum; Quia Judex ita loquendo in ſenten-
tia non diſpoſitive, ſed enunciative, ut jam
dixi, fuit loquutus, nec ideo illa verba poſ-
ſunt ullatenus nocere noſtræ Principali, quia
verba diſpoſitiva ſententiæ non enunciativa
Partibus præjudicant, & attendenda ſunt *Con-*
*tard. de momentan. poſſeſſ. limit.*2. *§.*5. *num.* 19.
*Scacc. de appellat. q.*17. *limit.*6. *Membr.*9.*num.*
9. *Rot. deciſ.* 34. *num.* 12. *par.* 2. *& coram Bu-*
ratt. dec. 843. *num.* 4. cum aliis *per Adden. ad*
Gregor. deciſ. 522. *num.* 11. Maximè quando,
prout hic dubitatur de enuntiato, quo caſu
enunciativa nullum probationis gradum con-
32 ſtituere valet, *Rot. in rec. dec.*12. *num.*5. *par.* 3.
*dec.*53. *num.*12.*p.*4. *to.*2.*dec.*119.*num.*14.*p.*5.*&*
*dec.*245. *num.*37. *p.*8.

Minus faciunt verba illa appoſita in ſupra-
dicta declaratione facta inter Auctores utriuſ-
que partis *la fratta che ſtà, e divide la Vigna d'*
eſſo Antonio, e quella del Sig. Nicolò. Quia
ſtatim poſt illa Antonius addidit illa alia de-
claratoria, quod ſepis integraliter ſpectet ad
ipſum Grottum. Imò quod ultra illam habet
tres palmos terreni verſus Vineam ipſius vici-
33 ni, ut jam diximus, & ſic nulla ex eis valet
deduci conſequentia declaratoria confinium.
Verba enim ſequentia declarant, reſtringunt, &
moderantur antecedentia, *Rota coram Eminen-*
*tiſſ. D. Ottbob. dec.*61. *num.*9. *& dec.*76. *num.*7.
& 8. *& in rec. dec.*709. *num.* 8. *par.* 1. *dec.*294.
*num.*6. *p.*2. *dec.*194. *num.*55. *par.*5.

Nullius pariter momenti eſt id, quod dici-
tur ad rectam lineam ejuſdem ſepis in parte ſu-
periori adeſſe murum; qui à Partibus fuit de-
claratus communis: ſiquidem ſupplicamus ani-
madverti, quod Urſinus Auctor D. Adverſa-
rii fabricavit dictum murum in loco, in quo
prius exiſtebat, & continuabat dicta ſepis D.
Grotti petita prius licentia, & permiſſione ab
ipſo Grotto, qui illam conceſſit multis inter-
cedentibus pactis, & conventionibus, & ſi-
gnanter, quod Urſinus teneretur murum illum
non ſolum ſuis ſumptibus fabricare, ſed etiam
in caſu, quo rueret, vel in totum, vel in par-
tem ſemper ſuis expenſis reædificare ita quod
hoc faciendo *detto Signor Antonio poſſa appog-*
giare, e godere detto muro come commune, ex
quibus apparet Grottum conceſſiſſe dictam par-
tem ſepis Antonio Urſino pro ædificando mu-
ro non quidem, ut ſibi præjudicaret quoad
Dominium reliquæ partis, & conſequenter
trium palmorum terreni intra illam, ſed quia
34 illa, mediante dicto muro amplius non indi-
gebat, quoquidem muro voluit Urſinum poſ-
ſe uti *come commune*, non quia eſſet talis ſua
naturæ, ſed in recompenſam expenſarum fa-
ctarum ab eodem Urſino in illius coſtructione
à tutte ſue ſpeſe conſideratis præſertim illis ver-
bis: *come commune*, quæ important ſolummodo
fictionem, & ſimilitudinem, quia eſſet opus,
quod intelligeretur uti talis, ut ratiocinatur
*Spad. conſ.*369. *num.*10. *lib.*2.

Ceſſat demum id, quod dicitur de præſum-
ptione Juris juxta quam ſepis in dubio cenſe-
35 tur poſita in confinio. Quia ultra quod *Ragi-*
*nell. in tract. de Arbor. cap.*7. *num.* 87. & alii in
deciſione citati nituntur illis verbis legis Solo-
nis in principio *d. l. final. ff. fin. regund.* relatæ
ibi: *Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit,*
infoderitque terminum ac excedito; ut eadem-
met Rota animadvertit, quæ quidem verba
nullatenus de ſepe poſſunt prædicari, cum ver-
bum illud *Æmoſiam* in illa poſitum non *Sepem*
ſit vertendum, ut ex *Raginello* poſuimus, &
36 incautè fecerunt interpretes omnes, ſed *mace-*
riam intelligendo, nempè de muro ex ſicco la-
pide, & terreno collecto ſeu compoſito, ut
pleniſſimè obſervarunt viri duo clariſſimi, & his
in rebus verſatiſſimi *Claud. Salmaſius in Mi-*
ſcell. defenſion. ad obſervat. in Jus *Atticum, &*
& Romanum *capit.* 13. *& Ægid. Menagius*
Juris Civil. Amœnitat. cap. 33. *§. Solon. apud*
Gajum.

Animadvertendum, quod nos non ſumus
in re dubia, & æquivoca ut ex adverſo ſup-
37 ponitur, ſed ſtantibus præſumptione Juris,
partium confeſſione ſupra recenſitis in re ſatis
clara, & manifeſta, quod nempe noſtra ſepis,
& arbores ſunt poſitæ in noſtro terreno, & ul-
terius D. Martia habet tres palmos terreni in-
tra Vineam Domini Adverſarii, nec proinde
eſt opus ulla præſumptione, & conjectura cum
38 præſumptio cedat veritati, *Rot. coram Gregor.*
deciſ. 416. *num.*6. & in claris non ſit opus con-
jecturis, *l. ille aut ille ff. de legat.*2.

Nec obſtat, quod in ſupradicta declaratio-
ne poſt illa verba, *avere tre palmi, &c.* ſub-
ſequantur illa alia, *e quelli godere, e poſſedere*
ſolo per riſare, & accommodare la fratta. Ex
quibus videtur illos tres palmos in illa expreſ-
ſos fuiſſe conceſſos Dominis de Grottis potius
jure ſervitutis, & ad certum, & determina-
tum effectum, quam Jure dominii attenta na-
tura illius taxativæ *ſolo*, quæ eſt excludere om-
39 nia alia juxta tradita *per Sard. conſ.*572. *num.*
46. Tum quia iſta non eſt tranſactio, ſive no-

va conceſſio, ut ex adverſo dicitur, ſed declaratio Urſini ad favorem DD. de Grottis, ut jam diximus & colligitur ex illis verbis *ſpontè, &c. declaraveri, &c.* in principio ipſius Inſtrumenti, & illis in fine periodi. *E così dette Sig. Antonio per la verità dice e dechiara*, & proinde Urſinus per eam nihil poterat veteri dominio eorumdem Dominorum de Grottis præjudicare, nam, qui declarat nihil de novo addit ſive dando, ſive auferendo, *l. ha-*
40 *redes pa am §. ſi quid poſt in fine ff. de Teſtàm. cum concordant. adduct. per Barboſ. Axiom.66. num.1. & ſeq.*

Tùm quia ſtantibus ſupredictis verbis generalibus *intieramente ſpettare, & avere tre palmi* plenum Jus, & dominium importantibus, quæ præcedunt, & ſunt poſita antecedenter ad illa ſpecialia *ſolo per accomodare, a riſare la fratta*. Iſta ab illis recipere debent declarationem, & ampliationem, non autem illa reſtringere, & coanguſtare, quicquid eſſet dicendum, quando verba ſpecialia præcede-
41 rent; generalia autem ſequerentur juxta diſtinctionem *Bart. in l. donationis §. ſpecies num 1. ff. de donat.* quam communiter à DD. receptam teſtantur *Giovagnon. conſ. 63. num. 24.* ubi egregie infirmat rejecto *Ladercbio conſ. 32.* ac aliis in hoc ſubtilizantibus, *& Polydor. Ripa obſervat. 64. num. 7. &* 8. ubi quod aliter ſibi nequit perſuadere, Et facit etiam *Gloſſ. in ſimiliter C. de Jur. dotium* in qua expreſſe dicitur, quod ſi quis habet ex conceſſione duos pedes terreni, ut ſolum projiciat aquam, non Jus ſervitutis aquam projiciendi, ſed plenum dominium conceſſum videtur, quia principaliter conſideratur id, quod in oratione præceſſit.

Tùm demum, quia illa verba. *Solo per accomodare ò riſare la fratta*, fuerunt addita ra-
42 tione frequentioris, & communioris uſus, & praxis relinquendi in plantandis ſepibus dictum ſpatium ad effectum illas reficiendi, ut bene demonſtratur in facto, quibus ſtantibus dictio *ſolo* nullatenus poteſt reſtringere antecedentem diſpoſitionem generalem, ut egregie tradit *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 21. num.20.*

Et hinc ceſſat prætenſa injuſtitie ſententiarum, quoad fontes, & foveam cum illud ſpatium trium palmorum pertineat ad D. Martiam noſtram principalem, Jure dominii, non autem Jure ſervitutis, ut ex adverſo ſupponitur, quo ceſſante debet ceſſare Injuſtitia ſuper
43 eo fundata, *Surd. conſ. 150. num.72. Rot. coram Seraph. decif. 829. num.6. & in rec. decif.590. num.2. in fine part. 2.*

Cæterum in caſu noſtro tollitur omnis difficultas animadvertendo, quod agitur de arboribus vetuſtiſſimis, non de recenti, ſed longe ante patientibus, & acquieſcentibus D. Ad-
44 verſarii plantatis, ut in facto bene ponderatur, quibus ſtantibus peti non poteſt amplius ab ipſo, quod extirpentur, juxta *gloſſ. in l. Meniana verb. determinetur C. de Ædific. privat.* quam ſequuntur communiter DD. ut tradit *Novizan. conſ.58. num.* ubi quod cum tranſeunt omnes, nec ullus eum impugnat cum aliis apud *Surd. conſ. 233. num. 6. Giovagn. conſ.30. num. 18., & ſeqq. lib. 2. & Jo: Bapt. Coſta in tract. aut ſciebat aut ignorabat diſtinct. 1. num.2. & 3. Cavalcan. de Brach. Reg. par.6. ſub num. 622. & Prog. de Jure conſuet. qu. 11. num.489.*

Parum obſtantibus quæ dicuntur de præſcriptione non admittenda in hac materia, *ex Regi-*
45 *nell. de Arbor. cap.7. num.27. & ſeqq.* propter naturalem motum eorumdem arborum, cum nunquam maneant in eodem ſtatu. Quia omiſſo quod *Reginell.* ſcripſerat contra communem DD. omnium aſſertionem, ut tueretur propriam cauſam, nec proinde magni æſtimari debet ipſius auctoritas juxta tradita de ſimilibus Doctoribus, *per Rot. in dec.438. num.10.12., & 13. par. 9.* relictis illius argumentis uti levibus, & parvi momenti, quæ hic non refert diſcutere; Reſpondetur nos non agere vigore
46 præſcriptionis, ſed ratione longæ acquieſcentiæ, & taciturnitatis auctoris D. Marthæ, cujus acquieſcentiam, & patientiam hodie ipſe nequit reclamando impugnare, ut punctualiter firmat. *Giovagn. d. conſ. 30. ſub num. 20. verſ. quinto denique lib.2.*

Ex quibus, &c.

R. P. D. TAJA

Veliterna retractus.
23. Januarii 1668.

ARGUMENTUM

Agitur de Peritorum examine, ejuſque validitate, nec non de Apoſtolico Brevi ſtatuto particulari derogenti.

SUMMARIA.

1 *Peritis à judice electis eſt ſtandum.*
2 *Peritorum poſt ſecundam electionem non eſt locus ulteriori.*
3 *Periti indifferenter à judice non admittendi.*
4 *Æſtimator de æſtimatione legaliter facienda jurare non tenetur.*
5 *Periti à judice ſunt examinandi, eorumque relatio eſt probanda: ſed limitur hoc num.7.*
6 *Peritia abſque juramento ſunt irrita.*
7 *Breve Apoſtolicum non publicatum nec uſu receptum, minimè habendum eſt in conſideratione.*
8 *Derogare poteſt Papa ſpeciali ſtatuto, clauſulis præcipuè, quorum tenores, &c.*

Præſens *Deciſio* revocatoria præcedentis *decif. 28.* & confirmatoria *dec. 26.* eſt repetita *in recent. decif.539. par.19.*

DECISIO XXXV.

OB diſcordiam Camilli pro Eminentis. D. Cardinali, & Jo: Franciſci pro Petro Paulo Peritorum, etiamſi Antonius tertius peritus cum Camillo concordaret, tamen quia extra regulam Peritorum de aliena peritia retulerat, deciſum fuit 9. Aprilis 1666. non eſſe faciendum inſtrumentum venditionis horri, ſed poſtea ad mandatum Rotæ ab Eminentiſs. D. Card, electo Franciſco uno inter plures peritos propoſitos a Petro Paulo, illoque bene referante receſſum fuit à deciſis 12. Novembris 1666. Hinc orto dubio -- An primo, vel ſecundo deciſis ſtandum ſit -- eoque propoſito 19. Januarii, & repropoſito 11. Martii, & prima Julii 1667. & 23. Januarii præſentis, cum inſta-

inſtaret Petrus Paulus pro admiſſione articulorum, & examine teſtium ad reprobandam peritiam Franciſci, Domini mandarunt utrumque dubium hodie proponi, & primo a præjudiciali rejectis articulis in ſecundo principali, DD. reſponderunt *ſtandum ultimo decisis*.

Quia relationi Periti à judice electi, in quem
1 partes conſenſerunt deferendum eſſe ait *Rota dec.44. num.7. par. 11.* maximè tribus concordibus, ut ſupra, poſt ſecundam electionem peritorum non ſit amplius locus ulteriori electioni ad evitandum proceſſum in infini-
2 tum. *Grat. diſc.600. num. 3. Querard. for. cont.18. num.36. cum adnot. ad Burat. dec.70. in fi. verſ. & facta ſecunda peritorum deputatione*. Unde pro vero pretio *ad l.inter hac verba 179. ff. de verb. ſignif.* veraque æſtimatione *ad gloſs. ult. l. 1. ff. de in lit. jur.* adhuc in ore duorum, vel trium etiam teſtium ſtat omne verbum Evangelico *oraculo S. Matthæi cap.18.*

Et quamquam aliquis putaret ex recenſito, ut ſupra facto poſſe procedi ad electionem alterius periti, quia rejectis primis Camillo, & Jo: Franciſco uti diſcordibus, & Antonio male referente, ac ſuſpecto, remaneret ſolus Franciſcus, qui licet tertius, ordine electionis primus, & unicus in legali peritia æſtimatione cenſendus ſit.

Attamen DD. viſum eſt utrumque magnifaciendum idem, arbitrium antecedentium, & à tribus diviſim ſicuti conjunctim relatum fuiſſe idem pretium ſcutorum 900., & quando etiam Franciſcus poſtremo electus cenſendus eſſet in æſtimatione primus & unicus, nihilominus DD. maxime placuit doctrina *Felin. ad cap.4. de probat. num.11. verſ. ſed quia D.ment*
3 monentis Judices uti debere moderamine, adeo quod non admittant indifferenter ſecundos peritos, &c., & in hoc caſu ſi unquam alias peritum novum non eſſe admittendum cum Peritia Franciſci concordet cum aliis licet diverſis rationibus, & cauſis, eorum peritia DD. non ſatisfeciſſet.

Opponebant informantes pro Petro Paulo noviſſimam iſtam æſtimationem defectuoſam eſſe in juramento utpote quod teneatur æſtimato, jurare de æſtimatione legaliter facienda
4 *ad l.comparationes 20. ibi niſi juramento antea præſtito ab his fuerit affirmatum quod neque lucri cauſa, quæ inimicitiis, neque gratia tanti ff. & C de pignor. num. 29. à verſ. erit igitur ordo. Cagnol. ad l. 2. C. de reſcind. num. 58. Pinell. cap.ultim. 3.verſ. & jurabant ſe recte arbitratores p.3. Lup. de Uſur. comment.2.num.143.* ubi de forma *Maſcard. de probat. concluſ. 653.* ab initio etiam ubi Peritus aſſumptus eſt a partibus de mandato Judicis, quin etiam de mandato Principis, ut *ad tex. §.hic illud l. 6. C. de ſecund.nupt. declarant Bart. ad l. Theopompus ff. de dote præleg. num. 8. verſ. contra prædicta. Butr. ad cap.venient ad nos de teſtib. verſ.quando. Felin. ad d.cap.4. num. 9. verſ. fallit ſecundo, & d. cap. 9. de præſcript. num. 5. à verſ. & fortaſſe videtur.*

Et generalius replicabant hujuſmodi genus probationis per Peritos eſſe de ſui natura fallax ita ut Judex ſemper debeat laborare in probatione quæ fit per Peritum, ut poſſit ha-
5 bere majorem certitudinem, inquit *Grat. diſcept.263. num.23. Sangeler. civil. quæſtion.107. num.24. Rota dec.328. num.31. p. 11.* Et quod interrogandi ſint Periti, & cogendi ad declarandam ſuam relationem, adeo ut relatio nulla ſit, ſi Judex Peritos non examinaverit, & de hoc examine conſtet ex actis tenuerunt nonnulli apud *Sangeler. d.quæſt.107. num.28.*

Sed reſponſum fuit quod, cum ultimus Peritior in acta relationis juraverit aliud inſtru-
6 mentum non requiri, & in effectu moderoioribus irritas ſolas eſſe peritias ſine hoc juramento in actu relationis, ad *tex.d.§. hic illud & ibi gloſs. Sacramento, & ibid. Bart. num.5.* ibi: *Poteſt etiam dici quod iſti jurabant officium eius commiſſum facere legaliter, & bona fide, & tunc non erit neceſſarium aliud juramentum Tiber. pract. Judic. cap.43. num. 2.* ibi: *Agrimenſores qui poſſunt coram Judice* fines ſeu terminos, ac demum prævia illorum relatione jure jurando apud acta &c. *lib.2. & ſimiliter Ridolphin. prax. judic. cap.8. à num.15. par. 1.* & ita quotidie practicari, ut in peritiis hoc ſolum juramento exigatur; Et quantum ad interro-
7 gationem Periti DD. obſervarunt ex allegatis doctrinis poſſe judicem, ſi velit, interrogare, accedente legitima cauſa, non autem id lege caveri, ut apud *Sangeler in d. qu.107. num 22.* ubi teſtatur etiam in illis partibus contrarium ſervari, & cum peritus in relatione expreſſerit ſe totum obſervaſſe, & computaſſe tempora, quantitates arborum, non videbatur locus interrogationi; ideoque ſtandum eſſe perito, cum ſemper præſervatur teſtibus etiam ſi nullam rationem redderet apud *Grat. diſcept.926. num. 16. cum allegat. in aliis dec.* hac ipſa die ſuper articulorum rejectione, & unus ex Dominis ſingulariter reſpondit contraria procedere, quando conſtaret de evidenti nullitate, vel læſione, & quando non fuiſſet deventum ad ſecundam electionem allegando in puncto, *Querard. d.controv.18. num.48.*

Nova exceptio proponebatur à Petro Paulo ex Breve San.Mem.Pauli V. 31. Januarii 1613. ſuper ſtatuto Veliterno 36. de Magiſtris Viarum lib. 1. cui ſtatuto innititur extenſio gratioſa San. mem. Alexandri VII. in gratiam Eminentiſs. D. Cardinalis, & prima ſententia, videlicet: *ſi quis velit in eadem civitate conſtruere, vel reparare, vicinamque parvam domum, valorem tamen 500. ſcutorum monetæ non excedens, aut hortum vel Caſalenum emere voluerit, teneantur DD. etiam ſi parvam hujuſmodi domum inhabitent, aut hortum ſeu caſalenum per ſe ipſos colant cum augumento ultra juſtum pretium octo pro centenario dicti pretii, vendere, & ad vendendum cogi poſſint, & valeant, ſervata in reliquis forma ſtatuti, &c.* cui adjiciebatur, jus commune in *l. ſi quis ſepulchrum* ibi: *ita tamen ut judex etiam de opportunitate loci proſpiciat ne vicinus magnum patiatur detrimentum, &c. ff. de Relig. & ſumpt. funer.* placuerunt Dominis plures reſponſiones informantium pro Eminentiſs. D. Card. Primo quod huic exceptioni non ſit locus cum reſpiciat juſtitiam ſententiæ ſuper validitate gratiæ retractus; quæ tranſivit in judicatum. Secundo quod breve non ſit in uſu nec unquam fuerit publicatum, immo uti expeditum in forma *ſignificavit*, potius fuerit conceſſum ad petitionem perſonæ particularis pro privato intereſſe, præcipuè quod de commiſſione com-

munitatis non conſtat neque ex conſilio majore. Tertio quia ſtatutum loquitur limitative de prætio parvo domus non excedenti ſcuta 500. non autem reſpectu horti. Quarto quia tam breve quam ſtatutum loquuntur de venditione coacta domus, & horti ad effectum construendi, vel reficiendi domum contiguam, quibus omnibus Summus Pontifex derogavit concedendo Eminentiſs. D. Cardinali retractum horti ad effectum uniendi cum viridario, qui eſt caſus diverſus a comprehenſis in Breve, vel
8 Statuto: & proceſſit Summus Pontifex ſpecialiter, & independenter a diſpoſitione prædicti Statuti Veliterni, ut fuit reſolutum in his dec. hujus cauſæ coram *Reverendiſs. (a) Nunc. 28. Februarii 1664. §. animadvertebant Domini.* (a) Supra decis. 14. num. 7.
Et demum quia derogatum ſufficienter videtur, prædicto Statuto, ac brevi, & literis quibuſcumque Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis ex clauſula ſpeciali *illorum tenores pro plene, & ſufficienter habentes pro expreſſis*, ut de hac clauſula inquit. *Rot. decis. 630. n. 37. p. 4. tom. 3. & coram Eminentiſs. D. Card. Ottbob. dec 22. n. 10.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

Videnda ſunt, quæ adnotavimus ſuperius poſt *deciſ. 4. num. 3., & ſeqq.*, & poſt *deciſ. 26.*

R. P. D. CARPINEO

Poſtea S.R.E. Cardinali. Piſana Tenutæ.
30. *Januaris* 1668.

ARGUMENTUM.

Confinium certa, & indubitata expreſſio ex quibus, & quomodo arguatur.

SUMMARIA.

1 *Poſſeſſio ex inſtrumentis, & pluribus affictuum ſolutionibus probatur.*
2 *Confines ab inſtrumentis declarantur, quæ ſunt concordanda.* Vide num. 4.
3 *Dictio*, Verſus, *& ſimilis non eſt excluſiva termini deſignati, ſed ſecundum ſubjectam materiam interpretanda, & ad locum digniorem refertur. num. 5.*
6 *Æſtima pro manutentione plurimum relevant.*
7 *Teſtes poſſeſſionem probant, maxime adverſus inducentem.*
8 *Reintegratio tollitur, & adverſus privatos 30. annorum ſpatio præſcribitur.*
9 *Manutentio ei non debetur, qui tempore motæ litis non poſſidebat.*
10 *Poſſeſſionis generica probatio, non attendenda.*
11 *Dictio* In, *vicinitatem demonſtrare poteſt.*
12 *Terminantis natura eſt, ut confinatum excludit.*
13 *Confines expreſſi quando non ſint indubitati.* Vide n. 14.
15 *Finium expreſſorum incluſio non recipitur, quando intra eoſdem alii ſunt poſſeſſores.*
16 *Loquutio indefinita reſtricta ad certam locum, totum comprehendit.*
17 *Foveæ partis locatio quid inferat.*
18 *Conducens ab aliis fatetur ſe per antea non poſſediſſe.*

Præſens *Deciſio* eſt repetita in *deciſ. 166. par. 15. rec.* In *Deciſione* autem 167. ejuſdem *par. 15.* adeſt reſolutio ſeparata ſuper manutentione.

DECISIO XXXVI.

IN gravi, ac diu agitata controverſia inter menſam Primicerialis Eccleſiæ Piſanæ, & D. Ducem Salviatum primum favore Menſæ pronunciavit in Summariſſimo Reverendiſs. Nuntius, ſed aſſumpta poſtmodum cognitione poſſeſſorii plenarii ſententiam illam revocando, manutentionem, ac reintegrationem conceſſit D. Duci ad omnes Tenutas longo temporis ſpatio à Miniſtris Magonæ Piſanæ in conductionem retentas exceptis illis, quas vocant *Poggio à Padulo, Pecoreccia, & Lamatrincabonaldi*, in quibus jura ſolummodo petitorii Domini Duci reſervavit.

Verum cauſa iſta ad Rotam delata, & pluries ſine reſolutione propoſita, ut expeditior evaderet, demandata fuit R. P. D. meo Tajæ confectio plantæ, qui prævio acceſſu ad loca controverſa, ea, qua ſolet ſolertia, & rectitudine, confuſi ſitus denominationes omnes, & cohærentias, non ſolum curavit in acceſſu diſtinctè adnotari, ſed etiam in accurata delineatione Mappæ oculis quodammodo DD. ſubjicere; Cum verò ſuſpenſo petitorio, licet de poſſeſſione ageretur adhuc probationes ſuper ea hinc inde congeſtæ, una cum variis facti circumſtantiis, ac juris allegationibus in ingentem ſcripturarum molem excreviſſent, eas omnes in compendium redactas docto, eleganti que diſcurſu explanavit R. P. D. meus (b) (b) Dec. 13.
Bourlemont, tunc hujus Cauſæ Ponens, ac clara Methodo diſtinctiores reddididit. Unde reſolutio Cauſæ tanto ſtudio, tantiſque laboribus maturata prodiit in lucem ſub die (c) (c) Dec. 18.
17. Novembris 1664. in qua dictum fuit, non conſtare de re judicata, ex optimis deciſionis tunc editæ fundamentis, quibus ſub (d) die (d) Dec. 24.
22. Januarii 1666. denuo approbatis, tandem lata fuit ſententia Menſæ favorabilis; ac illi decreta manutentio in poſſeſſione Paludis, ac totius Foveæ Magnæ, ad quas diſputatio reſtricta fuerat.

De hujus igitur ſententiæ viribus, cum hodie quæreretur coram me, viſum fuit illas omnino ſubſiſtere, ac exinde ſententiam eſſe confirmandam. Siquidem cum hujus Judicii præcipuum fundamentum ſit poſſeſſionis probatio, prævaluit illa, quam ſuper his duobus corporibus exhibuit Menſa Archiepiſcopalis, deſumpta primum ex novem locationum Inſtrumentis: in quibus cum aliis tenimentis locata legitur Palus controverſa, & per hæc præciſa verba comprehenditur etiam Fovea magna ibi: *comprendendovi ancora la Foſſa magna*, quæ juncta ſolutione affictuum, de qua conſtat ex partitis librorum ſocialium, optimè probant poſſeſſionem; *Bart. aliique ſcribentes in l. qui univerſas, §. quod per Colonum ff. de acquir.*
1 *poſſ. Angel. in l. quædam mulier num. 3. ff. de rei vindic.* quando præſertim ſunt plures, & per tempora ſucceſſiva, & antiqua, quia tunc etiam ſine actione probarent contra tertium ex deciſionibus adductis per *Add. ad Baratt. dec. 263. num. 10.*
2 Quæ Inſtrumenta, licet non exprimant confines ſpeciales, recipiunt tamen declaratio-

nem

nem à decem aliis antiquioribus, in quibus apparet, Archiepiſcopum pro tempore Piſanum uſque ab anno 1197. conceſiſſe habitatoribus Villæ de Malaventre, uſum paſtoralem, ac Piſcariæ, expreſſis ſpecialibus confinibus per hæc verba. *Tenet unum cap. in via de Nudica, in Vetriteto uſque ad Poppiam de Migliarino, ad Uncilo de lacu uſque ad Foßam novam, & ad Trincabonaldi: & à Termino Campi Silveſtri uſque ad Foßam Stornifianam.* Quæ confinia ad unguem fuerunt repetita in laudo anni 1342. ac in ſucceſſivis novem revocationibus factis ab eadem Menſa favore ejuſdem communis de Malaventre, donec anno 1540. de bonis prædictis Menſæ devolutis, tranſactum fuit inter Communitatem, & Archiepiſcopum, in una tranſactione denuò dictis Hominibus conceſſis Stariolis 916 expreſsè dictum fuit Padulem remanſiſſe dicto Reverendiſs. Archiepiſcopo, qui ulterius ex benignitate conceſſit ſupranominatis Hominibus Jus piſcandi in Fovea magna.

Non obſtante, quod in illis bona locata poſita dicantur in Valle Serchii verſus Migliarinum, quaſi quod propter illam dictionem *verſus* excludatur Palus, de qua agitur, à Tenuta Migliarini, ad *dec. Seraph. 167. num. 1., & 2.* Quia non ſemper hujuſmodi, & ſimiles
3 dictiones ſunt excluſivæ termini deſignati, ſed plerumque veniunt, ſecundum ſubjectam materiam interpretandæ, ut animadvertit *Decian. reſp. 22. verſ. non obſtat l. 1.* Et ſicut in concordi deſcriptione Confinium Tenutæ Migliarini, admittitur in illa comprehendi duo alia corpora, nempe Podium Paludis, & Pecoreccia in eiſdem locationum Inſtrumentis, ſub hac dictione pariter enunciata, ita converti non debet, comprehendi poſſe Paludem, de qua agitur, ut optimè ponderat *prima deciſio*
4 *§. nec ex eo cum duobus ſeqq.* Quod certius apparet ex confinatione, de qua in adductis antiquioribus ſcripturis, quas in ſimul conjungi, & concordari, ut omnium appareat ſenſus voluit, recedendo ab alia deciſione *Rota coram eadem Seraph. dec. 191. num. 1.* & evidentius ex ſpecifica conductorum declaratione, qui ſolvendo penſiones Menſæ expreſſerunt, pro af-
5 fictu Migliarini, ut per *gloſ. in l. Quamvis §. ſi conductor verſ. retinet ff. de acquir. poß.* advertit *D. meus de Bourlemont. in ſuo Diſcurſu §. præterea poßeſſio*, & concluſum eſt dictionem hanc potius referri ad Eccleſiam S. Nicolai de Migliarino, ut ad locum digniorem, quam ad Tenutam ex *Decian. ad reſp. 22. nu. 27. verſ. non obſtat lib. 1.*, & comprobat *prima deciſio §. Spreta.*

Accedunt pro corroboratione hujus poſſeſſionis Menſæ adnotationes exiſtentes in æſtimis aſſervatis in publicis officiis Civitatum Florentiæ, & Piſarum, in quibus Fovea magna enunciatur tanquam de pertinentiis Archiepiſcopatus *prima Summar. Menſæ n. 6.* illaque particulariter deſcribitur Menſuræ ſtad. 176. eodem *Summar. n. 7.* & pro termino diviſorio inter bona D. Ducis aſſignatur via, quæ à Turri de Filicaja per medium loci, tendit ad lacum
6 Macciuccoli, eodem *Summ. num. 18.* Quæ æſtima quidquid eſſet ad alium effectum; certè ad hunc manutentionis concludenter probant poſſeſſionem ſaltem, donec contrarium ab alia parte juſtificetur. *Menoch. de retin. remed. 3. n. 570. Rot. coram Buratt. dec. 690. n. 293. & coram Card. Seraph. deciſ. 1061. n. 5. Ariminen. fideicommiſſi 14. Martii 1640. & 18. Junii ſequentis anni coram Reverendiß. D. meo Decano*, Cumque plura ſint publica auctoritate confecta, atque in officio Magiſtratuum aſſervata, indubiam fidem merentur ex relatis in *cit. Ariminen. fideicommiſſi, quæ eſt dec. 205. n. 6. p. 8. rec.* & de æſtimis Piſanis teſtatur Anſaldus Doctor Piſanus *conſ. 41. n. 55.* Maximè cum tam à D. Duce, quam etiam à Menſa fuerint mediante ſolutione Collectarum approbata, *Menoch. conſ. 147. n. 53. lib. 2. Seraph. dec. 505. n. 1. & per tot.*

Huic irrefragabili demonſtrationi adjungitur dictum ſex Teſtium examinatorum in judicio Summariſſ. in *proc.* illius Judicii *n. 11.* & à D. Duce in hoc judicio reintegrationis reproductorum *proc. fol. 682.* & totidam examinatorum in hocmet judicio, cum interrogatoriis ejuſdem D. Ducis, qui uno ore concordant Menſam poſſediſſe, & locaſſe Paludem, & Foveam magnam, & deſcriptis finibus bonorum controverſorum in hoc conveniunt viam S. Nicolai fuiſſe ſemper & eſſe diviſoriam inter Tenutam DD. de Salviatis, & Menſæ Archiepiſcopalis, quorum depoſitio remanet hodie confirmata à conſimili depoſitione aliorum quatuor Teſtium ab eodemmet D. Duce inductorum, & hoc idem per hæc verba præciſa referentium, ſcilicet. *Che la ſtrada, che và alla Chieſa di S. Nicolò, divide il Poggio à Padule da i beni del Sig. Duca, & i Beni di Monſig. Arciveſcovo à partirſi dalla Torre Filicaja, co-*
7 *minando per la ſudetta Strada di S. Nicolò verſo il lago, tornando à man manca. Summ. Menſæ Additionali. n. 6.* Ex quorum depoſitione concludenter poſſeſſionem probari tradunt *relat. per Maſcard. de probat. concl. 1202. per totam*, ac *per Poſt. de manut. obſerv. 19. n. 1. verſ. & quod Teſtes, & per Rot. dec. 434. n. 5. p. 9. rec.* Maximè contra inducentem ex allegatis in *Civitatis Plebis Cappellaniæ 23. Febr. 1663. coram Reverendiß. D. meo Ninot. Epiſcopo Gerundenſi.* (a)

(a) Deciſ. 19 nu 7. cor. Ninot.

Hinc viſum eſt probationibus Menſæ comparari nullo modo poſſe probationes à D. Duce adductas, licet pluribus innixas antiquiſſimis documentis, in quibus confines portionis Livellariæ in locationibus factis à Prioribus pro tempore S. Nicolai, hoc modo exprimuntur. *Tenet unum caput in Mari, aliud partim in Fovea magna, latus unum in Foßa nova, aliud in Terra Nobilium de Orlandis Summ. D. Ducis impreßo n. 1. uſque ad 19.* Et confines portionis liberæ in multis etiam antiquis locationibus, aliiſque actibus geſtis ab illis de Orlandis tunc poſſidentibus taliter exprimuntur, *Tenet unum caput in Storregiana, partim in terra Nobilium de Caprona, aliud caput in Terra Eccleſiæ S. Nicolai de Migliarino, & latus unum in Fovea magna, eadem Summ. impreß. n. 21. & tribus ſeqq.* inferendo ex hoc, quod ſicuti una, & altera pars tractu temporis pervenerat in Setiſtorium auctorem D. Ducis, ita ille, & Succeſſores illius totum hoc tenimentum ſub communi nomine de Migliarino poſſidendo, illudque integrè intra quoſcunque ſuos confines una cum omnibus Juribus, & pertinentiis locando anno 1533. Duci Alexandro de Medices, & poſtmodum Sociis Magonæ Piſarum, fines ſuos,

ſecun-

ſecundum enunciatas expreſſiones ita proten-
derint, ut controverſam Paludem, & Foveam
neceſſario in prædictis affictibus incluſerint.

Quando quidem pleraque ex Inſtrumentis
reſpiciunt petitorium, & ſi ad probationem
poſſeſſionis eſſent referenda, illam ſolum con-
cluderent ante annos 40. à tempore motæ litis;
8 Cumque ex Juribus Menſæ ſupra ponderatis
conſtet interim de illius continuata poſſeſſione,
utrumque remedium reintegrationis D. Duci
in ſententia de partibus conceſſum excluditur.
Tollitur enim reintegratio, & præſcribitur ad-
verſus privatos ſpatio 30. annorum juxta opi-
nionem *Rot. de qua in noviſſima dec. Card. Se-
raph. 1360. per totam & in dec. 97. n. 1. par. 1. &
21. n. 2. p. 4. tom 2. & 535. n. 9. p. 4. tom. 3. rec. cum
aliis congeſtis in* (a) *Portuen. Tenutarum* 18.
Junii 1666. *coram Reverendiſſ. D. meo Decano in*
9 *fine*, & manutentio ei non debetur, qui tem-
pore motæ litis non poſſidebat, *Bart. in l. 1. §.
fin. n. 10. ff. uti poſſid. cum vulgatis.*

(a) Deciſ. 860. cor. Cerro.

Præterea in concurſu Menſæ ſuam poſſeſſio-
nem in his duobus corporibus juſtificantis per
actus ſpeciales ſuper illis geſtos attendenda
non eſt probatio poſſeſſionis genericè, & argu-
mentativè ex doctrina *Innoc. in cap. Auditis
10 verb. exceptione num. 4. de præſcript. Maſcard. de
probat. concl. 1193. n. 18. cum aliis adductis in
p. dec. D. mei de Bourlemont §. Cæterum.*

Porrò reſpectu Foveæ enunciatæ in illa con-
finatione generali ſub dictione *In* ſcilicet *unum
latus in Fovea magna*, omnis comprehenſio ex-
11 cluditur; Quia illa dictio poſita non fuit ad
demonſtrandam intrinſecitatem, ſed annexio-
nem, & vicinitatem *jux. gloſ. Magiſtr. in Clem.
conſ. verbo in domo de elect.* & natura termini
confinantis, ea eſt, ut ſeparet confinatum, &
12 a excludat, *l. cum ſervo ad fin. ff. de contrahen.
empt. benè Rot. in dec. Merlin. 600. nu. 6. & ſeq.*
cum aliis ponderatis in diſcurſu §. *ſecunda præ-
ſumptionis* ubi objectum deductum ex illa di-
ctione. *In.* retorquetur ex abſurdo, quod ſe-
queretur ne Mare, & lacus Maciuccoli pari
modo pro confinibus cum hac dictione deſigna-
tis comprehendantur in Tenuta de Migliarino.

Præcipuè quia in Inſtrumentis per D Du-
cem adductis poſt generalem terminorum de-
ſcriptionem dubitativè ſubſequuntur clauſulæ.
*Quantumcumque & qualitercumque ſit intra,
vel infra dictos Confines, per menſur. vel ſi qui
ſint ejus veriores confines, vel ſi qui alii, & ſi-
miles, &c.* Ex quibus datur intelligi, vel ipſos
contrahentes non habuiſſe confines expreſſos
pro indubitatis, & invariabilibus, nec omnia
intra illos contenta ad locatorem ſpectaſſe, ſed
ea tamen, quæ aliunde, quæ per hanc dubiam,
& generalem deſignationem poſſediſſe enun-
13 probaretur, ut præter adductos in diſcurſu §.
26. *notat Alex. conſ. 64. n. 8. verſ. Acced. quia
lib. 4. Pariſ. conſ. 64. n. 28. lib. 2. ac probat. Pariſ.
de Put. & Hieronym. de Monte in tract. de fini-
bus adductis in p. deciſ. §. præcipuè quia*; Qui-
bus additur *idem Hieronym. de Monte in eod.
tract. cap. 88. ſub n. 9.*

Urget inſuper limitatio, quæ tradi ſolet re-
gulæ deſumptæ *ex text. in l. ædes ſacra ff. de con-
trah. empt.* Quod ſcilicet præſumpta incluſio
omnium contentorum intra fines expreſſos
14 nunquam recipiatur, quoties intra eoſdem
conſtet alios adeſſe poſſeſſores *jux. doctr. Ho-
ſtien. in cap. nimis n. 5. verſ. ſecus quoad poſſi-
dentem de iur. Surd. conſ. 376. n. 23. Rot. coram
Gregor. dec. 22. n. 1. cum ſeqq.* & ſignanter *n. 5.
verſ. quia id procedit.* cum aliis relatis *in p. dec.
verſ. tamen ex præfatis.*

Et profecto alios intra enunciatos confines
poſſidere indubitatum redditur, non ſolum ex
ponderatis in diſcurſu §. 36. *verſ. ſed in præſenti,
& in d. p. dec. §. tamen ex præfatis cum ſeqq.* ſed
clara partis confeſſione, in qua ſignanter, con-
ſtat plures perſonas, loca poſſidere de perti-
nentiis hujus Tenutæ Migliarini, ut habetur
in acceſſu facto per DD. Auditores Nuntiatu-
ræ, ibi. *le Terre lavorative, che ſono di quà
dalla detta Foſſa* ſcilicet, *Storreggiana, ſi chia-
mano Figuata, e ſono delle appartenenze di Mi-
gliarino, proc. fol. 4. & 38. & Summar. Menſæ
n. 24. litt. A. verſ. preſente il Sig. Francesco*, &
clarius ex confinibus concordatis coram R. P.
D. meo Taja, ubi datur pro uno ex confinibus
15 Tenutæ Migliarini, Fovea Storregiana uſque
ad Pontem, & uſque ad locum, ubi Intrat in
Traverſagnam, *Summ.* D. Ducis impreſſo *nu. 2.
verſ. terzo, che il detto*, in quo, ut demonſtrat
planta. includitur Figuata, non à ſolo Duce,
ſed ab aliis etiam poſſeſſa; quod, & apertiſſimè
referunt quatuor Teſtes ab ipſomet D. Duce
nuper inducti *jux. 8. Summor. ad litt. Menſæ
num. 4.*

Nullum vero fieri potuit fundamentum in
motivo alias pro Conciliatione Jurium utriuſ-
que partis adducto, & modo repetito, ac te-
ſtium remiſſorialiſi depoſitione roborato, quod
nempe meatus Foveæ Storreggianæ pro confi-
ne Tenutæ Migliarini concorditer aſſignatus
non deſinat, ut planta demonſtrat, in Fo-
veam Traverſagnam, ſed ultro progrediendo
per medium Paludis intret in Foveam magnam
in loco, qui dicitur l' Ontanello, ex quo duas
quodammodo portiones Paludis, & Foveæ con-
ſtituunt, Informantes pro D. Duce, alteram ab
hoc ſuppoſito ingreſſu Storregianæ uſque ad
lacum, in qua afferunt verificari fines appoſi-
tos in illorum ſcripturis, nempè *Tenet aliud
caput in lacu Maciuccoli, aliud partim in Fo-
vea magna, &c.* Alteram vero à d. ingreſſu, cir-
ca quam Paludem Malaventris, vocant ſitam-
que dicunt extra Tenutam Migliarini, in qua
verificati poſſint, & debeant locationes, &
æſtima, aliaque Menſæ documenta loquentia
de Palude, & Fovea magna.

Quoniam licet hac ſuppoſita diviſione vide-
retur prima facie conciliari poſſe omnes con-
trarietates, & æquivoca, (quod alias in cauſa
fuit, ut remiſſoria concederetur) re tamen ex-
actius hodie maturata, viſum eſt illam nullo
modo admitti poſſe, nam unica tantum in illis
cohærentiis exiſtit Palus, nuncupata quidem
di Malaventre, vel ex quo ſita eſt in commu-
ni, & Territorio illius loci, vel potius ex quo
Homines Malaventris, illam jure emphiteuti-
co Eccleſiæ longo tempore poſſederunt, ſed re
vera poſita in in circumdario Migliarini, quod
pariter continetur in generali nuncupatione
communis Malaventris; Cumque illa in longi-
tudine ad quatuor miliaria protendatur, uſque
ad lacum, ut ſimili ſeſe menſura protenditur
Fovea magna, dum Menſa unam, & alteram
indefinite locavit, intelligendum eſt totam,
16 integramque locaſſe: nam indefinita loquutio
reſtri-

reſtricta ad certum locum, totum comprehendit, & non partem, *Succin. in l. ſi quis in totum n.4. ff. de except. rei iudic. Aret. conſ. 103. n. 3. Dec. conſ. 146. ſub n. 13. verſ. ſecundo hoc deducitur*, *Rot. coram Cæſar. de Graſſ. dec. 8. n.4. de conſ. poſſ. & propr. & in dec 68. n. 2 poſt Merl. de Pign. cum aliis in Calagaritona Cappellaniæ de Alberite 2. Decembris* 1609. *§. non obſtat coram bo.me. Ortembergo* .

Et juridicus hic intellectus fomentum recipit reſpectu Paludis à dicto Teſtium, qui jux. 105. inter deponunt Paludem à Menſa poſſeſſam habere pro finibus Foveam novam, terminantem Statum Pilanum cum dominio Lucenſium, lacum Maciuccoli, & Lamatrincabonaldi ab æſtimis euſdem hoc idem enunciantibus, ex quibus in proc. fol. 279. & 301. Reſpectu verò Foveæ ab aliis æſtimis *par. Summ. Menſæ n.7. &* 8. Comprobatque *pri. dec. in §. Quinpræter*, *& ſecunda in § ex his R. P. D. mei de Bourlemont*, pleniuſque ab illis antiquiſſimis Inveſtituris factis à Menſa Hominibus, & Communi Malaventris ab anno 1197. uſque ad annum 1476. In quibus recenſentur enunciata Confinia totam Paludem, & Foveam includentia nempe ab Uncile lacus Fovea nova, Lamatrincabonalhi uſque ad Storreggianam.

Nihil prorſus obſtante contrario argumento ducto ex modica reſponſione, qua anno 1530. & 1564. Fovea locata reperiebatur, inferendo, ex hoc non totam, ſed exiguam Foveæ par-
37 tem in locationem veniſſe *iux. trad. per Mantic. de tacit. & ambig. l.4. tit.9. num.8. & per Menoch. de præſumpt. præſumpt. 73. lib. 5.* Quia vel hoc evenire potuit ex variis temporum contingentiis, ut etiam evenit in paſcuis Tenutæ Miglharini, illis ferè temporibus pro ſolis ſcutis 58. locatis *proc. fol. 245. a tergo*, vel potius ex eo, quod tunc temporis in Fovea prædicta reſervatum erat Hominibus Malaventris Jus piſcandi pro eorum uſu in vim tranſactionis inter ipſos, & Menſam initæ anno 1540. ut in *proc. fol.* 309. & *Summ. Addit.* ejuſdem Menſæ *n.6.*

Igitur cum ex prædictis conſtet probationes Menſæ non in ſolo angulo Paludis, & Foveæ reſtringi; ſed in toto verificari, ſubſiſtit aſſumptũ, quod ſpecifica, & individualis illius poſſeſſio abſorbeat præſumptivam illam probationem D. Ducis, quæ ex generalium finium demonſtratione dubiis etiam verborum conceptibus enunciata deſumi poſſet, eique ſit merito anteponenda ex auctoritatibus ſuperius citatis *c. Præterea*, quibus addi poteſt *Rot. coram Durano dec. 458. n.9. & dec. 272. n.7. par. 7. recent.*

Omnemque removet præſumptam poſſeſſionem D. Ducis in his duobus corporibus duplex conſideratio, quod ſcilicet Seriſtorius illius auctor, qui cum ſimili expreſſione generali Confinium, bona Prioriæ anno 1525. conduxerat opus habuit ſequenti anno hæc bona in locationem accipere à Communi Malaventris, tamquam emphiteuta Menſæ expreſſis iiſdemmet finibus enunciatis in Inſtrumentis Inveſtituræ, lacus ſcilicet, Foveæ nuvæ, Lamatrincabonaldi, & Starmiſianæ *Summ. addit.* Menſæ *num.* 5.
38 quod convincit præcedentem Inveſtituram recepta à Prioria bona illa non comprehendiſſe; Nam certum eſt in Jure, illum, qui ab aliis conducit fateri ſe per antea non poſſediſſe: *l. qui bona 19. l. interdum 21. § fin. l. ſi aliquam rem 28. ff. de acquir. poſſ. Baratt. deciſ. 423. num. 4. & paſſim.*

Altera conſideratio deſumpta fuit ex Inſtrumento Anni 1588, *proc. fol.* 459., in quo Jacobo quondam Alemanni de Salviatis nobili Florentino, & Succeſſori Joannis de Seriſtoriis, renovatur à Priore Sancti Nicolai Inveſtitura cum eadem generali expreſſione confinium, & tamen in dicto Inſtrumento affirmatur, quod in paſcuo, & bonis ſupra locatis, *non aderat commoditas aquæ pro uſu Beſtiorum, & bona circumvicinio, ubi reperiuntur aquæ non erant dictæ Eccleſiæ*. Signum evidens, quod bona inveſtita, neque ad lacum, neque ad Foveam magnam ſe extendebant, & confinia illa generalia, & indeterminata potius derivabant ex populari quadam illius Regionis denominatione. quam poſita eſſent ad demonſtrandam veram, & legalem confinationem, ut obſervatum fuit in diſcurſu R. P. D. mei de Bourlemont §. 26.

Et ita utraque &c.

ADNOTATIO.

SUperius impreſſa *Deciſio* agit de quæſtione Confinium, de qua nos diſſervimus *in Tract. Annotat. ad cap 4. memb. 2. num. 13. & plur. ſeqq. fol.* 12., & in *Diſcur.* de quo in ſuperiori *deciſ.* 13. & in aliis *deciſionibus*, quæ in præſens hic confirmantur.

R. P. D. PRIOLO

Bononien. Aquarum.

34 *Februarii* 1668.

ARGUMENTUM.

Vetus aquarum uſus inferiori fundo, an poſſit a domino ſuperioris prohiberi.

SUMMARIA.

1 *Aquæ ſuperioris fundi poteſt a Domino etiam cum inferioris præjudicio ad libitum diverti. Ubi amplio.*
2 *Limito hanc concluſionem.*
3 *Aquæ per pactum valde acquiſita diverti non poteſt.*
4 *Titulus præcedens actus ſubſequentes regula.*
5 *Renunciatio, & ſervitutis amiſſio ex licentia ad urbanitatem inferri non poſſunt.*
6 *Culmi Dominis abſentibus, & ignorantibus præjudicare non queunt.*
7 *Aquarum uſus juxta conſuetudinem inveteratum prohiberi non poteſt.*

Præſens *Deciſio* eſt inter impreſſas *coram Priolo* 19 274. ubi longe exactius ſummatur, quare hic.

DECISIO XXXVII.

AD irrigandos agros ſitos in contrada Malavoltæ, aqua quodam canali mediantibus cloacis deducitur, & poſtquam decurrit per bona illorum de Doſiis, deſcendit in fundum illorum de Angelellis, ibique curſum continuando in quodam cavedono recipitur, in quo Floravantes, quando promptam proximis hortis irrigationem expedire cognoſcunt ſolent correnti aquæ obicem ſeu paratam in ordina-

ta

ta commiſſura interponere ad hoc,ut illa, ordinario curſu mutato per deſtinatos meatus in irrigationem hortorum deflectat; Cum autem modo prætendant Angelelli ſibi competere jus prohibendi Floravantibus enarratum aquæ uſum, propoſito per me dubio, negativa emanavit reſolutio.

Quamvis enim Angelellis aſſiſtere videatur regula *tex. in l.ſi in meo ff. de aqua pluv. arcen.*
1 *& in l. 1. §. illud Labea ff. de aqua quotid. & æſtiv.* cujus vigore aquam ingreſſam ſeu erumpentem in ſuperiori terreno poteſt illius dominus divertere, & ad libitum diſponere in præjudicium declivioris fundi, & notant *Bald. in l. aquam. 4.num.1. Ac de ſervit. & aqua laſ. in l. quominus num.88.& ripa num.84. & ſeqq.ff. de flumin.cum aliis per* Rot.*coram Merlin. dec.361. num.6.& ſeqq.* Etiam ſi pervertatur curſus longo temporis intervallo obſervatus. *Pariſ. conſul.112.num. 29. lib.1. Rota dec.425.num.4.6.& ſeqq.,part.4.tom.2.recent.*

Pro Floravantibus tamen præponderat indubitata, & communiter recepta limitatio regulæ efficaciam excludens, quando ſcilicet aqua non naturaliter defluit, ſed per Cavedonum, alia opera manufacta,limitatum,& deſtinatum
2 curſum aſſumit, inde enim ceſſat facultativæ conceſſionis præſumptio, & validum conſurgit argumentum, quod antiquus, & longevus aquæ curſus jure negativativæ ſervitutis inferiori fundo debeatur, itaut citra injuriam turbari, & prohiberi non poſſit. *Burſatt. conſ.87. num. 5. & 6. Menoch. conſ.447. num.42. Surd. conſ.12. Cravett. de antiq. temp. par. 4. §. circa præmiſſa.num.40. Cæpolla de ſervit. ruſtic.præd. cap 4.num.56. Cancer. var.reſol.par. cap.4. num. 246. Gabriel de præſcript. concl. 10. num.14.Cyriac. contr. 310. num. 160. Theſaur. decıſ. 245. num.4. verſ.quia illa jura Rota decıſ. 164. num. 2.par.2. diverſ. coram Royas decıſ. 460. & plene in* (a) *Melevitana decurſus Aquarum* 31. *Januarii* 1656. *§. neque obſtat coram Reverendiſſ. Meltio Epiſcopo Papien.*

(a) Supra decıſ. 9. n. 3. & 4.

Taliſque juris præſumptio confovetur in præſenti nedum pluſquam centenario, & immemorabili uſu, ſed etiam legitimo titulo ſimultanee reſultantibus ex inſtrumento celebrato de anno 1586. ubi Antonius de Doſiis inhærendo conſuetudini antiquæ, & ſolitæ permiſit & conceſſit Jo: Franciſco Toſſignano auctori Floravantium uſum aquæ mediante clavica, aquæductu, & foſſatis ſolitis; Titulus enim antecedenti conſuetudine comprobatus manifeſtam continet implicantiam cum facultativa permiſſione, & neceſſario concludit,quod diverti non poſſit aqua ad Floravantes ſpectans jure
3 ſervitutis, quæ fuit per pactum valide, & irrevocabiliter acquiſita, ut de ſervitute Aquæ loquitur *tex.in l.quoties la p. in fin.ff.de ſervit. & in §.fin. inſtit. de ſervit. prædior. urb. & ruſtic. Bartol. in l. quominus num. 25. verſ. reſpondet aut ibique Jaſ. num. 93. ff. de flumin. Surd. d. conſ. 447. num. 10. & ſeqq. & num. 12. ante fin. verſ. ſecunda præter antiquiſſimam cum duobus ſeqq. Theſaur. d. decıſ. 245. num. 3., & 4. juncto num 6.*

Et hinc contra Teſtes Floravantium de eorum libero uſu deponentes allegari non merentur teſtes alterius partis teſtificantes uſum aquæ fuiſſe precario permiſſum ex licentia, & conni-
4 ventia illorum de Angelellis; Nam ex præcedenti titulo ſubſequentes actus regulantur, & in illius executionem præſumuntur facti etiam ſi facultativam præferant. *Poſſ.de manut. obſer. 53. num.18.& ſeqq. Add. ad ſa. me. Gregor.XV. dec.162. ſub num.16. verſ. verum quia Rota dec. 400. num.4.par.4. recent.* Quinimo ex allegata licentia ſeu illius requiſitione, quæ potuit fieri ex urbanitate ad evitandas conſuetas vicinorum diſcordias, inferri non poteſt quod Floravantes iuri proprio renunciaverint, & ſervitu-
5 tem legitimo titulo adeptam amiſerit *ad tex. in cap. veniens, & ibi Bald. in princ. Imol.num. 3. in fin. & poſt alios Barboſ.num.1.de Renunc. Franc. Marc.decıſ.Delphin.389. num.2.* & bene *Rota dec.83. num.3.& 4. par. 10. recent.* Eoque certius dum licentia aſſeritur petita a colonis, qui præjudicium Dominis abſentibus, & igno-
6 rantibus parare non potuerunt *DD. in l. ult. C. de requir. poſſ. Bald. in l. 2. C. commun. de uſucap. Dec. conſil. 40. num.9. Poſth. de manut.obſerv. 35. num. 58. & ſeqq. & Rota apud ipſum dec.20. num. 7.*

Non relevat, quod titulus quæſitus de anno 1489.verificari tantum poſſit reſpectu aquarum defluentium ex quinta, & ſexta cloaca, non autem ex ſeptima conſtructa de anno 1638. Quia adhuc ſemper ſubſiſtit, quod prohiberi non poſſit uſus aquarum quintæ, & ſextæ clo-
7 cæ juxta conſuetudinem inveteratam,& ſemper obſervatam etiam ante annum 1638. dum præcipue aqua ex ſexta, & ſeptima cloaca ſeparatim deducta commixtim decurrit per bona illorum de Angelellis, & ſic mixta pertranſit per antiquum Cavedonum, ut ex planta. Via enim non ſtat potius in una, quam in alia cloaca, ſed in uſu aquæ ex opere manufacto arguente ſervitutem ex allegatis.

Et ita utraque,&c.

ADNOTATIO.

TRaditur hic regula generalis, quod Aqua orta in ſuperiori fundo, vel in ipſum ingreſſa,poteſt diverti, aut retineri ad libitum Domini ejuſdem fundi, & ſubjungitur limitatio, in caſu,quo aqua ipſa ducatur per opera manufacta. Nos vero tam ad Concluſionis, quam ad limitationis ornatum plures *Sac. Rotæ*, aliorumque auctoritates in medium protulimus in *Adnotat.ad cap.8. fol.110.n.53.54.& 55.* inibi legendas.

R.P.D.CARPINEO

Poſtea S. R. E. Cardinali,
Toletana Monaſterii.
24.*Februarii* 1668.

ARGUMENTUM.

Monaſteriorum erectio, ac Diſmembratio liberé a Pontifice fieri poſſunt. Obreptionis vitium quandoque ex taciturnitate non incurritur.

SUMMARIA.

1 *Longus facti contextus.*
2 *Apoſtolicæ litteræ paratam habent executionem, præſertim dum omnia geſta in Capitulis generalibus, ac negocii diſceſſio exprimuntur.*
3 *Clauſula attentis narratis dicitur in Apoſtoli-*

cit

cis litteris appoſita, non conditionaliter, ſed cauſative.

4 *Ad narratarum juſtificationem in Apoſtolicis litteris ſufficit facti juſtificatio, & de multiplici earum juſtificatione num.6.*

5 *Literæ Apoſtolicæ de facto alieno plenam faciunt probationem, donec contrarium probetur.*

7 *Obreptitiæ ſunt litteræ, in quibus tenor præcedentis gratiæ non exprimitur. Sed hoc ultimum tollitur ex pluribus etiam tacendis, ut per tot.deciſ.*

8 *Destruere, & condere ejuſdem eſt facultatis.*

9 *Alterantiva in electionibus quando præindicialis cenſeatur.*

10 *Obiectiones deductæ a non producente mandatum procuræ non obſunt.*

11 *Taciturnitas cujuſque gratiam non vitiat, ſed illarum de quib. id cautum eſt, quod pendet a conjecturis.*

12 *Bonorum Eccleſiaſticorum dominium Pontifex libere transferre valet, ita ut recompenſatio prætendi non poſſit.*

13 *Litis pendentiam ad beneficium impetrandum, quando narrare Pontifici non oporteat.*

14 *Papa poteſt ſine cauſa Jur. unius Eccleſiæ ad aliam transferre.*

15 *Sed hoc facere non ſolet.*

16 *Ad evitandam ſubreptionem requiratur mentis omnium, quæ moviſſent Papam ad gratiam denegandam.*

17 *Non tamen earum, quæ ipſum non faciunt difficiliorem.*

Deciſio hæc eſt repetita *in dec.189. p.15.recent.* & *penes Marg.ad Conſtit.Benedict.poſt cap.20.*

DECISIO XXXVIII.

IN oppido Matriti ob reſidentiam Curiæ Regiæ celeberrima Congregatio ordinis S. Benedicti Regularis obſervantiæ cum nullum haberet Monaſterium Abbatiali coruſcans dignitate, in quo Abbas generalis aliique Abbates, ac
1 ſuperiores procuratoreſque Ordinis pro rebus, & negotiis in eadem Curia tractandis convenire, & decentes commorari poſſent, operæ pretium duxit in capitulo generali anni 1593. S. mem. Clementi Papæ VIII. ſupplicare, & Prioratum S.Martini in dicto oppido exiſtentem a Monaſterio S. Dominici de Silos, cujus erat membrum, diſmembrare dignaretur, illumque in Monaſterium Abbatiam nuncupatum erigere, quod per unum Abbatem ſingulo quoque triennio eligendum, ut cætera ejuſdem quoque Congregationis cœnobia gubernaretur cum onere tamen alendi quatuor Monacos Monaſterii de Silos, quemadmodum huic petitioni prius a S. R. E. Cardinalibus conſultationibus Regularium propoſitis diſcuſſæ dictus Pontifex benigne indulſit per ſuas litteras Apoſtolicas 4. Nonas Junii 1594. expeditas, quas irritantibus decretis, & clauſula ſublata non ſolum munivit, verum etiam mandavit ne eo ſub prætextu quod Abbas, & Monaſterium S. Dominici non conſenſiſſent, vel quoquam alio obreptionis, vel ſubreptionis, ac nullitatis capite retractari, & infringi poſſent: quinimo ut planarium ſortirentur effectum, illas in omni caſu revocatis in priſtinum reſtituit, & reintegravit, additis omnium in contrarium facientium ampliſſimis derogatoriis.

Cum vero in alio generali capitulo expoſita a profeſſis Monaſterii S.Dominici de Silos inopia, in quam vergebat illa domus ob prædictam aliamque præcedentem ſimilis Prioratus diſmembrationem, ſupplicaſſent ut in recompenſam dictæ domus alternativa in electione Abbatis & viſitatione eidem concederet, ita ut in uno triennio eligeretur in Abbatem in S. Martini filius profeſſus d.domus S. Dominici, & in alio ex corpore generalis Congregationis, ac pariformiter unam viſitationem perageret Reverendiſſ. Generalis, aliam Abbas S. Dominici, dum permanet & moratur in domo S. Martini iiſdem gauderet exemptionibus, quibus gaudet in domo S. Dominici. Hæc omnia, ut poſtulata ſunt, ita decreto ejuſdem generalis capituli liberaliter conceſſa, quibus acceſſit Apoſtolica confirmatio ejuſdem Pontificis, nulla tamen facta mentione præcedentium litterarum.

Hinc ſucceſſu temporis cum generali congregatione compertum fuiſſet nimis incongruum eſſe; quod monaſterium incuria Regis dependentia monaſterii deprimeretur, & ea privaretur libertate, qua cætera monaſteria gratulantur illud ad tenorem primævæ conſtitutionis anni 1593. ad eandem independentiam plene reſtituit, omni inter iſtud aliaque cænobia ſublata differentia, præterquam in ſolo gravamine recipiendi, & alendi quatuor monachos monaſterii de Silos, & hoc facere expreſſit rationibus mota graviſſimis, & inhærcndn facultati ſibi tributæ a ſan. mem. Urbano VIII. commutandi ſtatuta, & ordinationes quoties illi convenientius videtur, licet per Sedem Apoſtolicam confirmatæ reperirentur: quam generalis capituli determinationem Sacra Congregatio Epiſcoporum & Regularium ſpeciali decreto obſervari mandavit, ac eidem ſucceſſive ſan. mem. Alexandri VII. de ejuſdem congregationis conſilio per littaras in forma Brevis tota facti hiſtoria enarrata, Apoſtolicæ confirmationi robur adjecit. Super hujus itaque Brevis executione, antequam caperetur reſolutio, fuit pluries requiſitus comparens pro monaſterio S. Dominici ad exibendum mandatum procuræ, ſed per annum & ultra illud producere renuente, tandem per contradictas reſponſum eſt illud eſſe exequendum ob paratam. quam
2 pro earum auctoritate & excellentia habent Apoſtolicæ litteræ executionem, *cap. cum capitulo ubi gloſ. in verb. exequatur de conceſſ.præb. in 6. Molend. deciſ.15. ut lite pend. Caſſador deciſ. 10.ſub num.8. de reſcript.* & alibi ſæpiſſime. Præſertim cum emanarunt cum expreſſione omnium geſtorum in capitulis generalibus Congregationes Benedictinæ. *Abb. in cap. 2. num. 6. verſ. quædam confirmatio ubi Dec. num. 42. de confirm. util.vel inutil. Felin.in cap.cum inter num. 2. verſ. ſed contrarium & num.3. de except. Rota deciſ. 192. num. 3. verſ. tum etiam quia & 210. num. 1. par.1. rec.Caval. deciſ.22. num.8. cum pluribus in deciſ. Merlin. 93. num. 22. & 23.* & cum precedenti diſcuſſione hujus negotii in Sacra Congregatione, ut proinde emanaſſe dicantur ex certa ſententia, nec aliqua indigeant juſtificatione, & de mente *gloſ. in cap. nonnulli de reſcript.tradit ibid. Jo. Andreas,* & pluribus probat *Alex. conſ. 25. num. 2. &*

ultra allegata *deciſ. in par. 1. rec.* plene *Rota dec.*
238. *par. 2. & 150. coram Reverendiſſ. Royas*
utrobiq. nu. 2. & 3. ea ratione, quod tunc Papa
dicitur ſtatuere auctoritate ſua, non adverſan-
ſe clauſula illa *attentis narratis*, quæ hoc caſu
3 non dicitur appoſita conditionaliter, ſed cauſa-
tivè, per ea, quæ de ſimilibus clauſulis adnotat
Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 136. Rub.
in ſuis ſingul. clauſ. 18. par. 4. & de ſimili clau-
ſula *attento conſenſu* - *Mart. clauſ. 5. par. 5.* ac
Rota *in Bononien. officii Gualdæ poſt conſ. 98.*
num. 30.

4 Veruntamen ſi ad narrata in dictis litteris
quæ nudum factum concernunt juſtificatione
opus eſſet, ſuffragaretur utique juſtificatio ve-
ritatis facti narrati, abſque eo quod probanda
eſſet juſtitia illius, juxta *deciſ. Aegidii 116. in*
fin. Caput. deciſ. 162. num. 2. par. 1. & 185. num. 1.
& 175. num. 1. & 2. par. 7. Et tamen in litteris
Alexandri expoſita juſtificata remanent, ne-
dum circa facti enarrati veritatem, ſed & circa
illius juſtitiam.

Nam quod attinet ad primam illius partem,
in qua demonſtrato primævo ſtatu hujus mona-
ſterii, antequam curia Regia Matritum transfer-
retur, enunciatum fuit decretum generalis ca-
pituli de illud diſmembrando, & in monaſte-
rium principale, & independens eriggendo
cum plena Clementis VIII. approbatione, id
omne juſtificatum remanet ex eadem Bulla
Clementis VIII., in qua expreſſius hæc legun-
tur. Cumque in his fundetur gratia Papæ, li-
cet enunciant factum alienum, plenam faciunt
5 probationem, donec probetur contrarium, jux-
ta receptam diſtinctionem, *Gloſſ. in Clem. un.*
verſ. & ſic diſtingue de probat. cum aliis ad
materiam per *Maſcard. de probat. concluſ. 139.*
a princ. uſque ad num. 9.

Similiter juſtificata remanet pars altera nar-
rativæ, in qua dictum fuit, quod Monaſterium
S. Dominici prætendebat in hoc S. Martini ali-
quam ſuperioritatem vigore determinationis in
6 Generali Congregatione anno 1610. edita & ab
eadẽ Sede Apoſtolica, abſque mentione præce-
dentium litterarum confirmata ex ipſo actu ca-
pitulari, & ex Brevi confirmatorio anni 1603.
de quibus in *proceſſu* hæc geſta fuiſſe demon-
ſtrat quoque lis ſuper tali prætenſione à pro-
feſſis dicti Monaſterii coram Reverendiſſ.
Nuncio ſuſcitata *ad trad. in deciſ. Merlini 528.*
num. 4.

Tertia demum pars narrativæ, eo ipſo vero
dignoſcitur, quod ex decreto capitulari anno
1661. noviſſime edito conſtat generalem con-
gregationem hoc monaſterium ad eandem reſti-
tuiſſe indepentiam, quam ex prima Clementis
VIII. conſtitutione obtinuerat hoc quoque fe-
ciſſe inhærendo facultati ſibi tributæ à ſan:
mem. Urbano VIII. & quod decretum prædi-
ctum confirmatum fuit à Sac. Congreg. 18 Aug.
1662. de quibus quidem decretis apparet ex
actibus productis.

Præter autem verificationem facti, ut ſupra
narrati concurrit ulterius evidens illius Juſti-
tia, quandoquidem poſtquam Clemens III. ad
iſtantiam totius Congregationis, & de conſi-
lio Cardinalium hunc Prioratum erexerat in
monaſterium principale, & independens, ſolo
onere adjuncto alendi quatuor monacos Sileu-
ſes, & in litteris deſuper expeditis mandaverat
nullo ſub pretextu irritari poſſe jubendo, illos
toties reintegrari quoties annullarentur; Non
poterat generale capitulum contra formam ha-
rum litterarum monaſterium hoc de novo ſub-
mittere, nihil obſtante confirmatione obtenta
ab eodem Clemente, quæ evidenter obreptitia
7 dignoſcitur, ex quo nec illi expreſſus fuerit te-
nor gratiæ præcedentis, neque quod illa ema-
naſſet de conſilio Congregationis, & cum clau-
ſulis ita ampliſſimis, ut nullo ſub prætextu re-
vocari poſſet, debet enim mentio fieri de omni-
bus, quæ potuiſſent movere Pontificem ad dene-
gandas litteras poſteriores. *cap. cæterum & cap.*
ſuper litteris & cap. dilectionis 1. p. de reſcript.
cap. poſtulatis de præbend. Card. conſ. 138. num.
5. cum aliis per Eminentiſſ. Otthobon. *deciſ.*
515. num. 3. & 139. num. 5.

Inſuper pro majori evidentia juſtitiæ hujus
ultimæ determinationis adductum fuit validiſ-
ſimum argumentum, quod ſi, antequam prodiiſ-
ſet facultas Urbani VIII. licitum fuit Generali
Congregationi ex cauſis minus ſubſiſtentibus
tam notabiliter alterare conſtitutionem capituli
anni 1593. approbatam in forma ſpecifica per
Clementem VIII. quanto facilius dicendum eſt
hoc agere potuiſſe capitulum generale anni
1665. reintegrando ex juſtis, & urgentiſſimis
cauſis hoc monaſterium ad illam independen-
tiam, & libertatem, quam rite aſſumpſerat an-
no 1593. cum ejuſdem facultatis ſit deſtruere
8 quam condere, & contra *cap. 1. de appell. monach.*
cum aliis per Valenz. conſ. 160. num. 36. & tanto
rationalibus quanto anno 1601. nullam habe-
bant nec facti nec juris ſubſiſtentiam, præſer-
tim circa alternativam in electione Abbatis una
vice in perſonam profeſſi in monaſterio S. Do-
minici, & altera ex corpore totius congrega-
tionis, quam præjudicialem, & omnino repu-
9 gnantem libertati ſervandæ in electionibus re-
putavit in caſu fortiori hujuſmodi congrega-
tionis, *Rota deciſ. 75. num. 61. & 4. ſeqq. part.*
5. recent.

Neque obſtant plura, quæ ad redarguendas
de obreptione has litteras Alexandri VII. pro-
poſita fuerunt, videlicet quod tacita fuiſſet lis
actu pendens cor. Reverendiſſimo Hiſpaniarum
Nuncio, quod narratum non fuiſſet decretum
Diffinitoris favore Abbatis S. Dominici obtenti
ſuper alternativa Juris vitandi anno 1612.
& quod fuerit omiſſum hanc, & alteram
alternativam paſſivæ electionis conceſſas fuiſ-
ſe Monaſterio Sancti Dominici in recom-
penſam bonorum egregii redditus ab anno
1610. diſmembratorum, ideoque ex cauſa
10 oneroſa & in illarum poſſeſſionem a tem-
pore conceſſionis permanſiſſe; quoniam hæc,
& ſimilia utpotè deducta à non producente
mandatum procuræ nullam meruerant reflexio-
nem, ne Judex in vanum laboret, faciatque ju-
dicium fruſtratorium, ut advertit. *Poſth. de*
manut. obſerv. 86. num. 8. ſed nihilominus pro
ſolita dominorum urbanitate diſcuſſa viſa ſunt
ſuffragari, quia non omnium taciturnitas vi-
tiat gratiam, ſed eorum tantum, de quibus, ſive
11 ex jure cautum eſt, ut mentio fiat ad not. *in l.*
ſuper literis ubi præſertim Felin. num. 2. verſ.
regula eſt de reſcript. Calderin. conſ. 30. eod. tit.
& concordantes adducit *Menoch. de arbitrar.*
caſu 202. num. 86. & 87. Idque plurimum pen-
det à conjecturis, an ſcilicet Princeps facilius,

vel

vel difficilius conceſſiſſet. *Rota coram ſan.mem. Gregor. deciſ.50. num.5. & ibi Adden.num.10.* Nihil autem in propoſito intererat exprimere, vel quod Silenſe Monaſterium fuiſſet in quaſi poſſeſſione fruendi prærogativis illi conceſſis anno 1610. vel quod ſuper hac quaſi poſſeſſione obtinuiſſet decretum à diffinitoribus anno 1612.; Quia hoc tantum ſupponitur in decreto anni 1661. & multo minus quod has prærogativas obtinuiſſet in ricompenſam diſmembra-
12 tionis S. Martini, quia cum illa facta ſit per Summum Pontificem ex cauſa ſcientia, & cum ampliſſima, quam habet, facultate transferendi dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad libitum ſuæ voluntatis, *cap. 2. in princ. de præbend. in 6. Clement. 1. ut lite pend. Abb. in cap. conſtitutus num.5. de relig. Domin.* nullam poterant de jure recompenſationem prætendere. *Rota deciſ. 20. num. 4. poſt Tambur. de jure Abbat. lib.3. & coram bon. me. Merlino dec. 175. num. 19. & ſeqq.* & in ſpecie de bonis, quæ ſunt ſub proprietate Religionis, *Petrus de Murg. diſquiſ. moral.6. dubit.5. num. 5. & dubit.23. num. 49. tom.2.*

Nec pariter oportuit narrare Pontifici pendentiam litis coram Reverendiſs. D. Nuncio quia, ut concluditur in petitione, de qua in
13 proceſſu *fol.85., & ſeqq.* lis tantum mota fuit ſuper poſſeſſione liberè mittendi quatuor Monacos, qui recipi debuiſſent, & tractari ab Abbate S. Martini, ut reliqui illius cenobii conventuales, quod clarius indicat decretum deſuper editum ab Auditore dicti Reverendiſs. Nuncii: hoc vero nihil commune habet cum decreto congregationis generalis confirmato ab Alexandro VII. quia inquit *Oldrad. conſ. 28. num. 4.* non eſſet prohibendum, ut aliquis pendente lite poſſit à Principe impetrare, quod in judicium deductum non eſt, quod etiam advertit *Rota deciſ.91. par.4. tom.2.* & aliis adductis *Lancellot. de attent. tit. pend. p.1. num.4. in præfat. num.257.*

Et ita, &c.

ADNOTATIO.

SUmmum Pontificem habere latiſſimum Dominum in rebus Eccleſiaſticis, & pro libito ipſarum Eccleſiarum bona transferre, & de ipſis diſponere poſſe, & ſpecialiter jura unius Eccleſiæ etiam ſine cauſa auferre, & da-
14 re alteri, ſi vult, ultra relatos per hanc *Deciſ. num. 12.* tradunt *Ludovic. Rom. conſ.400. prim. vol.* & quamvis alii contradicant, attamen opiniones conciliantur ex traditis per *Paul. de Caſtr. conſ.288. ſub num. 3. lib. 1.* ubi notabiliter ait. *Aut quæritur, an Papa poſſit auferre alicui Eccleſiæ Dominium rei ſuæ, vel aliquod jus illi quæſitum, & clarum eſt, quod ſic ex ſola voluntate, & ſine aliqua cauſa, licet*
15 *hoc facere, non debeat, &c.*

Unde admiſſa ſuprema Poteſtate, cum tamen ea uti non ſoleat Pontifex, niſi juſtis ſuadentibus rationibus, ſubintrant Concluſiones circa jus alteri quæſitum, & circa ſubreptiones, & obreptiones impetrantium, ex quibus in præſenti *Deciſ. num.7. & 12.*, & quorum habetur mentio frequentiſſime à Rota & DD. firmantibus, ut hic *d. num. 7.* debere fieri mentionem
16 omnium, quæ potuiſſent movere Pontificem ad gratiam denegandam, *Rot. deciſ 496. num. 1. & 2. p.5. R.c.tom.2., & deciſ.731. num. 45. cor. Dunozett. jun. & deciſ.294. num. 17. coram Rojas, & deciſ.311. num.7.8. & 9. cor. Celſo, & dec.695. n.13. cor. Caprara.*

Et è converſo ſubreptionis, & obretionis vitio non poſſe notari gratiam, pro qua obtinenda retacita fuerint ea, quorum ſi Pontifex concedens habuiſſet notitiam, non tamen fuiſſet
17 in ea concedenda difficilior, juxta ea, quæ firmantur *hic num.11.* obſervant *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.7. cap.4. num. 54. in princ. Rot. deciſ.179. num.12. & ſeq. par. 12. Recent.*, *& in Novarien. Beneficii 21. Februarii 1712. per tot. cor. bon. mem. Lancetta: & deciſ.7. 26. reſcript., & litt. Apoſtol. coram Eminentiſſimo Falconerio.*

R. P. D. ALBERGATO

Narnien. Alluvionis.

2. *Martii* 1668.

ARGUMENTUM.

Deſerta cauſa quando minime dicatur. De facienda prædiorum diviſione ex Alluvionis cauſa.

SUMMARIA.

1 *Deſertam cauſam excludit commiſſionis incapſatio, & citatio ad dicendum contra.*
2 *Terminus a lege præfixus ad acta tranſportanda eſt expectandus.*
3 *Taciturnitas ſola deſertionem non inducit.*
4 *Diviſio prædiorum in alluvione, ſeu fluminis alveo derelicto qualiter facienda, & n.9.*
5 *Alluvio fit per accretionem, quam per decretionem.*
6 *Fluminis incrementum ad cohærentem inſulam ſpectare debet.*
7 *Alluvio inſervit pro unione; & prædiorum adjacentium cohærentia.*
8 *Alluvia acquiſitionem alvei non impedit.*
9 *De materia Alluvionis remiſſive.*

Hæc *deciſ.* reperitur inter *recent. dec.392. p.15.* fuit confirmata *in deciſ.111. p. 16.*

DECISIO XXXIX.

R. P. D. Areoſtus tulit ſententiam, qua pronunciavit terras alluvionatas ſpectare proportionabiliter ad Mancinellum ac ſucceſſores Ridolphini habito reſpectu ad latitudinem eorundem prædiorum adjacentium. Verum quia fuit pro iſtorum parte introducta appellatio, ea tamen non proſequuta, ut prætendebatur intra legitima tempora, dedi dubium. An conſtet de re judicata ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum: & DD. *non conſtare de re judicata*, ſed de bono jure utriuſque partis ad formam dictæ ſententiæ reſponderunt.

Quoad primum ratio reſolutionis fuit, quia pro parte appellantium docetur de incapſatione commiſſionis intra annum, & de citatione ad dicendum contra in actis reproducta, quæ qui-
1 dem diligentia excludit animum deſerendi cauſam & ſufficiens eſt ad evitandam deſertionem, ut teſtantur *Veſtr. in praxi lib.7. cap. ult. num.5. Caſſad. dec.6. de appellat. ſub n.8. verſ. dummodo. Rojas dec.224. n.4. & 5. fuitque dictum in rec. dec.82. num.1. & 2. p. 10. in* (a) Romana *fidei commiſſi de Ferratinis* 15. *Junii* 1648. *§. nec obſtat* co-

(a) Contra diſcept. forenſ. dec.71.

coram Reverendiſs. Papien. in Romana mercedis 23. Januarii 1664. in princ.coram me & in Romana Saiviani 19. Novembris 1666. §.coram R. P.D.meo Carpinea.

2 Minime obſtante præfixione termini ad tranſportandum acta per ipſummet Mancinellum obtenta, cum enim appellans habeat integrum biennium ad ſuam appellationem proſequendam, hujuſmodi præventiva diligentia partis ei præjudicare non potuit, ſed expectandus erat terminus à lege præfixus. Auth.de iis, qui imped. ad appell.cap.1.verſ. volumus. Notat. Cyriac.novell.49.collat.5.& firmat Ridolphin.in praxi p.1.c.13.n.644.Rota in rec. dec. 35. in fin. par.10.

Quæ magis procedunt de jure canonico ſecundum quod inſtantia eſt perpetua, nec ſola taciturnitas inducit cauſæ deſertionem, etiam ſi per longum temporis ſpatium nihil actum ſit,
3 dum tamen in actis non conſtet de jure tacentis. tex.in cap.penult.de Judic. Veſtr. ubi ſub lib. 3.cap.5. n.1. Scacc.de appell.q.15. nu.225. Gratian.diſcept 403.num.9.Et perpetuo ſervat Rota, ut in rec dec.394.n.11.p.9.dec.326. in fin.& dec.332. n.12.verſ.quo vero p. 11. in Carpentoracten.præcedentiæ 10.Martii 1660.§. neque deſertia verſ.licet taciturnitas coram bo. mem. Veroſpio & in dicta Romana Salviani coram R. P. D. Carpineo §.1.in fin.ubi notatur hujuſmodi obſervantia, & quod Rota pro non deſertione ſemper inclinat.

Quo vero ad ſecundum reſpiciens juſtitiam ſententiæ, moti ſunt DD. ex eo quod, ſive agatur in præſenti de alveo fluminis derelicto, ſive de alluvione, diviſio ſemper fieri debeat pro
4 modo latitudinis prædiorum adjacentium, ut de alveo eſt tex. in §. quod ſi naturale inſtit. de rer. diviſ. ibi: quod ſi naturali alveo in univerſum derelicto ad aliam partem fluere ceperit, prior quidem alveus eorum eſt, qui prope ripam prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque agri. Quæ ſunt verba J.C. in l. adeo §. quod ſi toto ff. de acqui. rer. dom. De alluvione vero eſt tex. in §. præterea ubi gloſs. verb. adiit eod.tit. & tradunt Bart. in ejus Tyberiade p. 2. de Inſula verb.pro modo latitudinis fol.mihi 105. & in 3.p.verb.alvcus fol.141. Rimin. jun. conſ. 373.n.1. Menoch.de arbit.in d.caſu 245.n.6.& 7. Capoll. de ſervit. ruſtic. præd. cap. 33. de Inſula n. 13. Monzol.conſ.118. à n. 8. Beninc. de alluvion.p.1.n.11.Carol.Coraſini in ſuo tract.de modo dividendi alluviones tract. 1. cap. 2. & tract.5. cap.6. & ſeqq. & in reſponſionib. in fine operis reſp.4.fol.19.& 20.& 21. Ayman. eod. tract. lib. 3.cap.3 ſeu §. fin.n.1.& ſeqq.& cap.6. §. 1. n. 1. Cyriac.controv. 376. n.1.& ſeqq. Peregr. de jur. fiſci lib. 8.tit.de mari verb. alveus n.56.& verb. alluvion. 72. ubi quod ipſamet Alluvio fit tam per accretionem quam per deſertionem, hoc eſt
5 non ſolum ſi flumen ponat, & adjiciat, ſed etiam (ut in præſenti) ſi paulatim retrocedat. Et plene tradidit Decian.conſ.123.num.64.lib.3. Marzol.d.conſ.118.n.5 Vivius dec.498. num.18. Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 45. num. 2. ut propterea dum inſula Ridolphini eſt latitudinis V. G. triginta pedum in fronte alvei ſeu terreni alluvionati, quà ſucceſſit irruptio, non poſſint Ciucius & Spagnia illius ſucceſſores quicquam ultra hanc menſuram prætendere in præjudicium Mancinelli in longe majori latitudine habentis prædia adjacentia, ut luculenter probat ex teſtibus datis in ejuſdem Summar. ad partes num. 1.

Non obſtat præcipuum objectum, quod ſcilicet inter prædia Mancinelli & terrena alluvionata adſit alveus antiquus fluminis, impediens propterea unionem, & augumentum ad dicta prædia, quod quidem impedimentum non adeſt reſpectu petii terræ Ridolphini extra dictum alveum adiacentis, ad quem ideo totum
6 incrementum ſpectare debet, tanquam eius inſulæ coherens, licet aliorum agri in proſpectu exiſtant, ad tex. in l. Inſula 56. ff. de acqui. rer. dom. Bart.in 1.Tiberialis tit.de alluvion. fig.11. verſ.dico 1. fol.135 à ter. cu 2. col. & de Inſul. verb. qui ab utraque parte fluminis num. 2. fol. 138. Corn. conſ. 191. n. 9. lin.3.Cyriac. d. contr. 376.n.2.6 & ſeqq.

Quoniam ultra, quod etiam à parte inter dictum alveum ſeu verius rivum & terrena alluvionata probatur adfuiſſe terrena ipſiuſmet Mancinelli ex teſtibus tam primi quam ſecundi proceſſus d n.1. Objectum procedere dixerunt Domini ubi alveus fluminis vivus adhuc duraret intermedius ad alluvionem, & prædia Mancinelli; ſecus ubi ipſemet alveus jam reperitur exiccatus & extinctus, tunc enim tantum abeſt, quod impediat alluvionem in proſpectu, ut
7 imo inſerviat pro unione, & cohærentia prædiorum adiacentium, quibus idemmet alveus acquiſitus eſt, d.l. adeo §. quod ſi de toto ff. de acqui.rer.com.& l. ergo §. Celſus ibi: cum exiccatus eſſet alveus ff. eod. Aym. d.tract.lib.3. cap. 2.n.4. quemadmodum è converſo alluvio acqui-
8 ſitionem alvei non impedit, ut ponderat Caratius in diſcurſu poſt tract.verſ.mà ſe l'alveo; Et in fortioribus dicimus de via intermedia acquiſitionem alluvionis non impediente, l.Martius ff. de acqui.rer.dom. Bart.in p. 1. Tiberiadis ſub n.2.fol.133.à ter. Capoll. d. tract.de ſervit. ruſt. præd.cap.3.n.35.Pereg.ubi ſupra lib.8.verb.alluvio n.78.& in terminis alvei, & rivuli firmat, Aym. d.tract. lib.2.cap. 3.n.4. uſque in fin. Lancell.Gall. conſ.117.n.32.Cyriac.ad controv. 376. n.13. Textus vero & DD. in contrarium adducti loquuntur in caſu quo flumen intermedia prædia in conſpectu alluvionis exiſtentia, & ſic mirum non eſt ſi totum incrementum ſpectat, vel ad habentem prædia vicina, vel cohærentia ad terminos eiuſdem tex. in l. Inſula §. flumen illud eſt in l. epiſtola §. penult. ff. de
9 acqui.rer. dom. Abſque eo, quod intret hic diſputatio, an Alluvio paulatim, vel illico ſe extenderit à coherente inſula Ridolphini ad frontem dictorum prædiorum Mancinelli, de qua tuendo partes Bart. contra Aym. late agit Cyriac.d. controv. 376. per tot. dum cohærentia in hoc caſu apparet uniformis, nec apparet initium incrementi ex parte Inſulæ Ridolphini, ut in puncto reſpondit Burſatt. conſ. 230. num. 6. Ideoque intrat de plano norma dividendi alluvionem inter eos ſervari ſolita, qui ab una, & eadem parte fluminis agros poſſident, ut nempe diviſio fiat pro fronte, & latitudine prædiorum adiacentium iuxta Text.in d. l. adeo §. Inſula, & in l. quod ſi toto in l. inter eos, & d.l. ergo ff.de acqui.rer.dom.Aym.d.tract.lib.3.cap.3. §.1.n.1.& ſeqq. & c. 8. verſ. quoniam, & ſuper idem Cyriac.d.controv.376.n.19.

Juſtã pariter dixerunt Domini ſententiam in

ea

ea parte, qua aſſignat ſucceſſoribus Ridolphini medietatem alvei exciccati circumcirca prædictam inſulam, cum illum à tribus lateribus reſpiciat, nec non in alia parte, qua illis aſſignat ſenaria pro latitudine faciei d. Inſulæ ac medietatis d. alvei exciccati, procedendo per lineam rectam uſque ad fiumen verſus vineam Romanam, ac Penturellam S. Antonii iuxta theoricam DD. tam reſpectu alvei, quam alluvionis ſuperius allegatorum.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

AD materiam Alluvionis, de qua in hac deciſione. Videndæ Concluſiones adductæ, per Rotam in Tudertina Alluvionis 4. Februarii 1701. coram cl.me. de la Tremoville.

R.P.D. BOURLEMONT

Aſculana Aquarum.
14. *Maji* 1668.

ARGUMENTUM.

Remiſſoria ad probandam in prædiis ſuperioribus Aquarum ſervitutem quando ſit concedenda.

SUMMARIA.

1 *Remiſſoria datur ob articulorum relevantiam & fumum, præcipue in profanis.*
2 *Servitus aquarum pro diebus & horis in prædiis ſuperiobus admittit Remiſſoriam.*
3 *In Aquarum commoditatibus conſuetudo maxime attenditur.*
4 *Maxime dum agitur de præjudicio habentium fundos inferiores.*
5 *Remiſſoria iterum conceditur cum articuli ſunt magis ſpecifice concepti, novi vel mixti, & n.12.& 13.*
6 *Calumniæ ſuſpicio aut ſubornationis teſtium quando ceſſet.*
7 *Conceſſio, vel denegatio Remiſſoriæ nunquam ſolet per Rotam denegari in cauſa prophana concurrente relevantia materiæ articulatæ.*
8 *Relevantia articulorum non debet plenè probari pro obtinenda remiſſoria.*
9 *Plenaria diſcuſſio reſervata in negotio principali.*
10 *In cauſis ſpiritualibus dandus eſt aliquis fumus probationis.*
11 *In Beneficialibus quomodo concedatur poſt ſecundam cauſæ reſolutionem è*

Emanavit *hæc dec.* in eadem cauſa, de qua in ſuperiori *dec.*30.& reperitur inter *Rec.dec.*252.*n.*15.

DECISIO XL.

DEciſum ſub die 28. Januarii 1667. conſtare de bono iure etiam ad effectum manutentionis favore utriuſque collitigantis iuxta hunc modum, quod bonum ius & ad effectum manutentionis aſſiſtebat Ambroſio in prædiis ſupra ſaxum, ubi eſt in univerſale pro diviſione aquarum exiſten. Vice autem verſa idem bonum jus ſuffragabatur illis de Lentis in ſaxo, & in prædiis inferioribus, in quibus probatur inducta ſervitus, ita ut horum manutentio eluſoria non reddatur ab illis de Ambroſiis.

Qua reſolutione iterum examinata die 27. Februarii proximi præteriti, & viſis pluribus allegationibus quæ tendebant ad probandum, quod ſervitus quoque in prædiis ſuperioribus acquiſita fuerat ſaltem pro diebus & horis ſecundum conſuetudinem a longiſſimo tempore obſervatam, cauſa delata eſt, & mandatum à DD. ut coadjuvarentur probationes, quod ad implendum pro parte illorum de Lentis petita eſt hodie remiſſoria, quam DD. dandam eſſe cenſuerunt.

Prout re vera dari debebat, cum materia in articulis contenta ſit relevans, & detur fumus pro cauſa; remiſſoriam nunquam denegare ſo-
1 let. *Rota dec.*134.*n.*1.*&* 2. *deciſ.*1661.*n.*1.*par.*2. *rec.coram Greg.dec.*191.*n.*1.*& dec.*562.*n.*4.*&* 5. *coram Cavaler.dec.*256.*n.*1.*& coram Coccin. deciſ.*165.*n.*1. eoque magis quo diſputatio verſatur in profanis, in quibus ſufficeret ſola relevantia articulorum ſine fumo *l.ad probationem* 22.*C.de probat.Caputaq.dec.*68.*n.*2. *Seraph. dec.* 1363.*n.*2.*Caval.dec* 87.*n.*4.*Gregor. dec.* 403.*per tot.* Utrumque autem in propoſito caſu concurrere viſum eſt DD. Nam ſi probatur ſervi-
2 tus in prædiis ſuperioribus, ut prætendunt illi de Lentis, ſaltem pro illis diebus, & horis iuxta conſuetudinem ab omni tempore uſitatam, nemini dubium eſſe poteſt. Idem juris dicendum eſt favore dd. de Lentis in prædiis ſupra ſaxum, ac in illis, quæ infra: quæ probatio eſt ita relevans, ut ab ea cauſæ victoria pendeat, & conſequenter non ſit deneganda Remiſſoria, ut in his terminis multoties reſpondit. *Rota coram Gregor.deciſ.*184.403.*&* 405.*in rec. dec.* 125.*n.*18.*deciſ.*315.*n.*6.*p.*5.*& cor.Card. Ottbob. dec.*136.*n.*4.*& deciſ.*188.*n.*4.

Fumus vero non medioeris habetur ex prædicta conſuetudine ſuper diviſione aquarum certis diebus, & horis, de qua videntur convenire ipſimet teſtes pro parte illorum de Ambroſiis inducti *in Summar.deciſionis* ſuper negotio principali *n.*6.quæ conſuetudo in huiuſmodi
3 commoditatibus aquarum, qualis & quanti ſit momenti egregie perpendunt, pluribus allegatis, *Bald.conſ.*441.*vol.*2. *Caſtrenſ. conſ.* 323. *per tot.vol.*2.*Ruin.conſ.*191.*n.*4.*& ſeqq.vol.*1.*Pariſ. conſ.*192.*& in fi. vol.*4.*Bero. conſ.*144.*n.*39. *vol.* 3.*Surd.conſ.*447.*n.*11. præſertim ubi agitur, ut
4 in præſenti caſu, de inferendo gravi præjudicio DD. fundos inferiores habentibus, *Dec. conſ.* 244.*n.*6. *verſ. & reſpondendo formaliter. Beltrand.conſ.*377.*per tot.lib.*6.*& Rota dec.*213. *n.* 5.*penes Poſth.denuo.*

Non obſtat, quod in hac cauſa jam fuit obtenta Remiſſoria in tribunalis A.C. quodque propterea non amplius ſit concedenda ſuper eadem materia. *Gregor. dec* 497. *num.* 5. Quia etiam ab hac regula paſſim recedit Rota quo-
5 ties articuli, tam in cortice verborum, quam in ſubſtantia ſunt magis ſpecifice concepti, ſicuti in hac facti ſpecie. *Rota coram Cavaler. dec.*969. *num.*2. *coram Coccin. dec.*83. *nu.* 2. *coram Gregor.*191.*num.*3. *coram Buratt.dec.*180. *num.*11. *&* 12. *dec.* 867. *num.* 3. *& in rec. dec.* 252. *n.* 6. *p.* 5. Vel quoties aliquis articulus eſt novus. *Rota dec.*183. *nu.* 2. *p.* 3. *rec. & coram Burotto dec.*392. *num.* 5. & ſufficeret, quod eſſet mixtus, ſcilicet partim novus & partim antiquus, *Rota coram Greg. dec.*497. *num.*2. *& dec.*
6 303. *num.* 17. *p.* 9. *rec.* Quæ omnia legitimam cauſam præſeferunt, utpote à Rota in aliis caſibus admiſſam, qua ſtante iterum conceditur Remiſſoria, quamvis ſemel & pluries conceſſa

fuiſ-

fuiſſet. *Veſtrius in praxi lib.6. cap.ult.n.3. verſ. longe cum Rot. d.dec.303. n.9. p.9. rec.*

Quòdque articuli tam in cortice verborum, quam in ſubſtantia magis ſpecifice fuerint concepti in hac inſtantia, patet ex difficultate reducta ad punctum conſuetudinis diviſionis aquarum in certis diebus, & horis, quæ ante fuit ſolummodo confuſe agitata: atque etiam de novo deducendum proponitur quod in parte ſuperiori, de qua eſt quæſtio, duo ſunt rivi aquarum. DD. de Ambroſiis non ſolebant aquam derivare, imo quando illius aquæ tentaverunt diverſionem, repulſi ſunt.

Ex quibus inſimul combinatis ceſſare dicta fuit quælibet ſuſpicio calumniæ aut ſubornationis teſtium ex adverſo objecta.

Et ita utraque parte informante deciſum eſt dandam eſſe Remiſſoriam cum retardatione vel ſine, arbitrio Rotæ.

ADNOTATIO.

OBviam rem continet præſens Deciſio ſuper conceſſione, vel denegatione Remiſſoriæ, quæ nunquam ſolet per Rotam denegari in Cauſa prophana concurrente relevantia materiæ articulatæ, ut præter relatos hic, paſſim
7 alibi tradit Rota, & ſignanter *in dec.10.n.2. & dec.63. n.1. cor.Benine. & in Romana Immiſſionis ſuper Articulis 15.Maii 1719. §. Ratio cor. Eminentiſſ. D.Card.Falconer.*

Nec relevantia materiæ articulatæ per ſtrictos juris tramites diſcutitur in conceſſione ejuſdem remiſſoriæ, cum ſufficiat, quod probatio facienda poſſit aliquatenus ad Cauſæ
8 Victoriam conferre, *Rot. cor.Ottbobon. dec.82. n.2.*, *& dec. 66. n.21. p.11. & dec.280. n. 2. & ſequen. par.19. recen.*; Nam de cætero plenaria diſcuſſio materiæ articulatæ fit ſolummodò poſt perfectum examen Teſtium, & reſervatur diſputationi ſuper negocio principali, neque in-
9 terim Remiſſoria denegatur ad ſenſum ejuſdem *Rotæ in dec.74. cor.Prialo, & dec. 786. par.18. rec. utrobique n.8.*

In cauſis verò merè beneficialibus, & ſpiri-
10 tualibus debet ulteriùs concurrere aliqualis fumus probationis, qualis dicitur reſultare ex ſimilibus depoſitionibus Teſtium juxta deducta per *Rot. in dec.574. n.3. cor. clar. me. Card. Caprara.*

Unde invaluit, quod quando verſamur in beneficialibus, & ſpiritualibus, & in ſecunda Inſtantia poſt reſolutionem Rotalem, & peti-
11 tur à novo Poſſeſſore, non alitèr conceditur, quàm ſine retardatione, & prævia obligatione de ſtando Unicæ, & renunciatione futuro ſequeſtro proùt aliis adductis firmavit *Rota dec. 707. n.7. cor.Caprara.*

In utroque autem tàm ſuper re Prophana, quàm circa rem ſpiritualem judicio licèt dene-
12 gari ſoleat, quando fuit obtenta altera Remiſſoria, & nihil probatum *Rota deciſ. 570. n. 4. cor.Caprara*; attamen concedi ſolet etiam ſuper eiſdem articulis, quando continent materiam magis diſtinctam, & ſpecificatam. & in partem
13 diverſam, quemadmodum ultra hic relatos firmat *eadem Rot. cor.Pamphil. dec.280. num. 4. & cor. Coccin. dec.525. num. 5. & coram Cerro dec.304. n.3.*

R.P. D. BEVILAQUA

Beneventana Juriſdictionis.
26. *Novembris* 1668.

ARGUMENTUM.

Locorum Diœceſis fines quomodo alterare poſſint Ordinarii juriſdictionem.

SUMMARIA

1 *Ordinarius exercere poteſt juriſdictionem in Eccleſias, & ſubditos ſuæ Diœceſis.*
2 *Eccleſia quælibet cenſetur eſſe in aliqua Diœceſi.*
3 *Viciniores reſpectus habuerint dubio loci Diœceſis.*
4 *Situatio probatur enunciativis aliiſque adminiculis, & n.10.*
5 *Exempta Eccleſia remanet nihilominus in Diœceſi.*
6 *Diœceſis fines probantur teſtium confeſſionibus.*
7 *Actus præſumitur fieri ab eo ad quem ſpectat.*
8 *Locorum Diœceſis qualitas ex pluribus probatur.*
9 *Viſitatio Eccleſiarum Nullius, fieri poſſint à viciniori.*
10 *Loci Diœceſis hæſitatio quando ceſſet.*
11 *Papa dividere poteſt loca, & Diœceſes aſſignare.*
12 *Extenſio locorum, ut fiat requiruntur verba clara, & individua Apoſtolici privilegii.*
13 *Juriſdictio Abbatis in clericos ſæculares probatur Pontificia conceſſione.*
14 *Ab ordinarii juriſdictione laici eximi non valent.*
15 *Territorii ſeparatio eſt Papæ reſervata.*
16 *Actus ejus, cui jus reſiſtit, non valent.*
17 *Ordinarii ſcientia requiritur ad ejus juriſdictionis in alio quaſi poſſeſſionem.*
18 *Archivii privati acta ab intereſſe habente edita non probant.*
19 *Archivium Epiſcopi ut publicum dat robur Actis.*

Præſens *Deciſio* eſt repetita in *dec.340. par.12. recent.*, & confirmata inferiùs *in dec.47.*

DECISIO XLI.

EXaminato bono jure Reverendiſs. D.Archiepiſcopi Beneventani ſub die 9. Junii 1666. concluſum fuit ipſum habere omnimodam juriſdictionem ſpiritualem in oppido S. Gregorii adverſus Abbatem Vener. Monaſterii S.Modeſti Congregationis Lateranen. prætendentem illam ſibi exercere: cujus reſolutionis motiva hodie revocata DD. iterum approbarunt, quia juſtificatur Caſtrum eſſe ſituatum inter fines Beneventi Diœceſis, quod operatur, ut Ordinarius habeat tam de jure communi intentionem fundatam exercendi ſuam juriſdictionem in omnes Eccleſias, & ſubditos ejuſmodi loci; utpote in ſuo territorio exiſtentes, *cap. cum perſona de privil. in 6. cap. conquerente de offic.*
1 *ordin. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſ. par. 3. alleg.17. num. 23. cum aliis per Rotam in Tarraconen. Juriſdictionis 3. Junii coram R. P. D.meo Albergato*, quam decretis Sac.Con.Trid. *ſeſ. 7. & 21. c.8. de reform.* de quibus *Rot.dec.471.coram*

ram Coccin. & *in rec. dec.*691. *par.* 1., & *dec.*31. *n.*2. *p.*7.

Situationis probatio concluditur ex generali præſumptione, quod omnis locus, & quælibet Eccleſia cenſetur in aliqua Diœceſi, niſi doceatur
2 habere territorium diſtinctum, & ſeparatum, *cap. omnes* 16. *par.*7. *Rota dec.*304. *num.*1. *par.* 11. *recent.* Quæ juris præſumptio, quando nullus alius concurrit Epiſcopus, qui prætendat locum exiſtere in ſua Diœceſi, ſemper mili-
3 tat ad favorem vicinioris, qualis in propoſito eſt Reverendiſs. Beneventanus, ut dixit *Rota coram Buratt. dec.* 570. *num.* 1. & 3. & *dec.* 130. *num.* 6. *p.* 8. *rec.* & *in Taletana juriſdictionis §. concludentiſſime* 18. *Junii* 1661. *coram R. P. D. meo Taja*.

Id ipſum comprobant plures, & antiquiſſimæ enunciativæ ab anno 1535. ponderatæ in præterita deciſione, quibus addita altera emiſſa in Brevi ſan.mem. Clementis VIII. anno 1602. expedito ad inſtantiam Epiſcopi ejuſdem loci, dato in hodierno Summar. D. Archiepiſcopi *num.* 1. ubi leguntur hæc formalia verba. *Nec non, ſex ducatos dilectis filiis Presbyteris terræ S. Georgii Beneventanæ Diœceſis*. Parum obſtante prætenſione Abbatis, quod breve non fuerit executioni demandatum. Nam quicquid ſit de hoc hodie ſolum admittitur ad magis
4 oſtendendam ſituationem, quæ cum enunciativis junctis aliis adminiculis probari ſolet. *Rota dec.*344. *n.* 1. & 406. *n.* 2. *par.* 2. *recent.* & *coram Duran. dec.*266. *n.*4. & 5. & *dec.*120. *nu.*3. & 4 *par.* 9. *recent.* & admittitur in præterita deciſ. hujus cauſæ *§. deducitur*.

Præterea ex ipſis privilegiis Summi Pontificis Alexandri III. & Cœleſtini, quæ cum exhibeatur ad probandam exemptionem, ſupponunt in neceſſarium antecedens eſſe in Diœceſi, non ſecus ac privatio habitum; nam privilegium exemptionis liberat quidem a ſubjectione, ſed non tollit ſituationem a Territorio cum Eccleſia exempta ſemper remaneat in Diœ-
5 ceſi, quamvis per exemptionem de ea amplius dici non poſſit. *Abb. in cap. per illorum num.* 6. *de præbend. Rota deciſ.*324. *num.*3. & 4. & *dec.* 491. *n.* 1. *p.* 1. *rec. Buratt. dec.*578. *n.*14. & *fuit dictum in* (a) *Colanien. Juriſdictionis* 4. *Julii proximi præteriti §. ſituatio Eccleſiæ coram Reverendiſs. D. meo Decano*.

(a) Dec. 923. cor. Cerro, & deciſ. 320.6 part. 15. recen.

Concurrit etiam explicita confeſſio Abbatis, & Monacorum capitulariter facta per publicum inſtrumentum, in quo ſolemniter declararunt terram S. Georgii montis Fuſculi eſſe da Diœceſi Reverendiſs. Epiſcopi, ipſoſque in ea nullam habere, juriſdictionem, quæ confeſſio tot adminiculis in facto, & in jure ſuffulta, emiſſa ab informatis ſuperat omne genus probationis, *cap. ult. de confeſſ.* & per illam probari fines Diœceſis, ac nocere confitentibus, & ſucceſſoribus ne valeant amplius ſubjectionem in dubium revocare firmavit *Rota coram Penia deciſ.*1052. *num.*1. & *coram Carilla dec.*126. & *in* (b) *Taltana juriſdictionis* 9. *Maii* 1659. *§. coram me*, & *in eadem* 10. *Junii* 1661. *§. concludentiſſime coram R.P.D. meo Taja*: & admittit citata deciſio *Colonien. Juriſdictionis coram Reverendiſs. D. meo Decano §. ſituatio Eccleſiæ*. Et hanc veritatem offuſcare non poteſt prætextus, quod confeſſioni cum Abbate tres tantum Monachi interfuerunt, quia cum in inſtrumento dicatur quod Monaei ibi congregati conſtituebant ſaniorem partem, nec dncetur de
7 numero Monacorum in Monaſterio commorantium, præſumptio eſt pro veritate, & validitate actus, qui ſemper fieri cenſeatur ab eo, ad quem eum facere ſpectat. *Bart. in l. ſi pupill. §.*2. *verſ. ſi vero ff. de negotiis Buratt. deciſ.* 338. *n.* 12. & *in Baren. collectæ* 18. *Junii proximi præteriti §. quodque capitulum coram R.P.D. meo Baarlement.*

(b) Deciſ. 70. a n. 7. ad 11. part. 13. recen.

Quinimo pro parte D. Archiepiſcopi exhibentur, & diſtincte recenſentur in ejus ſummario præteritæ poſitionis plures actus juriſdictionales ab ipſo, & ejus anteceſſoribus geſti ab anno 1520. uſque ad 1669. conſiſtentes in pluribus viſitationibus, in cognitionibus cauſarum, in convocatione ſynodi, in approba-
8 tione ab Beneficium, in ſolutione quartæ decimalis, quæ omnia plurimum conferunt ad dignoſcendum qualitatem locorum ſubjectorum, cum ſint actus Epiſcopo ſolum competentes in ſua Diœceſi per *tex. in cap.* 1. *de relig. domib. Rot. dec.*130. *num.* 2. *par.* 8. *rec.* & *dec.* 304. *num.*28. *rec.* & *dec.* 304. *num.* 28. *par.* 11. *dec.*310. *num.*7. *penes Poſth. de manut.* & *in* (c) *Toletana Juriſdictionis* 9. *Maii* 1659. *§.* 1. *coram me*.

(c) Deciſ. 7. part. 13. recen.

Neque actus prætenſi & præcipuæ Viſitationes reddi poſſunt æquivoci, ex quo potuerint ab Archiepiſcopo fieri jure delagaio tanquam viciniore, qui vigore *Sac. Conc. Trid.*
9 *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. poteſt viſitare Eccleſias, quæ ſunt nullius Diœceſis, quia incertitudo ceſſare viſa fuit, tum quia caſtrum eſt ſitum in Diœceſi Beneventana, & viſitationes incipiunt ante celebrationem Concilii, nempe ab anno 1520. & ſic tributa adhuc non erat hujuſmodi facultas, nec viſitatio extendebatur extra propriam Diœceſim, ut dixit *Rota in Aquilana Juriſdictionis* 20. *Maii* 1617. *coram ſan. mem. Innocentio X. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 1. *fol.*980. Unde dicendum venit fuiſſe viſitatum ordinaria non autem delegata facultate, & videtur ſentire *Rota in alia Beneventana Juriſdictionis* 27. *Januarii* 1653. *§. viſitatio confirmata* 31. *Junii* 1656. *coram Reverendiſs. Domino meo Decano §. cæteri, jam impreſſa poſt Tandut. de Penſion. in ordin.* 11. *num.*8.

Minuſque cadere poſſunt ſub æquivoco per exiſtentiam in dictione Beneventana alterius Eccleſiæ S. Georgii, in qua poſſunt verificari, quia objectum removetur ex actorum lectura præſeferente illorum exercitium in oppido S. Georgii de monte Fuſculo, non autem in Ec-
10 cleſia prædicta vel diſtante ab urbe Beneventi nuncupata *della Molina*: Ideo cum nulla ſit ambiguitas, ceſſat omnis hæſitatio ad *tex. in l. ille aut ille ff. de leg.*3. nec facit æquivocum, quod loca Provinciæ poſſint late hoc modo dici de Diœceſi Archiepiſcopi, quia hoc foſtaſſe procedere poſſet quoties locus controverſus non eſſet poſitus in propria Diœceſi, cui Archiepiſcopus præeſt, & uti poteſt omni ſua Juriſdictione, quia uti non valet, niſi in caſibus a iure expreſſis, in aliis locis, ac Diœceſibus ſuffraganeorum, *cap. Roman. de ſent. excomm. in* 6. *cap. Paſtoral. ubi gloſſ. de offic. ordin. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *par.* 2. *num.* 37. *Barboſ. de offic.* & *poteſt. Epiſ. par.* 1. *tit.*4. *n.*2. & *ſeqq.*

Cum igitur pateat caſtrum eſſe intra limites

D.œ-

Diæceſis Reverendiſs. Epiſcopi, ſequitur, quod
ipſe poſſit exercere ſuam ordinariam Juriſdi-
ctionem, niſi per Abbatem doceatur de poſiti-
11 va exemptione privilegiorum Summi Pontifi-
cis, ad quem ſpectat loca dividere, & Diœce-
ſes aſſignare; *Abb. in cap. cum contingat num.*
18. *de foro compet.* Rota *dec.* 912. *num.* 1. *coram*
Buratto. & privilegia Alexandri, & Cœleſtini
ſummorum Pontificum ſolita allegari viſa fue-
runt non obſtare quia, ut fuit dictum, & ani-
madverſum in præterita deciſione, ſunt reſtri-
cta ad Eccleſias Sanctorum Anaſtaſii, & Ni-
colai nulla facta mentione Eccleſiæ, & terræ
Sancti Georgii, ad quem propterea extendi
12 non poſſunt, cum requirantur verba privilegii
Apoſtolici clara, & individualia, *Felin. in cap.*
grave num. 2. *de offic. ordin.* & ultra relatos in
prima deciſ. dixit Rota *deciſ.* 304. *num.* 8. *par.* 11.
rec. & in deciſ. 50. *num.* 18. *poſt Tambur. de ju-*
re Abbat. & coram Royas. 414. *num.* 6. *& in* (a)
Vercellen. Decimarum 15. *Januarii* 1646. *§. pri-*
vilegium coram Reverendiſſ. *Decano, & in Hi-*
ſpalen. Decimarum 2. *Februari.* 1665. *§. reſpon-*
detur coram R. *P. D. meo Taja*; Quinimo, ut
13 privilegia ſuffragentur ad effectum exercendi
plenariam juriſdictionem in populum, & cle-
ricos ſeculares, quicquid reſpectu ſuorum Mo-
naſteriorum, & degentias in eis, oſtendi debet
per Abbatem hoc prætendentem ſibi conceſſam
fuiſſe per Papam juriſdictionem quaſi Epiſco-
palem cum ſeparatione territorii à Diœceſi or-
dinarii, & quod ipſe ſe gerat tanquam Epiſco-
pum uti pluries fuit in hoc ſacro Tribunali de-
ciſum, prout in *dec.* 207. *in fi. p.* 2. *diverſ. & in*
dec. 82. *num.* 17. *coram Eminentiſſ. D. Cardinali*
Ottbobono Prodataria, & adductis concor-
dantibus reſponſum fuit in allegata *Toletana*
Juriſdictionis §. quoniam illud coram me.

(a) Dec. 181. n. 4. & 5. cor. Cer.

Non juvantibus itaque privilegiis ſupra nu-
meratis vis aliqua fieri non poteſt in confirma-
tione Pandulphi, & Landulphi Longobardo-
rum Principium: nam illi tanquam laici, &
juris ſpiritualis prorſus incapaces, nec eximere
14 à juriſdictione ordinarii, nec aliquod privi-
legium elargiri potuerunt, per quod jus, & po-
teſtas Diœceſani in aliquo, quanto minus mini-
mè minueretur, *cap. devenimus de Judic. cap. ſa-*
croſanctæ, & cap. Meſſana de elect. Rota deciſ.
220. *num.* 9. *par.* 3. *recen.* Quapropter hujuſmodi
confirmatio ſolum poteſt referri ad jus tempo-
rale, & honorificum: vel aliud quodvis omni-
no diverſum, & ſeparatum à ſpecialitate *Abb.*
in cap. 14. *ſub num.* 6. *de judic. Pariſ. de Reſi-*
gnat. lib. 3. *quæſt.* 1. *num.* 48. *Lotter. de re bene-*
fic. quæſt. 9. *num.* 21. Et ita inferri non valet ad
ſeparationem à territorio, & Diœceſi Beneven-
ti, quod ſoli Papæ eſt præſervatum. *Hoſtienſ.*
15 *in cap. cum contingat. de foro comp.* & huic ob-
jecto reſpondit Rota in mox allegata *deciſ.* 220.
num. 9. *&* 10. *par.* 9. *recen. & in Capuana Paro-*
chialium 25. *Februarii* 1666. *§. nec pro ſubje-*
ctione coram me.

Nihil obſtant actus, qui iterum dantur ad
probandam juriſdictionem Abbatis, quoniam
cum fuerint geſti ab eo, cui jus reſiſtit in con-
16 curſu cum illis exercitis ibi per Archiepiſco-
pum, cui jus aſſiſtit, nihil poſſunt ineſſe ad
ejuſdem præjudicium, *Bald. in cap. querelam*
num. 7. *de elect. Poſtb. de manut. obſerv.* 37. *num.*
38. *Rota in dict. Toletana Juriſdictionis §. præ-*
terea coram R. P. D. meo Taja; Maxime cum
non conſtet fuiſſe factam ſciente, & patiente
Archiepiſcopo, prout omnino requiritur ad
hoc, ut Prælatus inferior intra fines Diœceſis
17 ordinarii poſſit acquirere quaſi poſſeſſionem
juriſdictionis. *Mantic. deciſ.* 40. *num.* 9. *& de-*
ciſ. 197. *num.* 8. *penes Poſtb. de manut. & in Sa-*
lisburgen. Juriſdictionis 22. *Maii* 1656. *§. fin.*
coram me. Ulterius viſi fuerunt irrelevantes,
quia ſcripturæ pro illorum juſtificatione fue-
runt extractæ à proprio, & privato Archivio
Monaſterii, quod objectum retorqueri non po-
teſt contra jura comprobantia actus Reveren-
diſs. D. Archiepiſcopi, cum longe diſpar vi-
geat ratio inter utrumque, nam actus extracti
ab Archivio Monaſterii, quia hoc particulare
ac privatum, & extrahentes ſunt intereſſati
18 non probant. *Rota in Senogallien. parochia-*
lis 12. *Februarii* 1666. *§. ex quo vero coram*
R. P. D. meo Bourlemont; ſecus eſt in extractis
ab Archivio Archiepiſcopali per Notarium Ar-
chiviſtam, ſeu illius ſucceſſorem, quæ ob id
ſine compulſoria, & citatione partis optime
probant, cum Archivium Epiſcopi ſit publi-
cum, *Rota dec.* 667. *num.* 15. *coram Buratto, &*
in (b) *Elnen. Juriſdictionis* 19. *Junii* 1647. *§.*
19 *non obſtat coram bo. me. Dunozetta*, & præciſe
diſtinguit Rota *in d. Beneventana Juriſdictio-*
nis 31. *Januarii* 1656. *coram Reverendiſſ. D. meo*
Decano impreſſ. poſt Tondut. de Penſ. in 16. ubi
num. 10. *&* 11. ſcripturæ Archivii Archiepiſco-
pi fuerunt antepoſitæ juribus Archidiaconi,
quæ ab illius privato Archivio extractæ fue-
rant.

(b) Dec. 780. cor. Dunozett. jun.

Et ita ſtandum eſſe in reſolutis deciſum fuit,
utraque, &c.

ADNOTATIO.

PLenæ ſunt Rotales Deciſiones concluſioni-
bus hic enucleatis circa Juriſdictionem Epi-
ſcopalem, vel quaſi in contentionibus Terri-
torialibus, Unde nihil poteſt circa hoc in ge-
nere ſuper addi, cum penſandæ ſint ſingulæ
Privilegiorum, & Præſcriptionis Circumſtan-
tiæ. Et nos interea contenti erimus ornare aliis
Auctoritatibus Concluſionem Noſtro Tracta-
tui coherentem, de qua *hic num.* 4., quod ſci-
licet enunciativæ antiquæ inſtrumentorum val-
20 dè conferunt ad arguendam loci ſituationem
ut docet *Card. de Luc. de ſervit. diſc.* 35. *num.*
12. *&* 13. *Panimoll. deciſ.* 25. *annot.* 1. *num.* 14.
Rota deciſ. 2. *tit.* 35. *de ſervit. num.* 12. *coram*
Eminentiſſ. Palconeria, ubi citatur hæc Deci-
ſio, & ſubſequens ejuſdem confirmatoria in
ordine *la* 47.

R.P.D. T A J A.

Bononien. Diſtantiæ.
5. *Decembris* 1667.

ARGUMENTUM.

Apothecarum Diſtantia per tres perticas à feris,
& clavaturis Bononiæ eſt ſervanda, niſi alias in
caſu particulari fuerit judicatum.

Summaria patent ex argumento.

Reformata fuit præſens *Deciſio*, ut infra *deciſ.* 44.
& ſubſequentibus confirmatoriis, & viceverſa
confirmata *deciſ.* 50.

DE-

DECISIO XLII.

DD. reſponderunt conſtare de bono jure Jo: Dominici, & fratrum Statuto Bononienſi de ſervanda diſtantia apothecarum per tres perticas ad menſuram communitatis Bononienſis, quatenus menſura, & perticatio loquendo cum *Peregr. conſ.* 103. *lib.* 1. *Gallo in conſ.* 93., & hujuſmodi aliis controvertantur in terminis terminantibus Diſtantiam, & referat eos ſtatuere ſeras apothecarum.

Quia pro Jo: Dominico, & fratribus fuit allegata conſuetudo metiendi à ſera ad ſeram apothecarum, & viſa eſt probata ex peritis, & menſurationibus, & ſententiis in hujuſmodi cauſis in Summar. Jo: Dominici, & fratrum à *num.* 7. *uſque ad* 10. & datur caſus, in quo in contradictorio judicio fuit admiſſa Diſtantia trium perticarum a ſeris, & clavaturis, & de ea generaliter atteſtatos duos peritos, & multos curiales retulit, & contulit *Poſth. Rotæ Bonon. Auditor in voto dec.* 8. *Julii* 1655. *ſingulor. impreſſo*.

Superadditum eſt argumento de menſura ad menſuram pro terminis menſuræ, quod ſi in Civitate Bononiæ in tali, vel ſimili caſu judicatum fuerit ſecundum quam menſuram menſurari debet, illi menſuræ ſtandum eſt, &c. *Federic. de ſen. quæſt.* 201. *num.* 6. *verſic. ad novum*.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

ADornatum hujus deciſionis vide infra *deciſ.* 45.

R.P.D. PRIOLO

Toletana Juriſdictionis,
11. *Januarii* 1669.

ARGUMENTUM.

Juriſdictio ad omnia loca Diœceſis fines competit Epiſcopo, Neque exemptio, quam privilegiis, ſeu immemorabili præſcriptione acquiſi poteſt.

SUMMARIA.

1 *Facti ſeries affertur.*
2 *Sententiæ validitas ex Actorum revolutione probatur.*
3 *Sententiæ Juſtitia probatur ex deciſionibus tollentibus objecta.*
4 *Juriſdictio competit Epiſcopo ad omnia loca intra fines Diœceſis ſita.*
5 *Territorii ſeparatio ex limitata exemptione non defertur, ubi quod ex hoc iuriſdictio non valet transferri.*
6 *Præeminentia maior membro, & inferiori tribui non debet.*
7 *Præſcriptio iuriſdictionis immemorabilis eſſe debet, & per tres conformes canonizata: ibique ad hoc de valida Teſtium depoſitione.*
8 *Titulus putativus quando excludatur.*
9 *Viſitandi Eccleſias, quibus animarum cura imminet, iuriſdictio ad Epiſcopum ſpectat.*

Cauſa, de qua in hac *deciſione*, quæ eſt repetita coram *Priolo* inter ejus impreſſas *deciſ.* 295. Verè fuit acriter agitata; & ſuper compilatione Proceſſuum, quorum hic fit mentio adeſt *deciſ.* 245. *coram Ottbobono*, in qua cum ageretur de compulſatione 374. Inſtrumentorum, & Proceſſuum in totum aſcenden. ad folia 24000. reſponſum fuit fuiſſe per Archiepiſcopum Toletanum validè compulſata. Reliquam hiſtoriam cauſæ habes in præſenti *deciſione*. Priores Reſolutiones, quæ dicuntur emanatæ coram Bevilaqua ſunt inter *recent. deciſ.* 70. & 220. *par.* 13.

Illæ verò coram *Taja* ſunt *in eadem par.* 13. *dec.* 333. & 334. Poſtrema tandem coram *Bevilaqua* eſt in ordine *la* 391. *eadem part.* 13.

DECISIO XLIII.

ANtiquiſſima, & gravis controverſia ſpatio ſæculi, & ultra pluries in partibus inſtaurata, et deinde ab anno 1610. ad Rota translata ſuper Eccleſiaſtica Juriſdictione oppidorum Conſuegna, Alcaſcar, aliorumque quindecim, quam Archiepiſcopi Toletani ratione
1 firmationis in ſua Diœceſi, magni vero Priores Hieroſolimitani in Regnis Caſtellæ, & Legionis ſuper propriis oppidis exercere privative contendebant, plurimas attulit quæſtiones in compilatione proceſſuum, iſtia verò abſolutis definitionem peperit Eminentiſs. Card. Archiepiſcopo favorabilem in poſſeſſorio, & petitorio, præviis enim duabus deciſionibus emanatis 6. Maii 1659., & 22. Maii 1660. R. P. D. meus Bevilaqua manutentionem illi conceſſit, & ſententiam protulit, in cujus prima parte declaravit ſuper Prioratu eiuſque oppidis D. Archiepiſcopum ſpectare omnimodam juriſdictionem ordinariam ſpiritualem Eccleſiaſticam, & Archiepiſcopalem quoad utramque legem, Diœceſanam, & Juriſdictionalem cum omnibus earum effectibus in ſecunda vero parte pronunciavit d. Eminentiſs. Card. Archiepiſcopo licere ad præſcriptum Sac. Concil. Trid., & conſtitutionem Apoſtolicarum Monaſteria, Hoſpitalia, aliaque loca pia dicti Prioratus Religionis Hieroſolimitanæ viſitare, & perſonas tam profeſſas, quam famulos, ſervitores, colonos, donatos, ſeu oblatos, alioſque intra ejus Monaſteriorum ſepta degentes ad formam, & præſcriptum, ut ſupra, corrigere.

Interpoſita autem appellatione, & ſeparatim propoſitis dubiis ſuper manutentione, & bono iure die 19. Junii 1661. tranſierunt DD. cum ſenſibus præcedentis inſtantiæ repetitis, in duplici deciſione tunc edita per R. P. D. meum Taja, quo poſtmodum adverſa valetudine detento, Idem R. P. D. meus Bevilaqua die 27. Januarii 1662. de conſenſu partium ſuper utroque dubio repropoſuit cauſam reſpectu ordinariæ Juriſdictionis conceſſæ, in 1. part. memoratæ ſententiæ confirmatam, reſpectu vero Juriſdictionis delegatæ ad ea, quæ reſpiciunt curam animarum, & ad illas perſonas, quæ habent requiſita *conſtitutionis fan. me. Gregorii XIII.* 62. *in ord.*

Expedita igitur cauſa in Petitorio mediante ſententia lata ſub hac forma, iterum Sereniſs. D. Magnus Prior, & illi aſſiſtendo Agentes Sacræ Religionis Hieroſolimitanæ tranſmiſerunt commiſſionem coram Signatura Sanctiſs. in qua petebant, ut cauſa ex integro committeretur, prout in prima: quæ inſtantia ſine reſolutione per plures annos fuit dilata, donec Sanctiſs.

Digitized by Google

D. N. Clemens IX. in plena Signatura Gratiæ
reſcripſit Sacræ Rotæ *in ſtatu*, *& terminis*.
Ideo ter propoſito per me dubio ſuper confirma-
tione ſententiæ Rotalis & bis dilata reſolutio-
ne, quia nec dd. Agentes, nec Agentes Ma-
gni Prioris informare voluerunt, tandem ho-
die affirmativa prodiit reſoluto iis nec minus in-
formantibus.

Validitas enim ſententiæ Rotalis patet ex
revolutione Actorum, ex quibus apparet fuiſ-
2 ſe ſervata omnia requiſita, de quibus *in deciſ.*
262. apud Caputaq. par. 2. deciſ. 226. coram Bu-
ratto deciſ. 125. num. 1. & ſeqq. par. 5. & deciſ.
145. num. 2. par. 9. rec. & dec. 8. num. 6. coram
Eminentiſſ. Celſo; Juſtitia vero luculenter pro-
batur in recenſitis cauſæ deciſionibus, ubi ple-
nè tolluntur, omnia objecta pro alia parte de-
3 ducta. *Rota dec. 395. num. 1. p. 4. dec. 571. num.*
1. p. 5. & dec. 90. num. 3. p. 10. recen. cum aliis
(a) dec. 270. n. 6. par. 15. rec.
in (a) *Romana Aſſociationis* 13. *Junii* 1668. *§.*
juſtitia coram R. P. D *meo Bourlemont*.

Etenim cum ſituatio Magni Prioratus intra
limites Diœceſis Toletanæ adeo juſtificetur ex
juribus ponderatis in prima dec. R. P. D. mei
Bevilaquæ, ut poſtmodum impugnata am-
plius non fuerit ab Agentibus Sereniſſimi Ma-
gni Prioris, utique juſtiſſima detegitur prima
pars utriuſque ſententiæ tribuens Eminentiſſ.
Card. Archiepiſcopo ordinariam juriſdictionem
ſuper oppida dicti Prioratus ſitis intra fines
ſuæ Diœceſis, juxta clar. s, & toties repeti-
4 tas Sacror. Canonum ſanctiones *in cap. conque-*
rente 16. de offic. Judic. ordin. in 6. cap. cum
perſonæ 7. de privil. eodem lib. 6. can. omnes Ba-
ſilicæ 16. q. 7. Abb. in cap. cum cappella num. 3.
& ibi Soccin. num. 4. de privil. Lotter. de re be-
nefic. lib. 1. quæſt. 21. num. 4. & 5. Rota coram
Duran. dec. 226. num. 2. coram Merl. deciſ. 152.
num. 2. & deciſ. 337. num. 1. & 2. coram Re-
verendiſſ. Royas deciſ. 218. num. 9. in recent. dec.
24. num. 24. par. 10. in Beneventano Juriſdi-
ctionis 9. Junii 1666. in princ. coram R. P. D.
meo Bevilaqua & in (b) *Colonien. Juriſdictio-*
(b) c. 923. 2. rec.
nis 4. Julii 1668. coram Reverendiſſ. D. meo
Cerro.

Non obſtant privilegia per Summos Pontifi-
ces dictæ Sac. Religioni Hieroſolimitanæ con-
ceſſa, quia non tribuunt, ut opus eſt ad effe-
ctum, de quo agitur, juriſdictionem quaſi epi-
ſcopalem cum Territorio ſeparato, ſed ſolam
exemptionem à juriſdictione Epiſcopi reſpectu
Monaſteriorum, & perſonarum intra illorum
ſepta degentium, non tamen comprehendunt
populum laicum, Eccleſias, clericoſque ſæcula-
res extra prædicta monaſteria exiſtentes, ut
bene perpenſo tenore ampli privilegii contenti
in Bulla ſan. mem. Pii IV. animadverſum fuit
in dicta *p. dec. R. P. D. meo Bevilaqua §. hoc*
præmiſſo & multis ſeqq. Cumque ex conceſſio-
ne hujus limitatæ exemptionis non inferatur
ad diſtinctionem, & ſeparationem territorii,
5 ut bene *Rota coram Reverendiſſ.* Royas *d. dec.*
218. num. 20. & melius in Capuana Parochia-
lium 15. Februarii 1666. §. excluſa verſ. a qua
locali coram R. P. *D. meo Bevilaqua*. Conſe-
quens eſt, quod in cæteris omnimoda, & ordi-
naria iuriſdictio non fuerit tranſlata in Ma-
gnos Priores ſeparatum territorium non ha-
bentes, & exemptos dumtaxat reſpectu mo-
naſteriorum, & perſonarum ibidem degentium
ad tex. *in cap. per exemptionem 9. & cap. ſi Papa*
10. per tot. & ſignanter verſ. hit enim de privil.
in 6. & advertit *Calderin. in quodam eius conſil.*
relata poſt alleg. Lap. 138. num. 20. uſque ad fin.
Rota *coram Martin. Andrea dec. 54. num. 6. &*
plenius in dec. 324. num. 3. & ſeqq. & præſertim
num. 6. par. 1. rec. cum aliis alleg. in deciſ. 181.
num. 10. & 11. coram Reverendiſſ. *Carillo & in*
d. Beneventana Juriſdictionis 9. Junii 1666. ſub
§. poſita igitur coram R. *P. D. meo Bevilaqua*;
ſed remanſerit penes Archiepiſcopos Toleta-
nos tam habitualiter ob expreſſam iuriſdictio-
nem, quam actualiter iuxta continuatum exer-
citium quam plurimorum actuum iuriſdictio-
nalium utriuſque legis, Diœceſanæ, ſcilicet,
& Juriſdictionalis, de quibus *in d. 1. cauſæ dec.*
§. hancque eſſe.

Idque tanto magis verum eſſe exiſtimarunt
DD. dum Eminentiſſ. Religionis Magnus Ma-
giſter in ſua reſidentia Melitæ Epiſcopale iuriſ-
dictionem nunquam controvertit, alias enim
ſequeretur abſurdum, quod in pari cauſa, &
6 titulo diverſorum fieri deberet iudicium, &
maior præheminentia tribueretur membro, &
inferiori, quam capiti, & ſupremi directori
contra *text. in cap. cum non liceat 12. de præ-*
ſcript. Feder. de Sen conſil. 151. num. 1. &
verſ. item conſtat. Dec. conſ. 32. num. 28. & ſeq.
vol. 2.

Attendi pariter non debet titulus præſcri-
ptionis, quia immemorabilis canonizanda in
hoc caſu per tres conformes juxta declarationes
7 *Sac. Congreg. Concilii* amplexas a *Rota dec. 126.*
ſub n. 1. p. 4. deciſ. 287. num. 8. par. 8. deciſ. 24. nu.
33. p. 10. & dec. 304. n. 15. p. 11. rec. non juſtificea-
tur ex quibuſdam teſtibus nulliter examinatis
de anno 1606. & proinde reprobatis per *Rot. in*
deciſ. 68. nu. 6. apud Tumbur. de ju. Abbat., nec
probari potuit ab iſtis aliiſque teſtibus exami-
natis de anno 1617. vigore remiſſionis Rotalis,
quia cum lis vigeret centum & ultra annis an-
te, non potuerunt teſtes tunc deponere cum re-
quiſitis, *gloſſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcri-*
pt. in 6 quod nimirum juriſdictionem Magni
Prioris perceperint de viſu per 40. annos ante
litem motam, quodque nihil unquam fuerit vi-
ſum vel auditum in contrarium, ut in his ter-
minis ſimilem probationem rejecit, *Rota deciſ.*
248. per tot. p. 2. deciſ. 22. num. 3 p. 9. & dec. 304.
num. 11. rec.

Neque concurrit quadragenaria cum titulo
putativo, quia quadragenaria excluditur ex
animadverſis *in 2. deciſ. R. P. D. mei Bevilaquæ*
§. nec ſubſiſtit. Titulus vero putativus non po-
teſt deduci ex duabus ſententiis latis de annis
8 1528. & 1544.; Quia prima ſententia fuit in
gradu appellationis revocata, & refert ad pri-
vilegia Religionis, in quibus, juxta ſuperius
notata, non conceditur Territorium ſeparatum
cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, nec omni-
moda exemptio oppidorum ſpectanctium ad
Religionem. Secunda vero ſententia loquitur
de perſonis inſervientibus & degentibus intra
ſepta monaſteriorum, ſuper quibus non præ-
tenditur ordinaria juriſdictio, ſed tantum de-
legata juxta modum infraſcriptum, ut bene
probat *d. 2. deciſ. § ſed fundamenta cum plurib.*
ſeqq. coram R. P. D. meo Bevilaqua. Quibus
rationibus ſuaſi informantes pro Magno Priore
à prætenſione generalis & omnimodæ juriſdi-
ctio-

Digitized by Google

ctionis; deſcenderunt ad particularem præſcriptionem ſingulorum actuum juriſdictionalium à magnis prioribus exercitatorum; Sed illis rigoroſo examine ventilatis, fuerunt plene rejectis, in ultima dec. emanata in 3. Inſtantia *coram R. P. D. meo Bevilaqua 27. Januarii 1662. a §. nec placuit uſq; ad fin.*

Similiter juſta apparet 2. pars ultimæ ſententiæ, ibidem enim juriſdictio delegata non conceditur Eminentiſſ. Card. Archiepiſcopo indiſtinctè erga quoslibet exemptos, reſiſtentibus
9 privilegiis Religionis; Sed limitatur ad illas perſonas, & Eccleſias, quibus cura imminet animarum, & ſacramentorum adminiſtratio incumbit. Nam ſuper his quacumque exemptione non obſtante Juriſdictio viſitandi Ordinariis delegatur, ex diſpoſitione *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ. 14. cap. 11. de reform.* confirmata in terminis noſtri caſus per ſan. me. Pium V. in conſtit. 136. in ordine Bullarii, & magis roborata per *ſan. mem. Gregor. XIII. in eius Conſtit. 68. in eadem ord.* & tradunt *Grat. diſcept. for. cap. 298. num. 48. & 49. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 74. num. 18. & plurib. ſeqq. ubi num. 26. de huiuſmodi Eccleſiis S. Ioannis Hieroſolymitani. Et Rota coram Seraph. dec. 1968. num. 5. coram Comitulo dec. 83. num. 13.*

Et ita parte, &c.

ADNOTATIO.

PLeniſſime adductis rationum fundamentis, & DD. auctoritatibus materiam diſcutit ad Canonici Juris princip. a *Eminentiſſ. D. Card. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. to. 1. in Conſtit. 6. Alexandr. III. ſect. 1. per tot. ſol. 107.*

R. P. D. CALATAJU

Ravennaten. Belluarum.
28. *Ianuarii* 1669.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur in Belluarum morte qualiter damna fortuito, vel culpa ſequuta, ſint bonificanda.

SUMMARIA

1 *Belluorum mors eſt concludenter probanda.*
2 *Atque ex caſu mere fortuito.*
3 *Teſtes probant contra inducentem.*
4 *Culpa incurritur, quando non eſt proviſum quod à diligente poterat provideri.*
5 *Alimentorum non præſtatio occiſioni æquipollet.*
6 *Bonificationis in locatione prætenſio quando remiſſa cenſeatur.*
7 *Identitas belluorum eſt probanda, cum extenſio non detur.*
8 *Mortalitas bellnorum debet intimari, ſi fuerit in locatione conventa.*
9 *Denunciatio damni requiritur ne videatur, an fortuito vel ex culpa ſequutum fuerit.*
10 *Perfecta venditione periculum in Emptorem transfertur.*
11 Declara *Concluſionem non procedere, quando venditio facta fuit pro prætio æſtimando.*
12 Limita *Declarationem, quando ſecuta eſt traditio. Item ſi facta fuit venditio pro pretio declaranda à certis perſonis, num. 23.*
13 *Pendente Conditione non transfertur Dominium in Emptorem.*
14 *In venditionibus ſufficit ſola traditio.*
15 *Dominium probatur per appoſitionem ſigni.*
16 *Emptio perimitur, ſi pendente conditione res interierit.*
17 *Secùs, ſi Conditio extiterit.*
18 *Teſtes contra Inducentem plenè probant.*
19 *Deterioratio ſuperveniens pendente Conditione cedit incommodo Emptoris, & num. 22.*
20 *Contractus unicus ſeu plures quandonam dicantur ex diverſi pretii conſtitutione? & num. 21.*

Infraſcripta *deciſio* eſt repetita *deciſ.* 403. *par. 16. recen.* Confirmata *in deciſ.* 359. *eadem par. 16.*

DECISIO XLIV.

IN cap. 4. Locationis factæ ad novennium à Ven. Abbatia S. Mariæ in Portu Ravennæ conventum fuit, quod ipſa teneretur bonificare conductoribus damnum, ſi quod accideret, in mortalitate belluarum ultra numerum 14. quolibet anno, *quando però la morte di tal Beſtiame non ſuccedeſſe per colpa, ò negligenza de' conduttori*, quod etiam repetitum fuit in ſecunda locatione ad trienoium eiſdem facta, addito tamen in iſto onere prædictis conductoribus, ut tenerentur, *qualunque volta ſuccederà la morte di qualche beſtia, notificarlo, ò farlo notificare per mezzo de' loro Vaccari ò Cavallari, ò vero Caſciari in termine di due giorni alla detta Badia*, ut in iſtius *ſummor. num. 2. & 5.* Terminata autem utraque locatione conductores pro belluis tam de anno 1660. & 1661. quam de annis 1664. & 1665. petierunt in partibus, & coram A. C. in Curia conventum reſtaurum, quo ipſis utrobique denegato in gradu appellationis, mihi commiſſa dubitatum fuit, An conſtaret de mortalitate Belluarum & de qua quantitate, ita ut ſit bonificandum & reſtituendum pretium: & negativa in omnibus hodie prodiit reſolutio.

Quia cum Belluæ, quæ aſſeruntur mortuæ, non ſint de illis, quæ gregatim paſcuntur, ut oves, capræ, & ſimiles, ſed ſint Vaccæ, atque ſimiles, quæ gregatim non paſcuntur, intrat proinde celebris diſtinctio *Bart. in l. quoad prſ. n. 5. C. de mun. legal. lib. 12.* diſponens, quod allegans illarum mortem, tenetur non quidem per conjecturas, ut ſervatur in caſu primi membri
1 diſtinctionis prædicti, ſed plene & concludenter illam probare, ut tradiderunt *Munnozz. de Ratiocin. cap. 58. num. 38. verſ. alii tamen Sebaſt. Medic. in tract. mors omnia ſolvit in princ. num. 78. Carroc. de locat. & conduct. p. 4. tit. de impenſ. cap. 1. num. 31. & 32. Add. ad Afflict. dec. 150. num. 26.*

Talis autem probatio DD. viſa fuit non poſſe deduci ex teſtibus à conductoribus inductis, enim vel deponunt de morte ſequuta in termino duorum annorum, ut eſt primus, & ſic non applicantur caſui noſtro, juxta quem reſtaurum promiſſum fuit dumtaxat in belluis, quæ quolibet anno mortuæ probarentur, vel non individuant præciſum tempus mortalitatis earum, ut ſunt 25. & 45. tamen ad effectum, ut conductoribus, qui ex contractu belluas condu-
2 ctas cuſtodire debebant, Abbatia tale damnum

bonificare teneretur, non fuiſſe ſatis illarum
interitum ſimpliciter, vel per conjecturas pro-
bare, niſi ſimul concurrat juſtificatio, quod ca-
ſu mere fortuito, & abſque iſtorum culpa &
negligentia perierint; juxta *tex. in l. ſi quis do-
mum 9. §. Imperator ff. locat. & gloſ. in leg. ſi
paſcenda 8. n. 4. C. de pact. Sebaſt. Medic. de ca-
ſib. fortuit. p. 2. quæſt. 10. n. 3. Carocc. lo. cit. n. 3.
Munoz. ubi ſupra n. 34. Alex. conſ. 156. num. 3.
lib. 2. Boer. deciſ. 216. n. 2.*

In propoſito vero caſu tantum abeſt, ut in aſ-
ſerta morte conductorum culpa non intervene-
rint, quin potius contrarium & manifeſte de-
ducitur, quod Vituli lactantes conſueto tem-
pore, nimirum circa feſtivitates omnium San-
ctorum non fuerunt à matribus ſeparati, ſed
per menſem & ultra apud eas retenti, ut pro-
bant ſignanter 3. 4. & 6. teſtes dati in eorum
3 *Summ. num.* 6. qui cum ſint inducti ab eiſdem
conductoribus, contra illos plene probant, ut
eſt *Gloſ. Marginal. in fin. l. 1. §. editionis ff. de
eden. cum aliis cumulatis, per Rot.* (a) *in Ro-
mana ſervitutis* 29. *Januarii* 1666. *§. quo pro-
pter coram Rev. D. Cerro Decano, & in Romana
ſeu Bonon. Pecuniaria* 3. *Januarii* 1668. *§. num
quod coram Rev. D. Meo Ottalero*. Unde ex
hac dilatione in eis ſeparandis, Matres deinde
enervatæ & exinanitæ remanſerunt, eorum
mors ſequuta præſumitur ex conductorum cul-
pa, quæ tunc demum commiſſa cenſetur, &
cum non eſt proviſum, quod à diligente poterat
4 poterat provideri, ut eſt *tex. in l. ſi putator* 31.
ff. ad l. Aquil. & in l. ſi mones, 25. *§. ſolum ff. lo-
cati*: & cum illud factum non fuit, quod à cæ-
teris fieri ſolet, ut deducitur ex *Gloſ. Margin.
ex l. cum duobus 2. §. quidam ſacrar. ff. pro ſocio
Grat. diſc. 354. n. 33. verſ. perpetuum.*

(a) Dec. 818. num. 10. cor. Cer.

Augetur etiam culpa præſcripta ex altera di-
latatione in reconducendis ad ſtabulum belluis
antequam hyems magis urgeret, & non in mi-
5 niſtrando iiſdem ſufficiens ac ſolitum pabulum,
dum ob multiplicitatem aliarum belluarum,
quas conductores introduxerunt ad prata, pa-
ſculum, pro omnibus ſufficere non potuit, ut
deponunt iidem teſtes dati in ſummar. numer 6.
æquipollent enim in effectu necare, ac ſuffi-
cientia non præſtare alimenta. *Gloſ. in verb.
liber in princ. inſtit. tit. de cap. dimin. & l. ne-
care 2. ff. de liber. agnoſc.*

Præterea cum prædicta bonificatio eſſet fa-
cienda de anno in annum, & conductores per
integrum novennii penſiones conventas pun-
ctualiter perſolverint, & (quod magis eſt) eo
terminato renovationem pro alio triennio re-
portaverint, nulla unquam prætenſi reſtauri
facta præſervatione, cum non ſit veriſimile,
quod ſi vere belluæ caſu peremptæ fuerint, ea-
rum bonificatio locationis non fuiſſet petita,
unde cum talis prætenſio fuerit ommiſſa, inde
6 remiſſa cenſetur, ut deducitur *ex l. terminato* 3.
C. de fruct. & lit. expenſ. l. ſiquidem 24. *C. de
tranſact. Aym. conſ. 1. n. 21. verſ. & profecto, &
conſ. 129. num. 9.*

Iiſdem quoque reſponſionibus removetur
prætenſio Reſtauri, ex mortalitate ſuppoſita
in annis 1664. & 1663. præmiſſo enim quod
neque in iſtis datur de ea concludens probatio,
prout eſt neceſſaria ex ſupra deductis, interitus,
ſi quis ſucceſſit, fuit ex culpa conductorum,
qui aggregatis novis belluis ſufficiens pabulum
illis Abbatiæ non præſtiterunt, Unde eis ſu-
peradditis, teſtes qui ſimpliciter de mortalitate
deponunt, nulla facta diſtinctione, an ſequuta
7 fuerit in illis Abbatiæ, an potius in propriis,
ſufficienter identitatem earum non probantes,
non merentur extendi, ut ex *l. idem Pomponius*
ſcribit *Alex. conſ.* 158. *num.* 3. *verſ. quilibet
Teſtis*.

Et quod magis eſt deficit etiam intimatio
mortalitatis expreſſe conventa in hac ſecunda
locatione, quæ non fuerit reſervata pro forma,
debuiſſet à conductoribus omnino adimpleri,
8 ut in proximis terminis eſt elegans *conſ. Soc-
cin. Jun.* qui ſcripſit in ſimili cauſa Ravenna-
ten. *conſ.* 85. *num.* 15. *& ſeqq. lib.* 2. & quidem
in forma ſpecifica, nihil enim referret, ſi Ab-
batiæ facta denunciatio exhiberetur, niſi copu-
lative quoque doceatur, quod ea facta fuerit in
termino duorum dierum juxta legem conven-
tionis, ut in præciſis terminis advertit *Alex.
conſ.* 158. *num.* 3. *verſ. ſed poſito lib.* 2. potiſſime
prædictum pactum eſt conforme æquitati ac
Juris communis diſpoſitioni, juxta quam etiam
in caſibus fortuitis denunciatio damni requiri-
tur ad affectum ut locator opportuno tempore
9 poſſit verificare, utrum illud ſequutum fuerit in
caſu vere fortuito, an potius ex culpa & ne-
gligentia conductoris, ut eſt *tex. in l. item quæ-
ritur §. exercitu & ibi Gloſ. in verb. non denun-
ciavit ff. locat.* & optime in propoſito ratiocina-
tur *Socc. Jun. d. conſ.* 85. *num.* 3. & poſt eum
Burſatt. conſ. 11. *num.* 29. *lib.* 1. *& conſil.* 319.
num. 12. *lib.* 3. *Grat. diſcept.* 355. *n.* 23. cum aliis
cumulatis per *Theſaur. dec.* 108. *num.* 1.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

DE Obitu Belluarum, de quo agitur in *Deci-
ſione* ſuperius impreſſa, habui quæſtionem,
in qua ſcripſi, prout infra.

Partita (pro qua in anteactis Informationi-
bus inſtitimus, & pro qua iterum preces por-
rigimus) conſiſtit in pretio novem Vitularum,
quæ perierunt Menſe Decembri Anni 1728.
quas Vitulas non Nobis, ſed Excellentiſſimo
D. Adverſario periiſſe jure ſubſtinemus juxta
10 principia juris, quæ monent perfecta Vendi-
tione omne periculum in Emptorem transferri
Mangil. de evict. quæſt. 103. *num.* 2., *& ſeqq.
Molin. de Contract.* 2. *diſput.* 366. *verſic. tertio
loco, Gratian. diſcept.* 318. *num.* 27., *& duob.
ſeq., Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 8. *Rot.
dec.* 283. *num.* 24. *par.* 7. *& dec.* 86. *num.* 3 *&* 4.
par. 11. *rec.*, ubi quamvis Domus adhuc poſſi-
deretur à Venditoribus, attamen, quia præ-
ceſſerat ſimplex Conſignatio, periculo Em-
ptoris eamdem Domum conflagraſſe reſolvi-
tur.

Concordat nobiſcum Pars Adverſa, quod
res, & conſenſus intervenerit; & unicam re-
ducendo quæſtionem ad prætii interventum,
ſubſumit, quod facta per nos Vitularum ven-
ditione pro pretio per Sperandium arbitrando,
11 cum antequam is pretium declararet, Vitulæ
perierint; Interitus iſte in D. Principalis, non
in Excellentiſſimæ Domum damnum ceſſiſſe di-
cendus ſit, ex auctoritatibus allatis in contra-
ria Informatione *§. Inde ſequitur, & §. in qua
ſane*.

Ve-

Veruntamen quo magis in ſuis Caſibus dd contrariæ Auctoritates applicantur, eò minus quadrant hypotheſi noſtræ; omnes enim loquuntur, & procedunt, quando pendente conditione, res vendita, vel tradita non ſit, vel nihil aliud actum, quod traditionis vices obtineat; ſi enim aut traditio expleta fuerit, aut aliquid geſtum loco traditionis, tunc ad Em-
12 ptorem ipſum omne periculum pertinere ſancitum eſt, ut explicat *Paulus in L. quod ſi nequt ff. de pericul. & commod. rei. vendit.* ibi: *ſi neque traditæ eſſent, Venditoris periculum erit. Materia* (*ſcilicet Calce vendita conditionaliter, nimirum ad menſuram*, ut explicat ibi. gloſ. litt. M.) *poſtquam tradita eſſet, Emptoris eſſe periculum reſpondit. Videri autem trabes traditas, QUAS EMPTOR SIGNASSET*: Unus enim ex præcipuis modis, quibus dicantur perfectæ Venditiones, eſt effectiva traditio, quemadmodum explicat *Gloſ. in L. 1. C. de Commod., & pericul. Rei vendit. verb.* Poſt perfectam, ibi: *Tribus modis dicitur perfecta, uno &c. Tertio quando res traditur* egregie *Rot. in dec. 91. num. 4. par. 12. rec.* ibi: *Neque obſtat objectum, quod Venditio facta fuit pro æſtimando, inde reſultet contractum fuiſſe conditionalem, atque ità non potuiſſe ante æſtimationem Dominium transferri: Quia objectum non procedit, quando ſecuta eſt traditio, tali namque caſu æſtimatio facienda non ſuſpendit Dominium: neque poſſeſſionem*: Ac propterea dum videmus in hac facti ſpecie fuiſſe Animalia Signata, hoc ſignum, quod loco traditionis eſt, efficit, ut dicantur tradita, & ideò etiam conditione pendente omne damnum ad emptorem pertinere debet ex præmiſſis, & ex *Surd. deciſ. 82. num. 13. & 14. in verb. quando ultrà conventionem ſecuta eſt traditio*, & præciſius *Bœr. deciſ. 105. num. 8. & poſt num. 9. in verb.: idem in arboribus venditis, quæ ſignantur, &c.*:

Ulterius ceſſant in radice rationes contrariorum Textuum volentium, ut pendente conditione interitus rei ſpectet ad emptorem; & propterea ceſſante ratione, ipſæ quoque leges inapplicabiles redduntur. Duplex enim dumtaxat ratio adducitur, propter quam moventur aſſerentes, quod in venditione conditionali res pereat venditori, non autem Emptori; quarum prima eſt, quod pendente conditione non
13 transfertur dominium, allegando *Text. in l. neceſſario ff. de pericul., & commod. rei vendit.* undè ſubſequitur, quod cum res pereat Domino, *ut Text. in l. pignus ff. de pignoratit. act.* debeat proindè cenſeri perempta venditori, qui nondùm à ſe dictum dominium abdicavit.

Sed ultrà quod in venditionibus ſufficit ſola
14 traditio per *Text. clarus in l. ſi rem tradi 28. ff. de verb. oblig. in l. datio 2. ff. de act. empt.*, & bene declarant *Bart. in l. exemplo 12. per totam ff. de act. empt. Imol. in l. ſi à ſubſtituto §. Heres ſervum ff. de leg. 1. Alex. in l. 2. num. 7. ff. ſic certum petatur, Gomez var. reſol. tom. 2 cap. 2. num. 39. Chriſtoph. Mediceſ. examinat. 26. nu. 2. Rota in voto par. 4. rec. dec. 373. num. 82.* nam etiam abſque dominio optimè tenet venditio per *Text. in l. ſi ita 25., & in l. cum venderet 59. ff. de contrahen. empt.*, & meliùs *in l. Alienatum 67.*, & ibi *Gloſ. in verbo alienatum ff. de verb. ſignific. Mozz. d. tract. de empt. & vendit. rub. de naturalib., & c. 5. num. 9., & ſeqq. cum num. 15.*

Inſuper eſt animadvertendum, quod per ſi-
15 gna, quibus diſtincta fuerunt Animalia, ad dominii cognitionem proceditur, undè animal eſſe dicitur illius, qui ſignum appoſuit, ut generalibus omiſſis, egregiè probat *Maſcard. de probation. lib. 1. concluſ. 91. per tot.* ibi: *Animalia, ut Bos, & Equus probantur eſſe alicujus, probando inuſta eſſe ſtigmate, quo illius grex imprimitur, & licèt agens pro bove, vel equo, quem aſſerit eſſe ſuum, non probet dominium ſint boves, vel equi; ſatis eſt tamen probare illa ſuo ſtigmate inuſtum eſſe*; Res enim *videntur eſſe cujus ſigno ſignatæ ſunt, & Baldus dicit: Ballas* (*ſic eas vocat*) *Mercatorum præſumi, quorum ſunt ſigna; ampliatur ejuſmodi probatio per ſtigmata, ſufficere etiam quoad poſſeſſionem, & dominium dictæ animalis*.

Alterum verò contrarium fundamentum
16 conſiſtit in eo quod: *Si pendente conditione res interierit, ipſa emptio perimitur*: prout claré diſponit *Text. in l. neceſſario 8. ff. hoc eodem tit.* undè videtur ex adversò inferri, impoſſibile eſſe Emptorem ſentire ullum damnum in vim emptionis conditionalis, dum contractus ipſe per interitum rei conditione pendente, de medio tollitur, cum non emptis nullæ ſint qualitates, ut innuunt auctoritates ex adverſario allegatas.

At in facto ingenuus D. Cauſæ Patronus pro Excellentiſſima Domo non impugnat, quemadmodum impugnare nequit, Partes voluiſſe, ut noſter contractus haberet firmitatem, non obſtante intermedio obitu novem vitularum; dum nihilominus ad ejuſdem executionem tam ſuper reliquis 21. Vitulis in aure ſignatis, quàm
17 ſuper aliis novem non ſignatis voluerunt devenire poſt purificatam conditionem, ac propterea ſubintrat diſpoſitio ejuſdem *Text. in dicta l. neceſſario 8. ff. eadem*: *Si ſub conditione res venierit, ſiquidem defecit conditio, nulla eſt emptio. Quod ſi extiterit* (ut in hoc caſu mediante declaratione pretii) *Proculus, Octavenus Emptoris eſſe periculum aiunt*.

Et revera niſi Miniſtri Excellentiſſimæ Domus habuiſſent contractum pro perfecto ante æſtimationem, non tranſmiſiſſent homines commorantes *in Tenutam di lungbezza* ad aliam tenutam *di lungbezzina* ad tranſportandas eaſdem Vitulas pro ſervitio dicti Prædii *di Lungbezza* per menſam antequam dd. novem Vitulæ interirent aut æſtimarentur, quæ vitulæ, ideò conſignatæ non fuerunt, quia D. Principalis aberat à Tenuta, ejuſque Filius geſtorum ignarus iure noluit abſque mandato Patris, eaſdem vitulas conſignare. Ex quo ſanè facto clarè deducitur, quod Excellentiſſimus Dux habuit contractum pro profecto, etiam antequam ulla fieret æſtimatio; Cumque prædicta omnia deducantur ex Teſtibus
18 ex adverſo inductis, regula eſt plenam contra inducentem facere probationem, ex deductis per *Menoch. conſ. 31. num. 12., Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 552. num. 9.*, *Rot. cor. Duran. dec. 307 num. 11. cum aliis in dec. 218. num. 17. par. 12. recent.*

Ideò autem nec ante nec poſt æſtimationem,

neque

neque ante neque poſt interitum, devenerunt
ad reſciſſionem contractus, quia probe ſciebant
utrique Parti natam eſſe reciprocam obliga-
tionem ad executionem d. contractus, & ulte-
rius cum non omnes Vitulæ deductæ in con-
tractum periiſſent, ſed aliquæ tantummodò
ipſarum, videbant non periiſſe omninò rem in
contractum deductam, ſed effectam fuiſſe de-
teriorem, quo caſu ſecluſis etiam omnibus aliis
rationibus, tranſit abſque contradictore omne
incommodum ad emptorem pertinere, ad di-
ctum *Text. in l. neceſſaria ff. de pericul.*, *&
commod. rei vendit. verſic. ſanè*, *Curt. Iun.
conſ.* 82. *num.* 5. ibi: *Ergo deterioratio, quæ
ſupervenit pendente conditione, cedit ad commo-
19 dum, & incommodum emptoris: & poſt num.* 9.
Urceol. Conſult. Forenſ. cap. 5. *num.* 83. ibi:
*Et quatenus conditionalis extitiſſet venditio,
&c. certe deterioratio damno Minelli Emptoris
cedere debet.*

Haud refragante reſponſione forſitan ex ad-
verſo danda: quod hic agatur de totali perem-
ptione non verò de ſimplici rei venditæ deterio-
ratione.

Quoniam omiſſis replicationibus deſumen-
dis ex præcedentibus fundamentis, quod ſcili-
cet ſecuto actu ſignationis habente vim tradi-
tionis, & translationis dominii, & permanente
emptore in conſtanti voluntate perficiendi
contractum, totalis etiam peremptio ad ipſum
ſpectare debet: ſtrictè objectum refellimus
ponderando, quod contractus hic 30. Vitula-
rum debet haberi pro unico, & individuo, &
propterea ſi aliqua capita in eodem contractu
contenta perierunt, non ex hoc dici poteſt,
tota res in contractum deducta, periiſſe, ſed
tantummodò fuiſſe in deterius collapſam loco
enim continendi ſub ſe dd. 30. capita, de tem-
pore purificatæ conditionis, agnita fuit habe-
re capita quidem dumtaxat 21. At cum ſuper
illis tantummodò 21. potuerit cadere æſtima-
tio, rectè venditio non dicitur perempta, ſed
adhuc permanere, & propterea adeſt ſubjectum,
in quo poſſit verificari conditio æſtimationis,
quod ſufficit ad hoc, ut deterioratio ad da-
mnum Excellentiſſimæ Domus referri debeat
ex auctoritatibus mox relatis, & inferius re-
cenſendis.

Nec credimus poſſe promoveri quæſtionem,
quod de hoc uno eodemque contractu plurium
Vitularum debeat judicari non ſecùs ac ſi eſ-
ſent plures ſeparatæ venditiones, propterea
quod non in univerſum, ſed ſingillatim in ca-
pita earundem Vitularum fuerit pretium con-
ſtitum ex *Text. in l. ejuſdem generis* 54. *ff. de E-
dilitio Edict.* adeòut in qualibet Vitula perem-
pta dicatur omnino interiiſſe ſingularis contra-
ctus venditionis, non vero fuiſſe tantummodò
deterior effectus.

Etenim difficultas quælibet ceſſaret ex facto,
in quo habemus *Summario Partis n.* 2. quod
licèt Sperandius aſſeratur ſingulas, & omnes
Vitulas obſervaſſe cum earum qualitatibus, ni-
hilominus non impoſuit ſingulis pretium di-
ſtinctum, & ſeparatum, ſed ut dicitur: *all'in-
groſſo, & una per l'altra*: ad rationem ſcuto-
rum 13. 50. pro qualibet Vitula, & in totum
ſcut. 405., quinimò cum adeſſent inter dictas
30. Vitulas etiam duo *Juvenculi*: vulgo *Ta-
razzoli*: fuit omnibus idem pretium impoſitum.
Difficile autem captu eſt, ut una Vitula non
deberet aliam Vitulam, aut Juvenculum, ne
in obulo quidem diſcrepare, niſi genuinam am-
plectamur intelligentiam, ut conſiderata uni-
tate contractus, voluerint Partes, quod in
uno ex animalibus credebatur deficere, in alte-
ro compenſare, prout quotidiè ſolet fieri, quo
caſu unicum eſſe tantum modo contractum ne-
mo eſt, qui ignoret, quemadmodum punctua-
liter exemplificat *Tiraquell. de retract. Lignag.
gloſſ.* 1. *n.* 23. ubi in ſpecie dationis in ſolutum
centum Jugerum ſoli pretio æquali in ſingula
Jugera conſtituto, cumque poſſint eſſe alia aliis
fœcundiora, unicus contractus cenſeri debeat;

Sed quid adhuc egemus interpretationibus?
Res ipſa loquitur, nam Miniſtri Excellentiſſimi
D. Ducis volebant innutrire Vitulas pro Præco-
dio *di Lunghezza*: cumque cognoſcerent expe-
diens eſſe ipſas recipere in ſolutum à condu-
ctore *di Lunghezzina*, non unam, aut duas
Vitulas recepiſſent ſeparatim, verſaque vice
totidem dumtaxat noluiſſet cum ſuo incommo-
do idem conductor innutrire, quo factum eſt,
ut totum, & integrum numerum trigenarium
acceperint, non obſtante præcedenti obitu dd.
novem Vitularum, ex quo ſubintrat concluſio,
quod conſtituto etiam pretio in ſingula capita,
unicus eſt contractus, quando neuter ex con-
trahentibus ad venditionem, & relativam em-
ptionem non deveniſſet, niſi numerus integer
in contractum deduceretur, ut limitando regu-
lam generalem firmat idem *Text. in l. ejuſdem ge-
neris* 34. *ff. de edilit. edict.* ibi: *Interdum, & ſi in
ſingula capita pretium conſtitutum ſit, tamen una
emptio eſt, ſcilicèt cum manifeſtum erit nonniſi
omnes, quem empturum, & venditurum fuiſſe*:
Cravett. in reſponſ. pro gener. n. 30., *Dec. conſ.* 421.
n. 4. *Mantic. de tacit.*, *& ambig. convent. lib.* 4.
tit. 12. *n.* 63. ibi: *Extende hoc habere locum, etiam-
ſi rebus ſingulis ſua pretia ſint conſtituta, quan-
do quis rem unam non eſſet venditurus, aut em-
pturus ſine alia.*

20 Videmus itaque in hac datione in ſolutum,
quæ unica vocatur etiam à Parte Adverſa *Sum.
dict. n.* 2. fuiſſe intentionem celebrandi unicum
tantummodò contractum tùm in appoſitione
ſigni, tùm etiam in æſtimatione: tùm denique
in effectiva tranſportatione ad Tenutam *di
Lunghezza*, ac propterea pro contractu unico
debet conſiderari, tanquàm conſtituens quid
21 individuum ad *Text. in l. fin. ff. de condict. ob
cauſ. leg. ſi quis aliam ff. de ſolution. leg. ſi duos
quis ſervos* 44. *ff. de contrah. empt. leg. ſiſtulas §.*
1. *ubi Bartol. ff. eadem*, *Surd. conſ.* 104. *n.* 4. *lib.* 1.
Tiraquell. de retract. convent. in fin. titul. n. 4. *&
ſeqq.*, *& de retract. lignag. §.* 13. *gloſſ.* 1. *Gratian.
cap.* 301. *n.* 57. *Giurb. deciſ.* 85. *n.* 13. *Surd. dec.* 33.
n. 4. *& ſeqq.* qua data unicitate, procedunt re-
gulæ ſuperius firmatæ, ut nequeat dici adeſſe
totalis interitus rei in contractum deductæ, ſed
ſolum ſimplex diminutio, quæ pendente con-
ditione; debet cedere damno Excellentiſſimi
Principis, quia in re deducta in contractum
ſuperfuit aliqua pars, circa quam ad effectum
periculi potuerit fieri retroductio ex pondera-
tis per *Rot. in Ravvennaten. Pecuniaria coram
bo. me. Albergato impreſſ. penès Urceol. conſultat.
Forenſ. cap.* 5. *n.* 91. ibi: *Tamen ad effectum pe-
riculi retrotrahitur ad tempus, celebrati con-
22 tractus, cum in totum res non perierit, ſed ſu-*

per-

pereſſet aliqua pars materiæ, ſuper qua talis retrodactio fundari poſſet.

Prædicta omnia deduximus ad quamdam exuberaotiam morem gerentes contrario D. Defenſori, qui ſubſtinuit contractum iſtum eſſe verè conditionalem; Verum quælibet occaſio diſputandi, ſublata remanet ioficiando hanc dationem in ſolutum poſſe abſolutè vocari conditionalem; quoniam cum exadverſo mordicùs ſuſtineatur ipſam fuiſſe factam pro pretio declarando per Sperandium, & ſic per certam, & determioatam perſonam, in ejuſmodi hypotheſi Coutractus cenſetur purus potiùs, quam conditionalis, & dominium eo ipſo creditur fuiſſe translatum. juxta plurimas auctoritates cumulatas per *Rot. in dec 91. par. 12. Recent. num.* 11. ibi: Tanto *autem faciliùs concluſio procedit in iſto caſu: Nam Venditia facta*
13 *fuit pro pretio declarando à certis perſonis in Contractu nominatis, quod operatur, ut dominium intelligetur translatum; quia tali caſu perindè eſt, ac ſi certum pretium conſtitum fuiſſet, & contractus magis purus, quàm conditionalis reputatur.*

Quare, &c.

R. P. D. TAJA

Bononien. Diſtantiæ
17. *Junii* 1669.

ARGUMENTUM.

Juſtis de cauſis nonnullarum ſtatutaria inducta eſt apothecarum Diſtantia. Statutorum non uſus difficili probatione convincitur.

SUMMARIA.

1 *Conſuetudinem fruſtra objiciunt qui ratione vincuntur. Ubi ampliatur id & limitatur.*
2 *Diſtantia apothecarum ſtatutaria unde ſumenda.*
3 *Menſuratio de jure communi ſumitur à muro & continentibus ædificijs.*
4 *Diſtantia ſtatuta eſt ad rixas & vicinorum æmulationes tollendas: & n. 7.*
5 *Diſſentiendi facultas eſt naturalis:*
6 *Ratio legis non expreſſa quandoque conſideratur.*
8 *Diſtantiæ hujuſmodi ſtatutum eſt à Pontifice confirmatum.*
9 *Priores leges ad poſteriores trahuntur, & per illas determinantur.*
10 *Falſam objectionem contraria probatio demonſtrat.*
11 *Fides non probant ſtatuti non uſum.*
12 *Statuti non uſus Papæ ſcientiam, qui illud confirmaverit, expoſcit.*

Hæc deciſio revocatoria ſuperioris *deciſionis* 42. eſt repetit. *in deciſ. 404. p. 16. recent.* & fuit confirmata inferius *in deciſ.* 49.

DECISIO XLV.

A Deciſis 5. Decembris proximi præteriti hodie DD. receſſerunt, quia fruſtra qui ratione vincuntur, conſuetudinem objiciunt, *can. 7. diſ. 8.* etiam ſi facile & facile ſcilicet redacta
1 in ſcriptis à Doctore *ex Bart. in repet. leg. de quibus ff. de legib. n. 21. verſ. quandoq. requiritur in ſcriptis à Doctore & aliis apud Piag. de conſuet. quæſt. 10. à nu. 57. Maſcard. de probat. concluſ. 426 ab init.* contrariis tamen aliis, & conciliatis omnibus per diſtinctionem rationis concludentis & præſumptivæ, ut ſenſit *Bartol.* ibid. verſ. e contra vero credo, quod ſufficiat niſi probetur contrarium, *Piag. d quæſt. 10. à n. 61. Maſcard. d. concluſ. 426. à n.* 11. Sed ut ſequamur iotereà falſam conſuetudinem & falſum cooſuetudinis Doctorem, nec tantum pergentes, non qua eundum eſt, ſed quà itur, ſed ueque qua eundum eſt, neque qua itur.

Hoc acciderit nobis in ſtatuto Bononiæ de
2 Diſtaotia apothecarum per tres perticas teſtificante menſuram à feris ad feras præcipuè *Poſt. in vot. deciſ. 8. Julii* 1652. ſingulariter impreſſo, *ut in dec. 5. Decembris*; ſed hodie pleno ſummario alterius Partis, alia menſura probata eſt etiam à tabulis & raſtris ſive cancellis, ubi venalia exponuntur per ſententiam & rem judicatam Rev. Argeli anno 1646. & declaratione Maſſarii & cooductorum: *che la miſura, e la Diſtanza delle trè pertiche ſi comincia, e ſi deve cominciare dalli gangani dell'uno alli gangani dell' altra bottega, &c. anno* 1651.

Cæterum de jure per Joſephum, & fratres jam dicebatur terminos ſtatuendos eſſe à cardinibus januis Apothecarum, quin etiam à tabulis, ubi venalia exponantur &c., & deducebatur ex ſtatuto ibi: *juxtà aliquam ſtationem, ſcrinium, vel rem, in qua, & ſuper qua fuerit venditum.* Ex quibus conſtat alter termious apothecæ anterioris, & ex eo conſtat etiam terminus poſterioris, maximè quia ſtatuentes ad taliter ſtatuendum moti fuerunt, ut res venales unius diſtarent 30. pedes à rebus venalibus alterius, *in alio voto deciſivo Senen.* 20. *Decembris* 1651. *etiam ſingulariter impreſſo*: & de hujuſmodi ſtatuto artis Aromatariæ, & eadem menſura trium perticarum *Grat. Bononien. reſponſ. 112. n. 18.* ibi: *ſumpta menſura à tabulis & raſtris & ſignis, in quibus res dictæ artis vendendæ exponuntur, & ſeqq.* Et ita de voluntate hominum illius ſocietatis ſe uti patronum perpetuum ſepe ſepius obſervari feciſſe & judicaſſe, ſicut Alexand. Imolen. dum eſſet Advocatus perpetuus *n. 4. de reſponſ.* 113. ubi de eo ſtatuto ad templum hujus ſtatuti ut incontroverſi & incontrovertendi *ſub n. 6. & ſeqq. n. 14. à verſ. præterea advertendum lib.* 1. cui ſubſubſcripſiſſe & duodecim rationibus aſſenſiſſe videtur *Alciat. reſponſ. 161. lib. 5.* maxime quia
3 hujuſmodi terminus menſurationis inhæret juri commuoi, juxta, quod à muro & à continentibus ædificiis paſſus numerandi ſunt, *l. 2. & clarius l. mille paſſus 154. ff de verb. ſignif. & utrobique gloſſ. continentibus Bart. ad l. 1. ff. ſi quis cavit n. 4. Alciat. ad l. mille paſſus verſ. videlicet & Rebuff. verſ. item confert.*

Et ſovebaotur hæc ex mente generali ſtatuentium tollendi rixas & æmulationes artificum provenientes ex vicinitate, adeoq; favora-
4 bili ſtaturo, ut in puncto *Alciat. dict. reſponſ. 161. ſub n. 5. & 6. & Rota Bononien. diverſ. dec. 79. à n. 21.* conſerentibus etiam ſimilibus aliis apud d. *Rotam Bononien. & Camuncul. dec. 12. n. 2 ad fin. & n 6. à verſ. quinimo cum ſtatutum*: Et ſane fruſtranea quæſtio eſt, & ipſa menſura ſive à feris ſive à cardinibus ſi extra ipſas apothecas aut ſtationes juxta aliquam ſtationem ſcrinium vel rem in ea & ſuper ea venderentur

ut

ut ſupra & contra ſtatutum,&c. æquè & ultra
ad rixas & æmulationes artificum provenien-
tes ex vicinitate, & ex ipſo *Poſtio* cauſa fina-
lis & principalis ſtatuti fuit res vel locus illiuſ-
que propinquitas, inquit de hoc ipſo ſtatuto
reſol.150.n.9.

Notabilis eſt naturalis hominum ad diſſen-
5 tiendum facilitas, quam notarunt *Ulpian. §.
principaliter tamen l.ſi unus 17 ff. de recept. ar-
bit.& ibi gloſ.* facilitate qua Poſthius poſterior
auctor voti deciſivi contra Severum concluſit,
in eo caſu intrare & concurrere ſtatuti Diſtan-
tiam à gargamiuibus ipſis, quod ſatis ſuperque
ut contra ſentiret, non autem ſuffieit ne con-
tradiceret, nec tantum Severo authori prioris
voti, ſed longe graviſſimis Jure Conſultis
Grat.Alciat. & ſere omnes *DD. Rotæ Bononien.*

Et primo reſpondit differre ſtatutum illud
6 Aromatariorum, quod illud habeat rationem
expreſſam, hoc non habeat, neque legatur: ex
qua ratione ſtatuentes fuerint moti, & ſi *Al-
ciatus* reſponderit ex ipſo ſtatuto uti facto
principaliter ad tollendas rixas & æmulationes,
&c. Novus autem Doctor non legit expreſſam
quidem, ſed nec cogitavit aliam, eoque minus
quo magis excogitavit ſtatutum, uti exorbi-
tans, & tamen Tyronum locus eſt à ratione,
legis non expreſſa, quando una tantum po-
teſt aſſignari, ex *gloſ. ult. leg. quamvis C. de fi-
deicomm.cum aliis apud Everard.in loco à ratio-
ne legit ab initio & n.21.* & abundè *Maſcard.
de gener.ſtatut.interpret. concluſ.4. à num. 170.
cum aliis alleg.* & in puncto hujuſmodi ſtatuti,
& perticationis, ut loquitur *Gallus conſ.193.à
n.10.* ultra quæ minime advertit idem *Poſt.*ſta-
tuum Aromatariorum, de quo ipſe agit, et Sal-
ſamentariorum, de quo nos agimus, eſſe unum
et idem ſtatutum.

Et ad declarationem Maſſariorum et Corre-
ctorum reſpondit eſſe atteſtationem extrajudi-
cialem, et circa illud in quo habent intereſſe è
diametro contra ſtatutariam authoritatem, et
7 facultatem ibi: *De voluntate Maßarij, & Cor-
rectorum,&c.* ſed et contra veritatem, uti eſſet
illud, in quo non habent intereſſe, cum aga-
tur pariter de artificibus et apothecis, par ſub-
jectorum Maſſario et correctoribus, et nihil in-
terſit illorum alia vel alia menſura, quia etiam
alia vel alia Diſtantia, ſed communiter uti
ſtatuentium quoque tollere rixas, et emulatio-
nes artificum provenientes ex vicinitate, ut
ſupra.

In quam cauſam & in hanc ſententiam no-
viſſimè Univerſitas, & homines artis ſive ſocie-
tas Salſamentariorum ſupplicarunt explicando
8 *che tra li due angoli uno contra all' altro vi ſia
la ſudetta diſtanza di 30.piedi &c.* & San. D.N.
inclinatus auctoritatem Apoſtolicam per Bre-
ve confirmavit & approbavit, & inviolabilis
firmitatis robur adjecit, ſicque in præmiſſis per
quoſcumque judices ordinarios, & Delegatos
etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores
judicari & definiri debere &c. 20. Auguſti
1667.

9 Atque ita, non ut ſtatutum & Breve habeant
locum in præteritum contra regulam *l. 7. C. de
legib.* ſed ut priores leges ad poſteriores tra-
hantur *leg. non eſt novum 36. ff. de legib.* & lex
præcedens determinetur per ſequentem uti no-
tat ibi Bart. ſicut & poſterior lex ad priorem
pertinet, *l.ſed & poſteriores 28. ff. eod.* & eſt ſta-
tutum ad litteram *ſi dichiara &c.* & de ſtatutis
ſi ſtatutum procedit declarando porrigitur ad
præterita. *Bart.ad l.7 ff. de juſtit. & iur. num.
43. verſ. p. caſu Bald. ad cap. quoniam de con-
ſtit. num. 15. verſ.ſi eſt antiqui juris declarato-
ria. Maſcard. de general. ſtatut. interpret. con-
cluſ.13.num.41.* ubi etiam ſi ſtatutum declarans
uteretur aliquo verbo, propter quod videretur
induci novum jus *num.40.* cum alleg.& eo am-
plius eo ipſo quod nova lex refert veterem,&c.
Bald.num.50. Inſuper & citra ſtatutum vetus in
ſtatuto novo alia ratione, quod ubi militat ea-
dem ratio ante ſtatutum quæ militat poſt, uti
ad tollendas rixas &c. ſupra utroque caſu ſtatu-
tum habet locum. *Cephal. conſ.644. num.39.* &
de ſimili ſtatuto trahendo ad veteres res verbi
gratia quod Domini non poſſint portare ſerica
veſtimenta, nec poſſint portare vetera *Bald. ad
d.l.7. num. 52. Cephal. d.conſ.644. num.44. Ma-
ſcard.d.concluſ.13. num.15. verſ. & facit* ad hoc,
niſi ſtatutum ipſum magis exprimit actum im-
manentem nullus poſſit facere aliquam apothe-
cam, vel ſtationem, vel ponere, &c. quæ non
minus referuntur ad proſequentes, quam ad in-
choaturos, adeoque ſi minus clare Jo: Domini-
cus & fratres prohibeantur veteri ut veteri ſta-
tuto, clare prohibentur novo ut novo.

Ad oppoſitam contrariam conſuetudinem,
& conſuetudinariam interpretationem Statuti
10 a Poſtio adductam viſum eſt falſum eſſe ex ſu-
pra allegatis, & ad inducta per Poſtium viſum
eſt alio exitu finitam fuiſſe cauſam, imo (ut
ipſe poſtea ſcripſit) ſententiam Auditoris Ge-
neralis, videlicet Severi, idem ipſe judex de-
legatus appellationis confirmare intendebat,
niſi partes ſe concordaſſent in calculo ferendæ,
&c. apud *Poſt. reſolut. 150. ſub init.* Nec alia
DD. curarunt, eoque minus quod Jo. Domini-
cus & fratres articularunt, *che le miſure ſi fac-
ciano in mezzo, dalle chiavature della porta &c.*
& nihilominus nihil probarunt.

Quin etiam ſtante ſtatuto & ſtatuti confir-
11 matione aliorum Pontificum ſan. mem. Julii II.
Gregorii XIII. & XV. cum clauſula ſublata &
decreto irritanti; Ultra quod non uſus non
probatur fidibus, quæ non faciunt fidem; nec
etiam probatus relevaret, niſi data ſcientia Pa-
12 pæ, qui ſtatutum confirmavit præclare *in de-
ciſ.610. à num.10.tom.3.par.4.& dec.469. in fin.
par.5. rec.*

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

AD materiam diſtantiæ Apothecarum, de qua in Superiori *Deciſione* videndus noſter Author ad *cap.6. membr. 3. fol. 46. & ſeqq.* cum ibi notatis *fol.50. & ſeqq.* ubi latiſſimè.

R. P. D. CALATAJU

Lauretana Feneſtrarum.
29. *Junii* 1669.

ARGUMENTUM

Feneſtræ in ſuo regulariter poſſunt aperiri, ſed cum cratribus ferreis, dum muri contigui ſint, adſitque periculum præjudicii abſque illis: quæ pactis vel conjecturis probantur.

SVMMARIA.

1 *Quis in ſuo, etiam cum præjudicio vicini feneſtras aperire valet, dummodo ſervitus contraria inducta non fuerit.*

2 *Pactum iſtud teſtibus & conjecturis leviſſimis probatur.*

3 *Teſtium ſingularitas non obeſt, quando ii concordant in ſubſtantia.*

4 *Citatio ad videndum jurare teſtes, quando non requiratur.*

5 *Muri appodiatio invito vicino fieri non poteſt.*

6 *Cratis ad pactum od feneſtram præſumitur.*

7 *Quod ad plures feneſtras extenditur.*

8 *Servitutis pactum ne luminibus officiatur, perpetuum cenſetur.*

9 *Æmulatione probata vicinus ad cratis ſervitutem cogi poteſt.*

10 *Crates apponendæ quoque ſunt conſtito de lumine, ac domus per id ſervitute.*

Citatur *deciſio hæc* ſuperius in *Tract.cap.6.membr.4. num. 18. fol.58.& 59.*

DECISIO XLVI.

CEnſuerunt DD. Mariam Piccardam teneri ap-
ponere crates ferreas ad feneſtras factas in
domo propria quidem, ſed contigua domui
Petri Stephani Luſigani, & quamvis regulari-
ter in ſuo poſſit quis libere feneſtras aperire,
etiam ſi per eas vicino præiudicium inferatur *ex*
l.altius 8. C. de ſervit. & aqua, tuetur Cæpolla
de ſervit.urb.præd. tit. de Feneſtra cap. 62. num.
1. Limitatur tamen concluſio quando, ut in
2 propoſito caſu, in contrarium ſervitus vel pa-
cto vel alio quovis contractu fuit inducta, ut
ex eadem l.altius limitat Cæpoll. lo.cit.num.2.&
ducitur etiam non obſcure *ex l. ſi in mea 21. ff.*
aqua pluv. arcen. Rota (a) *in firmana ſervitutis*
21. Maii 1664. in princ. coram Reverendiſs. D.
meo Ninot. Epiſcopo Illerden. & in (b) *Aſculana ſervitutis 11. Februarii 1667. §. iſta tamen*
cor.bo.mem. Emerix.

(a) Deciſ.71. n.2. cor. eod. Ninot.
(b) Sup.dec. 31.

De pacto inter Mariam & Petrum Stepha-
num deponunt duo teſtes formiter in partibus
examinati, & qui dati fuerunt in Summar.Po-
tri, n. 1. aſſerentes d. Petrum indulſiſſe, Mariæ
appodium ſuæ domus, quia *gli dava parola, che*
vi averebbe poſta una boniſſima ferrata, e che
detta fabrica mai in alcun tempo averebbe portato pregiudizio alcuno alla caſa del Luſigani.
Et tamen in ſubiecta materia pactum prædi-
2 ctum non ſolum probatur per teſtes, verum
etiam per veriſimiles coniecturas ex inſpectione
loci reſultantes, ut pleniſſime firmatum fuit in
Firmano ſervitutis 13. Martii 1665. coram R.
P. D. meo Ottalora §.nam licet, ubi referuntur
Gratian.diſcept.861.n 6.& 7. Caſanat conſ.34.
nu.43.lib.1.& Theſaur.dec.16.n.4.verſ.ſed quoniam, dicentes quod ad hunc effectum atten-
duntur etiam coniecturæ leviſſimæ, & indicia,
quæ alias non attenderentur.

Neque facit quod teſtes prædicti ſint ſingu-
lares, & ſint examinati non præcedente cita-
tione partis ad videndum iurare teſtes, ideoque
non probent: quod enim attinet ad obiectam
3 ſingularitatem, ea non eſt obſtativa, ſed admi-
niculativa, & cum ipſi concordent in ſubſtan-
tia probationis, non inde ſunt repellendi, ſed
adminiculativa, & cum ipſi concordent in ſub-
ſtantia probationis, non inde ſunt repellendi,
ſed ad probationem pacti conducunt, ut relato
Felin. in cap. ex quadam 47.col.2.in princ. verſ.
2. limita de teſtibus, optime in propoſito fir-
mat *Gratian. diſcept. 687. num. 4. Rota in* (c)
Anconitana Dotis 19. Aprilis 1641.; in princ. cor.
Reverendiſs. D. meo Cerro Decano, & in allegata Firmana ſervitutis coram Reverendiſs. Illerden. verſ. teſtes enim. Quo vero ad citationem
ad videndum jurare teſtes, ea non requiritur
quando decretum admiſſionis ad probandum
4 fuit, ut hic, parti intimatum, hoc enim caſu
dicta citatio virtualiter in eo continetur, ut
docet *Ridolphin. in praxi p.1. cap.11. n.338.* &
pluries fuiſſe ſenſum in Rota firmatur in *deciſ.*
686. nu.4.p.1.rec.& per Add.ad Gregor. dec.268.
num.12.in fin.

(c) d.deciſ. 25. cor. eodem Cerro.

Concurrente præſertim vehementi veriſimi-
litudine quod, ſicuti invito Luſignano vicino
Marito, illius muro novam fabricam appodiare
5 non poſſet *l.hoc quod dictum 25.l. ſed ſi inter 27.*
§.ſi in area ff.de ſervit.urb.præd.Franc. Marc.deciſ.120. nu. 1. præſertim ex quo domus Mariæ
erat terminata cum tecto, illa vero Petri habe-
bat murum magis elatum cum feneſtra ſuper eo
eodem tecto aperta, ut reſpondendo contrariis
ampliando proſequitur *Viv.deciſ.476. num. 10.*
& 11. & in effectu eandem elevationem judi-
cialiter Petrus impedire volebat, ut deponit al-
ter ex dictis teſtibus, non eſt veriſimile, quod
6 ille cratis elevationem permiſerit, per quam
liber aditus ad propriam domum pateret, ſed
potius inde pactum prædictæ ſervitutis ar-
guitur ad mentem *Sebaſt. Medic. deciſ. Marc.*
49. num. 1.

Nec prædictum pactum reſtringi valet ad
unam tantum feneſtram; cum enim Maria pro-
miſerit per elevationem faciendam nullo un-
quam tempore domui Petri præjudicium eſſe
inferendum, conventio ad unam tantum fene-
7 ſtram ex identitate rationis non eſt reſtringen-
da. *Cyriac.controv.28.num.19. & 20.* ubi quod
alias ſequeretur inconveniens quod, deducta in
pactum ad unum finem, contrarium effectum
operarentur: quo caſu quantumvis non ſpecifice
conventum, habetur tamen pro expreſſo cum
neceſſario ex expreſſo ſequatur, & optime fir-
matur in *dec. Aſculana ſervitutis 11. Februarii*
1667. §. non obſtat, quod non eſt inſiſtendum
corticei verborum, ſed intentio inſpici debet,
verba enim indefinita; *che detta fabrica mai per*
8 *alcun tempo apporti pregiudizio*, non ſolum ex-
cludunt damnum præſens, ſed etiam ad futu-
rum reſpiciunt, ut in proximis terminis præ-
clare notavit *J. C. in l. ſi ſervitus 22. de ſerv*
urb. præd.

Quo eo magis dicendum venit, quia ex tali-
bus feneſtris nullum aut modicum exinde com-
modum percipit d. domus Mariæ, quæ etiam
apponendo in eis crates ferreas, neceſſarium
lumen adhuc reciperet, & verſa vice ſine eis
maximum Petri præjudicium inſurget, ex quo
ex eis liber aditus patet ad propriam domum.
Unde Maria recuſando dictas crates apponi,
cenſetur hoc facere ad emulationem, qua data
etiam circumſcripto pacto ad hoc de jure cogi
9 potuiſſet ad litteram, *tex. in l. opus novum ff. de*
oper.publ. Alex. conſ. 174. num.4. lib. 2. Cephal.
conſ.130.n.11. verſ. quando enim Seperell. deciſ.

55.n.31.cum ſeqq.cum aliis cumulat. in d.Aſculana ſervitutis §.utramque.

Ex quibus cum æque bene lumen per prædictas feneſtras haberi poſſit à Maria apponendo crates ferreas, & ſecura inde reddatur domus vicini viſum eſt DD.eam teneri dictas crates apponere, & deciſum fuit per conſ. Neap. teſte *Afflicto deciſ. 224. & in* (a) *Bononien. Feneſtrarum 13. Aprilis 1663. utrobique in fin. cor. bo.mem.Emerix.*

(a) Supra deciſ. 12.

Et ita utraque &c.

ADNOTATIO.

FEneſtrarum materiam, quæ diſcutitur in *Deciſione ſuperius impreſſ.* ſatis abunde tractant auctoritates relat. in Adnotat. *deciſ.* 12. ubi vide.

R. P. D. EMERIX

Beneventana Juriſdictionis.
12. *Maii* 1670.

ARGUMENTUM.

Agitur de Caſtri probanda ſituatione intra limites Diœceſis, nec non de exemptione.

SUMMARIA.

1 *Sententia ob validitatem ac juſtitiam eſt confirmanda.*

2 *Caſtri ſituatio intra limites Diœceſis probatur ex præſumptione, antiquis enunciativis, atque juriſdictionis exercitio. Idemque ex Teſtibus num.8.*

3 *Eximere locum ab alicujus ſpirituali juriſdictione ſpectat ad Pontificem.*

4 *Ordinario competit juriſdictio ſuper omnibus Eccleſiis & ſubditis intra ſuæ* Diœceſis *fines, non tamen extra dd. fines, & num.9.*

5 *Exemptio ad privilegiata loca non extenditur.*

6 *Laici Principes illam concedere non valent, & num.10.*

7 *Actus ex privata Archivio parte non citata extracti, minime ſibi inferunt præjudicium, & num.11.*

12 *Actus geſti abſque ſcientia Epiſcopi, eidem non præjudicant.*

Eſt confirmatoria *deciſ.* 41. repetit. *coram Emerix jun. dec. 14. & in recent. deciſ. 427. p.* 16. confirmat. *in deciſ.* 338. *coram Prial.* coram quo *in deciſ.*339. fuit denegata compulſoria petita per Abbatem.

DECISIO XLVII.

DOmini confirmarunt ſententiam Rotalem declarantem licere Reverendiſſ. D. Archiepiſcopo Beneventano exercere omnimodam juriſdictionem ſpiritualem in caſtro, & territorio S. Georgii Montanæ montis fuſculi quia
2 validitas non fuit in dubium revocata, & juſtitia liquet ex duabus deciſionibus editis in hac cauſa coram R.P.D meo Bevilaqua ſub diebus 9.Junii 1666.& 26.Novembris 1668.

Etenim probata ſituatione ejuſdem caſtri intra limites Diœceſis Beneventanæ, non ſolum ex generali præſumptione ponderata *in 1.deciſ.*
2 *§.eſſe autem & in 2. §. ſituationis probatio;* verum etiam ex antiquiſſimis enunciativis, ex ipſomet exercitio juriſdictionis innixo pluribus & diverſis actibus geſtis 1520. referri non valent ad juriſdictionem poſtea delegatam Epiſcopis vicinioribus per Sac. Conc. Trid. inductum à Paulo III. anno 1542. prout latius oſtenditur *in ult.dec.a §.id ipſum cum ſeqq.*

Sequitur quod eum nullibi doceatur depoſitiva exemptione conceſſa per ſummos Pontifi-
3 ces, ad quos id dumtaxat ſpectat, *cap. ſi Papa X. de privil.in 6 Abb.in cap.cum contingat 13. num.18. de foro compet.* Juſtiſſima reputanda ſit ſententia Rotalis tribuens D. Archiepiſcopo juriſdictionem ſuper omnibus Eccleſiis & ſubditis ejuſdem Caſtri ſiti intra fines ſuæ Diœceſis, juſta claras ac ſepius repetitas ſacrorum canonum ſanctiones, *cap. conquerente 16. de offic. ad*
4 *cap. cum perſonæ de privil. in 6. cap. cum venerabilis de Relig.domib. cap.cum Epiſcopus de offic.ordin. in 6. can.omnes Baſilicæ 16 q.7.* ac diſpoſitionem *Sac.Conc.Trid. ſeſſ. 7. & 21. cap.8. de reform. cum* aliis adduct. in *utraque dec. hujus cauſæ utrobique in princ. & in Solanien.Juriſdictionis 4.Julii 1668. coram Eminentiſſ. D. meo Cerro tunc hujus ſacri tribunalis Decano meritiſſimo* (b)

(b) Deciſ. 923. cor. eod. Cerro.

Nec exemptio in præteritis poſitionibus adducta per Abbatem & Canonicos Sancti Modeſti Congregationis Lateranenſis elici poteſt
5 in privilegiis Alexandri & Clementis III. ſummorum Pontificum, vel Pandulphi & Gandulphi Longobardorum Principum, aut ex actibus juriſdictionalibus, quandoquidem in eodem Caſtro & Eccleſia Sancti Georgii ad hanc nullatenus extenduntur *cap. per exemptionem ibique communiter gloſſ. & DD. de priv. in 6. Felin. in cap. grave num.2. de offic. ordin. Rota coram Card. Seraph. dec.1058. num.8.& in Capuana Parochialium 18. Februarii 1666. §. excluſa coram* R. *P. D. meo Bevilaqua:* & præter relatos in *ult. dec.hujus cauſæ,* firmavit *Rota in Toletana Juriſdictionis 11.Januarii 1669. §. non obſtant coram* R.*P.D.meo Priula* (c)

(c) Deciſ. 43. & coram Priolo deciſ. 395.

Alia vero conceſſa a præfatis Principibus laicis & Juris ſpiritualis prorſus incapacibus, nec prætenſam exemptionem, neque aliquod privi-
6 legium Abbati & Canonicis tribuere potuerunt, per quos jus Archiepiſcopi Diœceſani, in aliquo quantum vis minimo minueretur, *cap. decernimus de judiciis cauſam quæ de præſcript. Rota deciſ. 220. num. 8. par. 1. recent.& firmat utraque deciſio, 1. ſcilicet §. nec ſublatis & 2. §.non obſtantibus.*

Actus denique juriſdictionales in præteritis allegati nihil obſtant, tum quia fuerunt minus legitime extracti ex privato Archivio Abbatis hac lite pendente, & minime citato D.
7 Archiepiſcopo, ut ponderatum fuit in *Senogallien. Parochialis 22. Februarii 1666. coram R. P. D. meo Bourlemont.* Tum etiam quia eidem Archiepiſcopo, de cujus ſcientia & patientia non docetur, non præjudicant. *Rota coram Mantic.dec.40. n.9 & in rec. d.dec.220. nu. 28, p.9.& in d.Capuana Parochialium §.non obſtant viſitationes, & in utraque dec.hujus cauſæ utrobique in fin.*

Et ita D.Archiepiſcopo tantum informante, cætera vero parte licet pluries intimata informare non curante deciſum fuit,&c.

AD-

ADNOTATIO.

ULtra ea, quæ traduntur in *Deciſione* mox impreſſa de probandis Diœceſum finibus, egregie etiam fines prædicti probari poſſunt per Teſtes deponentes de limitibus controverſæ
8 Diœceſis ad *text. in c. cum cauſam* 13. *ubi Gloſſ. verb. Teſtes de probation. Dec. conſ.* 146. *num.* 14. *Pariſ. conſ.* 27. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 1. *Guid. Pap. quæſt.* 193. *ſub num.* 1. *Lotter. quæſt.* 24 *lib.* 1. *nu.* 138. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 143. *num.* 12. *coram Coccin. deciſ.* 35. *num.* 4. *& deciſ.* 460. *nu.* 2. *coram Baratt. deciſ.* 578. *num.* 6. *coram Pentinger. deciſ.* 12. *num.* 5. *par.* 7. *recent. deciſ.* 22. *num.* 2.

Probatis autem Diœceſis finibus, licet ex auctoritatibus relatis *hic num.* 4. Epiſcopus habeat juris aſſiſtentiam, ut quidquid eſt intra Diœceſim, intelligatur eiuſdem Juriſdictioni conceſſum, ac proinde Prælatus inferior habeat contra ſe dicti iuris in inferiore præſumptio lo-
9 cum non habet in locis, quæ extra Diœceſim ſita eſſe reperiuntur *Roſ. de reſid. Epiſcopor. ſect.* 6. *num.* 131. *& ſeqq.*, *Vaneſpen. in ius Ecclef. univerſ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 5. *num.* 24. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1278. *num.* 1. *& ſeqq. coram Ubald. deciſ.* 75. *num.* 9. *coram Pentinger. deciſ.* 12. *& deciſ.* 23. *num.* 1. *cor. Bich. deciſ.* 97. *num.* 16. *& plenè dictum fuit in deciſ.* 14. *num* 4. *de off. Ordinar. coram Eminentiſſimo Domino Cardin. Falconerio.*

Verumtamen ſi agatur de præjudicio Epiſcopalis Diœceſis, docere debet Abbas, ſeù Prælatus Inferior vel de poſitivo privilegio ab Apoſtolica ſede obtento, ad quam tantummodo ſpectat Eccleſiaſticam Juriſdictionem in Territoriis aſſignara, non attentis Conceſſionibus poteſtatum Laicalium ſpiritualis Juris prorſus
10 incapacibus, ut docetur *hic num.* 6. & Ego tetigi ſupra *in Adnotat. ad Dec.* 3. *num.* 11. *& per tot. fol.* 207. ubi in genere quod nulla competat Laicali Poteſtati facultas in ſacris: In ſpecie vero circa diſmembrationem Diœceſum, aut Provinciarum, quod nulli alteri, quam ſummo Pontifici fuerit à Chriſto Domino reſervatum, eruditiſſime de more docet *Eminentiſſimus Dominus meus Card. Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 5. *Conſtitut.* 3. *Pii II. nu.* 4. 5. ; *& plur. ſeqq. fol.* 186. Vel ſaltem idem Prælatus inferior docere debet de præſcriptione ad quam probandam Actus debent eſſe extracti legitime citata
11 parte & ab aliquo publico Archivio *Rot. poſt Tambur. in. de iure Abbat. dec.* 71. *n.* 12., *& dec.* 88. *per totam*, *cor. Bich. dec.* 246. *num.* 9. *& ſeqq. & in Mantiſſ. ad Card. de Luc. lib.* 3. *de iuriſdict. dec.* 9. *num.* 67. *poſt Lotter. deciſ.* 11. *num.* 1. & inſuper docendam eſt de ſcientia, & Patientia
12 Epiſcopi, ſine qua nullum præjudicium ipſimet Epiſcopo infertur, ut advertit Rota *in Nullius, ſeù Fulden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Immemorabilis cor. clar. me Card. Tremoille, in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *nec turbat cor. bo. me. Molinet, in Celſonen. Parochialis* 12. *Junii* 1702. §. *finali cor. bo. me. Kaunitz, in Salamantina Juris Conferendi* 3. *Decembris* 1703. §. *Abſque eo quod cor. bo. me. Molines, in Salisburgen., ſeù Chiemen. Teſtimonialium* 20. *Junii* 1704. §. *Animadvertens cor. clar. me. Card. Scotto, in Caputaquenſis Juriſdictionis ſuper bono iure* 4. *Martii* 1708. §. *Huiuſmod. coram bo. me. Caſſarello* cum aliis in *dec.* 171. *num.* 19. *coram bo. me. de Herrera.*

R. P. D. BEVILAQUA

Regien. Conſortii.
20. *Junii* 1670.

ARGUMENTUM.

Adſcribendus in Conſortio presbiterorum Herberiæ natus eſſe debet ex parentibus, qui per decennium ibi habitaverint,

SUMMARIA.

1 *Clauſula non aliter, nec alio modo formam & neceſſitatem inducit ſervandi ad unguem ea, quæ demandantur.*
2 *Teſtes adminiculati aliis præferuntur.*
3 *Patris appellatione mater in odioſis nequaquam includitur: quod in plurali eſt limitandum.*
4 *Statuti interpretatio fieri debet cum excluſione abſurdi.*
5 *Incolatus & domicilium abſque animo permanendi non acquiruntur: ſed hoc limitatur ex ſtatuto habitationem tantum decennalem requirente.*
6 *Ad conſortium nemo invitis ſociis eſt admittendus.*
7 *Obſervantia interpres eſt optima ſtatuti & conſtitutionis.*
8 *Electio debet eſſe libera.*
9 *Novi beneficiati electio poteſt recenſari, quando de nimia timetur proviſorum egeſtate.*
10 *Diſcretiva oratio ad diverſa trahi non poteſt.*

Præſens *deciſio* confirmata fuit in *dec.* 388. *p.* 16. *recent.* & *in dec.* 95. *p.* 17. ubi adeſt exemplum plurium per Rotam conceſſarum dilationum.

Adductis poſtmodum per Mauritium novis Juribus ad probandas qualitates requiſitas, *Rot.* receſſit à *deciſis*, ut videre eſt *in deciſ.* 188. *part.* 17. *recent.* & permanſit in eodem ultimo ſenſu in *dec.* 327. *ead. p.* 17. & *in dec.* 9. *p.* 18.

Rurſus autem in *dec* 252. *par.* 18. *tom.* 1. Rota credidit qualitates non fuiſſe probatas.

Veruntamen è converſo *in dec.* 431. *d. p.* 18. reſpondit favore Mauritii pro illius admiſſione, quare reſolutio confirmata fuit *in deciſ.* 557. *ead. p.* 18.

Commiſſa demum cauſa cum clauſula ſuſpenſiva *de cauſis* ſuffragantibus omnibus reſponſum fuit contra Mauritium, qui liti renunciavit, *ut in deciſ.* 695. *citat. par.* 18. *& in Adnotat. in fin. d. deciſ.*

DECISIO XLVIII.

COnſtitutio, ſeu ſtatutum, quod viget in conſortio presbyterorum Herberiæ inter cæteras qualitates, quibus inſignitus eſſe debet ille, qui cupit adſcribi in eo, ſtatuit quod ibidem natus, debeat eſſe natus de patribus, qui ſaltem per decennium in ipſo Herberiæ oppido habitaverint, ibique eum educaverint, & non aliter nec aliter nec alio modo recipiatur. Unde cum Mauritius defecerit in hujuſmodi probatione, fuit ab Illuſtriſſimo Domino Præſide Granaten. prævia deciſ. contra ipſum, lata ſententia Rotalis, quam hodie in gra-

du appellationis Rota confirmandam eſſe cen-
ſuit.

Illius enim validitas non fuit in dubium re-
vocata, & revolutione Actorum manifeſte de-
tegitur. Juſtitia vero reſultat, ex quo Mauritius,
licet Herberiæ natus, adhuc non juſtificaverit
decennalem habitationem Marii Patris minuſ-
que Helenæ matris, quam fuiſſe Parmenſem
partes non controvertebant: propterea admit-
ti non poteſt cum utraque qualitas habitatio-
nis patris, & matris requiſita fuerit à ſtatuto
copulative, per illud verbum in plurali *de Pa-*
tribus cum clauſula *& non aliter nec alio modo*,
quæ præciſam formam & neceſſitatem inducit
ſervandi ad unguem ea, quæ a ſtatuto fuerunt
1 demandata, *l. fin. C. vend. reb. Cod. lib.* 11. *Parif.*
conſ. 19. *n.* 20. *lib.* 2. *Add. ad Buratt. dec.* 374. *n.* 17.
& dec. 100. *n.* 4. *coram Eminentiſſ. D. meo Cardin.*
Celſo.

Hanc vero decennalem habitationem patris
& matris non concludunt teſtes pro Mauritio
examinati, quorum dicta confunduntur ab
aliis à Conſortio inductis, quibus magis cre-
dendum eſt cum fulciantur pluribus adminicu-
lis, & ſignanter reſpectu matris illo nativitatis
diverſorum filiorum, quos peperit Parmæ & in
2 aliis locis ubi Marius conjux officio Prætoris
fungebatur, penes quem habitaſſe præſumitur,
dum filios concepit, nam in concurſu teſtium
potius ſtatur illis, quorum dictis aſſiſtunt admi-
nicula, quam aliis, quorum depoſitiones ca-
rent eiſdem. *Altograd. jun. conſ.* 16. *n.* 5. *Rota dec.*
175. *ſub n.* 2. *p.* 3. *rec. & coram Merlino dec.* 714.
n. 18. *& coram Eminentiſſ. Celſo dec.* 84. *n.* 2. *& in*
(a) *Romana Societatis* 23. *Martii* 1667. *§. ſocie-* (a) Decis. 58. par. 15 recent.
tas in fi. coram Reverendiſſ. D. meo Vareſio Almæ
Urbis Gubernatore.

Nec evitatur diſpoſitio ſtatuti ſub prætextu
quod in odioſis appellatione Patris non ample-
ctatur mater, ex *Bart. in l. liberorum n.* 22. *ff. de*
3 *verb. ſignif. Carpan. ad ſtat. Medial. p.* 2. *cap.* 485.
n. 1 *Rebuff. de privileg. ſcholaſt. priv.* 177. *verſ.* 1.
amplia; quia *Bart. & Rebuff.* loquuntur an ſub
nomine Patris contineatur avus: & *Carpan.*
quærit numquid mater veniat appellatione pa-
tris deſignati in numero ſingulari, quorum neu-
trum eſt in propoſito, ubi ſtatutum, ſeu conſti-
tutio utens verbo *Patrum* in plurali intellexit
utrumque parentem comprehendere, ut colli-
gitur ex lectura; poſt *Afflict. dec.* 178. *firmavit*
dec. Illuſtriſſ. Præſidis Granaten. § fin.

Neque ſubſiſtit ſtatutum requiſiviſſe decen-
nalem habitationem Parentum forenſium, non
autem originariorum, quorum filiis petentibus
in conſortium recipi ſolam qualitatem civilis
educationis præſcripſiſſe videatur, ne eſſent de-
4 terioris conditionis nati intra, quam eſſent na-
ti extra oppidum, quia præter quod Helena
mater eſt penitus forenſis, & pater non origi-
narius, ut probatur ex ejus fide baptiſmi, &
per unum teſtem ipſiuſmet Mauritii, ſtatutum,
ibi loquitur de filiis natis extra oppidum qua-
lis non eſt dictus Mauritius natus in eo, nec
exprimit an patres, qui habitare tenentur, ſint
originarii vel forenſes, ideo cenſeri debet hu-
juſmodi qualitas repetita, tam in primo quam
in ſecundo caſu ſtatus ad evitandum abſurdum
mox allegatum, pro cujus excluſione ſumi de-
bet omnis poſſibilis interpretatio, *l. nam abſur-*
dum ff. Con. lib. Pereg. de fideic. art. 16. *n.* 18. *cum*
aliis quos cumulat Rota dec. 80. *n.* 3. *coram bo. me.*
Dunozetta Jun.

Quod agnoſcentes informantes pro Mauritio
adducebant Marium ejus patrem, quamvis phy-
ſice non habitaverit Herberiæ, tamen ibi domi-
cilium animo pro ſe, uxore, & liberis retinuiſ-
ſe pro eo tempore, quo una cum illis perman-
ſit in gubernìis & alibi, quoniam hæc habita-
tio viſa eſt non æquipollere optatæ a ſtatuto,
quod non dicit patres per decennium debere
eſſe incolas, vel ibi domicilium contrahere, in
quibus caſibus poſſet applicari motivum, cum
ſine animo permanendi, neque incolatus acqui-
ratur neque domicilium contrahatur, ut plene
5 firmat *Rot. deciſ.* 92. *per tot. cor. Merlin. & dec.*
743. *n.* 5. *&* 6. *coram Dunoz.* Secus quando re-
quiritur poſitiva naturalis habitatio, ut ad li-
teram demonſtrat verbum illud ſtatuti *habita-*
verint, deſignans fuiſſe à ſtatuto requiſitam cor-
poralem illam moram in oppido Herberiæ per
decem ſaltem annos ante, etiam ſine animo
perpetuo ſtandi, ut excludendo ſolam habita-
tionem cauſa hoſpitii tradunt, *tex. in l.* 1. *§. ha-*
bitare ff. de eis, qui dejec. vel effud. Carleval. de
judic. lib. 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *q.* 1. *num.* 12. *Menoch.*
præſ. 42. *n.* 2. *lib.* 16. *Feder. de Sen. conſ.* 254. *nu.* 6.
optime Dec. conſ. 37. *n.* 9. *prope med. verſ. & dici-*
tur, habitare ibi: & dicitur habitare, quando
ibi moraliter comedit & bibit, quod refert &
ſequitur *Galganett. ad Stat. Urb. cap.* 51. *lib.* 1.
n. 50. *in fi. verſ. habitatio.*

Et in omnem caſum ad excluſionem Mauri-
tii ponderabant Domini, quod licet conſtitutio
in habentibus qualitates neceſſarias loquatur
per verba *admittatur & recipiatur*, quæ ſona-
re videntur in præceptum, per ea tamen non
ligantur manus conſortialium, ita ut omnis ha-
bens requiſita de neceſſitate veniat admitten-
dus, ſed intelligenda ſunt quatenus Conſor-
6 tiales admittere velint, hoc potiſſimum ſua-
dente ipſa natura conſortii, ad quod nemo de
jure admitti debet invitis ſociis, *l. qui admitti-*
tur ff. pro ſoc. Oldrad. conſ. 97. *n.* 1. *cum adductis*
per Adden. ad Buratt. dec. 809. *n.* 16. *& obſer-*
vat. Lap. allegat. 31. *n.* 2.

Quod confirmatur nedum ex teſtibus pro
eodemmet Mauritio examinatis, verum ex ipſa
obſervantia interpretativa deducta ex actis
datis in *Summar. Conſortialium*, ex quibus li-
quet in aliis admiſſionibus proceſſum fuiſſe per
ſcrutinium, & globulos albos, & nigros, quod
ſuperfluum fuiſſet ſi ſtantibus dumtaxat qua-
litatibus parentis, neceſſario eſſet deveniendum
ad illius receptionem, ſive vota ſuffragantium
7 eſſent affirmativa, ſive negativa. Unde quem-
admodum obſervantia eſt optima interpres ſta-
tuti & conſtitutionis, de qua igitur, ut plene
fuit dictum *in* (b) *Firmana ſucceſſionis* 13. *Junii* (b) Decis. 272. par.
1668. *§. hac de per ſe coram me.* Ita poſita li- 15. rec.
bertate Scrutinii ſequitur liberam eſſe receptio-
nem debere ſeu rejectionem ex eo provenien-
8 tem, ut in terminis decidit *Rota deciſ.* 180. *n.* 13.
& ſeq. p. 9. *rec.* Maxime quia verba conſtitutio-
nis talem admiſſionem appellant electionem ibi
& electio facta abſque requiſitis prædictis ipſo
jure ſit nulla, electio enim de ſui natura debet
eſſe libera, juxta *tex. in cap. cum in terra de elect.*
ubi ſcrib. omnes præcipuè Reverendiſſ. Fagna-
nus n. 13. *Caſtell. de elect. canonic. cap.* 3. *n.* 1. *Paſ-*
ſerin. eod. tract. cap. 2. *n.* 4. *& ſeq. Rota deciſ.* 63.
n. 1.

n.1.par.1.rec. adeo ut ſi unus taotùm propooeſetur eligendus, quo eaſu libertas illa, quæ per ſingularitatem concurreotis conſiderari non poteſt in eligendo potius unum, quam alterum, verificari debet io libera facultate eligentium admittendi vel rejiciendi illum, qui ſolus petit admitti. *Samuel de elect. canon. tr. 2.contr.3.conclaſ.5.n.9.fol.mihi* 270.

Advertebatur ulterius quod Eccleſia Conſortialis nullum habet præciſum numerum admittendorum, & conſequenter ſi plures & plures haberent requiſita per neceſſe recipi deberent, cogerentur conſortiales ob multiplicitatem, quæ inde reſultaret ſe reducere ad nimiam egeſtatem, & Divinus Cultus negligeretur; propterea ne tale inconveniens oriatur, pendere debet admiſſio ab arbitrio & voluntate eorundem, qui ſecundum temporis opportunitatem ſtatuant admittere, vel reſpuere concurreotes, dum etiam io caſu, quo Eccleſia eſſet
9 oumerata ob dictam cauſam, poſſent Canonici
vel Beneficiati recuſare receptiooem novi in locum defuncti, ut probant *Abb.in cap. ex parte n.4. ibique Imol.n.10.de conceſſ.præbend.Lotter. de re benefic.lib.1.par.14.ſub n.19. & 32. Rota dec.229.n.3.coram Mantic., & dec.327.num.9. par.19.rec.*

Demum ad tollendam libertatem Conſortialibus vis fieri non poteſt in diſcretivo modo loquendi, quo utitur ipſa conſtitutio dum receptionem Rectoris ſolum committit arbitrio illorum, nihil circa hoc dicendo de Præsbyteris eligendis, in quorum electione proinde vide-
10 tur arbitrium denegaſſe, Quia cum talis diſcre-
tiva ſit in oratione penitus diverſa, nempè ubi tractatur de electione Rectoris non originarii, trahi non poteſt ad caſum diverſum, io quo ſermo habetur de electione Sacerdotum Conſortialium, ut limitat *Add.ad Gregor.dec.*301.*nu.* 18.*& in* (a) Romana *reſidui dotis* 8.*Junii* 1643. *coram Reverendiſſ. Papien.*

Et ita poſt tertiam cauſæ propoſitionem reſolutum fuit ſenteotiam Rotalem eſſe confirmandam, partibus hinc inde informantibus.

(a) Deciſ. 198. par. 9. recent.

ADNOTATIO.

COmplures Conclusiones allatæ in *hac deciſione* approbantur in *dec.*421.*&* 375.*coram cl. me.Cardinal. Caprara*, ubi agendo de eadem materia, ſatis crebro *hæc ipſa deciſio* allegatur.

R. P. D. TAJA

Bononien. Diſtantiæ.
4. *Julii* 1670.

ARGUMENTUM;

Plura de Statutorum interpretatione; adducuntur.

SUMMARIA.

1 *Facti in dubiis errant Principes, & Prudentiſſimi. Conſuetudo eſt quid facti ibid.*
2 *Adverſus ſtatutum vix præſumptionibus contenditur.*
3 *Locandi libertas aufertur ab immemorabili ad aliquam artem locatione.*
4 *Statutum generale non eſt reſtringendum.*
5 *Conſuetudo in judicio contradictorio infirmanda.*
6 *Diſtantiarum modici defectus minime conſiderantur.*
7 *Statuta mercatorum approbata ſervanda ſunt.*
8 *Statutum caſus deciſivum aliud non requirit.*
9 *Statuti verbis eſt ſtandum.*
10 *Stricte, & ad literam intelligenda ſunt ſtatuta.*
11 *Monaſteria certo ſpatio prope ædificata non ædificanda.*
12 *Statuti interpretatio facienda ab habente facultatem, inſpectoque uſu in ſimilibus caſibus.*

Hæc *deciſio* eſt repetit. in *recent. deciſ.*318. *par.*16.& vide ſuperius adnotata *in tract.cap.* 6.*membr.*3.*& fol.*45.*uſque ad fol.*54.

DECISIO XLIX.

IN ſecunda deciſ. 17. Juni. 1669. ob deficientem Diſtantiam trium perticarum requiſitam à ſtatuto artis inter unam & alteram apothecam exercentium artem ipſam DD. ſteterunt, etenim incontroverſa fuit, & incontrovertenda erat menſura de mandato A. C. in præſentia, & cum concordia partium, non obſtante *Poſtio* in ſuo illo voto deciſivo rurſus oppoſito metiendi, non a cardinibus & minus a ſcriniis aut diſcis Deſchi & menſæ, non autem patinis & laneibus vel rebus, in quibus poſſit vendi, &c. in ſtatuto, ſed a feris, qui contrariæ conſuetudinis Doctor fallus eſt captus, non fallens aut captans, dicebatur denique deprehenſus & à ſemetipſo *reſol.* 150. & à bo: mea Angelo per ſententiam & rem judicatam conformem ſtatuto anno 1646. Unde dabit veniam *Poſtius* vel quicumque Poſtianus, quia conſuetudo facti eſt, & in dubiis facti etiam Princi-
1 pes errant *cap.1.de conſtit. in* 6. & quæ facti
ſunt, ut cooſuetudo, plerumque & prudeotiſſimos fallunt, *l.2.de jur.& facti ignor.* concludit *Jaſ ad l. de quibus ff.de leg.n.*89 & hactenus Poſtium falſum latino verbo & meo ad ſenſum alienum dixerim, qui etiam Doctor egregius
2 teſtis conſuetudinis, maxime contra ſtatutum
vix præſumptiva probatione contenderetur, *ex alleg.in princ. dec.*& addo; *Turamin. ad l. cum de conſuetudine ff de leg. cum alleg.*

Plura non ſuot, quæ referebantur, ſi forſitan pluribus verbis, & relata repetere, nec opus eſt, nec opere pretium; ſolum ſupereſt præcipua tria nova oppoſita removere.

Primum opponebatur locus exemptus ex perſona D. Apothecæ, Joannis & fratrum ſcilicet Eccleſiaſticorum, & immunitas ſive libertas Eccleſiaſtica locandi, & conducendi; *Rot.dec.*230.*n.*23.*p.*10.*cum alleg.*

Sed reſponſum eſt ex ipſo ſtatuto loquente de artificibus omnes artem exercentes com-
3 præhendente: *che niuno ch'eſſercita*, &c. & cum
apotheca non ſit ad neceſſarium uſum Salſamentarii, adeoque locabilis ſit ad omnes uſus omnium artificum, ſemperque ab immemorabili locata ad uſum Ciatharii ſive Schifarii Italice *Bicchierara*, non videtur libertas Eccleſiaſtica locandi Salſamentario, ſed laica & publica contra ſtatuti prohibitionem.

Secunda opponebatur ſitus apothecæ Joannis & fratrum in platea magna, & ibi uſus aliorum hujuſmodi artificum vicinorum ex atteſtationibus teſtium, & Petitorum.

Sed

Sed reſponſum uſum ipſum reprobari ex
contrario facto, & ſententia, & re judicata d.
Angeli, ut ſupra demonſtrata in hac ipſa apo-
theca in novo ſummar. memorialis Joſephi, &
fratrum, & ex alia ſententia Auditoris Gene-
ralis, ut in *Summ. principali* 1. propoſitionis.
Et ſtatutum eſſe generale, & generaliter, ut lo-
quitur intelligendum, nec ſtringendum ad
4 viam, & loca, ſicuti neque ad caſus apud *Grat.
conſ.* 113. *num.*8. *lib.* 1. Deinde cum de conſue-
tudine Civitatis, vel Provinciæ confidere quis
videtur; primum quidem illud explorandum,
an è contradictoriu aliquo judicio conſuetudo
aliqua firmata ſit, ait *Ulpian. in d.l.cum de con-
5 ſuetudine 34. ff.de leg. Id. Alex.in l.4.C.de ædi-
fic.priv. & in l. 1. C.quæ ſit longa conſuetudo*,
utrobique ait in eodem genere controverſiarum
ſervata, &c. Cæterum, & in viis, & in vicis in-
veniuntur artifices vicini ex conſenſu, & con-
cordia, quibus ut ſepe ſolent coire ſocietatem,
quare non quoque & magis vicinitatem.

Tertio opponebatur modicus ſeu minimus
defectus a cardinibus ad cardines, nec unius
perticæ de tribus, neque unius pedis de trigin-
ta, ſed aliquarum unciarum pedis trigeſimi, &
ultimi.

Sed reſponſum eſt contrarium, nec mini-
mum, nec modicum eſſe defectum, ſi generalis
Diſtantia conſideretur non à cardinibus, ſed
6 ab expoſitis venalibus rebus ad eos conſideran-
do non tantum novæ apothecæ, ſed etiam ve-
teris, quod proprior nova apotheca videbatur,
& brevior menſura ad *Alciat. reſp.* 161. *lib.* 5.
Gabr. conſ. 112 & *d. conſ.* 113. *lib.* 1. maxime
arguendo a puris tabulis, & ſcriniis præoccu-
pantibus fortius ad tabulas, & ſcrinia juxta
apothecam *d. conſ.* 113. *num.* 9. *verſ. præterea ſi
conceditur*. Quia etiam ſi diſtantiæ conſideren-
tur a cardinibus, & per uncias, eum ſtatuta
7 mercatorum approbata nulla alia lege conſide-
rata ad unguem inter eos ſint obſervanda: &
ubi ſtatutorum verba ſint clara, non eſt amplius
diſputandum, & a verbis ſtatuti, & proprie-
tate eorum non eſt recedendum, ſed lex inter
ipſos, qui illam faciunt, quantumcumque dura
ſervanda eſt.

Et ideo cum habeamus ſtatutum clarum de-
cidens iſtum caſum, ipſum aliter legibus, &
8 rationibus non corroborandum reſpondit *Grat.
d. conſ* 11. a *num.* 23. & ſtatuti verbis omninò
9 ſtandum etiam duris ait *l. proſpexit* 12. *ff. qua
& a quib. Carpan. in prælud. ſtatut. Mediol.
num.*129. *Maſcord. de Gener. ſtatutorum inter-
terpr. concluſ.* 4. *ab init. de Stat. propria, &*
10 *ſtricte intell.* & doctrina communi maxime
num. 50. quod ſint ſtricti juris, & ſtricte intel-
ligenda ad litera prout jacent. *Carpan. d. loco
num.*141. *Maſcard. d.concluſ.*4.*a num.*102. *cum
alleg.* ut eſt Bononiæ concluſio Statutorum, §.
ex quod ipſa ſtatuta lib. 6. *& ibi Montecent. in
ſua gloſſ. gloſſatione, & § poſtrema ordinamus.*
Sic variæ conſtitutiones Apoſtolicæ de non
ædificandis monaſteriis certo ſpatio prope jam
11 ædificata, de quibus *Sordibus in compend.
privil. fratrum Min. verb. ædificare num.* 1. 15.
& 19. diligentiſſime cuſtodiuntur, & idem
etiam a Rota in variis deciſionibus ſundotur,
&c.

Ultimo opponebatur quoddam decretum
Maſſarii, & correctorum de quadam menſura
circa tres perticas vel 27. pedum a feris ad fe-
ras ad dirimendas lites, &c.

Sed fruſtra; quia reſponſum eſt hoc fuiſſe in
eo caſu tribuendum, tributumque peculiari fa-
cultati ejuſdem Maſſarii, & correctorum quo-
rum etiam ab ipſo ſtatuto fuerat ſervata ibi:
*Aut de voluntata Maſſarii, & majoris partis
Correctorum*, etiam menſura 37. pedum a præ-
dictis in eo caſo, & ut dicitur, & forte dice-
batur hic & nunc admiſſa, utpote ſpeciali po-
12 teſtate illis data, non potuerit, neque poſſit
conſiderari pro abrogatione aut deviatione a
ſtatutaria menſura trium perticarum, quæ de-
bent conſtare 30. pedibus & minus, ut fiat in-
terpretatio ſtatuti contraria verbis, & de pro-
pria interpretatione in primis inſpiciendum eſt
quo jure civitas retro in hujuſmodi caſibus uſa
ſit *l, ſi de interpretatione* 37. *ff.de legib.* & pro-
inde quid conſueverint in pluribus caſibus,
non uno tantum, & in fundamento rationis,
non autem voluntatis ignota, & non expreſſa
cauſa.

Et ita utraque, &c.

R.P.D. TAJA.

Bonnnien. Diſtantiæ.
5. *Decembris* 1670.

ARGUMENTUM:

Bononienſium apothecarum artis, ut vulgo dici-
tur Lardariæ Statutaria Diſtantia a feris eſt men-
ſuranda.

Summaria patent ex argumenta.

Reformata fuit *hæc deciſio in deciſ.*55. infra ſub-
nectanda, & eſt in eadem cauſa, de qua præte-
rita *deciſ.*

DECISIO L.

DOmini reſponderunt ſtandum in primo deci-
ſis 5. Decembris 1668. in quibus deciſum
fuit ſtatutariam Diſtantiam hujuſmodi apothe-
carum menſurandam eſſe à feris; a quibus ſe-
mel, & ruríus 17. Junii 1669. & 4. Julii pro-
ximi præteriti recenſerunt reputantes menſu-
ram ſumendam eſſe a cardinibus.

Sed compertum habentes Jo: Dominicum
aliosque fratres apothecam controverſam redu-
xiſſe ad juſtam requiſitam menſuram Diſtantiæ
ab aliis apothecis ejuſdem artis, prout Rota in
poſtremis deciſionibus regulandam eſſe cenſuit,
præſcindendo a quacumque alia diſputatione
partium æmulationem potius reſpiciente, quam
eſſe Juris æquitatis rationem, in quo DD.com-
muniter convenerunt.

Etenim Informantes pro Jo: Dominico, &
fratribus exhibuerunt in fine Summarii præ-
ſentis hanc atteſtationem: *A dì* 12. *Novembre*
1670. *in Bologna lo infraſcritta Giuliano Caſ-
ſiani Perita, e Muratore publico della Città di
Bologna faccia fede per verità, come il dì* 11.
*del preſente meſe d'ordine delli Signori Gio:Do-
menico, e fratelli di Cha fui alla loro bottega
con trè miei uomini, qual bottega è ſituato in
piazza grande ſotto il Palazzo del Signor Pote-
ſtà, e rincontro alla ſtrada delli Oreſici, dove in
eſſa fanno la lardaria, ed in fuor di detta bottega
levai il banco, che era man deſtra nell' entrare
in*

Digitized by Google

in quella, qual banco era di rimpetto alla botega de' Signori Zagoni, e levato detto banco fiſſo nel ſuolo di detto poſto, & a piedi del muro di detta bottega con aver tagliato detto ſuolo in modo tale, che non poſſono più valerſi di detto banco in detto luogo, per averlo levato via affatto, e con aver riſtretta il foro apertura di detta bottega di detti Signori Cho, reſta diſtanza à quella de' Signori Zagoni più di 3. pertiche cioè di piedi 30. e così maggior diſtanza di quello richiede lo ſtatuto della loro univerſità, e tutto il ſudetto lavoro hò fatto alla preſenza degl' infraſcritti teſtimonii. In fede di che hò fatto la preſente di propria mano, &c. Et adeſt recognitio manus cum juramento, rogitu Notarii, &c. Ex quibus ipſi informatores apponebant, et DD. reſponderunt litem eſſe finitam.

Informantes pro Jo: Maria, & fratribus replicabant atteſtationem non eſſe legitimam, nec eſſe legitimam, nec eſſe diſtantiam pedum 30. menſuræ ordinariæ, neque eſſe talem Diſtantiam in ſtatutis noviſſime declarant. *Da principiarſi la miſura dall'eſtremità d' una bottega al principio dell'altra in modo tale, che trà li due angoli, uno contro all'altro vi ſia la ſudetta Diſtanza di 30. piedi, &c.* & denique allegabant Hieronymum Grat. in reſponſo ibi: *Nec poteſt dici poſſe partem apothecæ claudere, & adeſſe Diſtantia, quia eſt contra mentem ſtatuti, nam conſiderat ſtatutum diſtantiam eſſe a ſigno*, ſi potius ſcrinio, ut in ſtatuto, & in eadem cauſa apud *Aleiat. reſponſ. ibi ab init. lib 5. alias continua numerationi reſp. 714.) a raſoris ubi aliqua re, & non requirit eſſe a tota apotheca. Item cum pro parte apothecæ non Diſtantia, & pro alia parte adeſſet, ut ſæpiùs occurrit ſi poſſet pro parte claudi, Diſpoſitio ſtatuti non conſiderant totam apothecam, ſed raſtra & ſigna, potius ſcrinia vel aliquam rem, de facili redderetur eluſoria, cum in illa parte apotheca adeſſet, illamet ratio impeditiva, &c. maxime non debet poſſe aliquid agrere cum lis pendeat, qua pendente nihil eſt innovandum concludendi pro comperta partes D Judicis eſſe in pronunciando, &c.* ad verbum apud *Grat. reſponſ. 112. num. 41. a verſ. nec poteſt dici lib. 1.* cui ſubſcripſit *Aleiat. d. reſponſ. 161. alias reſponſ. 714.*

Domini tamen qui reſponderunt contrarium, ut ſupra, dixerunt valde urgere amotionem ſcamni, & clauſuram partis apothecæ verſus illam Jo: Dominici, & fratrum, & ideò nunc adeſſe debitam diſtantiam, ad quam recognoſcendam mandatum fieri novam menſurationem.

Nec hujuſmodi clauſuram dici debere attentatam, quia Jo: Dominicus, & fratres tradiderunt id, quod fuit uſque adeo litigatum, attentatum enim foret, ſi commiſſum fuiſſet contra ſtatutum, ſecus quando per retrotractionem fuit eidem ſatisfactum, alias hoc motivo ſecluſo intactoque articulo DD. Eccleſiaſticorum de privilegio clericatus, transeundum cum fundamento antecedentis deciſionis, & pro illius infirmatione inclinandum putabatur. Et communiter addebant etiam exempla de controverſia elevatæ domus ſi deprimatur, & hujuſmodi, &c. poſt tot ac tanta diſpendia cenſuerunt rectè factum, quod etiam ante controverſiam fieri potuiſſet re integra, & adhuc rectè poſt ſententiam denique fieri debuiſſet.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

Occaſione diſtantiæ, de qua agit Deciſio ſuperius impreſſa, non inutile erit adnotare, quod licet Auctor Noſter in *Tract. cap. 6. membr. 3. fol. 46. & ſeqq. uſque ad* 54. ubi citat omnes Deciſiones in hac cauſa *num. 12.* aſſerverit, quod Vermicellarii habeant *ſtatut. cap. 12. 13. & 14.*, quo mandatur, ut ſervetur diſtantia quadraginta Cannarum, ut firmat ſuperius *loc. mox citat. num. 21. pag. 49.* Attamen ego vidi agitatam ſub die 4. Jul. 1732. cauſam in plena Camera coram Illuſtriſſimo D. meo Caſono nunquam ſatis laudato inter Andream Barolum, & Carolum Tarquinium, in qua utraque Pars dedit particulam *ſtatut. cap. 15.* demandantes diſtantiam ſexaginta Cannarum. Et in ea Cauſa fuit plenis Votis reſolutum, quod menſuratio facienda eſſet per viam, non vero adhærenter, & ſuper parietibus ædificiorum, aut per aerem, cum intraret ratio, de qua ego egi ſupra in *Tractat. cap. 5. an. 106. fol. 28.* Et quia fuerat aperta quædam Janua lateralis, quæ erat proximior, fuit reſolutum, quod menſuratio produci deberet non dumtaxat uſque ad d. viciniorem portam, ſed uſque ad verum Oſtium Apothecæ.

ILLUSTRISSIMO

D. GINETTO C. A. CLERICO

Ravennaten. Annuæ præſtationis.

9. Januarii 1971.

ARGUMENTUM.

Agitur de natura pacti reſolutivi, ratificationis, & privilegii præſcriptionis centenariæ ad affectum conſequendi, poſt longum temporis lapſum annuam ex molendino vendito præſtationem.

SUMMARIA.

1 *Inſtrumentum facit rem claram, & manifeſtam, ac probationem probatam.*

2 *De illo judicari debet tanquam de caſu legis.*

3 *Ratificatio ſi non intercedat ſtante pacto reſolutivo, Contractus reſcinditur.*

4 *Moræ purgatio ſtante pacto reſolutivo non admittitur.*

5 *Adimplementum probare debet fundans ſe in inſtrumento cum pacto reſolutivo.*

6 *Reſolutiva contractus eſt clauſula*, nec alias, aliter, nec alio modo.

7 *Dictio forſan reſpicit factum dubium, & nil certi ponit in ſe.*

Approbatio Apoſtolica quando non ſit conventa. ibid. & num. ſeqq.

8 *Dictio ideircò eſt illativa, & indicat cauſam finalem.*

9 *Ratificatio cenſetur promiſſa ad cautelam, præcedente ſpeciali mandato.*

10 *Exceſſus quando non adſit in contractu.*

11 *Pretium & res haberi non poteſt, cum ſit contra æquitatem.*

12 *Ad evictionem tenetur aſſignans: ideoque eſt ejus periculum, non vero acceptantis.*

13 *Mandati fines non excedentur, quando contèmentur præſumpta: ubi qualiter excedantur.*

14 *Man-*

14 *Mandatum quomodo virtualiter extendatur.*
15 *Executores præſumuntur rite & rectè proceſſiſſe.*
16 *Ratificationis præſumptio qualiter eruatur, & num. 19.*
17 *Mandati Pontificis fines excedere Cameræ Clericos non eſt dicendum.*
18 *Obſervantia contractus, ex quibus præſumatur, & quomodo Apoſtolicam approbationem faciat præſumere.*
19 *A ſcientia Theſaurarii ad ſcientiam Principis bene arguitur.*
20 *Reſolutivi pacti natura quæ ſit.*
21 *Eccleſia Ravennæ privilegio fruitur de centenaria præſcriptione.*
22 *Confirmatio Privilegiorum actui confirmata nil addit.*
23 *Præſcriptionis centenariæ privilegium alicui Eccleſiæ conceſſum, & a Papa confirmatum, poteſt etiam contra alias Eccleſias allegari.*
24 *Confirmationes in forma ſpecifica, & verbis ampliſſimis jus de nova tribuunt.*
25 *Privilegiatus in concurſu privilegiati qualiter admittendus, & quando detur.*
26 *Privilegium centenariæ præſcriptionis contra Eccleſiam Romanam an deducatur.*
27 *Privilegium contra Principem eſt latiſſime interpretandum.*
28 *Præſcriptio ſtante mala fide, nec immemorabilis currit.*
29 *Reſtituto in integrum danda eſt Eccleſiæ adverſus Eccleſiam.*
30 *Ignorantia ad effectum reſtitutionis Eccleſiæ, ob Prælatorum mutationem adeſſe dicitur.*

DECISIO LI.

Civitas Ravennatenſis, quo facilius ab aquarum inundationibus ſibi pareret ſecuritatem indigebat Molendino veteri, quod erat de dominio menſæ Archiepiſcopalis. Unde ſan. mem. Pius IV. publico bono ejuſdem Civitatis intentus, ſub die 18. Maii 1563. duo edidit Chirographa.

Primum, quo præcepit Mattheo Minali de eo tempore Generali Theſaurario R.C. ut a clar. mem. Cardinali Raynutio Farneſio tunc Archiepiſcopo Ravennæ emeret d. Molendinum, eique loco pretii aſſignaret annua ſcuta 706. auri ſolvenda in perpetuum ex proventibus Theſaurariæ Romandiolæ.

Alterum verò, quo injunxit Camerario, & aliis Rev. Cameræ Clericis, ut ſequuta dicta emptione ad formam primi Chirographi, illam ratificarent, idemque Molendinum deinde venderent dictæ Communitati pretio ſcutorum 4000. auri declarans, quod reſiduum uſque ad complementum veri valoris dicti Molendini donabat eidem Communitati, ut poſſet melius ab imminentibus inundationibus ſe tueri, & utrumque Chirographum fuit executioni demandatum; quia Minalis die 25. menſis Junii ejuſdem anni emit Molendinum ab Archiepiſcopo, Camera verò die 5. ſequentis menſis Julii ratificata emptione vendidit Molendinum, ac pretium in Chirographo deſignatum à Comunitate emptrice recepit.

Promoto autem ad Eccleſiam Ravennaten. bo. mem. Torregiano litem intentavit contra Cameram Apoſtolicam de ann. 1666. pro conſecutione dictæ annuæ reſponſionis, eaque adhuc indeciſa, ſucceſſit in Archiepiſcopatu Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Alterius, ad cujus inſtantiam propoſito per me dubio in plena Camera; *An conſtet de Credito Eminentiſſimi Archiepiſcopi*, fuit illud per Dominos *affirmativè* reſolutum.

Moti verò, quia pro iuſtificatione crediti militat publicum Inſtrumentum, in quo Minalis Theſaurarius in executionem Chirographi Pontificii, emit Molendinum à Farneſio, eique tanquam Archiepiſcopo Ravennatenſi præſenti, & recipienti pro ſe, dictaque Eccleſia, ſuiſque in illa ſucceſſoribus promiſit loco pretii ſolvere in perpetuum annua ſcuta 700. auri ex proventibus Theſaurariæ Romandiolæ,
1 quod Inſtrumentum facit rem claram, et manifeſtam, ac probationem probatam, *ad text. in c. Cum olim in fin. de cenſ. & in l. Cum precebat, ubi etiam gloſſ. C. de probat. aliique apud Rot. dec. 336. nu. 3. par. 10. recent.* Adeout de
2 eo iudicari debeat tanquam de caſu legis, *Rot. poſt Conc. de cenſ. dec. 374. n. 2. & 3. & dec. 324. n. 8. par. 11. recent.*

Neque obſtare viſum fuit objectum, ſuper quo potiſſimum inſiſtebant Camerales, quod videlicet in fine dicti Inſtrumenti fuerit appoſitum pactum reſolutivum contractus caſu, quo intra futurum menſem Julii non approbaretur, ſeu confirmaretur per Cedulam Motus proprii, ejuſdem Pontificis, adeoque cum hujuſmodi approbatio, ſeu ratificatio non interceſſerit, vel ſaltem non oſtendatur interveniſſe, pactum remanſerit purificatum, & contractus
3 reſciſſus, præcipuè cum fuerit conceptum verbis directis, & importantibus ipſo jure reſolutionem, & reſciſſionem, ut probat *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 90. num. 1. & 2. Donat. Anton. de Marin. lib. 1. quotid. reſolut. cap. 123. num. 11. & ſeqq.* & omnium latiſſimè, *Ma-*
4 *rott. diſcept. forenſ. cap. 25. num. 95. & ſeqq.* ubi ex innumeris, quos congerit, firmat tali caſu, neque admitti purgationem moræ *Giovagnon. conſ. 100. num. 93. & 94. lib. 1.* ubi quod,
5 qui ſe fundat in Inſtrumento habente pactum reſolutivum, in caſu non implementi probare debet adimplementum. *Caputaq; deciſ. 235. lib. 2. & deciſ. 182. num. 23. & ſeqq. part. 11. recent.*

Etenim pro reſponſione advertebant Domini, quod approbatio, ſeu confirmatio Pontificia per Cedulam Motus proprii non fuit inter contrahentes ſimpliciter, & abſolutè conventa cum clauſula, *nec alias aliter, nec alio modo*
6 omninò annullativa, & reſolutiva contractus, adeout illum aliter ſubſiſtere noluerint, ſed occaſionaliter, & cauſativè, quia nempe fuit dubitatum Minalem exceſſiſſe fines in Chirographo ſibi præfixos, idque apertè deſumitur ex ipſis verbis Inſtrumenti ibi; *Et quia idem R. P. D. Theſaurarius in hujus contractus celebratione forſan in aliqua parte exceſſit fines mandati ſibi per ſuprainſertum Chirographum facti, idcirca convenerunt, &c.* Dictio autem *forſan*,
7 de ſui natura reſpicit factum dubium, & nihil certi affirmat, ſeu ponit in eſſe juxta *textum in l. Gallus §. forſitan ff. de liber. & Poſth. & in l. Omnes C. de Decurion. l. 10. Barbuſ. plures cumulans dict. 126. & 127. Rot. dec. 533. num. 3. par. 4. rec. & in* (a) *Bononien. fideicommiſſi de Populis 30. Januarii 1668. nec obſtat curam R. P. D. Bourlemont.*

(a) dec. 531. n. 12. p. 14. rec.

Ideo-

Digitized by Google

Ideoque cum contrahentes moti fuerint ad
pacifcendam dictam approbationem præciſè in-
tuitu præſuppoſiti exceſſus, ut ſuadet altera
ſubſequens dictio *Idcircò*, quæ eſt illativa, &
8 indicat cauſam finalem, *Mantic. de tacit. lib.* 4.
tit. 12. *num.* 32. *verſ. item cauſa Rota deciſ.* 19.
num. 1. *par.* 2. *recent. Gregor. deciſ.* 2. *num.* 3.
aliique plena manu congeſti per eumdem *Barboſ. dict.* 140. *&* 144. hinc excluditur eorum
determinata, & abſoluta voluntas circa conventam approbationem.

Cum itaque Minalis in rei veritate Chirographi fines non excesserit, ſequitur, quod approbatio contemplatione ſolius exceſſus reſervata, non fuerit neceſſaria ex regula ceſſantis
cauſæ, de qua plenè per *Tiraquel. in tract. de
cauſ. ceſſ.* & intelligitur promiſſa, & conventa
ad cautelam, & quatenus eſſet verè neceſſaria
pro validitate contractus, *Pariſ. conſ.* 1. *num.*
130. *lib.* 1. *Capyc. Latr. conſul.* 108. *num.* 22. *&
ſeq. vol.* 1. ubi quod, quando, ut hic, præcedit ſpeciale, & individuum mandatum ad
9 contrahendum, ſemper ratificatio cenſetur promiſſa ad cautelam. *Menoch. conſ.* 757. *num.* 14.
Rota coram Cardin. Mellina deciſ. 99. *num.* 6.
Seraph. deciſ. 1207. *num.* 16. *& ſeqq. Add. ad
Gregor. deciſ.* 192. *num.* 3. *coram Buratta deciſ.*
290. *num.* 1.

Quod autem non adſit exceſſus, deducebant Domini combinando Inſtrumentum cum
Chirographo; Utroque enim exactè perpenſo
duo ſolum apparet Minalem in Inſtrumento
appoſuiſſe non contenta in Chirographo; Primum quod Appaltatores Romandiolæ ſe obli-
10 gabunt ad ſolutionem dictæ annuæ reſponſionis; Alterum, quod ceſſantibus effectibus
Theſaurariæ idem annuus redditus aſſignabitur Archiepiſcopis ſuper aliis introitibus Cameræ.

Iſta verò veniebant de natura ipſius contractus, quia ſi ſolutio erat facienda ex effectibus Theſaurariæ, utique debebant ad id obligari Appaltatores, ad quos ſpectabat illorum
exactio, prout etiam ceſſantibus effectibus
Theſaurariæ debebat dicta annua reſponſio fieri ex aliis introitibus Cameræ, quia cum eſſet
aſſignata loco pretii, tenebatur Camera de jure ad illius exigibilitatem, aliter enim habuiſſet rem, & pretium contra æquitatem, de qua
11 *in l. Curabit Cod. de act. empt. & vend.* & illius aſſignatio ſuper effectibus Theſaurariæ importabat ſolum ſimplicem quandam aſſecurationem ad effectum facilioris exactionis, adeout
quodcumque periculum contingens ſuper eiſdem effectibus eſſet Cameræ aſſignantis, quæ
12 proinde ad evictionem tenebatur, non autem
Archiepiſcopi acceptantis, ut diſtinguendo latè tradit *Olea de ceſſ. tit.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 18. *cum
pluribus ſeq. Rot. coram Duran. deciſ.* 266. *num.*
14. *& ſeqq. repetita deciſ.* 392. *par.* 5. *recent.
Merlin. deciſ.* 25. *num.* 4. *& ſeqq. & in* (a) *Avenionen. Pecuniaria* 7. *Februarii &* 29. *Aprilis*
1667. *coram Reverendiſſ. D. Albergato*.

(a) Dec. 26. & 93. p. 15. rec.

Apponendo autem ea, quæ veniebant ex
propria natura contractus non alterata ſubſtantia mandati, ſeù Chirographi, non dicitur Minalis ejuſdem mandati fines exceſſiſſe, licet in
eo expreſſè non ſpecificata, quia juxta veriſimilem, ac præſumptam mentem mandantis dicuntur in mandato comprehendi, ut eſt la-
13 gans *Text. in l. Jam. tamen §. in hac ſtipulatione in fine ff. judic. ſol.* ibi: *quaſi juxta mandatum, & ſi non mandatum fecerit*, & latè
explicat *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 29.
& ſeqq. ubi quod non dicitur quis excedere
mandati fines, dum id fecit, quod eſt conjunctum, vel conſequutivum mandato, vel à veriſimili mente mandantis non diſtat, *Cravett.
conſ.* 784. *à num.* 13. *uſque ad num.* 20 *vol.* 5.
Pariſ. conſ. 90. *num.* 37. *lib.* 1. *Merlin. deciſ.* 17.
num. 15. *Rota coram Amata Dunozetto dec.* 303.
num. 5. *&* 6. *& coram Millino d. deciſ.* 99. *num.*
7. *& in recent. deciſ.* 274. *num.* 8. *verſ. & Mandatum habens part.* 5. (b) *Lauden. Cenſus* 15.
Martii 1669. *§. Minus partiter, & ſeqq. coram R. P. D. Bourlemont, & in* (c) *Bononien. Aquarum* 9. *Aprilis* 1666. *ſub §. Non
obſtat, quod Procuratores coram R. P. D. Ottalora*.

(b) Dec. 58. p. 16. rec.

(c) Supra dec. 27.

Ponderando etiam quo ea, quæ concernebant executionem, vel ſecuritatem contractus
Pontifex remiſit arbitrio ipſius Minalis ibi,
Con quelle clauſule, che vi pareranno neceſſarie,
14 quæ verba virtualiter extendunt mandatum
etiam ad prædicta duo, quæ Minalis adjecit,
cum ſolum reſpicient, vel faciliorem exactionem, vel aſſecurationem dictæ reſponſionis,
ut ponderant *Capyc. Latr. d. conſult.* 108. *num.*
19. *& in ſpecie Amat. Dunozet. dict. deciſ.* 303.
num. 7. Rota *deciſ.* 194. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 6.
recent.

Hanc veritatem agnoverunt Clerici illius
temporis, dum in plena Camera ratificaverunt
quod præd. Inſtrumentum ac Molendinum ſucceſſivè vendiderunt Communitati, quia cum
Pontifex per aliud ſpeciale Chirographum illis
demandaſſet dictam ratificationem, & venditionem, dummodò Minalis juxtà formam ſibi
præſcriptum contractum geſſiſſet ibi; *Quando
il detto Teſoriere averà fatta la compra nel modo, che Noi gli abbiamo ordinato questo dè per
altra noſtra mandato approvante, &c.* dicendum eſt, quod ipſi uniformitatem inter Inſtrumentum, & Chirographum agnoverint,
15 aliter enim non ratificaſſent, nec vendidiſſent;
Exequutores namque præſumuntur ſemper ritè, & rectè proceſſiſſe ac prævia verificatione
eorum, quæ erant juſtificanda, *Put. deciſ.* 356.
num. 4. *lib.* 1. *Seraphin. deciſ.* 1125. *num.* 2. Rota *deciſ.* 72. *num.* 6. *par.* 6. *& deciſ.* 170. *num.* 27.
par. 8. *recent.*

Neque revelat replicatio, quod Clerici potuerint ratificare ſub ſpe futuræ approbationis
facien. à Papa infra menſem Julii, ut fuerat
conventum, qui menſis adhuc durabat, quia
cum ipſi haberent legem præſcriptam de ratifi-
16 cando quatenus Inſtrumentum concordaret
cum Chirographo, metiendo eorum voluntatem a poteſtate, præſumendum eſt, quod ratificaverint, quia viderunt unum ab altero non
diſcrepare, aliter enim mandati Pontifici fines
exceſſiſſent, quod non eſt affirmandum, maxime de omnibus Clericis totam Cameram repræſentantibus, & ad hunc præciſum actum
congregatis, *Rota coram Seraph. d. deciſ.* 112.
num. 13. *& coram Amato Dunozet. deciſ.* 543.
num. 37.

Accedit etiam, quod obſervantia contractus
proxima, & immediata poſt ſtipulatum inſtrumentum non poteſt controverti, ea quippe de-

 ſumi-

ſumitur, tum ex ratificatione prædicta, & ex
ſubſequuta venditione Molendini facta per
Cameram Communitati cum receptione pretii,
tum ex multiplicatis ſolutionibus dict. annuæ
præſtationis per plures annos factis tam Ar-
chiepiſcopo venditori, quam Archiepiſcopo
17 ſucceſſori vigore mandati Cameralis de vivæ
vocis oraculo expediti, ac directi Appaltato-
ribus Provinciæ, ut ſolverent. *Summario
Eminentiſſimi Archiepiſcopi numer. 11. & 12.*
Ex hujuſmodi vero obſervantia juncta cum
18 lapſu tanti temporis, reſultat, quod approba-
tio Pontificis, etiam fuiſſet neceſſaria præſu-
matur in omnem caſum interveniſſe, maximè
cum dicta duo appoſita per Minalem in inſtru-
mento nullatenus eſſent Cameræ præjudicialis,
ut ad præſumendam ratificationem ponderat,
*Mantic. deciſ. 11. num. 4. & ſeqq. Rota coram
Eminentiſſ. Ottbubona deciſ. 240. num. 71. &
coram Seraphin. deciſ. 1085. num. 1. deciſ. 150.
num. 6. part. 1. & deciſ. 194. num. 9. part. 7.
recent.*

Et quamvis ad effectum præſumptæ ratifica-
tionis requiratur ſcientia actus cum omnibus
ſuis qualitatibus in ratificante, hæc tamen in
noſtro caſu ſatis deſumitur ex ipſa ſcientia Of-
19 ficialis præſertim intimi, qualis eſt Theſaura-
rius, à qua bene arguit ad ſcientiam ipſius
Principis, *ad notat. per Innoc. in c. Cum dilectus
de reſcript. Cyrioc. contr. 532. num. 29. & ſeqq.
& controv. 533. num. 17. & de ſcientia Officia-
lis Papæ. Rota dec. 701. num. 6. par. 6. diverſ. dec.
387. num. 6. par. 3. & dec. 70. num. 23. par. 8.
recen.*

Sed omnem difficultatem ſubſtulit pondera-
tio, quod Camera non poteſt uti pacto reſo-
lutivo, niſi eodem contextu Molendinum reſti-
tuat menſæ Archiepiſcopali; quia de natura
20 dicti pacti eſt, ut omnia reducantur in priſti-
num, ac ſi contractus non emanaſſet, una-
quæque ex partibus recuperet id, quod in ipſo
contractu contulit, *ad text. in l. prima. C. quand.
lic. ab empt. diſced. Cyrioc. contr. 500. num. 31.
Caſtell. d. Sicil. 27. num. 2. par. 1. & dec. 1. n. 8.
par. 2. rec.*

Undè cum Camera nequeat Molendinum
reſtituere ſtante venditione facta Communita-
ti Ravennæ, cui Camera vendens perpetuam
obſervantiam hujuſmodi venditionis promiſit,
fruſtra proindè inſiſtit ſuper efficacia dicti pa-
cti, quia res eſt in caſu, à quo incipere non
poteſt.

Secluſa ex prædictis reſciſſione contractus,
irrelevans pariter viſum fuit alterum funda-
mentum Cameræ deſumptum ex præſcriptione
80. circiter annorum, quibus à ſolutione hu-
juſmodi annuæ præſtationis ceſſatum fuit.

Omiſſis enim pluribus reſponſionibus, quæ
dabantur ab informantibus pro Eminentiſſimo
Archiepiſcopo, quod nempè Camera non pro-
bet negativam ſolutionis: Quod non concur-
rant tria requiſita, petitionis, denegationis,
& acquieſcentiæ. Quodque dicta annua præ-
ſtatio ſit cenſus conſtitutivus, & irredemibilis,
ſuper quibus DD. nòluerunt ulterius inſiſtere,
placuit illa, quæ deducitur ex privilegio, quod
habet Eccleſia Ravennen., ut contra ipſam
nonniſi ſpatio 100. annorum poſſit præſcribi,
conceſſo ſibi à duobus Imperatoribus Ottone,
21 & Federico, & à totidem Pontificibus con-
firmato, nempe à Gregorio Magno, & Gre-
gorio IX. *Summario* Eminentiſſimi Archiepi-
ſcopi *num.* 14. & de quo privilegio meminit
etiam *Rub. in hiſtor. Ravennaten. lib. 3. fol.
189. & Pater Ugbell. in ſua Ital. Sac. to. 2. fol.
340. litt. B.*

Neque obſtat, quod dictum privilegium uti
à ſua prima origine Imperiale ſuffragari non
poſſit adverſus alias Eccleſias, quamvis con-
firmatione Pontificia munitum, cum confir-
22 matio nihil addat actui confirmato, ut in ſpe-
cie de confirmatione privilegiorum tradit *Boſſ.
in tract. de Princip. num. 348. fol. 356. Roſen-
tal. de final. cap. 6. concluſ. 68. num. 1. Klock.
conſ. 29. num. 18. & 20. lib. 1. & alii apud
Capyc. Galeott. reſp. fiſcal. 12. num. 331. &
ſeqq.*

Quia ultra quod indultum Gregorii IX.
non eſt per viam ſimplicis confirmationis, ſed
privilegium hujuſmodi ex integro concedit,
undè eſt verè, ac Prontificium 1 reſponſum
fuit contrarium eſſe verius, ut nempè privile-
gium centenariæ præſcriptionis alicui Eccleſiæ
conceſſum, & à Papa confirmatum, poſſit
etiam contra alias Eccleſias allegari, ut in
puncto docet *Felin. in c. Ad audientiam num.
23. verſic. niſi Papa de præſcript. Archid. in
cap. Quo Jure numer. 29.* ubi etiam *Ge-*
23 *min. num. 15. diſtinct. 8.* quos ſequitur *Bald.
eod. tract. 1. p. 5. princ. fol. 339. num. 2. verſ. no-
tandum tamen.*

Quinimo cum confirmationes ſint in forma
ſpecifica, & verbis ampliſſimis conceptæ? jus
24 etiam de novo tribuunt *Loſco de jur. univerſit.
par. 3. cap. 10. Giovagn. conſ. 28. num. 23.* cum
aliis per eum adductis *lib. 2. Pariſ. conſ. 3. num.
39. & 40. vol. 4. Rota deciſ. 192. num. 2. & ſeq.
par. 2. rec. & dec. 207. num. 16. penes Poſth. de
ſubbaſt.*

In nihilo obſtante, quod cum Eccleſia Ro-
mana gaudet ſimili privilegio Centenariæ, in-
ter hinc inde privilegiorum coæquatio, ac
præſcriptio regulari debeat juxta terminos ju-
ris communis, tum quia Eccleſia Ravennaten-
ſis eſt in caſu damni vitandi. Undè illius pri-
vilegium prævalere debet in concurſu Eccleſiæ
Romanæ agentis de lucro captando, ut omiſſis
generalibus notat in ſpecie *Bart. in Auth. Quæ
actionis ſub num. 3. verſ. ſi verò uterque, ibique
etiam Coſt. num. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ex eo
Roman. conſ. 166. num. 14.*

Tum quia prædicta concluſio procedit ſo-
lum, ubi uterque Privilegiatus concurrit in
actu, & exercitio ſui privilegii. At in caſu
25 præſenti talis concurſus excluditur cum ſola
Eccleſia Ravennatenſis, quæ præſcriptionem
patitur, agat de uſu, & exercitio Centenariæ;
non autem Eccleſia Romana, quæ præſcribere
intendit juxta doctr. *Bart. in d. Auth. Quæ
actiones d. num. 3.* ubi etiam *Cin. nu. 2. & ſeqq.
Salicet. num. 3. & Caſtr. d. num. 6. Abb. in c. Ad
aures num. 3. de præſcript. Tiraq. de privileg.
piæ cauſæ privil. 26. contrarium tamen Barbat.
conſ. 25. num. 10. & ſeqq. volum. 3. Peregrin. conſ.
77. num. 41. vol. 1. Eugen conſ. 4. num. 35. &
ſeq. vol. 3. Peregrin. conſ. 77. num. 42. vol. 1. Ga-
meſ. ad regul. Cancel. de impetran. beneſ. vacan.
per obit. Cardin. quæſt. 12. ſub num. 4. verſ. Ta-
men conſiderandum, & plenius Barboſ. in Col-
lect. Doctor. ſuper d. c. Ad aures num. 3.* ubi bene
pon-

ponderat, quod cum non concurrant duo privilegia in ſpecie, non dicitur propriè loquendo adeſſe concurſus duplicis privilegiati, quia ſolus ille privilegiatus dicitur, qui privilegium ad actum reducit, *Donat. in prax. regular. tom. 1. tit. de communicat. privil. tract. 7. q. 19. num. 8. cum pluribus ſeqq. Covar. in regul. poſſeſſor. par. 2. num. 5.* quem refert, & ſequitur *Fontanell. dec. Catalon. 100. num. 7. & ſeqq. volum. 1.*

Minus urget, quod dictum privilegium de-
duci nequeat contra Eccleſiam Romanam præ-
ſcribere pretendentem ex ratione, quod nemi-
nem contra ſe ipſam privilegiare cenſeatur, *ju-
xta dictum gloſ. in c. Cum inſtantia, verb. non*
26 *credimus de conſ.* quod ex ea repetit *Roman.
conſ. 498. num. 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §. 12. num. 19.* cum aliis *per Barb. in Collectan. ad dict. cap. num. 5.*

Prævaluit enim apud Dominos contraria ſeotentia *Abbatis in conſil. 101. ſub num. 10. verſ. & per hoc tollitur, & num. 11, & conſil. 102. ſub num. 6. verſ. & per hoc colligitur lib. 1.* ubi in his præciſis terminis pluribus rationibus firmat privilegium Centenariæ præſcriptionis Eccleſiæ inferiori ab Eccleſia Romana conceſſum, afficere etiam ipſam præſcribere volentem, eo præſertim valido argumento, quod contra alias inferiores Eccleſias, non niſi ſpatio quadragiota annorum præſcribit, & nihilominus Eccleſiæ inferiores id habent ex privilegio ipſis ab eadem Eccleſia Romaoa impartito. Undè idem militare debet reſpectu privilegii Centenariæ præſcriptionis, cum inter unum, & alterum caſum non ſit aſſignabilis ratio diſparitatis.

Nec ſuper dicto *gloſſæ* viſum fuit eſſe inſiſtendum, quia loquitur in caſu, quo non conſtabat certitudinaliter de privilegio ab Eccleſia Romana conceſſo non ſolvendi procurationes, ſeù ſubſidia Legatis, & Nunciis Apoſtolicis, quę eſt materia dicti *Textus.* Ideoque in dubio judicandum erat pro excluſione privilegii, quia cum io illa materia non ſoleat Romana Eccleſia in ſui præjudicium, ut inquit *gloſſa*, quempiam privilegiare: hinc reſultabat, quod Privilegium, ſi quod oſtenderetur, eſſet de ſubreptione ſuſpectum, ut ex *Can. illud autem diſtinct. 93.* advertit *Marant. in Medull. decret. litt. P. verb. procuratio Abb. ſuper d. c. Cum inſtantia n. 6. verſ. non credimus Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 22. num. 20. tom. 2.*

Secus verò eſt, ubi de privilegio non dubitatur, tunc enim eſt omninò ſervandum etiam ab ipſa Romana Eccleſia concedente, cum deceat beneficium Principis eſſe manſurum, juxta *Text. in c. Non decet de reg. jur. in ſexto Amat. Dunozet. deciſ. 644. num. 28. & dec. 678. nu. 22. & 23.* & ita relata *gloſſa* declarat *Vivian. in rational. Jur. Pontific. ſuper dicto cap. Cum inſtantia ſol. 379.* ubi etiam *Butr. num. 9.* ibi: *Contra tales procurationes, ne præſtentur, non juvat præſcriptio, licet juvet privilegium Papæ, & eſt Text. apertus in c. Accedentes de præſcript.* ibi: *niſi dicti Ordinarii per ſpeciale privilegium Apoſtolicæ Sedis a præſtandis procurationibus oſtendant ſe immunes, &c. ipſos ad procurationis Sarcinam ordine debito ſubeundam teneri decernas*, ubi pariter *Vivian ſol. 256. tom. 2.* & notat *Abb. conſ. 34. num. 2. verſ. ſed hic non obſtantibus lib. 1. & conſ. 26. in princ. lib. 2.* ac plenè *Barboſ. de Jur. Eccleſ. d. cap. 22. num. 27. & ſeqq.*

Et regulare eſt, quod Privilegium contra
Principem concedentem, eſt latiſſimè interpre-
tandum, ad *Text. in cap. olim 16. de Verb. ſigni-
ficat. & in l. fin. ff. de Conſt. Princip. Marſil.*
27 *inter Singul. Doctor. Singul. 483. num. 1. &
per tot. Surd. conſ. 120. num. 10. vol. 6. & conſ. 215. num. 4. vol. 7. Fontanell. deciſ. Catalon. 476. num. 13. vol. 2. Cabed. dec. Luſit. 127. n. 5 par. 2. alioſque apud Rotam dec. 199. num. 27. par. 12. recent.*

Ceſſare tandem viſa fuit objecta præſcriptio
vel quia obſtet Cameræ mala fides, cum ſit
certa de ſuo debito, reſultante ab inſtrumen-
to publico, & effectuato per plures ſolutio-
nes factas Archiepiſcopis, cum qua præſcri-
28. ptio nec quidem immemorabilis currit, *c. fin.
de præſcript., & c. Poſſeſſor de regul. Jur. in ſexto*, plenè *Ricc. in conſ. pro Erar. tit. de præſcript. Fiſcal. claſſ. 9. conſ. 43. art. 760. concluſ. 4. §. ſed adverte cum ſeqq.* cum aliis cumulatis *à Peregr. de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 11. & ſeqq.* & de una Eccleſia præſcribente contra aliam. *Bald. de præſcript. 3. part. principal. §. ſexta vero num. 9. Novar. in ſumma Bullar. tit. de alienat. & præſcript. num. 15. Rota deciſ. 28. num. 6. p. 1. recent.*

Vel quia Eccleſia Ravennatenſi, ſive ejus
moderno Eminentiſs. Archiepiſcopo competat
in omnem caſum reſtitutio in integrū ex capite
29 vel ignorantiæ, vel negligentiæ ſuorum An-
teceſſorum, quæ datur etiam Eccleſiæ adver-
ſus aliam Eccleſiam, ut in *cap. Auditis ubi DD.
communiter de reſtit. integr. Roman. conſ. 166.
num. 11. & ſeqq.* & benè in proximis terminis
Hondod. conſ. 80. à num. 81. uſque ad fin. lib. 2.
ubi advertit, quod ob mutationem Prælato-
rum dicitur adeſſe probabilis ignorantia, ad
effectum, ut Eccleſia, & ſucceſſori danda ſit
reſtituo io integrum, *Dec. conſ. 36. num. 2. vol. 1.
Odd. eod. tract. q. 90. art. 3. & 7. & q. 18. n. 19.*
30 *& 40. Cabed. deciſ. Luſitan. 151. per tot. par.
1. Rota poſt Merlin. de pignor. deciſ. 55. num. 25.*
cum aliis per *Add. ad Rot. dec. 3. num. 66. par. 3.
recent.*

Et ita reſolutum fuit Partibus hinc inde informantibùs, & Ego de ordine DD. meorum præſens votum extendi.

ADNOTATIO.

Votum præcedens eſt in eadem Cauſa, de qua in Voto ſubſequenti, & cum utrobique oon agatur de materia ad tractatum ſpectante, nec valdè ſingulari, ideò ſufficiat videre pauca ea, quæ in fine dicti ſequen. Voti notavi.

ILLUSTRISSIMO
D. GINETTO C. A. CLERICO

Ravennaten. Annuæ præſtationis.
16. *Martii* 1671.

ARGUMENTUM.

Additis nonnullis de Privilegiorum natura, atq; in integrum reſtitutione, ea quæ in priori deciſione fuerunt deducta, ad Eminentiſs. ac Reverendiſs. D. Palutii Cardinalis Alterii favorem æquæ confirmantur.

SUMMARIA.

1 *Obligationis ſeu promiſſionis cauſa in contractibus reſoluta, reſolvitur ipſa obligatio ſeu promiſſio.*
2 *Exceſſus, ſi non ſit in dubio inter contrahentes, confirmatio non reſervatur, neque pactum reſolutivum apponitur.*
3 *Pacta ſemper à mente contrahentium regulantur.*
4 *Diverſitas voluntatis ac diſpoſitionis ex diſcretivo modo loquendi concipitur.*
5 *Pactum reſolutivum excludens interpretatio eſt capiendo.*
6 *Ratificatio præſumitur ex obſervantia, & num.19.*
7 *Pacti reſolutivi natura eſt, ut omnia in priſtinum reducantur.*
8 *Doctoris inſignis articulum diſcutientis ſententiæ eſt adhærendam.*
9 *Privilegium Imperiale à Papa confirmatum ligat Eccleſias.*
10 *Verbum* ſancimus *importat novæ legis ſeu conſtitutionis editionem.*
11 *Privilegiore quemquam in ſui præjudicium non ſolet Eccleſia* Romana, *& n.12.*
13 *Privilegia Pontificum late ſumi interpretant quatenus eorum concernunt præjudicium, licet ſecus in damni tertii.*
14 *In privilegio ex identitate rationis comprehenditur concedentis perſona.*
15 *Mala fides obeſſe poteſt Cameræ viventibus illis, qui pro ea contraxerunt, & præſcriptionem impedit in futurum.*
16 *Mala fides continuatur etiam iis mortuis, dum jura in Archivium conſervantur.*
17 *Reſtitutio in integrum ſemper militat favore Eccleſiæ, cui ignorantia ac negligentia præjudicare nequeunt, & n.20.*
18 *Quadriennium ad petendam in integrum reſtitutionem currit à die ſcientiæ.*

DECISIO LII.

(a) Supra dec.51.

NOn acquieſcens Rev. Cameræ reſolutioni editæ ſub die (a) 6. *Januarii proximi præteriti* in favorem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi novam obtinuit audientiam, ſed cauſa iterum à me propoſita, Domini ex rationibus, & fundamentis in antecedente Voto deductis ſteterunt *in deciſis*.

Creditum enim Eminentiſs. Archiepiſcopi viſum denuo fuit, abundè juſtificari ex publico Inſtrumento venditionis molendini, in quo Rev. Camera, loco pretii promiſit ſolvere in perpetuum Archiepiſcopis Ravennatenſibus annua ſcuta 700. auri, adeout duo objecta iterum inculcata, nempè pactum reſolutivum, & præſcriptio, nullius eſſe relevantiæ in præſenti diſputatione compertum fuerit.

Non quidem pactum reſolutivum, ſuper quo inſiſtebat unus tantum ex ſcribentibus pro Camera aliis ſe dumtaxat reſtringentibus ad punctum præſcriptionis, quia cum fuerit, appoſitum in caſu, quo contractus non approbaretur à Pontifice, & approbatio fuerit conventa, quia dubitatur Minalem Theſaurarium exceſſiſſe fines Chirographi, hinc ſequitur, quod ſicuti non verificato exceſſu, approbatio non erat neceſſaria, ut fuit oſtenſum in Voto, quod revidetur, *§. Quod autem & ſeq.* ita quoque pactum reſolutivum ab ea dependens evanuerit.

Ratio autem eſt, quia una, & eadem cauſa nempè dubitatio, quod Minalis exceſſerit, induxit contrahentes ad paciſcendam confirmationem, & ad apponendum pactum reſolutivum confirmatione non accedente; Unde ſi hujuſmodi cauſa, dum detegitur erronea, eſt reſo-
1 lubilis, reſpectu confirmationis, eſt quoque reſolubilis reſpectu pacti reſciſſivi, quia in contractibus reſoluta cauſa obligationis, ſeu promiſſionis, reſolvitur & ipſa obligatio, ſeu promiſſio, ut in puncto *Bald. in l. Emi, ſub num. 32. ff. de minor.* ibi: *Tanquam ceſſante cauſa finali receſſionis, non noceat receſſiſſe* plenè *Tiraquel. tract. ceſſ. cauſ. par. 1. n. 224. 225. & 226. Rom. conſ. 417. n. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 12. num. 5. & ſeqq. & per tot. Rota coram Buratt. dec. 8. n. 6. & 7. & in rec. dec. 255. n. 1. par. 2. & deciſ. 428. n. 1 & ſeqq. par. 2.* & in terminis pacti reſolutivi *Duran. dec. 379. n. 2. & 3.*

Hinc non obſtat objectum, quod partes voluerint ſimpliciter, & abſolutè à contractu recedere, dum à Pontifice infra tempus conventum non approbaretur, etiamſi hujuſmodi approbatio non eſſet neceſſaria, apponendo verba negativa ibi: *eo ipſo præſens contractus ſit nullum, nulliuſque roboris, & momenti, &c.*

Siquidem hujuſmodi poſitiva, ac determinata voluntas in præſenti caſu non adeſt, quinimò manifeſtè excluditur, dum in hac parte tota diſpoſitio regulatur ac dependet à cauſa, nempe à præſuppoſito exceſſu Minalis ibi: *& quia idem Theſaurarius, &c. forſan in aliqua parte exceſſit fines mandati, &c. idcircò convenerunt, &c.* adeout ex talibus verbis apertè de-
2 ſumatur, quod ſi de tali exceſſu non fuiſſet dubitatum inter contrahentes, vel agnoviſſent illum non adeſſe, neque confirmatio fuiſſet ab eis reſervata, nec pactum reſolutivum appoſitum, quia cauſa reducebatur ad non cauſam, ut benè ponderant *Bero, conſ. 180. n. 50. uſque ad finem vol. 2. & ex eo Mantic. de tacit. dict. tit. 4. n. 29. & 30.* & pacta ſive affirmative, ſivè negativè concepta, regulantur ſemper à mente contrahentium, ut inquit *Rota coram Burott. dec. 359. v. 7.*

Id autem potiſſimè confirmatur ponderando, quod Contrahentes in eodem Inſtrumento im-
3 mediatè ante dictum pactum appoſuerunt aliud pactum reſolutivum in eventum, in quem Communitas Ravennæ non ratificaret emptionem alterius molendini novi factam ab Amaduccio ejus Procuratore, & in hac parte nullam expreſſerunt cauſam hujuſmodi pacti inductivam, nullaſque appoſuerunt clauſulas dubitativas, ſed voluerunt contractum omnino reſcindi, dum ratificatio non ſequeretur, apponendo verba abſoluta, & præciſa ibi: *Cum declaratione tamen, quod ſi Communitas non ratificaret Inſtrumentum venditionis molendini novi inter prædictum Reverendiſſ. D. Cardinalem, & D. Cæſarem Amaduccium ejuſdem Communitatis Procuratorem, &c. præſens Inſtrumentum cum omnibus in eo contentis ſit nullum, nulliuſque roboris, & momenti, ac ſi confectum non foret, quia ſic actum, & expreſſè conventum extat inter dd. partes, &c. Summario Eminentiſſimi Archiepiſcopi, n. 4.*

Unde

Unde dum confirmatio Pontificia, ac pa-
ctum reſolutivum reſpectu molendini veteris,
de quo agitur, fuerunt diverſimodè concepta,
nempè cum expreſſione cauſæ dubiæ, & incer-
tæ, conſiſtentis in exceſſu Minalis, hinc bene
arguitur, quod in ordine ad primum pactum,
voluntas contrahentium eſt omninò abſoluta,
ac determinata, cum conventio alia ratione
non nitatur niſi, *quia ſic actum, & expreſſè
conventum extitit inter dd. partes*; Reſpectu
verò ſecundi eſt ſolum determinata præſuppo-
ſitivè, nempè ſuppoſito exceſſu Minalis, quo
4 proinde ceſſante, ceſſat quoque ipſa voluntas,
cum deficiat illius determinativum, Ex diffor-
mi enim ac diſcretivo modo loquendi, ac con-
cipiendi unum pactum, & alterum, diverſitas
etiam diſpoſitionis, ac voluntatis rectè dedu-
citur *Menoch. conſ.215.num.69.& 70. Rot. co-
ram Merl.deciſ.800.n.11.& dec.825.n.20. Add.
ad Gregor.deciſ.801.n.18.& dec.326.n.25.par.
11.recent.*

Hujuſmodi verò intellectus eo libentius eſt
admittendus, cum ea ſemper ſit capienda in-
5 terpretatio, quæ pactum reſolutivum excludit,
ſeu reſtringit, & obſervantiæ, vel effectuatio-
ni contractus aſſiſtit, argumento *Text.in l. in-
ter virum ff. de reb.dub. Mant.de tacit.lib.2.tit.
4.n.30.verſ.ſexto deducitur Menoch. conſ.18. n.
46.verſ.ſiquidem* Rot. *coram Duran. dicta deciſ.
379.n.8.& deciſ.291.n.17.par.6.tom.1.recent.*

Cæterum ſubſiſtere etiam viſæ fuerunt Do-
minis aliæ duæ reſponſiones, quod nempe, li-
cet neceſſaria fuiſſet Pontificis ratificatio à
contrahentibus conventa, adhuc ea præſuma-
tur interveniſſe obſervatam obſervantiam con-
6 tractus, reſultantem ex pluribus actibus in
præcedenti voto recenſitis §. *Accedit etiam*, ut
latè *Cavaler. deciſ. 100. n.3. & ſeqq. & per tot.
Rot.deciſ.631.n.3.par.1.diverſ.& deciſ.91.n.7.
& ſeq.& n.12.p.9.*ubi quod ratificatio, quæ ex
facto reſultat, æquipollet ratificationi verbali,
quæ fieret per ſcripturam, *& in Romana Sub-
haſtationis de Alexiis poſt Roderic.de concurſu
creditor. n.7.& ſeq.*cum aliis in voto *dicto §.
Accedit etiam.*

Quodque Camera non poteſt uti exceptione
pacti reſolutivi, niſi eodem Contextu molen-
dinum menſæ Archiepiſcopali reſtituat, quia
7 de natura pacti reſolutivi eſt ut omnia repo-
nantur in priſtinum, ac ſi contractus non ema-
naſſet, prout ultrà adductos in d. Voto §. *ſed
omnem difficultatem, probat Jo: Baptiſta Thor.
vot.84. num. 42. & ſeqq. lib. 1. Mant.deciſ. 53.
n.30. Caputaquen. deciſ.27. nu.3. p.2.* cum con-
cordantibus cumulatis per *Giurb.deciſ. 24. n.9.
& ſeqq.* Et hæc de pacto reſolutivo.

Quo verò ad præſcriptionem placuit iterum
Dominis reſponſio, quod Eccleſia Ravennaten.
gaudet privilegio, ut contra eam, non niſi
curſus centenariæ præſcriptionis ſit attenden-
dus, quod privilegium ſuffragatur etiam ad-
verſus ipſam Eccleſiam Romanam præſcribere
volentem, ut in individuo tenet *Abb.conſ.102.
ſub n.6. verſ.& hoc colligitur lib. 1.* qui cum ſit
inſignis Canoniſta, & articulum diſcutiat,
ac reſolvat per rationes, & fundamenta abſque
eo, quod habeat contradictionem, dicitur facere
8 caſum legis, ejuſque ſententiæ eſt omninò in-
hærendum, *Bertoz.conſ.Civil.52.num.18.Bucc.
conſ. 35.num.18.lib.1.Surd.conſ.313.n.43.vol.3.
Grat.diſcept.Forenſ.cap.531. n.29. & dec. 354
n.24.par.11.recent.*

Non obſtat repetitum objectum, quod pri-
vilegium hujuſmodi tanquam à ſua origine
Imperiale ligare nequeat alias Eccleſias ex de-
fectu poteſtatis, tum quia ad hunc effectum
ſufficit, quod fuerit confirmatione Pontificia
munitum, ut firmat in puncto *Felin.in cap. Ad
9 audientiam n.28.verſ niſi Papa de præſcript.*cum
aliis *in præterito voto allegatis §. Quia ultra
quod.*

Tum quia Gregorius Nonus non proceſſit
per viam confirmationis, ſed nulla prorſus facta
mentione de conceſſione Imperiali, privilegium
hujuſmodi ex integro, & de per ſe Eccleſiæ
Ravennatenſi impartitus fuit per hæc verba: *Si-
mul etiam ſancimus; ut Sancta Ravennatenſis
Eccleſia cum ſibi ſubjectis Eccleſiis, ſicut Bea-
10 tiſſima Romana, cui Deo authore deſervimus,
Eccleſia, niſi per centum curricula annorum
res ipſius excluditur*, ponderando præcipuè
verbum illud: *ſancimus*, quod propriè impor-
tat novæ legis, ſeu conſtitutionis editionem,
*ut notat Gloſ.in Clem. 1. verb. cenſemus de con-
ceſ. præben. & in puncto Abb.in allegato conſ.
101.& conſ.102.n.4.& 5.lib.1.* eoque in his ter-
minis relato, *Rot.deciſ.438.num.54.& ſeqq. &
n.61.& 62.par.4.tom.2. recent.*

Prout etiam non relevat, quod dictum pri-
vilegium nequeat deduci contra Eccleſiam Ro-
11 manam, cum ipſa non ſoleat in ſui præjudi-
cium quempiam privilegiare. ad *Gloſ.alias al-
legatam in c. Cum inſtantia v.non credimus de
cenſibus.*

Etenim, ut in præterito Voto fuit pondera-
12 tum, doctrina *Gloſſæ* eſt intelligenda, in caſu,
quo de privilegio, vel de ejus legalitate dubi-
tatur, ideoque non applicatur in præſenti caſu,
quo privilegium centenariæ præſcriptionis ad
favorem Eccleſiæ Ravennatenſis eſt clarum, &
indubitatum ex rationibus, & authoritatibus
in eodem Voto §. *Nec ſuper dicto Gloſſæ, & §.
ſeqq.*

Et quamvis in eo non exprimatur, quod
etiam allegari non poſſit contra ipſam Eccle-
ſiam Romanam, id tamen venit ex natura ipſius
13 privilegii, quod contra ipſum concedentem
latiſſimam recipit interpretationem, ut in ter-
minis *Abb.in præcitato conſ. 101. n.11. & conſ.
102.ſub n.6.verſ.item præſuppoſito*, & generali-
ter, quod Privilegia Pontificum ſint latè in-
terpretanda, quatenus concernunt eorum præ-
judicium, licet ſecus in damnum tertii *Thom.
14 Trivis.dec 65. n.3.par.1.Rot.dec.531.n.24. par.
4.tom.3.& dec.380.n.6.par.4.tom.1.recent.*

Quod etiam in caſu præſenti convenit ratio-
ni, & æquitati, quia cum ſignanter Gregorius
IX. conceſſerit tale privilegium ad reparanda
præjudicia Eccleſiæ Ravennatenſis, illiuſque
jura tuendum, ut legitur in proprio Brevis
ibi: *Cognoſcentes igitur ipſum quaſſatam, con-
venit ad ejus relevationem ſtatus auxiliatricem
noſtram porrigere dexteram,&c.* dicendum eſt,
quod illam non ſolum privilegiaverit quoad
alias Eccleſias; ſed etiam adverſus ipſam Eccle-
ſiam Romanam præſcribere volentem, ad quam
primariò ſpectat jura Eccleſiarum inferiorum
defendere & immunia conſervare; ex identita-
te enim rationis, ubi materia eſt merè favora-
15 bilis, perſona quoque ipſius concedentis in pri-
vile-

vilegio comprehenditur, ut in ſpecie *Menoch. conſ. 2. n. 74. & ſeqq.* & generaliter, quod perſona loquentis, comprehendatur in diſpoſitione, ubi eadem ſit ratio in perſona ipſius loquentis, quæ in alia *Gabr. de verbor. oblig. concluſ. 9. n. 8. Gregor. deciſ. 576. n. 10. & ſeqq.* ibique *Add. n. 19. Rot. deciſ. 29. n. 3. par. 2. recent. & deciſ. 372. n. 11. & 12. par. 1. recent.*

Tollitur quoque præſcriptionis objectum ex mala fide Cameræ præſcribere prætendentis, cum ipſa ſit certa ab initio de ſua obligatione mediante publico Inſtrumento, & ex ſubſequentibus ſolutionibus dictæ annuæ præſtationis per plures annos, ut in dicto alio voto §. *Ceſſara tandem*, adeout ſuffragari nequeat adducta replicatio, quod mala fides obeſſe potuerit Cameræ viventibus ſolum illis, qui prò ea contraxerunt, prout de univerſitate tradunt, *Soccin. conſil. 187. num. 27. vol. 2. Loſeo de Jur. Univerſit. part. 3. cap. 17. num. 30. Rot. Avenionen. dec. 128. n. 3. & coram Acebicl. dec. 2. de præſcript.*

Omiſſo enim quod contraria opinio, ut nempè mala fides, ſemel ab Univerſitate contracta, continuetur, & præſcriptionem etiam in futurum impediat, plures habet ſectatores, quam tuetur, *Pariſ. conſ. 27 n. 107. & ſeq. vol. 1. Surd. conſ. 454. n. 43. vol. 4. Hieronym de Mont. in tract. fin. re. un. cap. 27. n. 2.*

Ceſſare viſa fuit difficultas, quia cum in Archivis Cameræ diligenter conſerventur, & cuſtodiantur omnia illius iura, & Inſtrumenta, inde oritur continuatio malæ fidei etiam mortuis illis, qui pro Camera contraxerunt, pro-
26 ut de Religione Hieroſolymitana, *Caputaq. dec. 24. num. 1. & 2.* & de Eccleſia, & Capitulo *Cavaler. dec. 77. num. 7 & dec. 91. num. 10. & 11. Rot. dec. 3. num. 16. & ſeq. par. 7. rec.* ubi quod ad hunc effectum ſufficit quoque probabilis ſcientia, quod etiam firmat *Surd. d. conſ. 454. d. n. 43. in fine.*

Ac demum viſum fuit iterum Dominis non poſſe in omnem caſum denegari Eccleſiæ Raveonatenſi, & ejus Eminentiſſimo Archiepiſcopo reſtitutionem in integrum, ſive ex capite ignorantiæ, ſive negligentiæ ſuorum Prædeceſſorum; Vel enim ignoraverint, ſciverint,
27 & neglexerint ſemper intrat reſtitutio in integrum ad favorem Eccleſiæ, cui non minus ignorantia, quam negligentia Prælatorum præjudicare non poteſt, *ut plene Honded. conſ. 80. a num. 161. uſque in fin. vol. 2. Deciſ. conſ. 36. num. 9. vol. 1. Novarr. in Summa Bullarii tit. de alienation., & præſcription. 14. fol. 18.* ubi hæc eſt verior opinio *Eminentiſs. Ottbobon. deciſ. 51. num. 6. & 7.* aliique in præterito voto *§. fin.*

In nihilo relevante, quod talis reſtitutio eſ-
18 ſet petenda intra quadriennium a die completæ præſcriptionis, quia concluſio eſt intelligenda concurrente ſcientia ſui juris in eo, qui præſcriptionem paſſus fuit, quia cum hoc quadriennium ſit utile, non autem continuum, currere ſolum incipit a die ſcientiæ ut pleniſſime firmat *Odd. de reſtit. in integrum par. 1. quæſt. 20. tit. 4. num. 37. & ſeq.* ubi quod hæc eſt verior opinio, a qua in judicando recedi non debet, *Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 60. num. 6. & 7. Eugen. conſil. 58. num. 69. & 70. vol. 1. Sperel. deciſ. 135. num. 143. & ſeq. vol. 2. Rot. dec. 3. num. 2. par. 3. rec.* ibique latiſſimè *Add. num. 91. & ſeq.*

Et ita reſolutum fuit utraque parte informante, & ego de ordine pariter DD. meorum præſens aliud Votum exaravi.

ADNOTATIO.

IN *Voto Cameræ ſuperius impreſſo* agitur de præſumpta Ratificatione Contractus, & bene reſolvitur *num. 6.*, quod eadem ratificatio præſumitur ex obſervantia, cum enim actus poſſit ratus haberi non ſolum verbis, ſed etiam re ipſa, ideò inductum fuit, ut ratificatio, licet non verbalis, & expreſſa, actualis tamen, &
19 tacita ſufficiat, *Rot. coram Cavoler. deciſ. 100. ſub num. 5. §. Videbatur cum duobus ſeqq. & dec. 125 num. 7. & 8. por. 16. Rec., & cor. Caprara deciſ. 174. num. 7.*

Tranſit in fine Votum Camerale *n. 17.* ad canonizanda favore Eccleſiæ competentiam Reſtitutionis in integrum adverſus damnam ſibi ex negligentia, vel ignorantia Anteceſſorum illata, circa quod ſi Anteceſſores, vel ſocordes, vel ignorantes fuerint, in minimo præjudicare non valent Eccleſiæ vel Rectoribus Succeſſoribus, non ſolum in iis, quæ ſunt juris, ſed
20 etiam in his, quæ ſunt meri facti, prout eſt poſſeſſio, qua ſemel juſte per Eccleſiam acquiſita, nunquam amittitur, ſed retinetur etiam mortuo priori Rectore, qui nomine Eccleſiæ poſſidebat, dum ipſa nunquam moritur, & nunquam deſinit poſſidere *Cap. 2. de præſcript. Poſth. de Manutent. obſerv. 55. num. 54. Rot. poſt eum deciſ. 554. num. 19. deciſ. 78. num. 15. & ſeq. par. 9. recent.* cum aliis per *dec. 40. num. 9., & dec. 41. num. 3. cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Falconerio in Miſcell.*

R.P.D. ROBUSTERII

Votum ſuper Bulla Gregoriana Juris Congrui.

ARGUMENTUM

Retractus habet locum in venditione ad vitam, etiam ab utili domino. Inquilini ex jure hoc poſſunt præferri.

SUMMARIA

1 *Venditio temporalis ſeu ad vitam proprie eſt venditio.*

2 *Jus congrui habet locum in venditione facta ab habente utile dominium.*

3 *An idem in feudalibus.*

4 *Bulla hæc publici boni ac decoris rationem habet.*

5 *Inquilini ex retractu præferri poſſunt in emptione.*

6 *Venditio ad vitam quomodo ſit vera venditio.*

7 *Retractus in re data ad vitam locum non habet.*

8 *Verba debent in potiori ſignificatione, ſeu propria intelligi.*

9 *Dominium plenum, & irrevocabile propriè dicitur dominium.*

10 *Emptor eſt plenus, & perfectus dominus, etiam ſi ab eo revocari poſſit.*

11 *Alienatio propriiſſima dicitur, quando transfertur plenum, & irrevocabile dominium.*

12 *Alie-*

12 *Alienare utrum dicatur alienari utile dominium.*
13 *Retractus habet locum in bonis Emphyteuticis.*
14 *Emptor non ſuccedens in plenum jus tenetur ſtare colono.*
15 *Bulla Gregoriana eſt favorabilis.*
16 *Maximè in Retractu Prælativo.*
17 *Ad dictum retractum obtinendum debent concurrere quatuor requiſita Bullæ Gregorianæ, & quænam ea ſint?*
18 *Nec ſufficit ſola Vicinitas.*
19 *Depoſitum pretii domus, niſi ſit vinculatum non ſuffragatur.*
20 *Intra quale tempus depoſitum fieri debeat, & num. 22.*
21 *Argumentum à contrario ſenſu in Auctoritatibus DD. non ſuffragatur.*
23 *Emptor, ſeù alias ſucceſſor ſingularis, quandonam teneatur ſtare Locationi.*

DECISIO LIII.

CRederem Bullam Gregorianam in caſu, de quo agitur intrare tam inſpectis verbis quam mente ſive ratione ipſius; Nam quoad verba Bullæ in §. 9. in cap. eadem omnia diſponit, ut domo exiſtenti venali de voluntate D. & vicinis ædificare non permittentibus Inquilinus in emptione jus habebat, quod vicinis ædificare volentibus competit, ſervata etiam forma, de qua in §. immediate præcedenti excepta obligatione de ædificando, nam præſupponitur domum, de qua agitur eſſe venalem, volente D. vicinos nolle ædificare, & formam d. §. 8. ſervatam eſſe, & non ſolum videtur dubitari an in caſu noſtro ſimus in venditione temporali, & in venditione facta a domino, & in utroque eſſem in voto affirmativè.

1 Nam quoad primum, licet venditio, de qua agitur ſit temporalis videlicet ad vitam venditoris, hoc tamen non impedit, quominus ſit venditio, cotractus enim poſſunt eſſe temporales, & eſt *text.* clarus *in l. fin. C. de leg.* ubi *gloſ.* in verb. contractis exemplificat in venditione, & ad certum tempus venditionem fieri tenet *Bald. in cap. 1. ſub n. 6. verſ. 117. emptio de fund. dat.* in vim legis commiſſ. *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num.* 88. *ad fin.* & in ſpacie valere venditionem faciam ad vitam dato congruo pretio, & conſiderata qualitate rei, & ætate ementis firmat *Fab. de Monte de empt. & vend. ult. q. p. num.* 11. & venditionem poſſe fieri ad vitam pro firmo præſupponitur *à DD. in cap. in civitate de Uſur. Caſtr. in l. ac fideicommiſſa num. 3. & ibi Alex. num. 2. verſ. & iſtud facit. Dec. n. 4. ubi alii, ſic Alciat. num. 3. c. item. Doct. poſt alios conſ. 123. in princ.*

Circa ſecundum, an ſimus in venditione facta a Domino, quamvis venditor in caſu iſto haberet dominium utile, tamen Jus congruum
2 haberet locum etiam in venditione facta ab habente utile dominium, prout in venditione rei Emphyteuticæ & Eccleſiaſticæ, tenet poſt *Sebaſt. Nic. ad Afflict. de jur. protbom. in princ. l. 1. num. 2. Alex. conſ. 26. num. 4. 5. & 6. Jaſ. conſ. 224. num. 2. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. n. 9. Alvar. de Vall. de empt. par. 1. qu. 17. num. 14.* & hoc idem circumſcripto præjudicio Domini directi, ſentiunt *Fulgoſ. l. decem in l. ante penult. & ibi Alber. verſ med. verſ. ult.* allegat. etiam *Jacob. de ſanct. Georg. num. 4. ff. de pact.* & pro hac opinione facit, quod retractus habet locum in feudis, ut poſt *Fab. Capoll. Jaſ. Bald. & Afflict.* tenet *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 3. num.* 10. arguens de feudis ad emphyteuſim, prout in his terminis facit *Jaſ. d. conſ. 24. num. 2. lib. 2.*

Et licet *Bald. conſ. 500. nu. 4. lib. 1. & Jaſ. conſ. 152. & col. ult. unde ſtatutum laicorum lib.* 4. tenuerit retractum non habere locum in rebus
3 feudalibus & emphyteuticis Eccleſiæ; tamen ultra, quod eſt contra communem opinionem recte, illis reſpondet *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. num. 8.*

Quantum vero attinet ad mentem, & ratio-
4 nem Bullæ Gregorianæ, putarem, quicquid dicunt informantes, nullam rationem exprimi in proemio illius, niſi rationem publici boni, & decoris; & patet in fine proemii ibi: *ac publicum Urbis illiuſque diſtrictus ornatum aeris ſalubritate, ac privatorum eſſe commoditatem*, non reſpiciunt Bullam Gregorianam, ſed litteras Sixti IV. Leonis X. Pii IV., prout ex verbis ipſius clare oſtenditur, dicitur enim omnibus prædictis, Sixti, Leonis, & Piorum litteris antiquatis, & abrogatis, quæ ab illis ad publicum Urbis, illiuſque diſtrictus ornatus, aeris ſalubritatem, ac privatorum etiam commoditatem proindè tunc ordinata fuerunt.

Crederem tamen per litteras Pii V. & per Bullam Gregorianam non fuiſſe abrogatum decretum camerale ſuper jure Inquilinatus factum 11. Decembris 1510., & confirmatum 21. Junii 1513. in quo decreto in *verſ. etiam nihilominus* præferuntur Inquilini in venditionibus domorum; Nam literæ Pii V. revocant ſolum-
5 modo litteras Sixti IV. Leonis X. Pii IV. & alias Romanorum Pontificum litteras confirmatorias, declaratorias, & amplificatorias litterarum Sixti IV. nec ullam prorſus mentionem faciunt de decreto Camerali, prout ex lectura litterarum Pii V. liquet, Bulla verò Gregoriana abrogat ſolum prædictas Sixti, Leonis, & Piorum litteras, ut patet ex illis verbis proœmii ibi; *omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum litteris antiquatis, & abrogatis*, ita ut Bulla Gregoriana in §. 9. non ſtet correctivè ad decretum camerale, ſed immutativè, & limitativè immutat enim modum, & formam ſervandum in domorum venditione, & limitat Inquilinorum nullam abſurdam eſſe rationem volentibus vicinis ædificare. In reliquis igitur non video cur decretum camerale non debeat remanere incorrectum, *ad l. præcipimus in fi. C. de appall. l. ſancimus C. de teſt.* ita ut Inquilinus in caſu noſtro poteſt inniti non ſolum Bulla Gregoriana, ſed etiam decreto camerali cum illa ſtet cumulative, ut in iſto, & propterea ad redeundum crederem ratione finali cor. Bulla. Gregoriana in §. 9. nolentibus vicinis ædificare, tribuit Inquilinis in emptionibus domorum illud tempus idem, quod competit vicinis ædificare volentibus, nullam aliam fuiſſe niſi tranquillitatem, & ſatisfactionem Inquilinorum, & remotionem litium controverſiarum, quia cum Bulla Gregoriana, & decretum camerale in ſubſtantia idem diſpo-

nant

nant nempè in emptionibus domorum Inquili-
nos præferendos eſſe, eumque in decreto came-
rali ſit expreſſa non tranquilitatis, & ſatisfa-
ctionis Inquilinorum remotionis litium, &
controverſiarum cauſa, ſequitur Bullam Gre-
gorianam in eadem ratione fundari; nec præ-
miſſis adverſantur in contrarium allegata.

In primis non obſtat, quod venditio ad vitam
non ſit propriè venditio, cum propria venditio-
nis natura ſit, ut perpetuetur, *Tiraq. de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 88. per l. de contractu
l. non eſt C. de reſcind. vend.* Et in ſpecie condu-
ctio non habet locum in re data ad vitam tenet
poſt *Gera l. Bag in ſua diſput. retract. Butiſg.
tit. de ju. congr. §. in verſ. 19. non habet cum qua
oper.* Nam inducitur contrarium verius eſſe,
quinimò venditio ad vitam ſit proprie venditio,
tum quia contractua ſui natura poſſunt fieri ad
tempus, *d. l. fi. ç. delegatum*, quia in venditione
ad vitam interveniunt omnia ſubſtantialia em-
ptionis, & venditionis, nempe res ex parte
venditionis, prætium ex parte emptionis, &
ſimul conſenſus partium, *l. 1. in fi. l. 2. nec em-
ptio ff. de contrah. empt. §. 1. & §. prætium l. 10.
cum aliis, de quibus per Anton. Gomeſ. de con-
tract. cap. 2. num. 4.* Tum etiam quia venditio
cum pacto redimendi intra certum tempus, quæ
non eſt perpetua, ſed ad tempus, eſt venditio
perfecta, abſoluta, & conſummata omnibus
numeris, & emptor ſtatim re tradita efficitur
dominus, facit fructus ſuos, & poteſt illam
alienare, ut bene deducit *Tiraq. de retract. con-
vent. §. 2. gloſſ. un. num. 4. verſ. hac autem ven-
ditio, & num. ſeq.* & eſt vera, & propria ven-
ditio ſecundum eundem *Tiraq. ib. num. 41. in fi.*
Nec obſtat *lex de contractu C. de reſcind. vend.*
dum dicit de nullo tempore à contractu vendi-
tionis altera parte invita credi poſſe: quia lo-
quitur de venditione perpetua, nec poteſt in-
ferri propria natura venditionis, etiam ut ſit per-
petua, cum venditio poſſit multipliciter fieri,
perpetua, ad tempus, pure, ſub conditione, in
ſcriptis, ſine ſcriptis, inter præſentes, inter ab-
ſentes, *l. vera non eſt C. de reſcind. vend.* Nihil ad
rem facit minuſque obſtat quod retractus non
habeat locum in re data ad vitam, tum quia
7 *Tiraq. d. gloſſ. 14. num. 89.* videtur dubitare de
hoc, & ideo ſuper eo cogitandum relinquit.
Tum quia quatenus verum ſit, id contingit ex
eo, quod ceſſat omnis ratio ſtatuti ſive con-
ſuetudinis retractuum, *ibid. Tiraq.* benè de-
ducit.

Secundo non obſtat, quod venditio, de qua
loquitur Bulla Gregoriana, debet intelligi in
potiori, & pleniori ſignificatione, & ſic de ven-
ditione perpetua irrevocabili, *arg. l. 15. in per-
petuum ff. ſi ag. veri vel emphi. perp.* & in his
8 terminis arguit *Tiraq. de retract. convent. §. 2.
gloſſ. un. num. 8.* quia tunc verba debent intelli-
gi in potiori ſignificatione, quæ ſi non intelli-
gerentur in potiori, intelligerentur in pro-
pria, licet in potiori tunc ſatis eſſet, quia verba
debent proprie intelligi, *l. 1. §. ſi is qui navem
de exec.* & ita regulam *in d. §. in perpetuum de-
clarat. Soccin. conſ. 304. col. ult. in princ. verſ.
ultimo quod verba lib. 2. & conſ. 25. num. 8. verſ.
nec obſtat lib. 3. Tiraq. d. gloſſ. un. num. 41.* Sed
venditio ad vitam eſt propriè venditio, ut ſu-
pra deductum fuit, merito, &c.

Tertio non obſtat, quod venditio in Bulla
Gregoriana intelligitur de ea, pro qua trans-
9 fertur dominium plenum & irrevocabile, quod
dicitur dominium, ut per *Aim. conſ. 102. n. 3.*
quia emptor eſt plenus, & perfectus dominus,
10 etiam ſi ab eo revocari poſſit, ut latè *Tiraq. de
retract. convent. §. 1. gloſſ. un. num. 36. 38. & 40.*
Et quando dominium transfertur plenum, &
11 irrevocabile, tunc non propria, ſed propriiſſi-
dicitur alienatio, ut per *Bald. in cap. 1. §. aut
ſi feud. livellario num. 7. verſ. adde Quibus mod.
feud. amit.* Sequitur verò *in cap. nulli num. 21.
de rebus Eccleſ. non alien.*

Quarto non obſtat, ſi dicerent Bullam Grego-
rianam, quatenus loquitur de venditione, non
intelligitur ea per quam utile dominium tan-
12 tum transfertur, cum talis ſit impropria alie-
natio, *Gloſſ. in l. 1. in verb. alienationis in fi. C.
de Jur. Emphit. & Phi. conſ. 118. num. 19. lib. 2.*
quia intendit ſecundum *Bald. in d. §. ſi livel-
lario ſub num. 6.* alienationem, quia ſimpliciter
accipitur propriiſſimè, quando transfert ple-
num, & irrevocabile dominium, juxta *l. 1. C. de
feud. dat.* propriè, quando utile dominium im-
propriè, quando alienatur uſusfructus vel alia
ſervitus ſive qualitas rei: impropriiſſime quan-
do res pignori obligatur abſque ſpe luitionis,
& hanc Baldi theoricam latè proſequitur *Bero.
in d. c. nulli num. 21. & Jacob. Novell. de Ju-
ſtotbom. §. 1. num. 20.* Et alienatio propriè di-
citur, quod in dominio alienantis non remanet
l. alienatum ff. de verb. ſignif. Unde allegans
utile dominium dicitur propriè alienare, quia
illud non remanet in dominio alienantis, &
alienatio proprie dicitur, non ſolum ſi alienatur
utile dominium, ita poſt *Bald. in c. 1. §. novi
in verb. de ſuis verſ. tradit. Bald. ibi num. 2. in
fi. Alvar. num. 4. circa med. verſ. ex ea nota, &
Afflict. num. 62. poſt medium verſ. & ſic nota per
quos fiet inveſt. & reſci. ff. in §. alienatum fol.
157. verſ. unde ſi quis*, Et dominium utile di-
citur proprie dominium, ut bene deducit *rubr.*
13 *Alex. in §. nihil commune num. 89. ac 91.* Et in
omnem eventum ceſſat tertium, & quartum
aſſociatum ſtante communi concluſione, quod
retractus habeat locum in bonis emphyteu-
ticis.

Ultimo non obſtat quod Bulla Gregoriana
in d. §. 9. fuit ne Inquilini cogerentur recedere
re conducta, cum emptor non teneatur ſtare
colono, *d. l. emptorem C. hoc*. Quæ non ceſſat in
14 caſu noſtro, eo quod Jacoba non ſucceſſit in
plenum jus domus, ſed ſolum in tertia nomi-
natione, quo caſu teſtetur ſtare colono, ut per
*Salicet. in d. l. emptorem col. penul. ſub num. 6. &
ibi argu. num. 2.* verb. item prædicta vera. *Bart.
in §. ſi filius fam. §. ſi vir. num. 1. verſ. aut rei
non eſt conſtitum jus, & ib. Imol. num. 8. verſ.
fallit 2. Paul. de Caſt. num. 4. verſ. eſt. & 45.
Rom. 10. & Alex. num. 6. ff. ſol. matrim. Jaſ. qui
de communi in l. divortio num. 33. in fi. & 34.
ff. ſol. matrim.* Tandem procedit, in creditore
miſſo in poſſeſſione loco debitoris ex primo
decreto; & ita expreſſe declarant *Bart. Angel.
Alex. Jaſ. in cit. loc.* & in his terminis loquitur
tex. in Salic. & alii ſupra relati *in l. venditione
§. 1. ff. de Judic. poſſe, & ibi Angel. num. 2.* Quia
creditor miſſus in poſſeſſione ex primo decreto,
non ſuccedit in plenum jus; Unde cum nos
ſimus in emptore, de jure communi intraret,
d. l. emptor., & Inquilinus poſſet expelli, cum

ſi

ei emptor cogeretur ſtare, ſed ne inquilini im-
pellantur, quod principaliter reſpexit Came-
rale, ut patet ibi: *ne ab eorundem domorum In-
quilinatus expelli poſſit*. Ideo tam decretum
Camerale; quam Bulla Gregoriana ſtatuit In-
quilinos in emptionibus domorum præferen-
dos eſſe.

ADNOTATIO.

BUlla Gregoriana, de qua agitur *in voto*
15 *impreſſo*, eſt favorabilis, ut apparet in
eadem conſtitutione §.23.& rejiciendo *Conſtan-
tinum annot*. 24. *num*. 32., & reliquos contra-
rium tenentes bene firmat. *Fatinell. Reſponſ*.
105. *num*. 1. & *Reſponſ*. 108. *num*. 8. 9. & 13.
egregiè etiam in voto Camerali infra ſubne-
ctendo *deciſ* 54. *num*. 3. & 7. Quod fortiùs pro-
cedit, quando agitur de retractu prælativo, in
quo minorem habemus exorbitantiam à jure
16 Communi, ut ratiocinatur *Lucas de Penna in
leg.unic. C.de imponen. Curat. deſcript. column*.
20. *lib*.10. *Bald. de Jure protbom. quæſt*.17. §.2.
notab.4. *in fine*, & §. 7. *notab*. 2. *verſ. Nec in
præſenti*, benè *Card.de Luc.in ſupplemen. de ſer-
vit. diſc*.100. *num*.8.

Attamen ad obtinendum retractum debent
concurrere requiſita Bullæ Gregorianæ, quæ
conſiſtunt primò in obligatione petentis retra-
ctum ædificandi uſque ad certam ſummam, cer-
tumque tempus, & ſub certa pœna, prout à
Magiſtris Viarum præſcriptum fuerit; Secun-
17 dò in Depoſito pretii intra terminum quinde-
cim dierum; Tertiò quod Ædificium conſtru-
endum non tendat tantummodò ad privatam
commoditatem, ſed ad ornatum, & publicum
Decus Urbis; & Quartò denique, quod Ædi-
ficium conſtruendum cadat tam in domo retra-
hente, quàm in domo retrahenda, itaut ex in-
corporatione utriuſque domus unicum Ædifi-
cium perficiatur, quodque domus retrahentis
perfici nequeat, niſi ex incorporatione domus
retrahendæ; ut ex *d.Bulla* §. 9., magiſtralitèr
explicat *Rot. in deciſ*. 437. *à num* 3. *uſque ad
num*. 17. *cor. Merlin*. in omnibus Tribunalibus
recepta, ut referunt *Eminentiſſ. Corradinus de
Prælat. quæſt*.33. *num*. 57., ſequitur *Eminen-
tiſſimus de Luc. de ſervitutib. diſc*. 76. *num*. 3.
& 12., ubi licet motivet contra *Merlinum*, ta-
men ejus opinionem in praxi ſervandam eſſe
concludit latè *Conſtant. ad ſtat. Urb. annot*. 24.
art.5, *num*.298. & 299. ubi quod ibi: *Sola vi-
18 cinitas non ſuffragatur, ſed requirantur ſupra-
dicta quatuor requiſita, juxta famigeratam de-
ciſ*.437, *cor. Merlin*.

De prædictis requiſitis habita fuit longa
quæſtio in Camera pluribus Propoſitionibus
Anni 1731., & 1732. inter Joſephum Dura-
num, & Thomam Pagliarinum, & die 3. Mar-
tii d. Anni 1732. deciſum fuit contra Duranum
pro incompetentia retractus. Una verò ex præ-
cipuis quæſtionibus agitata fuit circa Depoſi-
tum, quod licet Duranus intimaſſet Pagliarino,
attamen in Camera pro certo habitum fuit,
19 quod tanquàm factum liberè in faciem Dura-
ni, & abſque ullo vinculo prætii Domus, non
potuerit dici ſatisfactum menti Bullæ, quæ man-
dat, ut pretium domus reſtituatur, vel depo-
natur.

Altera quæſtio ſuper eadem Depoſiti mate-
ria exeitata fuit; Quoniam cum factum fuiſ-
ſet alterum depoſitum poſt lapſum quindecim
dierum, quos Bulla præſcribit, quæſitum fuit,
an ſufficeret Depoſitum factum intra Annum à
20 die habitæ ſcientiæ per eundem Duranum, cui
non fuerat perſonaliter, & ad præſcriptum
Bullæ intimata Venditio; Pluribus Auctori-
tatibus ſuadere conabatur Duranus, quod ſuf-
ficeret Depoſitum intra annum à die ſcientiæ:
Sed recognitum fuit in ipſis non reſolvi ex-
preſsè articulum; cum loquantur in caſu nega-
tivo, firmando non eſſe locum retractui, eo
quod depoſitum intra annum factum non fue-
rat; Verum non exindè argui poterat a con-
trario ſenſu affirmativo, quod retractus conce-
dendus eſſet, quando Depoſitum factum fuiſ-
21 ſet intra annum poſt lapſum quindecim die-
rum.

At omnis tollebatur amaritudo ex pondera-
tione, quod non facta Intimatione prædicta,
quamvis concedatur in Bulla annalis dilatio à
die ſcientiæ, ibi: *aliqua ipſorum intra dictum
annum petente ſeque, ut prædictum eſt obligan-
tem ad ædificandum, & pretium reſtituente
alioquin deponente*: ex quo videbatur inferri,
ut ſufficeret depoſitum factum intra annum.

Attamen juxta diſtinctionem caſuum factam
à *Card. de Luc. de ſervit. diſc*.101. *num*.4. cum
verſaremur in hypotheſi, in qua Duranus non
ſimpliciter habuit ſcientiam Venditionis: ſed
etiam effectivè petiit prælationem; Quamvis
verum ſit, quod habuiſſet annum ad d. præla-
22 tionem petendam, nihilominus poſtquam ipſam
petiit, nullum aliud tempus habebat, quam
quindecim dierum, quod ſuperiùs fuerat ab ea-
dem Bulla præſcriptum.

De altera propoſitione de qua hic *num*. 14
vide *deciſ*. 87. *per tot. coram Ubad*. ubi diſcuti-
23 tur an & quando Emptor, ſeù alias ſucceſſor
ſingularis teneatur ſtare locationi factæ per au-
ctorem.

ILLUSTRISSIMO
D.Card. S. R. E. CAMERARIO
Et Illuſtriſs. D. Viarum Magiſtris, ſeu R.P.
D. Roſſanen. Auditore, & D. Petro
Panlonio Aſſeſſore.

Romana Juris Congrui
4. Julii 1619.
Reſolutio.

ARGUMENTUM.

Bulla juris congrui favorabilis oſtenditur ideo-
que extendenda. Præventioni locus datur, cæ-
teris paribus volentibus ornare.

SUMMARIA.

1 *Bulla Juris Congrui non eſt extendenda. Con-
trarium num*. 3.
2 *Urbis ornatus cauſa eſt finalis hujus Bullæ*.
4 *Leges civiles Papæ famulari ſolent*.
5 *Bulla extenditur contra patronum, qui eun-
dem, vel parem ornatum facere non poteſt*.
6 *Lex ob publicam utilitatem eſt benignè inter-
pretanda*.
7 *Bulla hæc oſtenditur favorabilis*.
8 *Conditiones juris in coacta venditione, non re-*

quærantur in Urbis voluntaria.

9 *Ratio fortis potius tollis minus fortem, quam ei dicatur æqualis.*

10 *Inquilinus retrahens ornare non tenetur.*

11 *Dominus copulativè, ac vicinus præferuntur.*

12 *Præventioni locus eſt, cæteris paribus volentibus ornare.*

13 *Terminus ad vendendum eſt aſſignandus.*

14 *Conſtitutiones etiam antiquatæ ad conſorum deciſiones allegari poſſunt, dum earum ratio abrogata non ſit.*

15 *Ædificare valens vigore Bullæ, cogi poteſt ad perficiendum.*

16 *Prælationi locus eſt, quando particeps, vel conſors eundem, vel parem ornatum facere poteſt.*

17 *Patronus cogitur invitus gratis milites hoſpitari.*

18 *Retractus in venditione ad Vitam habet locum in Inquilino, ſecus autem in Vicino.*

19 *Habet locum, quando Maritus vendit Domum ſuam vicinam Domui Dotalis Uxoris.*

20 *Retractus partialis non datur.*

21 *Concordia ex officio à plena Camera interdum demandatur.*

22 *Retrahens etiam à Loco Pio non debet tradere aliud Inveſtimentum, quàm æqualis valoris cum augumento duodecimæ partis; etiamſi novum Inveſtimentum ſit minoris redditus, quam Fundus retractus.*

Hæc deciſio ſeù Votum eſt repetita in deciſ. 538. par. 13. recent.

DECISIO LIV.

De anno 1615. menſe Maii D. Philippus Alborghettus obtinuit a nobis monitorium exequutivum contra Illuſtr. D. Gaſparem Alvarum vigore *Conſtit. Gregor. §. 6. & ſi quis in princ.* ad ſibi vendendum domum ei contiguam a parte Turris Sanguineæ, & a parte plateæ Agonis locari ſolitam, eumque D. Alvarus id negaverit, & in actis declaraverit ſe velle fabricare, & eundem ornatum facere, quem facere imbricæ a ſe fabricandæ exhibuerit, inſtetit præferri debere, *ex deciſ. Robuſter. 475. par. 1. diverſ. & R. P. D. Coccini nunc Decani in Romana Juris Congrui 5. Junii 1600.* (a) prætendens caſum hujuſmodi quando Dominus voluerit fabricare, & eundem ornatum facere, non eſſe comprehenſum in bulla noſtra, ex eo principaliter Bulla hujuſmodi non ſit favora-

(a) Deciſ. 3. cor. eod. Coccin.

1 bilis, nec extendenda ex *Sarmien. ſelect. interpret. lib. 1. cap. 12. & ex dec. 738. par. 2. noviſſ. num. 9. & 11. ult. impreſſ.* (b) Quodque domus ſua non ſit utilis nec neceſſaria ædificio conſtituendo ab Alborghetto, ut eſſe deberet ex diſpoſitione ejuſdemmet §. 6. maxime cum Alborghettus jam ædificaverit, & quod hujuſque ſecis ſuperabundet ejus conditioni, & exercitio Mercatoris pannorum, & locet etiam quandam partem ad uſum apothecæ.

(b) Par. 2. recent.

Cauſa longe lateque diſcuſſa per plures menſes, informantibus hinc inde ex primoribus Advocatis, tandem fuit a nobis reſolutum Alvarum teneri vendere Alborghetto pro pretio æſtimando, & amplius duodecima parte illius ad præſcriptum Bullæ, Alborghettumque debere unire domum d. Alvari cum ſuis domibus, fabricamque conſtruere juxta formam plantæ per ipſum quoque in actis datæ, & ad ornatum Urbis expendere ad minus ſcuta octocentum præter alia, ſcilicet, quæ neceſſaria erunt pro fabrica ipſa.

Fundamentum reſolutionis ſtat ſuper concurſu pro Alborghetto omnium requiſitorum a Bulla *in t. p. d. §. 6.* quod ſcilicet domus d. Alvari confinet Alborghetto, & ſit ſolita locari, & nos viſis teſtibus pro Alborghetto examinatis, viſo loco controverſo, proſpectaque, & conſiderata planta Alborghetti, putaverimus domum controverſam eſſe utilem, & neceſſarium

a fabricæ faciendæ ab ipſo Alborghetto, ut inde reſultet major Urbis ornatus; in quo conſiſtit ratio finalis conſtitutionis noſtræ, ut per (c) *Rot. coram Reverendiſſ. Damaſceno deciſ. 202. num. 4. par. 2. noviſſ. ult. impreſſ. tom. 2.*

(c) Dec. 502. p. 2. rec.

Superfluumque ob id fuiſſe cenſuimus nedum tangere in Informationibus, ſecundam partem ejuſdem §. 6. loquentem de domibus à patronis inhabitatis ad quarum venditionem ipſi cogi non poſſunt, niſi Actor à pluribus partibus confinet, ædificium futurum ſit inſigne in quadruplum exceſſurum, majus augumentum præſtetur, & dilatio ad inveniendam aliam habitationem detur, ſed & inſiſtere ædificium Alborghetti agentis pro coactiva ſit perfectum, dum inter primam, & ſecundam partem d. §. ſit magna diverſitas, & ad oculum conſtet non eſſe perfectum ipſum ædificium, ut inferius dicemus.

In primis autem ſequuti ſumus opinionem, quam ſemper habuimus, & tenuit *Rota diverſ. dec. 226. par. 2. circa princ. & ante fin. & penes Card. Mantic. dec. 63. num. 11. in impreſſis,*

3 Bullam ſcilicet noſtram eſſe favorabilem, & in dubio ſic extendendam, ut in eam partem ſit interpretanda, quæ ad Urbis ornatum magis facere videatur, & aliter judicari non poſſit, cum lex eademmet ſcilicet noſtra Gregoriana ſic loquatur, ſic mandet in §. 29. his verbis: *Decernentes eadem omnia, & ſingula quæ ſuper ſtatuta ſunt, ſi quando in aliquo caſu de eorum ſenſu controverſia contingет, in eam partem interpretandam eſſe, quæ ad urbis ornatum magis facere videbitur; ac ſemper ſive in judicio; ſive extra judicium favorabilia cenſeri, & ita ab omnibus Judicibus etiam Palatii Apoſtolici Auditoribus, & Cardinalibus, ſublato quavis aliter interpretandi, & judicandi poteſtate, interpretari, & judicari debere, & ſi ſecus fiat, fore irritum, & inane.*

Si igitur Papa ſic mandat cum clauſula ſub-

4 lata, & decreto irritanti, etiam cum ipſa diſpoſitione connexis, mirum credimus omnibus poſſe videri, quod ſic inſiſtatur ſemper allegata *reſol. 283. par. 2. rec.* alias ſub nomine Cameræ factæ expreſſe dicente *num. 9. & 11.* conſtitutionem hanc non eſſe favorabilem nec extendendam, imo odioſam. Non enim dicimus nos, quod materia Juris Congrui in abſtracto conſiderata, ubi non adeſſet particularis Conſtitutio, particularis lex Pontificia ſit, ut ſupra, munita, non ſit exorbitans a jure communi, contra ſcilicet *tex. in l. dudum C. de contrah. empt. in l. re mandata C. mandati cum ſimilibus,* ſed cum Papa ſtatuat. quod favorabilis ſit interpretanda in dubio pro majori ornatu, ita

quod

quod aliter judicaſi non poſſit, qui contrarium
defendit, aut legem ipſam totam, & in puncto
non perpexit, aut negat, quod Papa poſſit tol-
lerere leges civiles, quæ ei famulari ſolent,
c. ſuper ſpecula extra de privil. quod certe
plusquam abſurdum eſſet, præſertim cum id
non deducatur per modum argumentandi, ſed
per viam decidendi, & licet *Robuſter. d. deciſ.*
47.5. par. 1. diverſ.alleg. pro D.Alvaro, pluries
argumentando dixerit, quod Bulla hæc non vi-
deatur extendenda, in præjudicium Patroni
prælationem petentis; Tamen concluſio non
ſic dicit generaliter, dum eo tantum caſu de-
cidit de Voto Rotæ Patronum præferendum,
quo idem ipſe ſit, & vicinus, qui parem orna-
tum facere poſſit, ſic admittendo, quod favora-
bilis ſit, & extendenda generaliter, & in ſpe-
cie etiam contra ipſum patronum quoties eun-
5 dem vel parem ornatum facere non poſſit;
quod apertius conſtat *ex d.dec.276.* quæ eſt po-
ſterior *par. 2. diverſ.* cujus auctor eſt ipſe Ro-
buſterius in terminis propriis coactæ venditio-
nis circa principium ibi, *& cum Bulla favora-
bilis ſit*, & ante finem ibi: *& materia eſt favo-
rabilis*, dicit Card. *Montic.d.dec.63. num.11.in
impreſſ.* ubi verba Bullæ referuntur, dicunt
etiam *Creſcent.Pariſ. Birdinæ*, & alii in augu-
mentum relati à *D.Gramion. diſcept.for.tom.3.
cap.460. num.44. & duob.ſeqq.*

Conferunt poſt Sixtum IV., & Leonem X.
Pius IV. eos referens, & confirmans *conſtit.102.*
in Bullario *tom.2. §. 9.* loquens de facultatibus
Illuſtrimi Cardinalis S.R.E.Camerarii, & DD.
magiſtrorum Viarum ſtatuens quod, ubi ſen-
ſus ſit dubius, vel dubius videatur ſemper in
Urbis favorem, & ornatum intelligatur, acci-
piatur, & interpretetur, eiſque in litteris, &
reſcriptis ipſis, ſi opus ſit, favorabile non au-
tem odioſum ſit, & eſſe cenſeatur, & ad effe-
ctum præfatum caſus dicatur comprehenſus
potiùs quam extenſus quacumque interpreta-
tione, ſenſu, intelligentia, opinione, aut alia
re in contrarium quomodolibet faciente, non
obſtante, ut ſic appareat, quod *San. Memor.*
Gregorius noſter, nec nova ſtatuerit.

Accedit hoc non diſtare à diſpoſitione Juris
communis, quod lex ſcilicet lata ob publicam
6 utilitatem, benigna, & lata interpretatione in-
terpretanda ſit: *tex.* eſt de ſobole loquens *in l.
hoc modo 63. ff. de condit. & demonſtr.* quem
notabiliſſimum, & perpetuo mente tenendum
dicit *Fabian. de Monte tract.de empt. & vend.2.
q.princip. ſub num.9.* cui non poteſt obſtare
Sarnien. ex adverſo *alleg. ſelect. interpr. lib. 1.
cap.12. verſ. ſed videmus*, tenens non ideò leges
dici favorabiles extendendas, quia reſpiciant
communem utilitatem, alioquin omnes ſic di-
cerentur, cum non pro privata, ſed pro com-
muni utilitate conditæ ſint.

Siquidem, etſi verum ſit omnes leges eſſe
pro cummuni utilitate, inter eas tamen aliquæ
ſunt favorabiliores, cui non noſtram tantum,
ſed publicam utilitatem magis reſpicientes: ut
dicebamus de ſobole, ad cujus favorem in dubio
ſit pronunciandum. Eſt *tex. in dd. hoc modo ſi-
milibus, &c.*

Et in puncto noſtro ſi intellectui accomode-
tur diſpoſitio Bullæ noſtræ, & continentibus
apparebit qunmodo adjuvanda ſit, ut Urbs
7 etiam in hoc reſplendeat, in ea appareant viæ
7 amplæ, plateæ ampliſſimæ, palatia inſignia,
domus privatorum magnificæ, vineæ conſpi-
cuæ, quarum tantam curam habet ſtatutum
Urbis, ut noluerit advenam vel forenſem uti
poſſe priviℓegio civium Romanorum niſi ha-
beat domum in Urbe, & vineam prope Ro-
mam per quinque miliaria *lib. 3. cap. 57.*. Quæ
præ oculis habentes tot Summi Pontifices: vo-
luerunt non controverti, ſi materia favorabilis
ſit, ſed poſitivè ſtatuerunt eſſe, & velle quod
ſit. Quare ſublatum apparebat fundamentum
pro D. Alvaro ſuper *d. dec.783.* contrarium aſ-
ſerente.

Quod nec poteſt coadjuvari ex allegata do-
ctrina *Tiraquell.de Retract.* aliorum volentium
conſtitutionem Juris Congrui vel Protomiſeos,
& retractus eſſe exorbitantes, & odioſas, niſi
doceatur quod in corpore dictarum Conſtitu-
tionum reperiatur ſtatutum, ſed favorabiles
ſint, & extendendæ; & nihilominus *Tiraquel.
Bald.* Mattheus de *Affliſt. Benedell.* & alii ſcri-
bentes ſuper dictis Conſtitut. dicant, quod ſint
odioſæ & exorbitantes, quod oſtendi non me-
retur deduci pro deciſione contra Conſtituti o-
nem Papalem.

Et ſi admittamus, ut admittere tenemur,
quod Bulla noſtra favorabilis ſit in caſu iſto
coactæ venditionis, ſecundum quod ipſa di-
ſponit, dicit *Rota deciſ. 276. tit. part. 2. div.
circa princ. & ante fin. Cardin. Montic.dec.63.
num. 11. & alii* multo magis id admittendum
videtur quoties agatur de prælatione ſeu retra-
ctu occaſione voluntariæ venditionis, qualis
erat caſus ejuſdem noſtræ reſolutionis per an-
num diſcuſſæ in *Romana Retractus Vineæ 30.
Aprilis* 1615. pro cujus revocatione emanavit
d. deciſ. 783. par. 2. rec. poſt duos menſes ſcili-
cet ſub die 21. Junii ejuſdem anni, ut oſtendi-
mus poſtmodum reſpondendo ſupradictæ re-
vocationi, & folio incip. *hoc unico fundamento*,
quod circumfertur non tamen impreſſum; Si
enim Camera ſervat, ut ibi dicitur, & bene
quod *Bulla in §. 12.* licet pro perſonis ruſticis
non loquatur, niſi de materia coactæ venditio-
nis, nihilominus comprehendat etiam præla-
tionem pro voluntaria venditione, ex majo-
ſitate rationis, videri etiam potuit, ut facilius
inviteutur retrahere volentès pro nitore vi-
nearum ad honeſtam commoditatem, ſaluta-
remque ſui animi ſive corporis refectionem,
quod qualitates, & conditiones acquiſitæ ibi
8 in coacta, non requiruntur involuntaria quem-
admodum in Urbanis, licet in §. 6. pro coa-
ctiva aliquæ requirantur qualitates tam in 1. §.
quam *in* 2. Nihilominus ex §. 8. ubi agitur de
prælatione ob voluntariam venditionem nullæ
requirunt qualitates, ſufficitque ſola vicinitas
propter favorem, quem mandat Bulla præ ocu-
lis haberi, ut cum minori difficultate poſſint
ampliari vineæ ex duabus ſcilicet anguſtis
unam amplam conficiendam cum amplis viali-
bus, &c. Alioquin ſi omnes deberent concur-
rere in voluntaria, quæ concurrere debent in
coacta, poſſet dubitari quod retrahens ultra
tempus conventum teneretur ſolvere duodeci-
mam pro augumento, quod ibi pro coacta ſol-
vitur, & id dici non videtur, quia abhorret à
ſignificatu iſtarum vinearum *prælationem*, *&
Retractu* à majoritate rationis, & à comprehen-
ſione conſideratis à Camera, & ab omni obſer-

vantia, & non videtur favor, qui percipitur à Bulla pro retrahente, ſed potius gravamen, quod omnino ceſſat, ſi dicatur, quod dd. conductiones concurrere non debeant, in hancque partem interpretandam Bullam quæ facilitat prælationes, cum ad nitorem Viarum magis facere hæc interpretatio videatur, & non ſit ferendum, quod ubi ſit major ratio, minor diſpoſitio admittatur, quæ fortior ratio potius
9 tollit minus fortem, quam ei dicatur æqualis *Abb. in c. accedens num. 4. de crimin. falſi. Antonin. Nicell. tract. de concord. gloſſ. num. 52.* ſicut majus lumen offuſcat minus *Rot. diverſ. dec. 13. num. 3. par. 3. lib. 2.* quod voluimus dixiſſe, ut oſtendamus, ubi agatur de ornatu, & nitore reſpective, niſi ubi concurrat Patronus, qui ſit & vicinus, & velit & poſſit eundem ornatum, eundemque nitorem præſtare, ut elaſius in fine patebit.

Fatemur tamen non ſemper æqualiter in ſingulis caſibus Bullam dici poſſe favorabilem, ubi enim non agatur de ornatu Urbis, vel de nitore Vinearum, prout in caſu quo Inquilinus petat præferri ex §. 4. ceſſat tunc ratio finalis,
10 quia ipſe fabricare non tenetur ut ibi, ſicque non concurrit idem favor, & hoc eſt, quod tetigeramus in alia reſolutione noſtra ſub die 11. Aprilis 1609. quam reperimus impreſſam, nobis nihil de hoc ſcientibus inter *noviſſ. ult. impreſſ. par. 1. dec. 184. num. 11.* & hoc eſt quod ſenſit Rota *in Romana prælationis* coram ſupradicto *Reverendiſſ. Damaſceno 16. Februarii* 1618. & prius in (a) *Romana retravenditionis 7. Novemb.* 1616. Bullam hanc non eſſe extendendam, quia agebatur de jure prælationis prætenſo ex ceſſione pacti de retrovendendo, quod pro contraria parte prætendebatur comprehendi in §. 9. loquente de Inquilino, pro quo diximus alias, nec de facili eſſe faciendam extenſionem, cum ornare non teneatur, ſicque in eo non conſideretur ratio finalis Bullæ, quæ Urbis ſit in ornatum ut dicebamus ex *alia dec. Reverendiſſ. Damaſceni*, ſicque procedunt aliæ deciſiones ibi allegatæ.

(a) Deciſ. 322. n. 4. tomo 1. recent.

His firmatis non obſtat quod D. Alvarus ſe obtulerit & obligaverit facere eundem ornatum, ut præferendus ſit vicino ex *dec. ſupradict. Robuſterii 575. & D. Coccini*, quia id impoſſibile apparet ex viſione loci, & ex plantia ipſis, & etiam intendit, & ſe obligavit fabricare, & ornare non tantummodo totam ſuam domum verum etiam alterius ideſt Alborghetti, nec poteſt, nec petiit. Alborghettus vero ne dum domum ipſius Alveri, ſed & ejus proprias, juxta formam ſuæ plantæ, & ſuæ obligationis, & tam à parte Turris Sanguineæ, in quæ licet fabricaverint, apparet tamen non compleviſſe propter ſigna relicta, quæ dicuntur *le morſe*, & deficientiam portæ pro propria domo, ut hodie ingrediatur per alteram ex apothecis quam à parte plateæ Agonis, in qua hucuſque non ædificavit nec ædificare intendit, niſi domum habeat D. Alvari.

Non poteſt igitur conſiderari inter utrumque paritas ornatus, & conſequenter non intrat *d. deciſ. Robuſter. nec alia D. Coccini*, quæ tota ſtat fundata in ipſa *Robuſterii* deciſ. ut ex lectura conſtat, nam ibi Dominicus conven-
11 tus à D. Melchiorio ad vendendum domum ipſi contiguam, non ſolum erat Dominus domus controverſæ, ſed etiam erat vicinus pro alia domo propria ſeu palatio. Unde conjungendo domum controverſam cum palatio Melchiorii vel cum palatio Creſcentii, ſequebatur par ornatus: & licet menſurando ſitu D. Creſcentii paulo minorem eſſe potuit videri, quod nec impediſſet prælationem D. Creſcentii patroni, cum pars, & nihil æquiparentur, & tamen deciſionem ſic intellectam, ut conſtat, ſemper ſequuti ſumus.

Sed talis non eſt caſus D. Alvari, ipſe enim unicam omnimodo controverſiam ſcilicet ibi habet domum, quam ſolam ornare poteſt, & non ultra, ut dicebamus, & à parte Turris ſanguineæ ſitus ipſius ſecus viam eſt malorum tantum 29. ſitus autem domus Alborghetti eſt palmorum 54. ut ſic conſtet quam longè major futurus ſit ornatus ambarum domorum palmorum 83. A parte vero plateæ Agonis licet major ſit ſitus D. Alvari palmorum 26. cum dimidio, tamen conjungendo ambas, major erit ornatus palmorum 34. quam 24.

In quam reſolutionem facilius venire potuimus, quam alias contigerit in ſimili cauſa ejuſdem Alborghetti cum Illuſt. D. D. Paulo Emilio, & alii de Vitelleſchis: cum enim fuiſſent moniti DD. de Vitelleſchis ad vendendam Alborghetto eorum domum ei contiguam ad Turrim ſanguineam, ſentientes fortaſſis ipſi hanc difficultatem paris ornatus illam requiſiverunt ad declarandum quid facere vellet, quia & ipſi intendebant eundem ornatum facere, quemadmodum requiſivit, & ſe obligavit in caſu noſtro D. Alvarus, ſed cum ille reſpondiſſet ſe nihil facere velle, niſi ex Bulla ſibi daretur eorum domus, quo caſu volebat ambas unire, & ornare, tunc ipſi exequi fecerunt contra eum aliud monitorium, quod non fecit D. Alvarus ad illis vendendum illius domum, ſe obligantes utramque ſe ornaturos. Et prima facie videbatur punctus conſiderabilis, quia cauſa ſic reducta erat ad paritatem ornatus, ut videretur DD. de Vitelleſchis præferendos, ex quo nihil referebat pro publico ornatu, quod Alborghettus potius ambas domos ornaret, quam DD. de Vitelleſchis, & nihilominus ſententiavimus contra eos ſub die 23. Octobris 1608. inherentes rationi favoris eorum, qui primo moventur, & alios excipiant ad ornan-
12 dum, quod vult cæteris paribus ſit locus præventioni, *cap. qui prior de reg. jur. in 6. ubi DD. num. 7. & 9.* cum aliis tunc conſideratis, quibus poteſt addi *D. Grat. diſcept. for. tom. 3. dec.* 526. *num.* 9. & hoc aliter conſiderarunt *Leo X. conſtit. 13. in Bullar. tom. 1. verſ. & quoniam, & Pius IV. conſtitut. 134. verſ. & ſucceſſiva tom. 2. ejuſdem Bullarii*, ut ſtatuerunt: *Quod vi aſſerentes, ſe velle habitare, velle inſtaurare domus, poſtquam moniti fuerint non audiantur.*

Quæ conſtitutionis poſitæ ſunt *in vol. Statut. Urbis*, ut leguntur *in Bullar. novo inter Conſtit. Leon. X. conſtit. 19. & Pii IV. conſtit. 102. num. 2.* Et ratio ad illud conſtat, quod ſcilicet alioquin omnes moniti ad vendendum poſſent ſic dicere, & eluſoriam conſtitutionem
13 reddere, ita quod nec finis haberetur aſſignando terminum ſic excipiendi ad fabricandum, quia agens, ſeu monens defatigaretur longitudine temporis præſidendi; eo caſu, & videns,

quod

quod ultra prætium ſolvendum ad rigorem æſtimationis & augumentum juxta formam Bullæ, & expenſas, ſubſtinendi quoque eſſent tot labores cum nova lite, finito tempore aſſignato ad ſabricandum, facienda retraheretur contra mentem Summorum Pontificum volentium, quod facilitate potius iuvitarentur omnes ad ornandum: & credimus quod licet dictæ Conſtitutiones Leonis, & Pii dicantur abrogatæ, & antiquatæ, & Conſtitutio noſtra *in fine princ.* ad effectum omnis complectendi unica conſtitutione, non ideo ſit abrogata ratio ipſarum tendentium in puncto
24 ad eundem finem ut allegari non poſſit etiam ad cauſarum deciſionem. *Robuſte. in l. derog. leg. ff. de verb. ſign. per gloſ. ſingularem in cap. nocuit in verb. quicumque de Ju lic. c. cum ceſſante col.* 1. *num.* 3. *de appell.* cum attendatur magis ratio quam lex, *Bald. in* §. 1. *num.* 3. *inſtit. quib. alien. licet verb.* cum aliis alias conſideratis, & lis ſi ſufficere potuiſſet, præventio ex ſupradictis ſuffragaretur quod vigilantibus ſuccurri ſolet, *l. pupillos* 23. *in fin. ubi gloſ. ff. quæ in fraud. cred.*

Et hæc ſententia noſtra per appellationem in Camera introducta, & per annum ventilata, fuit confirmata per Reverendiſs. Vidonum ſub die 5. Decembris 1629. in actis Scanardi hodie Ferrini, & deinde exequutioni demandata.

Sic quoque factum extitit in alia ſimili Romana Juris congrui inter D. Petrum Paulum Reſtium, & D. Didacum Sbulium, & Cinthiam Occonam per ſententiam noſtram latam ſub die 20. Decembris 1613. per acta Antinorii, etiam quod rei conventi coram nobis ſe paratos obtuliſſent ædificare, ut ſic appareat, quod longe errent aſſerentes de ſtilo Cameræ præferri ſemper Dominum ædificare volentem.

Confluunt aliæ duæ cauſæ à nobis deciſæ, ut cetera omittamus in eiſdem terminis, altera inter D. Franciſcum Coſtacium actorem, & D. Advocatum Alexandrum Coccinum reum conventum, in qua licet D. Coccinus excepiſſet ſe paratum fabricare, ſententiavimus die 18. Maii 1606. ipſum teneri vendere, & per appellationem cauſa introducta in Camera, extractu tranſportato ad acta Cuſani nunc Patritii de Totis, nihilominus fuit exequutioni demandata, & inter D. Ceſarem Magnolum, & D. Margaritam Thamantinam, & litis conſortes, & per ſenteotiam noſtram latam ſub die 28. Novembris 1617. quæ fuit introducta in Camera, & mediante extractu per acta Cennii, & demum exequutioni jam demandata.

Non obſtat, quod dicebatur caſum hujuſmodi, quando Dominus ædificare voluerit non eſſe comprehenſum à Bulla noſtra, quia ex relatis patet reſponſio amplectendo etiam diſpoſitionem ipſius Bullæ noſtræ, ad ſenſum aliaſum conſtitutionum Apoſtolicarum, ex ratione eademmet non correcta per deciſiones Rotæ præſertim in *dec.* 431. *p.* 1. & ſupradictas reſolutiones Cameræ apertiſſime conſtat caſum eo ſolo puncto non eſſe comprehenſum, quo ipſe Dominus conventus, ſit quoque vicinus, & parem ornatum vel pauln minorem facere poſſit ac faciat, ut ſcilicet his concurrentibus cogi non poſſit vendere. Eſſe tamen comprehenſam etiam in eodem puncto, ut ſi velit præferri poſſit, & debeat deinde cogi ab exequutoribus Bullæ ad perficiendum ad unguem à ſe pro-
25 miſſa; in cæteris vero caſibus, in quibus non poſſit dari paritas ornatus, ut in caſu noſtro, ſemper, & ubique ſit comprehenſus, tam ad effectum cogendi vendere recuſantem, quam actorem ad fabricandum & ornandum; Unde apparet ſatisfactio prætenſionibus eorum, qui putabant caſum iſtum patroni prælationem prætendentis non eſſe comprehenſum in Bulla, recurſum habuerunt ad Signaturam Sanctiſſ., petentes, ut deciſio hujus caſus tanquam non comprehenſi in Bulla, & per conſequens non ſpectans ad exequutores dictæ Bullæ, committeretur in Rota, vel alibi. Cui petitioni, ut aliquid reſcriberetur, obtinere non potuerunt, Nam cum prætendentes prælationem. An omnes poſſint facere parem, vel eundem ornatum, cognitio an hic caſus comprehendatur nec ne in d. Bulla non poteſt ſpectare ad alios quàm ad exequutores dictæ Bullæ, qui in ea ſunt Judices ſpecialiter deputati cum clauſulis ampliſſimis.

Nec relevat, quod deſumebatur ex §. 3. *Conſtitut. noſtræ circa fin.* ubi ſi a Magiſtratu Viarum fuerint moniti Patroni bonorum dirutorum, vel aliorum vacuorum ad fabricandum, & negligentes fuerint ultra pœnas comminatas ab eis, debent auferri domus, & loca, & aliis dari, inter quas debent præferri qui fuerint participes vel conſortes, non tamen negligentes; cum fateamur quoties particeps vel conſors poſſit facere parem, vel eundem orna-
26 tum quem præcipit Magiſtratus, eſſe pro eis locum prælationi. Quo verò ad alios caſus vicinitatis non poſſe applicari, quia D. Alvarus non habet ibi aliam domum, & non concludatur in fine, quod inter vicinos, qui magis indiget vel qui vicinus es à pluribus partibus & inter cæteros, qui plus quoque ad majorem Urbis ornatum ædificare voluerit, ſit præferendus. Apparet id diſponi, quod in §. 12. ubi agitur de concurſu vicinorum, tam pro coacta, quam pro reſolutione noſtra, cum Alborghettus ſit màgis ornaturus cum duabus domibus, quam Dom. Alvarus cum una tantum.

Nec obſtat tandem, quod deſumebatur ex *Alciat. in l. ædificia* 139. §. *perfeciſſe num.* 6. *ff. de verb. ſign. & ex tex. in l.* 2. *C. de Metat., & Epidem. lib.* 12. Quia quæſtio *Alciati* non applicatur, ex quo conſtat ex teſtibus, ex viſione, & in planta quod Alborghettus non perfecit ejus ædificium, ut ſupra quoque diximus, præter quod non eſſet de facili capienda reſolutio ſive aliqua diſtinctione. *Tex. verò in d. l.* 2. loquens de diviſione facienda habitationum a metatis
27 pro hoſpitando exercitu militum, & ſtatuens, quod patronus domus duas debet habere partes habitationis: hoſpites vero tertiam partem, & conſequenter patronum præferendum eſſe, non accommodatur caſui noſtro ex diverſitate rationis, & facti, cum ipſe Patronus cogatur invitus hoſpitari in propria domo gratis perſonas ignotas, milites ſcilicet, qui ſolent ab omnibus evitari, & niſi ſic ei ſaltem ſuccurreretur, repugnare omnis ratio naturalis.

In caſu autem noſtro ſolvitur manualiter patrono pretium ad rigorem æſtimationis, ſol-

vitur

3 tur, qui contradicat. *Grat.diſcept.*531. *nu.*29.
*Surd. deciſ.*229 *n.*35. *cum aliis annotat. ad Rot.*
*dec.*20. *num.*42. *p.*3. *rec.* ita ut Doctoris deciſio
etiam ſine lege dicatur caſus legis, donec alius
allegetur, qui contradicat *n.*43. *cum aliis. Surd.*
*dec.*229. *n.*36. *Rota deciſ.* 122. *in fin. par.* 5. *&*
*dec.*354. *n.*24 *par.*12.

Et adjicerent, quod ſi pendente judicio jus
4 actoris perimitur abſque facto ſuo, ſed facto
rei pervenitur ad condemnationem, ac ſi pe-
remptio non eſſet, *l. ſi poſt. accept.* 18. *ff. de rei*
vindic. & ibi notat. Bart. & cenſetur retrotrahi,
quia fingitur condemnatio à die litis conte-
ſtatæ, *arg. cap. cum quis* 23. *de ſent. excom. in* 6.
& ibi gloſ. & cum aliis Coſt. de retrotract. caſ. 3.
*à num.*14. *cap.*8.

DD. formula ipſa præſcripta reſponderunt
in præteritum non licuiſſe Jo: Dominico & fra-
tribus aperire apothecam; An autem per in-
novationem nuper factam apotheca nunc ſit
conſtituta intra diſtantiam à forma ſtatuti, ipſi
DD. dixerunt pendere à menſuratione facien-
da, pro qua cenſuerunt ſubdelegandum peri-
tum in partibus expenſis Jo: Dominici & fra-
trum innovantium forte ad omne officium Ju-
dicis dirimendum, juxta *l. ſi Reus* 83. *in fi. ff. de*
Proc.

Et ita utraque, &c.

ADNOTATIO.

CIrca Artificum, eorumque Apothecarum
Diſtantiam, de qua in præſenti Deciſione,
aliiſque in eadem cauſa emanatis, actum fuit
per Noſtrum Auctorem, *Capit.* 6. *membr.*3. *ex*
*n.*18. *& ſeq. fol.*49.

Fuit in plena Camera agitatum in quadam
Romana juris probibendi; An præfiniri debe-
ret certæ menſuræ Diſtantia Angelo Stramaz-
zæ; qui aperuerat Tabernam ad uſum venden-
di Vinum in Acie Campi Floræ, & Benedictus
Battifolia Caupo, ibi vicinus prætendebat clau-
dendam eſſe Tabernam d. Stramazzæ, eoquod
5 certa Diſtantia non fuiſſet ſervata: Proditque
cor. R. P. D. Bolognetto reſolutio in Camera
diei 10. Martii 1732. *Non eſſe locum Clauſuræ.*

Animadvertebant Illuſtriſſimi DD. Clerici,
quod res erat de claudenda Apotheca, ac de
præfinienda intra certam menſuram illius ape-
ritione, id quod valdè eſt legibus infenſum,
tamquam repugnans humanæ libertati, qua
mediante unicuique licitum eſſe debet ubique
locorum in gratiam Reipublicæ res vendendas
6 exhibere, cujus intereſt, ut adſit copia Taber-
narum, qua mediante res vendendæ Populo ex-
hibeantur minori pretio, *leg. jubemus C. de Mo-*
nopol., & conventio negat Card. de Luc. de Re-
*gal. diſc.*117. *n.*9., *& de emption.*, *& vendit.*
*diſc.*13. *n.*2. *Galeott. reſponſ. Fiſcal.*10. *d.*39., *Me-*
noch. de arbitrar. caſ. 569. *Rot. cor. Cavaler. deciſ.*
286. *n.*1., *& dec.*309. *n.*4.

Contra hanc publicam libertatem opponeba-
tur quoddam Statutum Univerſitatis Caupo-
num, Cap 3. ibi - *Che tutti li Bettolanti, che*
eſerciteranno le Bettole, debbano eſser lontani
da ogn' altra Bettola, & Oſteria almeno per lo
ſpatio di anni 40.

Verumtamen prædictorum Statutorum Di-
ſpoſitio contrario uſu abrogata fuit, cum in
ambitu totius Urbis videamus Caupones,
& ejuſmodi Tabernas apertas, & exercitas nul-
7 la ſervata Diſtantia. Atque hæc abrogatio ca-
debat extra omnem difficultatem e ſubſequenti
facto Summorum Pontificum, qui inter cæte-
ra ſpecialiter conceſſerunt Appaltatori Doha-
næ ſtudii - *Che ſia lecito aprir Bettole, e Oſte-*
rie nuove, e vecchie &c. e riſpetto alla Diſtan-
za queſta debba regolarſi ſeconda la qualità de'
ſiti. Cum autem ejuſmodi Capitum ſuas vires
recognoſceret ex Chirographo Manu Sanctiſ-
ſimi Domini Noſtri ſignato, certum erat, quod
8 iſte actus poſterior cuicumque præcedenti de-
rogaverat. *Leg. final. ff. de Conſtit. §. Poſterior*
quoque quib. mod. teſtam infirm. Barboſ. axiom.
1803. *Rota coram Emerix junior dec.*493. *n.*1.

Nec exiſtimatum fuit relevare, quod in hoc
Capitulo non legeretur derogatio ſtatuto fa-
cienti in contrarium, quippe quia cum in
Chirographo relato haberentur Clauſulæ dero-
gatoriæ, iis mediantibus, de medio remane-
rent ſublatæ omnes diſpoſitiones ſtatutariæ, quæ
exadverſo deducerentur, ac cæteræ aliæ Apo-
9 ſtolicæ Confirmationes; itaut omnis operatio
earundem ceſſaret, & haberentur, ac ſi nun-
quam in lucem proditæ fuiſſent *Leg. diſputat.*
Cod. de crim. Sacril. Bald. in præløud. feud. co-
*lumn.*9. *num.*34., *Mager. de annual. Cap.* 6. *nu.*
5, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*744. *num* 8. *&*
9. *Rot. dec.*199. *num.*13. *par.*18. *recent. & in Con-*
ſtantien. Præcedentiæ ſuper bono jure 27. *Janua-*
rii 1716. *§. Ac præterea cor. Anſalda.*

Stantibus igitur prædictis Capitulis Auctori-
tate Pontificia confirmatis, quæ ulterius de-
clarant - *nulli, e caſſi, e di niun valore i Capi-*
toli, che parlano delle diſtanze - &c. & attenta
licentia aperiendi conceſſa ab Appaltatore,
nullius ponderis exiſtimata ſunt Decreta judi-
cialia, quæ afferebantur per Battifoliam ad ſua-
dendam dd. Statutorum Obſervantiam: Tum
quia facta contra mentem Chirographi Ponti-
ficii eſſent per ſe nulla, & irrita: Tum etiam
quia Clauſuram Tabernarum demandatam in
iiſdem Decretis, non apparebat in ipſis fuiſſe
citatum, nec auditum Appaltatorem Dohanæ
ſtudii, de cujus principali Intereſſe agebatur,
& propterea Decreta tanquam res inter alios
10 acta, nullum volebant firmare ſtatum, *ad Tex.*
in L. prima, & alibi paſſim C. res inter alios
*acta, Rot. coram Bich. deciſ.*310. *num.* 71., *co-*
ram Emerix jun. deciſ. 820. *num.* 6., *& deciſ.*
904. *n.* 10., *& in recent. deciſ.*70. *n.*86. *par.*13.

Exarſit eodem Anno in eodem Tribunali
11 altera Quæſtio circa Diſtantiam; Quoniam
cum Sanctæ Mem. Benedictus XIII. ſpecificè
confirmaſſet die 15. Martii 1728. Statutum
Vermicellariorum, in cujus Cap. 14. de-
mandabatur - *Che ſe alcun Rivenditore vor-*
rà rivender la Paſta, ſia obligato a pi-
gliarla dal Vermicellaro più vicino alle 60.
Canne, & in Cap. 16. cavebatur - *che neſſuno ſot-*
to qualſivoglia preteſto, o colore poſſa andar ven-
dendo per Roma tanto publicamente, che ſegreta-
mente Paſta di qualſivoglia ſorte lavorata con
Torchio, e Stampa, & anche foreſtiera, - Po-
marii, Salſamentarii & Merciarii, qui Paſtil-
los vendebant reclamaverunt; Commiſſaque
Cauſa per Sanctiſſimi Domini Noſtri Audito-
rem plenæ Cameræ cum facultate etiam con-
cedendi Aperitionem Oris arbitrio &c. adver-
ſus Chirographum prædictum, Camera cenſuit
inta-

Digitized by Google

intrare Arbitrium pro Aperitione Oris, & in-
11 firmavit ſententiam D. Aononæ Præfecti ſu-
per obſervantia d. Statuti emaoatam ; & ſub
die 19. Junii 1732. Ponente Illuſtriſſimo, &
Reverendiſſimo D. Maggio demandavit Cauſæ
expeditionem, in cujus ſequelam Collegium
Merciariorum, ejuſque Patentati, Univerſi-
tas Pomariorum, & Salſamentariorum poſſunt
vendere cum omnimoda libertate dd. Paſtillos
exteros, nec ullam tenentur Diſtantiam ſer-
vare.

ILLUSTRISS.

D. NICOLAI SEVEROLI

Advocati Conſiſtorialis.

diſcurſus.

IN ROMANA PUTEOLANÆ
PRO

RR. PP. CARTHUSIANIS.

ARGUMENTUM.

Per quam docte examinatur, & reſolvitur, quo caſu, & quomodo Emphiteutæ, ſeu Uſufructuario fodinas Puteolanæ, nec non Metallorum liceat aperire.

SUMMARIA.

1 *Emphyteuta valet in fundo Emphyteutico Cretæ, atque Arenæ fodinas aperire, ſuoſque ab iis fructus facere.*

2 *Idque non modo initio conceſſionis, ſed quandocumque, & num. 4.*

3 *Dominus directus rem concedere cenſetur modo & forma, qua ipſe utitur.*

5 *Fructus ea non dicuntur, quæ non renaſcuntur.*

6 *Emphyteuta quibuſcumque proventibus frui debet.*

7 *Manutentio in eodem ſtatu deducitur ex verbis* mantenere e conſervare.

8 *Emphyteuta, & uſusfructuarius obligati ad rem manutenendam, & ſervandam omni tempore, non poſſunt ejus formam mutare.*

9 *Iidem non poſſunt fodinas aperire, ſi fundus in effoſſione deterior*

10 *Fundus deterior in effoſſione quando fieri dicitur.*

11 *Caducitas non incurritur per terræ effoſſionem, niſi hæc magna fuerit & doloſa.*

12 *Fodinæ Puteolanæ in Urbe non aperiuntur niſi licentia à Proprietariis obtenta, & aliqua facta contributione.*

13 *Obſervantia in effoſſionibus eſt attenenda.*

14 *Effoſſiones metallorum in fundo alieno, & Domino invito atque contradicente fieri poſſunt, ſecus eſt de cretæ atque arenæ fodinis.*

15 *Cautio de damno reficiendo in iſto caſu non ſufficit, quia ſolvenda eſt Decima, ſeu damni recompenſatio.*

16 *De excavationibus foſſilium. Remiſſivè.*

17 *Decima ſolvenda Fiſco Principis pro foſſilibus, aliquando ejuſdem Principis gratia minuitur.*

18 *Facultas eruendi foſſilia in Montibus Atulphæ conceſſa per Sanctiſſ. CLEMENTEM XII.*

19 *R.P.D. Caroli Sacripantes Theſaurarii Generalis Encomium.*

DECISIO LVI.

QUamvis communis ſit DD. ſententia, quod
Emphiteuta poteſt in fundo emphyteutico
aperire Fodinas Cretæ, & Arenæ, & tota
utilitas ad eum ſpectet, non autem ad Domi-
num directum, ut probat *Text. in l. item ſi fun-
do* 10. ibi: *ſed & ſi Lapides habeat, & Lapides*
1 *cædere velis, vel CRETÆ FODINAS habeat,
vel ARENAS omnibus his uſurus Sabinus ait,*
& in *l. ſi uſusfructus* 16. ibi: *Inde quæſitum eſt,
an Lapidicinas, vel CRETÆ FODINAS,
vel ARENÆ FODINAS ipſe inſtituere poſ-
ſit? Et puto etiam ipſum inſtituere poſſe,* & pau-
lo poſt. *Proinde venas quoque lapidicinorum,
& metallorum hujuſmodi poterit inquirere, ergo
& auri, & argenti; & ſulphuris, & æris,
& ferri, & cæterorum Fodinas, vel quas Pater
familias inſtituit, exercere poterit, vel ipſe in-
ſtituere ff. de uſufruct. & quemadm. quis utat.*;
cum aliis quos poſt antiquiores cumulant, &
in his terminis plene expendunt *Caſtill. de uſu-
fruct. cap. 37. num. 2. & per tot. Petr. Barboſ. in
l. D. verſu 8. §. ſi vir num. 16. verſ. tamen in Fo-
dinis Cretæ Arenæ ff. ſolut. matrim. Garz. de ex-
penſ. cap. 22. num. 47. verſ. in Fructuario Guttie-
rez de Tutell. part. 3. cap. 25. num. 8. & ſeqq. &
num. 19 & cap. 29. num. 8. Farinacc. de var. &
diverſ. qu. 104. inſpec. 2. num. 38. 39. & 41. Ful-
gin. de Jur. Emphyt. qu. 16. num. 29. verſ. infer-
tur ex ſupradictis Barb. de diviſion. fruct. par. 1.
cap. 17. num. 48. & 67. Larrea dec. Granaten. 44.
num. 12. & ſeq. Joſ. ph. Mela in addit. ad Gicca-
rell. deciſ. 34. num. 60. Rot. poſt. ſecund. volum.
conſ. Farinae. deciſ. 254. per tot.* & in terminis
cavæ Puteolanæ *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 453.
per tot.*

Idque procedat non ſolum, quando Fodinæ
erant apertæ de tempore conceſſionis, & inve-
2 ſtituræ de quo nullum eſt dubium apud ſcriben-
tes, quia Dominus cenſetur concedere rem eo
modo, & in eo ſtatu, in quo res reperitur &
ipſe utebatur, juxta *Tex. in l. ſi fundum 9. ff. ſo-
lut. matrim.* quem ita intelligunt præ cæteris
3 *Garz. de expenſ. dict. cap. 22. num. 47. Caſtill. de
uſufruct. dict. cap. 37. num. 6. 7. & 8. Barb. de di-
viſ. fruct. dict. cap. 17. num. 34. verſ. non obſtat
tandem par. 1.* Sed etiam quando Emphyteuta
de novo illas invenit, & aperit, nam hoc face-
re poteſt cum fundus illis intelligatur conceſ-
ſus ad percipiendos omnes fructus, quales cen-
ſentur etiam iſtæ materiæ in venis, & Fodinis
4 inventæ, ut late probant *Garz. d. cap. 22. ead.
num. 47. verſ. alter caſus eſt, & Caſtill. c. 37. num.
9. cum ſeqq.* & omnes ſuperius citati.

Nihil obſtante quod aliqui diſtinguant inter
Lapides, & Metalla, quæ renaſcuntur, dicen-
tes renaſcentes eſſe in fructu, & pertinere ad
uſufructarium, & emphyteutam, non rena-
ſcentes autem non eſſe fructus, ſuper quo la-
5 te ſe diffundit *Barbat. d. c. 17. à num. 21. uſque
ad* 74. Quin etiam in hoc articulo verior, & re-
ceptior eſt opinio, quod etiamſi non renaſcun-
tur, pertineant ad uſufructuarium, & Emphy-
teutam, quia licet non ſint proprie fructus, ta-
men habentur loco fructuum, obventionum,
& commoditatum, & per conſequens Emphy-

teuta,

teuta, & alius, qui fructibus frui debet etiam
iſtos proventus, & iſtas commoditates percipe-
6 re poteſt, dummodò boni viri arbitrio utatur,
hoc eſt ſi fundum meliorem, fructuoſiorem, ſi-
ve utiliorem reddat, juxta *Text. in l. uſufructu
legata ff. de uſufruct. & quemadmod.*, ut præter
eumdem *Barbat. d. cap. 17. num.* 38. firmant *Ca-
ſtrenſ. in l. Divortio §. ſi vir num. 3. & ibidem P.
Barboſ. num. 9. verſ. in Emphyteuta autem & nu.
14. verſ. ſuccedit igitur, & num. 25. ff. ſolut. ma-
trim. Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 23.
num. 9. verſ. Nec obſtat Text. Guttierez. de Go-
bell. qu. 36. num. 16. & de Tutell. par. 3. cap. 25.
num. 11. Garg. de expenſ. d. c. 22. num. 45. verſ.
Tertius caſus, & verſ. ſeqq. Caſtill. de uſufruct.
d. c. 37. a num. 15. uſque ad 19. Gratian. d. diſcept.
453. num. 22. & 23.*

Hujuſmodi tamen concluſiones caſui noſtro
non applicantur ex duplici fundamentu. *Pri-
mò* quia non ſumus in fundo genericè conceſſo
ad meliorandum, ſed ad certum, & determina-
tum uſum plantandi, & faciendi vineam, &
cannetum, cum obligatione illa manutenendi,
& conſervandi in eo ſtatu, ut oſtendunt illa
verba; *Manutenere, & conſervare omni tem-
7 pore*, quæ perpetuam rei manutentionem in eo-
dem ſtatu ſignificant *Surd. conſ. 121. num. 25.
& ſeqq. Vivian. de Jure Patronat. lib. 13. cap. 8.
num. 197. Poſth. de manut. obſerv. 2. num. 19. &*
20. Hoc enim caſu non poteſt Emphyteuta, &
uſufructuarius formam rei mutare, & in alium
8 uſum convertere etiamſi fundus efficiatur me-
lior, ut probat. *Text.* clarus *in l. ſi uſufructus
16. §. ſed ſi inter duos* (quod in C. Gothofred.
eſt initium *l. 17.* quæ incipit *Æquiſſimum*) *ff. de
uſufruct. & quemadm.* cujus hæc ſunt verba; *ſi
fortè voluptarium fuit prædium viridaria, vel
Geſtationes, vel Deambulationes arboribus in-
infructuoſis opacas, atque amænas habent, non
debebit deijcere, vel forte hortos olitorios, vel
aliud quid, quod ad redditum ſpectat*, quæ ver-
ba non poſſunt eſſe clariora, cum fundus ibi
deſtinatus pro certo uſu etiam arboribus infru-
ctuoſis opertus non poſſit mutari ad uſum fru-
ctuoſiorem, & licet ſtatim ſubijciat poſſe ape-
rire Cretæ, & Arenæ ſodinas tradit ad novum
caſum fundi non conceſſi ad certum uſum, &
probant *Bald. in l. 1. num. 28. & ſeqq. C. de Jur.
Emphit.* ubi *num. 30.* dat exemplum Silvæ, quæ
non poteſt extirpari, ut fiat Vinea, & repetit
*Florian. de S. Petro in l. Hortenus 8. §. Nera-
tius num. 2. & 5. ff. de uſufruct. Cæpoll. de ſervit.
Ruſt. præd. cap. 22. alias 104. num. 11. & 12.* &
in terminis terminantibus fundi dati ad uſum
Horti, & Vineæ *Loffred. in celebri conſ. 28. per
tot.* quem ſequitur *Urſil. de Affl. dec. 221. nu.
3. in fin. Barbat. de diviſ. fruct. part. 1. cap. 37.
numer. 35.*

Secundo quia omnes ſupradictæ concluſio-
nes procedunt, quando fructus per iſtas exca-
9 vationes, & effoſſiones Arenæ, & Cretæ effi-
ceretur melior, & fructuoſior, ſed quando fit
deterior, & cauſa proprietatis læditur, & mi-
nuitur, tunc Emphyteuta, & uſufructuarius
non poteſt hujuſmodi ſodinas aperire, ut pro-
bat *Tex. in d. l. ſi uſufructus eod. §. ſed ſi duos* ibi;
*Et non debet neque arbores frugiferas excidere,
neque Villam diruere, nec quidquam facere in
præjudicium proprietatis, ff. de uſufr., & quem-
adm.*, & eſt communis omnium ſcribentium
ſententia, quam poſt *Bald. Florian. de S. Petro
& Cæpoll. in locis mox alleg.* firmat *Farinacc. de
var. qu. in qu. 204. inſp. 2. num. 39. verſ. dummodo
tamen, & num. 41. verſ. niſi ex tali inciſione* &
concordant *Garg. de expenſ. d. cap. 21. num. 47.
in fin. verſ. quod ſi deteriorem fecerit*, ubi fir-
mat, iſto caſu ne dum non licere, ſed imo effo-
dientem teneri reſtituere omnia cavata, & ef-
foſſa & *Caſtill. de uſufruct. d. cap. 37. nu. 19.* &
eſt communis.

Per effoſſionem autem, & excavationem Pu-
teolanæ fundum effici deteriorem dubitari non
10 poteſt, quia in iſta non militat ratio vigens in
excavatione Arenæ, & Cretæ, quæ ſunt terræ
ſteriles, & infructuoſæ, & illarum excavatio
fit in ſuperficie fundi, & per illarum ſubductio-
nem, & remotionem fundus ab illa prava & in-
fructuoſa Terra purgatur, & bona ac meliori,
aptaque ad fructus ferendos repleri poteſt, ut
conſiderat *P. Barboſ. in l. Divortio §. ſi vir nu.
16. ff. ſolut. matrimon.* Sed Puteolana effoditur,
& excavatur per ſubterraneos, profundos, &
magnos cuniculos Terræ ſubtus ipſum fun-
dum, & illius magna pars aufertur, & extra
aſportatur, ex quo Domino directo oriuntur
magna præjudicia, quia ipſa proprietas dimi-
nuitur, & extra portatur, quod eſt contra *Tex.
in d. §. ſed ſi inter duos*, ubi expreſſe dicitur, ni-
hil fieri poſſe, quod proprietati noceat, ibi: *nec
quidquam facere in perniciem proprietatis*, &
facta illa effoſſione, & excavatione ſuperior
pars fundi tractu temporis labefactatur, & ruit,
& ſuperficie Terræ remanent magnæ inæquali-
tates, & ingentes Foveæ, & cavitates, in qui-
bus aqua ſtagnat, & Cœlum Agri corrumpi-
tur, & fit inſalubre, & vites pereunt, ac de-
penduntur, & in Terra, quæ remanet ſuper
illis cavernis humores, & vapores, qui deberent
elevari, & Vineam nutrire tendunt deorſum,
ex quo Terra fit debilis, & deterior, ut eſt no-
tiſſimum, & dicunt Periti addentes etiam, quod
ob continuum Effoſſorum commercium in Vi-
nea non potuit amplius ſperari, & ſervari, una,
ceterique earum fructus, quia tam ipſi, quam
illi cum eis verſantur illos continuo rapiunt &
diſperdunt, ideoque applicantur limitationes,
& declarationes, *d. §. ſi inter duos*, quod generali-
ter non liceat effodere, quando Vinea fit dete-
rior, & in ſpecie quando aliquid fit in præjudi-
cium proprietatis, & Agriculturæ, & Cælum
agri corrumpitur, ut diſerte legitur in ipſo
Text.

Hinc nihil relevat replicatio quod ab effoſ-
ſoribus relinquantur ingentes, & frequentes
Pilæ, quæ ad inſtar Columnarum molem Ter-
ræ ſubſtinent, et fulciunt, dum ex ſupradictis
patet, quod tractu temporis Terra ruit, et in-
terperditur fructus, et ipſa proprietas læditur
et diminuitur, dum aufertur, et extra traſpor-
tatur, et caſu quo reverterentur ad Dominum
revertitur diminuta, et inanis, quæ ſunt præ-
judicia nimis patentia.

Neque adverſatur *Rot. coram Seraph. d. 2453.
num. 5. 6. & 7.* Quia in eo caſu res non fuerat
conceſſa ad certum, et determinatum uſum, et
prætendebatur devoluta ex capite, quod res
eſſet effecta deterior ex effoſſione Puteolanæ,
quam *Rot.* dixit non poſſe probari. Primo quia
non conſtabat de ſtatu anteriori Vineæ, prout
erat neceſſe ad effectum videndi an res eſſet de-

riorata, ſed potius de melioramentis huic deteriorationi æquipollentibus, imo illam excedentibus. Secundo deteriorationem cauſatam ab effoſſione Puteolanæ non eſſe ſufficientem ad effectum incurrendi caducitatem, niſi eſſet ma-
11 gna, & doloſa; aperte ſentiendo, quod illa excavatio per ſe cauſae deteriorationem, quæ licet non ſufficeret ad effectum devolutionis ceſſante dolo, ſufficit tamen ad effectum, ut fundus dicatur fieri deterior; & per conſequens Domino invito fieri non poſſit juxta doctrinas ſuperius allegatas.

Et hæc omnia comprobantur ex obſervantia ſubſequuta, nam uſus notorius Urbis eſt, quod ſimiles cavæ Puteolanæ fieri non poſſint, niſi ohtenta prius licentia a Proprietariis, quibus ſemper ſolvitur in recompenſationem tertia vel alia pars valutari, *ut in fide, quæ in Calce ponitur*, & quotieſcumque iſte caſus occurrit in Ur-
12 be, ſemper fuit tranſactione ſopitus contribuendo Domino Directo aliquam portionem utilitatis plus minuſve juxta naturam & qualitatem Emphyteuſis, nam Me ſcribente de anno 1658. in cauſa vertente inter PP. S. Antonii Viennen. de Urbe, & D. Carolum de Matteis, iſte contribuit DD. directis tertiam partem Puteolanæ effoſſæ, & in alio caſu inter RR. Monachos S. Mariæ Novæ de Urbe, excavare volentes, ſe compoſuerunt aſſignando PP. medietatem utilitatis. Quæ obſervantia debet attendi cum prævaleat quibuſcumque interpretationibus etiamſi opinio contraria eſſet de jure me-
13 lior, & verior, *Menoch. conſ. 39. num. 20. Hondcd. conſ. 92. num. 30. lib. 1. Rot. inter diverſ. dec. 504. num. 3. par. 1. coram Buratt. deciſ. 994. n. 6. & coram Romi dec. 341. n. 11. & 12.*

Nec obſtant, quæ dicuntur de publica utilitate, ratione cujus poſſunt fieri hujuſmodi excavationes in fundo alieno etiam Domino
14 invito, & contradicente, ut probat *Text. in l. cunctis 3. & in l. quoſdam 6. & ubique Gloſſ. de Metall. & Metallar. lib. 11.* & firmant *Caſtrenſ. in d. l. Divortio §. ſi vir num. 4. ff. ſolut. matrim. & conſ. 23. nc 330. lib. 2. Sixtin. de regol. lib. 1. cap. 16. num. 38. & ſeqq. Corrad. Von. Ejenſiedel. eod. tract. c. 3. num. 320. & ſeq. Montan. pariter ſimili tract. verb. Argentariæ ſub num. 3 pag. mihi 260. col 2. Peregrin. de Jur. fiſc. lib. 4. tit. 2. num. fin. Roſsental. de feud. concluſ. 88. num. 1. Afflict. deciſ. 421. num. 14. Hartman. pract. obſerv. lib. 2. tit. 24. obſerv. 1. num. 2. Gryphiander. œconom. legal. lib. 1. cap. 20. ſub num. 45. verſ. in alieno Limnæus obſerv. ad Aur. Bull. Card. 4. ad c. 9. §. 1. obſerv. 11. num. 3. in fin. Rumellin. diſsert. ad eand. eod. cap. 9. diſsert. 7. tom. 11. & ſeqq. & ibi Miller. in Addit. Abaſnea Fritſch. exercit. 16. De Libertat. Natural. reſtrict. th. 26.* Quia iſta procedunt, quando agitur de venis auri, & argenti, & de Fodinis Æris, Plumbi, Stamni, Sulphuris & Lapidum pretioſorum, aliorumque Metallorum, & foſſilium, quæ rarò inveniuntur, ut patet ex lectura eorundemmet DD. mox alleg. ſecùs autem eſt, ubi agitur de his fodinis Cretæ, & Arenæ, & Puteolanæ, quæ ubique inveniuntur, & haberi poſſunt, iſtas enim quis non poteſt aperire, & fodere in fundo alieno invito Domino, ut ſe declarat *Caſtrenſ. in d. §. ſi vir & ibidem egregiè Barboſ. num. 29. Capoll. de ſervitut. Ruſtic. Præd. cap. 22. alias 104. ſub num. 4. Montan. de Regalib. dict. verb. Argentaria pag. 260. col. 2.*

Et hinc ceſſat alia concluſio, quod ſatis ſit
15 cavere Domino de damno reficiendo ad tradit. per *Chriſtin. dec. Belgic. 67. num. 25. tom. 2. & Fritſch. dict. exercit. de libert. Natural. reſtric. ſub ead. th. 29. verſ. dicit tamen.* Quia illi caute loquuntur de effoſſione Auri, & Argenti, ac aliorum Metallorum, & Mineralium, in qua verſatur publica utilitas, & intereſſe Principis, nec proinde applicari poſſunt caſui noſtro, in quo cum agatur de effoſſione Puteolanæ, quæ ut diximus, ubique invenitur, & haberi poteſt, in fundis alienis invito Domino effodi, & excavari non poteſt, ut probant *Barboſ. Cap. & alii in locis mox alleg.* Ulterius dicta concluſio procedit, quando dubium eſt, an effoſſio Domini ſit allatura damnum, ſecus quando conſtat rem effici deteriorem, ut ſupra latè fuit probatum. Quinimo ſupradicti DD. firmant, ultra cautionem, Domini fundi ſolvendam eſſe decimam, quæ propriè non eſt Decima, ſed recompenſatio damni, & læſionis, quam Dominus patitur ut poſt *Chriſtin. & Fritſch. loc. alleg.* tradunt *Andr. Knichen. de Saxon. non prov. Jur. in verb. Ducum Saxoniæ cap. 5. ſub num. 121. Goden. conſ. 2. num. 10. Minſig. reſponſ. 39. num. 15. & 16. decad. 4.*

Et ita ſalvo ſemper, &c.

Fede del Commiſſario delle Cave di Roma.

IO infraſcritto Commiſſario delle Cave, & Antichità di Roma, e ſuo Diſtretto, fo fede, come ſecondo l' uſo delle Cave tanto di Puzzolana, come di Tufo, e Tavolozza, non ſi poſſono fare dette Cave in niun luogo ſottopoſto à Canone, Livello, ò altro ſimile peſo, ſenza averne prima ottenuto licenza dalli Proprietarii, o ſia Padroni diretti, a' quali, quando ſi contentino di dare tal licenza, ſpetta per il meno la Terza parte franca di tutto, quanto ſi cava, e per eſſere queſto l' uſo, che corre in Roma, e ſuo diſtretto, in fede ho ſottoſcritto la preſente di mia propria mano, queſto dì 12. Febraro 1670.

Onofrio Cocchi ſudetto Commiſſario.

ADNOTATIO.

LAtiſſimè de Excavationibus habetur in *Ferentrano Fodinæ. 11. Martii 1726. per tot. cor. R. P. D. Rovault. de Gamaches*; ubi ſæpius citatur *hoc Votum*, & exornantur Concluſiones hic firmatæ. Ad quarum ornatum videnda etiam ſunt latè deducta in *Romana Urnarum 16. Junii 1724. coram R. P. D. Calcagnino, & 29. Januarii 1725. coram R. P. D. Nunez pariter per tot.*, in quibus, ultra auctoritates ibi allega-
16 tas, diverſos caſus reſolventes, ad quas poterit haberi recurſus, pulcherrima etiam & ſcitu digniſſima perſeguntur. Et ipſis addendæ ſunt, *Deciſ. 471. coram Buratt.* confirmata *in dec. 299. par. 5. tom. 1. recent.*, & *Adnotat. ad deciſ. 69. n. 39. coram Anſaldo*, in quibus omnibus curioſæ, & ſingulares quæſtiones explanantur.

Quam-

Quamvis autem in prædictis auctoritatibus, & præcipuè in citat. *Perstrana Fodinæ §. fin.* Statuatur Supremi Principis Fiſco ſolvendam eſſe Decimam rerum jam inventarum. Nihilominus quando res ipſæ nondum inventæ ſunt, ſed præventive petitur gratia excavandi ad hoc,
17 ut per ſobterraneas effoſſiones eædem res exquirantur, tunc ratione futuri incerti eventus, & periculi jacturæ expenſarum, cui Effoſſor ſubjicitur, ejuſmodi Quota Decimæ ſolet per munificentiam Principis diminui favore Inquirentis; quemadmodum dirigente Me, atque urgente Negotium Sanctiſſ. D. N. CLEMENS XII. feliciter regnans conceſſit D. Abbati Fabio Fabrono Nobili Piſtorien. facultatem excavandi cum ſola ſolutione vigeſimæ partis Utilium ex effoſſione; ſeu excavatione in Montibus Atulphæ percipienda percipiendorum: *La privativa di potere ſcavare tutti le Minerali, e*
18 *Mezziminerali a riſerva dell' Alume, Criſtalli d'ogni ſorte, Marmi, Pietre dure, e ſemidure, o di potere privativamente agli altri farne uſo, e venderli in Roma, ſuo diſtretto, e per tutto il ſuo Stato con l' obligo al medeſimo di pagare alla Camera cinque per cento di tutti gli utili, che ritraerà, &c.* prout ex Summario Chirographi 5. Aprilis 1732. & ex Inſtrumento 17. Junii ejuſdem anni, cum R. C. A. celebrato.

Gratiam hanc Reipublicæ utiliſſimam promovit, & pro ea Interceſſit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Carolus Sacripantes univerſo totius Urbis, & Status Eccleſiaſtici plauſu Theſaurarii Generalis munera implens, in quibus exercendis tum jura Cameræ ſurra tecta
19 per ſummam Vigilantiam ſervantur. Tum opportunitatibus eorum, qui cum eandem Cameram negotium habent, per mirificam æquitatem cum incredibili prudentia conjunctam ſuccurritur, cujus Nomen, ut eximii honoris gratia his Adnotationibus finem imponat mihimetipſi ipſi gratulor oblatam a præinſerto *Voto* fuiſſe occaſionem.

R.P.D. ALDROVANDO

Nepeſina Molendinorum.
Lunæ 3. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Baro non habet facultatem inhibendi ſubditis conſtructionem novorum Molendinorum in feudo, etiamſi nunquam extiterint nec poteſt eos obligare, qui ex immemorabili tempore ad propria accedebant Molendina, ne ad noviter facta conveniant.

Et quid exigatur ad inducendum hoc Jus, ſeu ſervitutem.

SUMMARIA.

1 *Cuilibet licitum eſt in proprio ſolo ædificia erigere, Molendina, aliaque omnia ad libitum.*

2 *Et qui jus probibendi habere præſumit, vel ſervitutem negativam debet docere de titulo acquiſitionis, vel ex privilegio, vel ex pacto, vel ex legitima præſcriptione.*

3 *Barones, & Domini, qui ſuperiorem recognoſcunt, nequeant legem ferre, ne ſubditi ad molendum accedant, præter quam ad propria Molendina.*

4 *Neque jus habent probibendi novorum Molendinorum conſtructionem.*

5 *Quamvis diminuant propriis antiquis Molendinis concurſum Molentium, quicquid dicendum, ſi tollerent omnimodum exercitium, per totalem aquarum diverſionem.*

6 *Et magis ſpectatur utilitas conſtruentis propter publicum beneficium.*

7 *In facultativis ex nullo temporis lapſu acquiritur ſervitus negativa, jus probibendi, aut præſcriptio, niſi interveniat actualis probibitio, & probibiti acquieſcentia per tempus aptum ad præſcribendum.*

8 *Per non uſum etiam per mille annos libertatis ædificandi, aut alia accedendi Molendina, cenſetur ablata hæc facultas, & inducta contraria ſervitus.*

9 *Fundamentum præſcriptionis conſiſtit in poſſeſſione, quæ in ſervitutibus negativis incipit à die probibitionis, & probibiti acquieſcentia.*

10 *In affirmativis verò ab ipſo facto poſſeſſionis.*

11 *Ad probandum titulum, qui habeat contra reſiſtentiam juris concludentiſſimæ exiguntur probationes.*

DECISIO LVII.

EXcitata prætenſione per Marchionem Joannem Baptiſtam de Melchiorris ad ipſum tanquam Dominum Feudi Caſtri Turritæ privativè ſpectare Jus retinendi, ac poſſidendi in dicto loco Molendina ad uſum Frumenti, & Olei, quodque in conſequens in ſui præjudicium Particulares ædificare non poſſint in eorum ſolo; & Domibus nova Molendina Monitorium jactationis jactationum in vim *leg. diffamari C. de ingen., & manum.* Expediri curavit coram R. P.D. Viceſgerente, illudque præſentare fecit Franciſco de Roſavinis, & Tarquinio de Traſis, quo mediante illis inhibuit, ne ad novam conſtructionem auderent devenire, contestataque Lite prædictus Judex Monitorium moderatus fuit, ac per Sententiam pronunciavit, nullum Jus, nullamque actionem privativam eidem Marchioni competere, ſed licuiſſe, & licere monitis in proprio ſolo Molendina conſtruere, ſeù ædificari facere, à quo judicato appellatione per eundem Marchionem interpoſita dubitavi: *An competat Jus probibendi conſtructionem, & exercitium Molendinorum*; atquè in contumaciam ipſius Marchionis informare non curantis, reſponſum accepi *negativum.*

Principium enim eſt in Jure abſolutiſſimum, unicuique liberum eſſe in ſolo proprio ædificia erigere, Molendina, aliaque omnia ad libitum
1 conſtruere ad *Text. in l. altius, & ſeq. Cod. de ſervitut., & Aqua, Bartol. in leg. quo minùs n. 1. & ſeqq. ff. de fluminibus*, & in his terminis ſequuntur *Novar. de gravam. Vaſſal. gravam. 60. n. 31. Hering. de Molend. qu. 15. nu. 24., Gobbius de Aquis qu. 17. n. 2. Capon. diſcept. for. 230. n. 3., Card. de Luc. de Regal. 144. n. 12. diſc. 145. n. 10. verſ. credebam, & diſc. 167. n. 2., Theſaur. deciſ. Pedem 16. n. 1., Panimoll. deciſ. 26. Annot. 2. n. 1., Rota coram Peutinger. deciſ. 164. n. 1., & coram Baratt. dec. 38. n. 1., & poſt Gobb. tract. var. dec. 47 n. 1., in Cavallicen. Bannalitatis Furni 25. Januii 1696. §. Aſſiſtit coram R.P.D. meo Priolo*

& in Foro ſempronien. Molendinorum 7. Decembris 1703. §. Præmiſſo coram R.P.D. meo Lancetta confirmata 16. Maii 1704. §. Jam enim coram R.P.D. meo Anſaldo.

Adeoùt ad tollendam hujuſmodi Juris aſſiſtentiam, & præſumptionem, quæ ſtat prò libertate, & facultate fabricandi quicumque habere præſumens Jus prohibendi, seù Servitutam negativam docere concludentiſſimè teneatur de titulo acquiſitionis, vel mediante Privilegio Supremi Principis, vel ex pacto, vel legitima præſcriptione ex pluribus adductis per
2
Rocc. diſput. Jur. cap. 173. n. 1., Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 10. n. 13., Romaguer. in Addit. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub. 14. n. 8., & in dictu Cavallicen. Bannalitatis Furni, §. Aſſiſtit, verſ. & iſta coram R.P.D. meo Priolo.

Privilegium Principis, et pactum cum Subditis ſtipulatum non fuerunt huc uſque per Marchionem exhibita, abſque eo quod loco tituli ad effectum, de quo agitur, valeat illi ſuffragari, quod ipſe ſit Dominus, & Baro ejuſdem Caſtri, ubi poſſidet Molendina, quia quemadmodum Barones, & Domini Principem Superiorem recognoſcentes aliqua Lege, vel Statuto ad proprium; & privatum commodum ordinare directè non valent, nè Subditi accedant ad molendum ad alia Molendina præter-
3 quàm ac propria ipſius Baronis ex Doctrina *Bald. conſ. 409. ſub n. 7. vol. 5., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 89. n. 15. & 16., Gobb. tract. var. quæſt. 16. n. 1., & 3., De Marin. reſol. Jur. lib. 1. cap. 32. per tot., De Luc. de Regal. diſc. 144. n. 3., Roc. diſput. Jur. cap. 58. n. 12. cap. 172. n. 13. & cap. 173. n. 4. Rot. deciſ. 308. n. 1. par. 4. tom. 2. recent.* Ita non eſt illis tamquam Baronibus permiſſum hoc per indirectum obtinere mediante prohibitione con-
4 ſtructionis novorum Molendinorum, & unanimitèr tradunt *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 10. n. 8. Romaguer. in Add. ad Conciol. d. lib. 5. Rub. 14. n. 6. Paniuoll. dec. 26 Annot. 2. n. 16., Rot. apud Baratt. dec. 38. n. 2., & dec. 48. n. 9. poſt Gob. Tract. var., & in d. Foroſempronien. Molendinorum 16. Maji 1704. §. in hoc etenim coràm R.P.D. meo Anſaldo.*

Parum attento præjudicio, quod ex nova Molandini conſtructione infertur antiquo Molendino Baronis, quidquid enim eſſet, ubi novum ædificium impediret omnimodum exercitium antiqui, proùt exemplificant Doctores,
5 mediante totali Aquarum diverſione, certum utiquè eſt, quòd cum in præſentiarum damnum, quod recipit Baro non conſiſtat, niſi in diminutione frequentioris Concurſus Molentium, hujuſmodi damnum tanquam conſecutivum, improprium, & indirectum uti pendens à libera Hominum voluntate in nulla prorſus habetur conſideratione, quia potiùs ſpectatur,
6 attenditurque utilitas conſtruentis, quæ tendit etiam Beneficium publicum molere volentium, qui ratione majoris copiæ Molendinorum alterutrum prout magis expedit, eligere poſſunt ad *Text. in l. fluminum §. final. ff. de damn. infect., Gratian. diſcept. 89. à n. 1. ad 5., & n. 9. diſcept. 480. n. 5., Cyriac. contr. 310. n. 12., & controv. 462. n. 6., De Luc. de Servitut. diſc. 30. n. 4. Rocc. diſp. Jur. cap. 172. n. 3., 5., & ſeqq., Panimoll. dec. 26. Annot. 2. n. 3., R.P.D. Zaul. ad ſtatut. Favent. lib. 2. Rubric. 18. n. 17., Rot. coràm Rembold. dec. 421. n. 6. & coràm Dunoz. Sen. deciſ. 231. n. 13., & dicta dec. 48. n. 6. poſt. Gobb. tr. var., & in d. Foroſempronien. Molendinor. 1704. §. Nullo ulterius coram R.P.D. Anſaldo.*

Minuſvè pro titulo eſt allegabile, quòd ab immemorabili tempore in dicto Caſtro, ejuſque Territorio non reperiantur conſtructa alia Molendina, quàm illud Baronis, unde ex lapſu longiſſimi temporis inducta fuerit ſervitus negativa, & jus prohibendi Vaſſallis novam conſtructionem remanſerit, præſcriptum; ſiquidem cum actus conſtructionis, ſivè ædificationis ſit merè facultativus ad effectum acquirendi ſervitutem negativam, & præſcribendi Jus prohibendi neutiquàm ſufficit, quod quis dicta facultate nunquàm uſus fuerit, eamque etiàm per mille annos ad exercitium minimè deduxerit, ſed præterea requiritur, quòd Jus, seù
7 ſervitutem prætendens probet, ſe prohibuiſſe novam conſtructionem, quodque prohibiti eidem prohibitioni per tempus aptum ad præſcribendum acquieverint, ut generaliter in quacumque materia facultativa firmant *Spada conſ. 108. n. 7. lib. 3., Caſtill. de tert decim. cap. 32. n. 2., Poſt. de manut. obſ. 53 n. 28., de Luc. de Juriſd. diſc. 34. n. 30. Rot. coràm Emerix Jun. dec. 883. n. 8. & dec. 1255. n. 4. & in Rec. dec. 400. n. 3. part. 4. tom. 1., & dec. 272. n. 14. part. 19., & poſt. Tamburin. de Jur. Abb. dec. 43. n. 9., & dec. 63. n. 15. to. 3. in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio, filiorum familias 18. Junii 1703. §. Non adverſante coràm R.P.D. meo Scotto, & Nullius Provinciæ Hiſpalen. Juris amovendi Vicarium ſuper Negotio Principali 12. Decembris 1707. §. Non obſtante coràm Me.*

Et in his terminis, quòd per non uſum cujuſvis temporis etiàm mille annorum, & immemorabilis non remaneat acquiſita negativa
8 ſervitus, nequè præſcriptum Jus prohibendi in præjudicium libertatis ædificandi, & ad alia accedendi Molendina tradunt *Natta conſ. 106. n. 9. Hering. de Molendin. quæſt. 12. num. 66. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 3. num. 55., & ſeq., Gratian. diſcept. 89. nu. 13., & diſcept. 564. num. 52., & 53., Rocca diſp. jur. cap. 58. num. 13. & diſput. 172. num 5., Gobb. de aquis quæſt. 15. à num. 31. ad 33., Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 10. num. 7. Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub. 14. num. 7., Theſaur. dec. pedem 16. num. 3., & 4. verſ. verum quidquid Capyc. dec. 109. num. 25., & 26., Rot. coràm Baratt. dec. 38. à num. 3. ad 5.,* et poſt *Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 47. num. 2., & dec. 196. num. 2. tom. 3., in* Recent. *dec. 616. num. 1. part. 3., & deciſ. 308. num. 3 part. 4. tom. 2., & in ſæpecitata Foroſempronien. Molendinorum 1704. §. Fortiùs coràm* R.P.D. *Anſaldo.*

Ratio autèm ea eſt, quia fundamentum præſcriptionis conſiſtit in poſſeſſione, at in ſervi-
9 tutibus negativis poſſeſſio non datur, neque incipit, niſi a die prohibitionis deducendi actum ad exercitium, & acquieſcentiæ prohibiti, quidquid ſecus ſit in ſervitutibus affirmativis,
10 ubi ſolo facto poſſeſſio adipiſcitur juxta celebrem *Gloſſ. in l. qui luminibus formam poſt mediam ff. de ſervit. Urban. Præd., Bald. in l. 2. ſub num. 54. verſ. ſed quæritur C. de ſervit., & aqua, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 89. num. 19., & 20., & dec. 281. n. 23. part. 15. recent.*

Ex quibus nullum fundamentum conſtitui poteſt in aliquibus Teſtibus per Marchionem

io

in prima Inſtantia ad perpetuam examinatis, cum nil prorsùs deponant de prohibitione peracta à Baronibus, quodque eſt magis, habent contra ſe depoſitionem aliorum Teſtium per informantes adductorum, qui deponunt, Vaſſallos numquàm fuiſſe adſtrictos adire ad Molendina Baronis, ſed in plena libertate ſempèr extitiſſe aſportandi Olivas ad Molendina Locorum circum adjacentium ſibi magis beneviſa, quod manifeſtè comprobat, Marchionem nullum titulum habere, ad quem proindè probandum ob vehementem Juris reſiſtentiam, aliàs concludentiores debet pandere juſtificationes, ut dictum fuit in dicta *Cavallicen. Bonnolitis Furni 25. Junii 1696. §. De titulo coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ita, &c.

R.P.D. SCOTTO

Urbeventana Viæ ſuper bono jure.
Veneris 4. Martii 1712.

ARGUMENTUM

Viæ publicitas quomodo conſtituitur, & ex quibus actibus, & adminiculis reſultet.

SUMMARIA.

1 *Cuique licitum eſt tranſire per viam publicam.*

2 *Via, quæ incipit, & deſinit in publico, eſt publica.*

3 *Non probatis extremis publicis prò concludenda publicitate viæ, eſſet neceſſarium probare, vel quod ſolum intermedium erat publicum, vel quod fuerat publicatum ab habente poteſtatem.*

4 *Et probatis extremis publicis ad excludendam publicitatem viæ intermediantis, neceſſe eſt probare, quod ab initio fuerit conſtituta in ſolo privato.*

5 *Referuntur ſigna, & conjecturæ ſuadentia publicitatem viæ, quales ſunt aggeres, & ſepes, dum intermedio ſpatio relicto, ſolent opponi ad limitationem agrorum.*

6 *Fons conſtructus in via ad publicum uſum deſtinatus, arguit eam publicam, maximè ſi per communitatem fuerit extructus.*

7 *Idem argumentum præbet tranſitus per eam anniverſariæ Proceſſionis Populi, & Cleri.*

8 *Maximè quando ſequitur, non obſtante prohibitione, & cum ſucceſſiva acquieſcentia contradicentis.*

9 *Non præſumitur quod verus Dominus relinquat viam ad publicum tranſitum, & ſine cultura.*

10 *Teſtes de aliqua univerſitate probant etiam ad ejus commodum, ſi exteri ignorent probabiliter id, de quo eſt quæſtio.*

11 *Præcipuè quando deponant ad commodum commune, non ſingulorum.*

12 *Libertas viæ non eſt neceſſe probare per titulum, aut per immemorabilem.*

13 *Locus intermedius poteſt publicus eſſe, quamvis bona fide hinc inde ad privatum pertineant.*

14 *Una eademque via nequit partim eſſe publica, partim privata.*

15 *In conflictu Teſtibus numero majoribus, & gravioribus deferendum eſt, quando inſuper urgent etiam aliæ demonſtrationes.*

16 *Innovationes propria arbitrio in via factæ non excludunt ab ipſa publicitatem.*

DECISIO LVIII.

PErturbati Homines Caſtri Porani, & Comes Carolus, & alii de Saracinellis in eorum antiquiſſima, & ferè immemorabili poſſeſſione tranſeundi per viam nuncupatam *la Menghina* à Dulce Antonio de Dulcibus poſſeſſore Prædii cohærentis, inſtruxerunt judicium manutentionis coram Gubernatore Urbis veteris, & ſuccumbentes in prima inſtantia per contrariam ſententiam à d. Gubernatore promulgatam, propitiam tamen ſortem experti ſunt in gradu appellationis, non minus coram A. C. Cerro; quam etiam hodie in Sacro Auditorio coram Me; Propoſitis namque geminis dubiis, Alterum ſcilicet ſuper manutentione, & alterum ſuper bono jure, quemadmodum ſuper primo, de quo in altera mea contemporanea deciſione reſolutum fuit, dandam eſſe manutentionem Communitati, & Comiti Carolo, ita huic ſervando ſuper bono Jure videlicet: *An liceat Comiti Saracinello, & litis Conſortibus tranſire per viam, de qua agitur,* Domini reſponderunt: *licere.*

Moti ex eo, quia cum Via, de qua agitur,
ſit publica, cuique per eam tranſire licitum eſt,
ad *Text. in l. per Agrum C. de ſervitutibus,*
1 *Surd. conſ. 421. num. 34. Capoll. de ſervit. cap. 3.*
num. 19., Antunez. de donation. Reg. lib. 3. cap.
3. num. 12., & quidem conſtat de publicitate
Viæ; quia non minus ex acceſſu Judiciali,
quàm ex pluribus Teſtibus formiter examinatis,
doctum fuit, illam incipere ab alia via publica,
quæ ab Urbe veteri ducit ad Caſtrum
Porani nuncupat. *la bocca della cava*, & definire
in aliam viam publicam, quæ dicitur
vulgò *la Via Piana*; Via namque, quæ incipit,
& deſinit in Publico dicitur, & cenſetur
publica, *l. ultima C. de loca, & itinere pub.,*
Card. de Luc. de ſervit. diſcurſ. 136. num. 4.,
2 *Rocc. diſput. Jur. cap. 162. num. 32. Tondut.*
reſol. civil. par. 2. cap. 133. num. 10. & 12. Rota
deciſ. 632. num. 5. coram Caval., & deciſ. 287.
num. 6. par. 9. tom. primo Recentiorum, neque
concurrentibus dictis extremis, neceſſarium
eſt probare pro concludenda publicitate Viæ,
vel quod illius ſolum fuerit ab initio publicum,
vel quod publicatum extiterit ab habente
poteſtatem illud publicandi, prout alias eſſet
neceſſarium, non probatis dictis extremis
juxtà caſum *deciſ. 838. coram Cerro, deciſ. 858.*
3 *coram Emerix, & deciſ. 101. parte 4. tom. 2., &*
deciſ. 398. parte 14. per tot., vel aliarum auctoritatum,
quæ poſſent in contrarium allegari;
& ratio eſt, quia eo ipſo, quod ex dictis
duobus extremis, initii ſcilicet, & deſinentiæ
in publicum, via de jure præſumitur publica;
Perneceſſe publicum etiam præſumitur ſolum,
ſeù ſuperficies conſtitutiva Viæ, niſi ille, qui venit
4 contra præſumptionem Juris concludenter
probet contrarium, quod ſcilicet Via ab initio
conſtituta fuerit in ſolo privato, *Pecch. de*
ſervit. cap. 9 quæſt. 22. num. 18. & quæſt. 15.
num. 14. Card. de Luca de regal. diſcurſ. 136.
num. 19. R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 5.
rub. 33. num. 17. tom. 2. Rota dicta deciſ. 632. per
totam coram Cavaler.

In

In hypotheſi autem non ſolum nullibi conſtat, quod via, de qua agitur, fuerit constructa, in privato ſolo, quin potius plura concurrunt ſigna, & perurgentes conjecturæ in contrarium magis, magiſque ſuadentes publicitatem. Conſtat enim ex recognitione judicialiter facta in Acceſſu, & etiam ex Planta, quod tota via dividitur à Prædiis convicinis ex una parte per ſepem, & Agerem arbuſculis etiam naturalibus refertam, & ex altera per foveam: Undè rectè infertur, quod intermedium ſpatium viæ non ſit de dominio Privatorum poſſidentium Prædia convicina, dum illud dividitur, & ſejungitur à convicinis Præ-
5 diis per dictas ſepes, & Ageres, quæ ſolent opponi ad limitationem, & circumſcriptionem ipſius dominii, *Riminald. conſultat. 421. num. 67. & conſil. 619. num. 18. Palm. Nep. allegat. 277. num. 26. Rot. deciſ. 520. num. 9. coram Dunozett. Junior. & in Romana Communantiarum, ſeù Fontanilis 10. Junii 1702. §. 51. cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Præterea in medio Viæ aderat Fons manufactus, uſui publico deſtinatus, cujus publicitas non excluditur per hoc, quod non fuerit comprœhenſus in quodam Edicto Communitatis Porani, ſuper fontium expurgatione, cum illud loquatur de fontibus Urbanis, non autem Campeſtribus, ex quo magis concluditur publicitas viæ, alias enim ſi ſolum fuiſſet privatum, neque Communitas Fontem conſtru-
6 xiſſet, neque privatus Dominus illius conſtructionem, & multò minus deſtinationem in publicum uſum permiſiſſet, *Cæpoll. de ſervit. Prædior. cap. 3. num. 37. Pecch. eod. tract. cap. 9. quæſt. 51. num. 20. Staiban. Jun. reſolut. 65. num. 1. lib. 1. Rocc. diſput. ſelect. cap. 162. n. 22. tom. 2. Capyc. Latr. reſol. 94. num. 29.*

Ulteriùs id ipſum magis convincit conſuetus tranſitus per eandem viam publicæ, & anniverſariæ Proceſſionis totius Cleri, & Populi, quod ad deſignandam publicitatem valdè con-
7 ſiderat *Caton. conſ. 42. num. 19. Card. de Luc. diſc. 137. in princ. R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 5. rubr. 33. num. 19. tom. 2.* Præcipuè cum ad impediendum tranſitum Proceſſionis, Dulcis Antonius interpoſitis præcibus, non potuerit obtinere, viriliter ſe opponentibus Hominibus, & ſignanter Parocho cum proteſtatione, quod in re immemorabili, nulla fieri poſſet innovatio, ut teſtatur idem Parochus *Summ. Communit. num. 3. litt. L. 3.* ex hac enim petitione cum denegatione, & ſubſecuta acquieſcentia prætenſi Domini, magis perſpicuum ſit, quod ipſe agnoverit, viam revera conſtructam eſſe in publico ſolo, & deſtinatam uſui publico juxta conſuetam vim, quam ha-
8 bent hujuſmodi diſcontinuis, & externis actibus contradictio cum ſubſecuta acquieſcientia ſuccumbentis, ut ad rem arguit *Cravet. conſ. 248. num. 15. R. P. D. mem. Anſald. in annotat. ad ejus deciſ. 36. num. 25. Rot. deciſ. 667. nu. 18. coram Emerix Jun. & in Leodien. Pecuniaria 12. Februarii 1703. §. Augetur cor. bo. me. Muto.*

Et demum accedunt plures Teſtes deponenter per quinquaginta annos de viſu proprio, & etiam de auditu à ſuis majoribus, quod ſemper cuicumque perſonæ licitum fuit tranſire per viam, uti deſtinatam ad commodum publicum, quæ ideo nunquam redacta fuerit, nec potuerit redigi ad culturam; Ex hoc enim ſemper magis excluditur, quod via non ſpectet dominium alicujus Privati, qui veriſimile non eſt d. quotidianum, & pacificum tranſitum permiſiſſe per proprium fundum, illiuſque culturam tam oſcitanter, & inconſultò neglexiſſe
9 *Riminal. Jun. conſult. 382. num. 15. Becc. conſ. 15. num. 2. Pecch. de ſervitut. cap. 9. quæſt. 12. num. 20. Rocc. diſput. ſelect. cap. 162. num. 22. tom. 2.*

Et quamvis Teſtes inducti ſint de Univerſitate Caſtri Porani intereſſata in cauſa, & non deponant cum requiſitis Immemorabilis; Neutrum tamen officit impræſenti, quia neque deſunt Teſtes exteri, quorum dicta concordant cum Teſtibus de Univerſitate, neque ad probandam qualitatem viæ eſtiſtentis in Territorio Caſtri Porani, Ideòque vero ſimiliter ignotæ Teſtibus exteris, repelli poſſunt Teſtes Univerſitatis, cum dicantur inducti potiùs ex neceſſitate, quam ex voluntate, *Rot. in Leo-*
10 *dien. ſeù Aquiſgranen. Decanatus 10. Martii 1702. §. Nec obſtare cor. clar. mem. Card. Capra-ra, & in Gerunden. admiſſionis ad diſtributiones 18. Febr. 1707. §. non attentis cor. R. P. D. meo Aldrovando*, Tantò magis, quia deponunt ad commodum commune, non autem ſingulorum, *Conciol. alleg. 53. num. 45 Palm. Nep. dec. Lucen. 28. num. 17. tom. 1. Rot. in Romana, ſeù Nullius ſuper manutentione 17. Maii 1703. §. Et hic coram Me*; atque hinc non obſtat, quod
11 Teſtes non deponant cum requiſitis immemorabilis; Non enim agitur de probando jure tranſeundi ſuper fundo alicujus privati titulo odibilis ſervitutis inducto, quo caſu neceſſarium eſſet probare, vel titulum, vel immemorabilem juxtà auctoritates in contrarium allegatas, ſed de libertate tranſeundi per viam publicam, & publico uſui deſtinatam, quæ quidem libertas nulla indiget probatione immemorabilis, quia non ex ſervitute, ſed de jure
12 ſpectat, & competit cuilibet de Populo, ut diſtinquendo monet *Card. de Luc. de regal. diſc. 136. num. 12. & diſc. 337. num. 3. Rot. dec. 632. num. 8. cor. Cavaler.*

Neque obſtare viſum fuit publicitati, quod via, de qua agitur, deſinat in aliam viam, ut ſupponitur vicinalem interſecantem bona Dulcis Antonii, & illorum de Avvedutis; Undè corruat ſignum demonſtrativum publicitatis, quod ſcilicet à publico incipiat, & in publicum deſinat? Conſtitit enim DD. ex planta, & acceſſu judicialiter facto, & etiam ex Teſtibus viam hanc, ut ſupponitur, terminativam, non eſſe quid diſtinctum à via controverſa, cum qua unitur, & per quam continuatur, & non interrupto tramite incipit ab alia via publica, atque tendit, & deſinit in aliam viam publicam. Unde quamvis in aliqua portione interſecet, & dividat prædia Dulcis Antonii, hoc tamen nihil officit publicitati; Tum quia non exindè ſequitur: quod ſpatium interſecans, ſit de illius dominio, eo ipſo, quod ſejungitur à bonis cohærentibus per ſepes, & ageres, quæ dominium limitant, & circumſcribunt juxta authoritates ſuperiùs allegatas, Tum etiam quia ad concludendam publicitatem ſpectanda ſunt duo extrema, initii ſcilicet, & deſinentiæ in publicum, quæ fundant præſumptionem Juris, quod tota via publica ſit, quamvis

vis in aliqua parte hinc indè cohereat bonis
ejuſdem privati Domini, e ratione, quia ſtat
bene ſimul, quod unus, & idem privatus Do-
minus bona hinc indè cohærentia poſſideat ex
13 acquiſitionibus factis, & tamen locus inter-
medius publicus ſit, & ad publicum uſum ſpe-
ctet, ut benè obſervat *Catan. conſil.42.num.19.*
nec alias una, & eadem via poſſet diverſo jure
cenſeri, partim ſcilicet privata, & partim pu-
14 blica, *l. cum qui ff. de uſucap. modern. Arimi-
nen. diſert.22. artic. 3. num. 13. Thomat. deciſ.
Marcb.119. num.2.*

Quemadmodum, nec abeſſe viſæ ſunt non-
nullæ depoſitiones Teſtium, quod aliquando
fuerit contradictus, & impeditus tranſitus,
quia conquaſſantur ex dictis demonſtrationi-
bus, & ex aliis Teſtibus numero, & pondere
gravioribus, & ex contradictione, & acquie-
ſcentia ipſius Dulcis Antonii, per quas demon-
ſtratur jus tranſeundi competiiſſe ex obligatio-
ne, non autem ex permiſſione, vel familiari-
15 tate, *Rot. dec.449.num.3. cor.Gregor.dec.4714.
cor.Coccin. & dec.113. num.5. dec. 1167. num.
54. cor. Emer. Jun.* Multoque minùs, quod via
interſecata fuerit per foveam in ea effoſſam, &
refertam etiam vitibus, & arboribus per Dul-
cem Antonium, & in alium etiam locum trans-
lata, quoniam hæc, & ſimilia fuerunt inno-
vationes proprio marte factæ per Dulcem An-
tonium, quæ dederunt cauſam liti, ut ex Te-
ſtibus datis *in ejus Summar. num. 2. litt. D.* &
quæ ideo nullatenùs prævalere poſſunt cæteris
probationibus, & ſignis, quibus ſatis, ſuper-
16 que concluditur publicitas viæ, *Poſtb. de ma-
nut. obſerv.17. num.45. Rot. dec.4. num. 2. cor.
Gregor. dec.269. num. 21. dec. 30. num. 28. cor.
Bich. dec.132. num.8. par.17.rec. & in Toleta-
na Manutentionis ſuper Proceſſione 29. Janua-
rii 1703. §. . . . . . coram bon.mem. Muto*, præ-
cipuè quia non obſtantibus innovationibus fa-
ctis, continuatus fuit, & nunquam interruptus
tranſitus per viam à quolibet de Populo, ut
deponunt Teſtes *Summ. Comitis num. 5. &
ſeqq.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ANSALDO

Caven. Molendinorum.
Lunæ 9. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Facta Conventione de non extruendo novo Mo-
lendino, & Valcheria in aliquo ſitu Aquarum,
nequit vetus Molendinum jam ante dirutum
reſtitui, maximè quando Aquæ omninò divertunt,
neque Molendinum relictum, poteſt in
Valcheriam converti.

SUMMARIA

1 *Ædificia contra ſolemnia pacta extructa, &
alteri præjudicialia ſtare non debent. ſed eo-
rum demolitio demandanda eſt.*

2 *Reædificatio antiqui Molendini jam diruti
non comprehenditur ſub conventione, qua
quis ſe obſtrinxit non conſtructurum novum
Molendinum.*

*Nam reficere non eſt de novo ædificare, ſed
rem ad priſtinum ſtatum reſtituere, dummodò
Ædificium reſtitutum antiquam formam non
excedat.*

3 *Nunciatio novi operis non habet locum in re-
ſtitutione veteris Ædificii, neque in repara-
tione Molendini jam diruti.*

4 *Pacta tollunt legum Sanctiones, & jurium
efficaciam.*

5 *Sub prohibitione ædificandi de novo, venit
etiam reparatio diruti Ædificii, ſi ità ever-
ſum ſit, ut veterem formam amiſerit.*

*Et concluſio procedit etiam in Molendino di-
ruto, quando aqua ad priſtinum alveum ſe
reſtituit.*

6 *Pacta negativa magis protendunt, quàm affir-
mativa.*

7 *Ea, quæ deſtruunt vim Tranſactionis, & pa-
ctorum, ſunt omninò rejicienda.*

8 *Obſervantia antecesſorum declarat naturam,
& efficaciam Pactorum.*

9 *Acquieſcentia ſtante Infirmitate, & abſentia
non præjudicat.*

10 *Jura Eccleſiæ ab Epiſcopo anteceſſore negle-
cta, poſſunt à ſucceſſore vindicari.*

11 *Ad præſcribenda Cathedralium Jura requiri-
tur effluxus quadraginta annorum.*

12 *Probibita Conſtructione novi Ædificii, nequit
quis Ædificium ad unum finem extructum
ad alium convertere, quia formæ mutatio
ſubſtantiæ interemptionem parit.*

13 *Tranſactio per indirectum inutilis reddi non
debet; ideòque quæcumque ipſam imminuunt,
ſunt revocanda.*

DECISIO LIX.

DEmolitionem Molendini frumentarii, nec non reductionem Valcheriæ in priſtinum ſtatum, quas Abbati, & Monachis Sanctiſſimæ Trinitatis Congregationis Caſſinenſis Ordinis Sancti Benedicti, una cum damnorum omnium refectione favore Reverendiſſimi Epiſcopi Caven. *R. P. D. meus Cerrus* de eo tempore in Tribunali A. C. Jus integerrimè dicens demandaverat, noſtrum quoque *Tribunal* tamquam Juri, & æquitati omninò conſonans per Sententiam *R.P.D.mei Criſpi*, prævia ejus *deciſione diei 20. Martii 1711.* in ſecunda Inſtantia approbaverat, ſed adhuc Monachis non acquieſcentibus, novam ulterioris appellationis Commiſſionem mihi *Signatura Juſtitiæ* dixerit, ad cujus normam ſuper prædictæ Rotalis Sententiæ confirmationi, vel infirmatione hodiè per Me conſulti *Domini* unanimi voce *pro illius confirmatione* reſponſum edere non dubitarunt.

Eandem enim juridicam determinationem ſuadebat eadem penitus, & in nulla ſui parte immutata facti ſeries, qua docebatur, quod cum ad erectionem Epiſcopatus Cavenſis devenire cupiens ſan. mem. *Leo X.*, commiſiſſet cl. me. *Cardinali de Aragonia*, ut illius dotem ex bonis ad Abbatem, & Monaſterium prædictum pertinentibus in ſcutis 1400. conſtitueret, inter quæ conceſſit quarumdam Aquarum cum Molendino frumentario, ac altero Opificio ad poliendа panna extructo, *Valcheria* nuncupato incorporatis è contra in ſtictæ dotis retributionem, ſeu correſpectivitatem eidem Caſſinenſi Congregationi tam Monaſterio Sancti Laurentii de Averſa, quam præpoſitura Sanctiſſimæ Trinitatis de Capua cum eorum Juribus, ac pertinentiis, impleta tandem de an-

no

Digitized by Google

no 1514. in omnibus Summi Pontificis mente memoratos Cardinalis, nec non Abbas, & Monachi Monaſterii prædicti Sanctiſſimæ Trinitatis perpetua & inviolabilia pacta, quibus hujuſmodi correſpectivæ aſſignationes in ſuo tunc determinato redditu, & fructu quocumque futuro etiam tempore conſervarentur ſolemni ſtipulatione, ſeù tranſactione firmaverant, inter quæ hoc legebatur: *quod neque pro parte Monaſterii, neque pro parte Epiſcopi tempore exiſtentis poſſit fieri aliquod novum ædificium in dicta Aqua propè dictum Monaſterium, & ab eo quincentos paſſus*, ut neutra Pars inficiabatur.

Poſt duo autem ferè Sæcula, quibus prædictæ conventiones fuerunt inviolabiliter, ac religiosè hinc inde ſervatæ, nacta de anno 1682. per Monachos, ſeù eorum Abbatem occaſione; quod bon. mem. Epiſcopus de Afflictis decrepitam agnes ætatem in extremis laborabat, novum Molendinum frumentarium in eadem Aqua propè Monaſterium extrui curaverant de anno 1697. arrepta altera occaſione, quod Reverendiſſimum Epiſcopum Gibertum ſucceſſorem urgens Generalis Inquiſitionis munus extrà propriam Diœceſim detinebat, aliud antiquum Molendinum, quod iiſdem Monachis ad uſum frangendi tritici ſemper indeſervierat, in Valcheriam pro pannis expoliendis converterant; Quas novitates cum ſibi valde præjudiciales animadverteret bon. mem. Epiſcopus Pignatellus per translationem Epiſcopi Giberti ad Eccleſiam Fanen., de eodem Epiſcopatu proviſus, eo nimirum, quia lucrum, quod Monachis ex dictis ædificiis adaugebatur, Menſæ Epiſcopali per conſequens diminueretur, optima idcircò ratione talem redditum jacturam avertere ſatagens, judicialem imploraverat auctoritatem, quam evidenti Injuſtitiæ nota tam A. C., noſtrum *Tribunal* eidem denegare non potuiſſent, ideòque jure meritò prædictorum operum contra ſolemnia pacta extructorum, ac Menſæ Epiſcopali præjudicialium demolitiones ritè, ac rectè de-
1 cretas, exequutioni omninò demandandas fore præcipiebatur, ita ſuadente *Text. in leg. 9. Cod. de ſervitut. & aqu., & leg. Fides commiſſa 11. §. Si quis illicitè ff. de legat. 3. Iaſon. in l. Cætera 43. num. 7. ff. de legat. primo Caſtrenſ. in conſ. 247. num. 1. verſ. Notandum in fin., & verſ. Cùm igitur, Gobb. de Aquis quæſt. 15. num. 4. & 28. verſ. Quia tale pactum, deciſ. 26. annot. 2. num. 13. 14. & 15. cum Concordan. in prædicta deciſ. R. P. D. mei Criſpi §. Juſta Epiſcopi*.

Abſque eo, quod Juſtitiam prædictæ Rotalis Sententiæ obumbrare ullo modo valeret unica illa exceptio in præteritis etiam Inſtantiis fusè deducta, & hodiè pariter totis viribus per Scribentes pro Monaſterio iterum promota, qua reſpectu Molendini frumentarii prætendebatur, quod illud utpotè jam ab antiquo tempore ad idem opus elevatum, & vetuſtate poſteà collapſum, reficere, & in primævam formam reſtituere hodiè valuerit Abbas, abſque eo, quod ſuprarecenſitæ tranſactioni contraveniſſe dici valeret, cum enim nonniſi novi
2 omninò ædificii conſtructio remanſerit interdicta, illa per conſequens prohibitio trahi nullatenus requiret ad ratificationem antiqui Molendini diruti, cum reficere non ſit de novo ædificare, ſed in priſtinum Statum reſtituere, adeòque ſub prohibitione non cadens: ut animadvertit *Antuncz. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 3. num. 62., & cap. 28. num. 181., ac cap. 39. num. 6., Capoll. de ſervitut. cap. 59. num. 1. inter Tract. magn. tom. 6. par. 2., Lancellott. de Attentat. par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 42.*, dummodo ædificium ultrà antiquam formam non
3 protraheretur, undè in his terminis novi operis nunciatio non intraret, ut docet etiam *Text. in l. 1. §. ſi quis ædificium ff. de nov. oper. nunciat.*, & innuere videtur *Paulus in leg. Servitutes §. Si ſublatum ff. de ſervit. Urban. prædior.*, & ultra generales propoſitiones, quas in propoſito tuentur *Roland. à Vall. conſil. 62. num. 9. lib. 3. Caſtrenſ. conſil. 242. verſ. primò quia pactum lib. 2., De Marin. var. Reſolut. lib. 2. cap. 214. num. 1. & ſeq. uſque ad 4., Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 417. num. 63., Card. de Luc. de Servitut. diſc. 19. num. 4., Conſtantin. ad Statut. Urb. tom 2. annot. 42. num. 104., Rota coram Mantic. deciſ. 163. num. 4.*, cæterique per eoſdem Scribentes relati in terminis quoque rædificationis Molendini in loco, ubi aliud collapſum aderat antiquitus, & illius veſtigia inſpiciantur, edocent *Jaſon. in l. quominus ff. de damn. infect. num. 203., Menoch. conſil. 132. num. 28. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap. 480. ex num. 1. §. Tale Molendinum, & in annot. ad De Marin. tom. 2. cap. 214. num. 11.*

Quoniam has, & conſimiles omnes propoſitiones, per eoſdem ſcribentes pro Monaſterio coacervatas, in ſuis propriis caſibus quandoque veras, extraneas tamen omninò, & inapplicabiles in præſenti themate reddebat facti ſuppoſiti in ſubſiſtentia, quod nempè in ſitu controverſi Molendini frumentarii aliud ſimile, & ad eumdem uſum deſtinatum ædificium, vetuſtate tamen poſtea collapſum antiquis temporibus elevatum reperiretur; Et quatenus per merum poſſibile, rudera antiqui, vetuſtiſſimi Molendini extitiſſe dici valerent, adhuc inapplicabiles quoque eaſdem legales propoſitiones efficiebant verba ipſa tranſactionis, & clara ipſorum tranſigentium voluntas, ſeù finis, à quo prohibitio idem Molendinum reædificandi promanabat; per pacta enim tolli Jurium ſanctiones ac legum efficaciam, & diſpoſitiones irritari nemo eſt, qui non ſciat, &
4 docent *Gloſſ. magn. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. habeantur, Epiſc. Rocc. cap. 59. num. 34. & 35. tom. 1., Rota in deciſ. 52. num. 39. coram Bich.*, & alii paſſim.

Et quidem de exiſtentia antiqui Molendini in eodem ſitu nulla concludens probatio pro parte Monaſterii afferri videbatur, ut perſcrutatis diligentiſſimè depoſitionibus Teſtium omnium hinc inde tam pro parte Monachorum, quam Epiſcopi in faciem loci examini ſuppoſitorum ac diſpunctis Peritorum relationibus animadvertit *deciſio R. P. D. mei Creſpi à §. Quod attinet, & ſeqq.* ubi enunciando quoque vetuſtiſſima Annalia Monaſterii per Patrem Rodulphum alias ejuſdem Monaſterii Abbatem jam à Sæculis exarata, & ab ejuſdem Monaſterii Archivio formiter extracta nec non antiquiſſima Inſtrumenta annorum 1582., 1584. 1630., 1671., contrarium potius evidentiſſimè

ſimè convinci videbatur, quæ per omnia cum particulari; & ſolerti examine fuerint in prædicta *deciſione* expoſita, & à contrariis aliquorum Teſtium per Monacos inductorum depoſitionibus plenè etiam vindicata, & ad illa idcircò inutili repetitiooi parcentes *Domini* ſe remiſſivè habuerunt.

Quatenus verò ad Monachorum ſuppoſito gerendum mortem dici adhùc valuiſſet, quod antiquitus aliud Molendinum inibi extitiſſet, adhuc ejuſdem rædificaticuem cecidiſſe ſub pacto prohibitorio in memorata tranſactione appoſito pro indubitatato *Domini* exiſtimabat; poſita enim totali ejuſdem ſuppoſiti Molendini deſtructione jam à pluribus ſeculis, & ita longè ante prædictam tranſactionem ſequuta, cum immutatione etiam curſus Aquæ priſtinum naturalem alveum reſtitutæ, & nullo amplius exiſtenti canali, aut aquæductu, in quo præcipuò Molendini forma, qualitas, & ſubſtantia verſatur, ut Teſtes ipſi per Monachos inducti quoquè admittebant, ità ut ioapplicabiles omninò viderentur termini reſectionis, ſeù reparationis, eadem ſanè Juris cenſura determinanda videbatur hujuſmodi rædificatio, qua nova quoque omninò ædificia interdicuntur,
4 ut à contracio innuere videtur, *Bart. in l. quo minus num. 29. ff. de fluminib.*, ibi: *Requiritur primo quod ædificium in aqua factum ſit ità dirutum, ut aqua recipiat ſuum primum curſum, ſi enim diraptum eſſet modicum, &c. remanet quis in Jure, &c. Jaſo ibidem ſub num. 97. Alberic. in l. inter ſtipulantem §. Sacram ff. de verbor. obligat., Grot. in leg. Si is qui pro emptorem 15. nu. 9. ff. ſi cert. pet.* & individualibus quoque terminis, *Caſtrenſ. in conſ. 247. ſub num. 1. lib. 2., Fulgoſ. conſ. 193. ſub num. 3. & conſ. 456. num. 16., Sigiſmun. Loffred. conſ. 13. num. 10. Cyriac. contr. 310. num. 125. & num. 132., & ſeqq. Hering. de Molendin. quæſt. 52. num. 12., Capyc. Latr. conſult. 116. num. 17. ad 27.*

Quæ eo fortius in hodierno caſu procedere videbantur, quia cùm de tempore tranſactionia prædictum Molendinum indubie non exta-
5 ret, ac expreſſe, & litteraliter conventum fuerit, *quod in dicto aqua fieri non poſſit aliquod novum ædificium*, ſanè per hoc pactum negativum interdicta remanſerat hinc inde quælibet nova reædificatio, nulla penitus excepta, cum talis ſit ejuſdem negationis efficacia, ut docet
6 *Text. in leg. Julianus in princip. ff. de legat. 3., leg. fin. ff. de pæn. legat., Jacob. de Niger. in l. 1. num. 9. ff. ſi cert. pet., Bald. conſil. 358. num. 4. libro primo, Saminiat. controv. 133. num. 33. tom. 2.* cum concordan. *per Rot. in deciſ. 806. num. 2. coram Seraphin.*

Et quidem optima ſuadente ratione; dum enim redditus Menſæ Epiſcopalis ad ſtatutam annualem ſummam ſcutorum 1400. ideò aſcenderent, quia major Molendinorum numerus de eo tempore non adeſſet, et tranſigentes in mente indubitate habuerint eorumdem reddituum conſervationem, ac omni etiam futuro tempore ſubſiſtentiam, idcirco ſubtilitates Juris, quibus diminutio contingere valeret de medio tollere volentes, quodcumque penitus novum ædificium prohibuere voluerunt, ex quo redditum hinc inde conſtitutorum diminutio ſequi poſſet, adeoque cum Monachi non doceant, quod de anno 1514. tale Molendinum ſuperextaret, quinimò totalis ejuſdem deſtructio de eo tempore ſit in confeſſis, manifeſte ſubſequi videbatur, quod ejuſdem reædificatio, tam verbis tranſactionis, quam tranſigentium voluntati omninò adverſaretur, ideoque tamquam Epiſcopo contra litterale pactum præjudicialis
7 foret omninò de medio tollendi, ut monet *Paninoll. in deciſ. 27. annotat. 2. num. 10., & ſequentibus*, et melius *Rot in deciſ. 61. num. 3. parte 4. tom. 2., & deciſ. 683. num. 4. part. 4. tom. 3. recent.*

Quæ omnia evidentiora efficiebat longæva duorum ferè ſeculorum obſervantia, qua Monachi in memoratis Aquis nihil innovare auſi fuerant, tale enim ædificium, tamquam non levem pariens utilitatem, ſagaces, ſane Monaſterii Superiores prius extollere non omiſiſſent, niſi ſibi litteralia obſtare pacta ſciviſ-
8 ſent, ut in propoſito ratiocinatur, *Card. de Luc. in conflict. obſerv. 249. Adhuc, & de Regal. diſc. 167. ſub num. 7. §. Omnemque, Maſcard. concl. 1093. num. 1., Rot. deciſ. 543. num. 43. coram Dunozett Jun.*

Nullam merente conſiderationem acquieſcientia Epiſcoporum Anteceſſorum per annos 15. à die innovationis; quoniam, ut ſupra fuit animadverſum, gravis Epiſcopi de Afflictis, decrepitæ ætati conjuncta ægritudo, et neceſſaria Epiſcopi Giberti abſentia, nedum eorum acquieſcentiam ab objecto vindicare valebant, ſed inſuper magis, magiſque pateſaciebaot malum Jus Monachorum, qui tales morbi, et reſpectivè abſentiæ circumſtantias pro extruendo controverſo ædificio non expectaſſent, ſi illud Jure permittente elevare ſe poſſe exiſtimaſſent; quod autem ſtante infirmitate, acquieſcientia non præjudicet: *Text. in leg. quæſitum ff. de re*
9 *Judic. & cap. cum in tua 6. verſ. at puta ſi nimiæ Infirmitatis, qui matr. accuſ. poſſ., poſt Bartol. in leg. Is qui poteſt num. 17. verſ. Niſi ipſe ff. de acquir. hæred., Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 11. art. 6. num. 12., & 28.*, & de abſentia docet *Tex. in l. ſi is 34 ff. ex quibus cauſ. major, eodem cap. Cum in tua, ubi gloſſ. verſ. non potuit lit. l., & Bartol. in d. l. is qui poteſt num. 17. ff. de acquir. vel amittend. hæreditat.*

Indubitabilius autem, qui à data etiam ſcientia, & patientia eorumdem Epiſcoporum, liberum adhuc erat Epiſcopo Pignatello Jura ſuæ Eccleſiæ ab injuſta Monaſterii occupatione vindicare ex permiſſione, *Text. in cap. 2. de præ-*
10 *ceriis, cap. Quod quis 35. quæ 9.*, & ut tradunt *Hoſtienſ. in cap. Cum contingat num. 1., Abb. num. 18. de for. compet. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 8. num. 156., Rot. coram Emerix Jun. dec. 526. num. 7.*, præſertim quia 40. anni ad præſcribenda Cathedralium Jura requiſiti efflu-
11 xi adhuc non fuerant, *ex Auth. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Canon. placavit §. Quas actiones 17. quæſt. 3. cum addact. per Surd. dec. 1. num. 4. & per tot., Rot. deciſ. 12. num. 5. cor. cl. mem. Card. Cerro, & in dec. 753. num. 16. parte 18. recent.*

Quo vero ad Valcheriam, in quam converſum fuerat Molendioum frumentarium eorundem Monachorum, ejus pariter demolitio, &
12 in priſtinum ſtatum reductio omni Jure præcipienda *Dominis* viſa erat, negari enim nullatenus non valebat, quod hoc eſſet novum omni-

Digitized by Google

no diverſi formæ ad diverſum etiam uſum deſerviens elevata fuerit, ideoque cum priſtina operis facies fuerit omninò immutata, nulli dubium eſſe poterat, quod ea ſub pacto prohibitivo cadere debuerit, ex *Text. in l. 1. §. Opus novum ff. de nov. oper. nunciat.*, *l. 1. §. Sed ſi quis ff. de vivis*, mutata enim forma, penitus & ſubſtantia interempta dicitur *per Text. in l. Julianus 9. §. Sed ſi quis rem ff. ad exhiben.*, quem ſequitur *Gloſ. in cap. Cum ex injuncto, vers. opus autem*, ubi *Soccin. num. 34. de nov. oper. nunciat. & in leg. qui uſumfructum verb. facto ſit ff. de uſufr.*, *Jaſon. in d. l. §. Et poſt operis num. 2. ff. de nov. oper. nunciat*, ibi: *Nota in verbo opus, quod dicitur novum opus, quando alteratur priſtina facies rei*, *Caſtrenſ. conſ. 247. num. 1. verſ. Pactum lib. 2.*, *Berous in conſ. 144. num. 15. verſ. Alioquin, & verſ. Sed Lactantius Gratian. cap. 84. num. 19.*, *Capon. diſcept. 167. num. 8. 13. 23. & ſeqq.*, *Cyriac. controv. 452. num. 37. §. Tertio*.

Præcipue, quod ex hac immutatione maximum Menſæ Epiſcopali præjudicium inferebatur, cum reddiius ejus Valcheriæ in tranſactione aſſignatæ per ſuperadditionem alterius conſimilis ædificii longe diminuantur, ut ſuaderi facillimè poteſt, & docuit hæc brevis intermedii obſervantia, adeoque eam eſſe in priſtinum redigendam clamat lex ipſa tranſactionis, ſuadet mens tranſigentium, præcipit omnis æquitas,
13 & docet *Padill. in l. altius num. 22. verſ. Sed difficilis Cod. de ſervit., & aqu.*, *Ruin. conſ. 80. num. 1. & 2 lib. 1.*, *& Surd. dec. 131. num. 4.*

Agnoverunt equidem in præſenti propoſitione eorum malum Jus Abbas, & Monachi, ideoque ad preces converſi exorabant hodie, ut noſtrum *Tribunal* eiſdem ſaltem permitteret retentionem novi Molendini, ſe offerentes Valcheriam penitus deſtruere, ſub ea ratione, quod cum unum Molendinum frumentarium ſemper habuerint, & habere debeant, idem ſit quoad intereſſe Epiſcopi, quod ipſi habeant Molendinum illud, quod noviter conſtruxerunt loco alterius in Valcheriam converſi, alias duplici impenſa nihil Epiſcopo proficiente gravarentur, ſi cogerentur, tam Molendinum, quam eumdem Valcheriam deſtruere, & priſtinum Molendinum ſuper ejuſdem Valcheriæ ruinis iterum elevare.

Nec ab hac indulgentia aliena erat primo obtutu conſueta *Dominorum* pietas; ſed cum Epiſcopus in ejus reſponſione oſtendere ſatageret longe majus præjudicium inferri Menſæ Epiſcopali ex hoc novo Molendino frumentario, quam ex veteri in Valcheriam converſo, tam ratione ſitus, & majoris molitionis, quam ratione aquarum, quæ in majori quantitate in hoc novo Molendino collectæ, majori etiam impetu defluentes ſaxis, & arenis officinas Molendinorum Epiſcopi implent, ideo *Domini* ſolita maturitate procedentes, ſententiam pro nunc Rotalem confirmare ſimpliciter cenſuerunt, mihi injungentes, ut interim deputarem Peritum, qui referre debeat, an, & quale præjudicium Epiſcopo inferatur, novum Molendinum loco alterius diruti, & in Valcheriam immutati ſubſiſtere permittetur, hicque eſt modus à *Dominis* eorum reſcripto adjectus.

Et ita, &c. Utraque, &c.

R. P. D. FOSCARO

Sorana prætenſæ Servitutis tranſitus.
Ven. 24. Aprilis 1716.

ARGUMENTUM.

Quaſi poſſeſſio ſervitutis tranſitus non inducitur, niſi per formales actus tranſeundi, qui ut ſufficiant, debent eſſe univoci, hoc eſt referibiles tantum ad jus ſervitutis, non verò alium titulum, ſeù cauſam.

SUMMARIA.

1 *Prò Domino, ac poſſeſſore ſtat ſemper præſumptio, quod res poſſeſſa ſit exempta ab omni ſervitute.*

2 *Neque ad effectum manutentionis probare tenetur quaſi poſſeſſionem hujuſmodi libertatis.*

3 *Teſtes de viſu, & deponentes de facto proprio, plenam conſtituunt probationem.*

4 *Servitus juris tranſeundi excluditur ex eo, quod, qui tranſivit, in judicio accuſatus fuit, & ob id in ipſa mulctatus.*

5 *Quaſi poſſeſſio libertatis Prædii reſultat, ex quò ſit undique circumſcriptum, & ad ipſum per jannam cancello munitam patent aditus.*
Ex difficultate tranſitus ex eo ad aliud propter interſecationem foveæ.
Ex deficientia neceſſitatis ob exiſtentiam publicæ viæ, per quam tranſiri poſſit.

6 *Teſtes deponentes de libertate fundi, præferendi ſunt deponentibus de ſervitute.*

7 *Nam deponentes de libertate, licèt deponant de negativa, prò ea tamen ſtat naturalis præſumptio, quæ libertati favet.*

8 *Maximè accedentibus adminiculis, ac veriſimilitudinibus.*

9 *Quaſi poſſeſſio ſervitutis tranſeundi, ut ſit manutenibilis, ultra probationem actuales tranſitus, neceſſaria eſt probatio, quod hic actus expletus ſit, & continuatus animo & jure acquirendi ſervitutem.*

10 *Præciſus tranſitus ex ſe ſolo æquivocus eſt, & ineptus producere ſervitutem itineris in quaſi poſſeſſorio manutenibilem.*

11 *Non probata quaſi poſſeſſione ſervitutis, inutile eſt intentare remedium ſivè deductum ex l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere, actuq; privato, ſivè ex §. retinendæ Inſt. Tit. de Interdictis.*

DECISIO LX.

ADverſus manutentionem, quam in Curia Epiſcopali Sorana reportaverat Baſilius, & alii de Minicellis ad Jus tranſeundi per prædium à Michaele Morello poſſeſſum in contrada di *Capitina*, interpoſita per iſtum appellatione ad A. C. prævio acceſſu ad locum differentiæ, & examinatis teſtibus in faciem loci, fuit ſucceſſivè inſiematum decretum Curiæ Epiſcopalis, & data manutentio favore Michaelis in quaſi poſſeſſione libertatis, ac Juris prohibendi ſervitutem tranſitus ſuper proprio prædio; In ulteriori verò inſtantia commiſſa mihi cauſa per Signaturam cum facultate manutenendi quam de Jure; propoſitoque dubio commiſſioni conformi; DD. reſponderunt, manutentionem dandam eſſe Michaeli.

Manutenibilis quippè illius quaſi poſſeſſio liber-

bertatis, at Juris prohibendi ſervitutem, emer-
gere viſa fuit ex ipſomet dominio, ac poſſeſ-
ſione prædicti penes eundem Michaelem exi-
ſtente, qua poſita, ſicuti prò poſſeſſore ſtat
Juris aſſiſtentia, ac legalis., naturaliſque præ-
ſumptio, quod quælibet res poſſideatur eum
1 originaria illa libertate, in qua in primævo ſta-
tu naturæ conſtituta fuit ad *Text. in l. altius, & ibi gloſ. verbo probibetur*, & *Bald. num. 12. verſ. nota hic C. de ſervitut., & aqu., Jaſon. in l. ſi po-
tius n. 40. ff. de novi operis nunciat.*, & in puncto
Roc. Lucen. apud Balduc. ad Ramon. lib. 2. dec 50. n. 2., Ita quoque eundem reddit immunem ab
ulteriori onere probandi effectivam quaſi poſ-
ſeſſionem prædictæ libertatis, etiam ad effe-
ctum ſolius manutentionis, proùt in terminis
2 reſpondet, *Sard. deciſ. 177. n. 1., & Rota Roma-
na poſt Poſth. de manutent. deciſ. 67. n. 5.*, & proſe-
quitur *Lucen. apud Balduc. ad Raman, cit. deciſ. 50. num. 3.*

Idque fortiùs in caſu præſenti, in quo ad-
hæſivè ad eamdem præſumptionem non deficie-
bat etiam prò Michaele effectiva probatio quaſi
poſſeſſionis prædictæ libertatis, ac Juris prohi-
bendi ſervitutem, ſatis concludenter reſultans
ex depoſitione teſtium in acceſſu coram Judice
examinatorum, & deponentium, Micinellos
neque per ſuos unquam tranſiviſſe per præ-
dium, de quo agitur, ſed imò potiùs ad pro-
prium, ac Domini reſpectivè prædium acceſ-
ſiſſe, & receſſiſſe per publicas vias ad illud ten-
dentes, qui ſanè teſtes, cum alii eſſent addicti
ruſtico ſamulatui eorumdem de Micinellis, alii
etiam illorum affines, & alii demùm operam
darent culturæ tam ipſiuſmet controverſi præ-
dii, quàm aliorum convicinorum prædiorum,
& ſic tamquam de viſu, & facto proprio de-
ponentes, dubium non eſt; quin pleniorem
conſtituant probationem ad firmata per *Rot.
3 deciſ. 53. n. 20. coram Barutt., & dec. 348. num. 35., & ſeq. coram Peutinger., & in cor. dec. 538. n. 27. part. 18., & dec. 152. n. 9. & ſeq. par. 19.*, & alibi paſſim.

Accedebat ulteriùs in facto, quod de Anno
1712. eum Operarii eorumdem de Micinellis
attentaſſent tranſire per ſæpè laudatum præ-
dium Michaelis, fuerunt ad illius inſtantiam
criminaliter querelati, & hac de cauſa etiam
pecuniaria pœna mulctati, proùt conſtitit ex
fide Cancellarii Curiæ criminalis Arpini, &
ocularitèr in acceſſu recognovit idem A. C. ex
originali Codice hujuſmodi querelarum, ex
quo ſanè actu judicialitèr ſequuto, ſicuti du-
bitari non poterat, quin excluſus remaneret,
4 quilibet legitimus uſus prætenſæ ſervitutis Ju-
ris tranſeundi; ita quoque magis concluden-
tèr comprobari viſa fuit controverſi prædii li-
bertas, prout dixit *Rot. in cec. dec. 347. n. 4. cum alìis ibi concordantibus, & in Piſana bonorum ſuper bono jure 1700. §. fin. coram* Jacometto.

Demùm hæc omnia adminiculativè etiam
coadjuvari videbantur ex ipſamet conſtitutio-
ne, & ſitu utriuſque prædii; In acceſſu quippè
judicialitèr ſequuto recognitum fuit prædium
Michaelis eſſe undique circumſpectum via, &
floreoti ſepe, & ad illud non patere acceſſum,
niſi per januam ligneo cancello munitam; &
viceverſa conſtitit in eodem acceſſu, quod
quemadmodum ad prædium illorum Micinellis
accedi poterat per publicam, & ſatis commo-
dam viam, ità in ea parte in qua hæc duo præ-
dia mutuò cohærebant, compertum fuit, quod
ultra ſepem diviſoriam interfluebat etiam pu-
blicum foſſatum, ſeu torrens, quod pernecesse
tranſfretare oportebat ad effectum tranſeundi
ab uno ad alterum prædium, quæ ſanè circum-
ſtantiæ quò magis inveriſimilem, minuſque
probabilem reddunt ſervitutem proptèr diffi-
cultatem tranſitus, ac deficientiam neceſſitatis,
ità quoque rationabilius ad ſtipulari videbatur
ad comprobandam in Michaele tùm præſum-
ptam, tùm effectivam quaſi poſſeſſionem li-
bertatis proprii prædii, & optimè de exiſtentia
cancelli firmavit, *Card. de Luc. de regal. diſc. 137.
5 n. 5. & 6. verſ. his ſtante præſertim*, & de inter-
ſecatione foſſæ meminit *Palma Nep. dec. Lucen. 253. n. 12. circa med.*, & demum de deficientia
neceſſitatis ob exiſtentiam publicæ viæ ſunt
aperta Jura penès *Card. de Luca de ſervit. diſc. 94. n. 3., citato diſc. 137. d. n. 6. de regal., & Sac. Rot. dec. 883. n. 4., & ſeq. cor. Card. Cerro.*

Neque his omnibus obſtare viſa fuit contra-
riorum teſtium depoſitio, ex qua Micinelli pro-
bare conabantur propriam quaſi poſſeſſionem
ſeù uſum viæ, ac itineris per prædium Michae-
lis; in hujuſmodi quippe teſtium conflictu ad-
hærere tutius duxerunt, Domini dicto eorum,
qui pro parte Michaelis fuerunt producti,
quamvis de negativa deponentes prò libertate,
6 præferendi veniunt cæteris aliis pro ſervitute
deponentibus, ad tradita per *Pecb. de ſervitut. cap. 5. quæſt. 1. n. 4., & ſeq. lib. c.* & firmata per
*Rot. dec. 300. n. 21. par. 9. tom. 1. recent. in d. Piſana bonorum ſuper bono Jure 21. Junii 1700. §. Fi-
nali coràm Jacometto*, verum etiam, quia cum
prò negativa eorundem teſtium ſtet legalis na-
turaliſque præſumptio, quæ libertati favet, ac
ſervituti reſiſtit, prævalere debent etiam in
concurſu aliorum ſuper affirmativa deponen-
tium ex firmatis per *Franc. Curt. Papien. de te-
7 ſtibus concluſ. 32 n. 70.* cum ibi concordantibus,
attento præſertim, quod illorum depoſitio tot
extrinſecis coadivatur adminiculis, quo caſu
ſicuti veriſimiliora deponere dicunt, ità quo-
que meliorem cæteris etiam affirmativis, &
8 veritatis ſpeciem concludere videbantur, *Tira-
quel. in leg. ſi unquam in præfat. n. 46. C. de revo-
cand. donation. Fremoſin. in cap. in noſtra 32. qu. 1. n. 15. de teſtibus Farinac. in tract. de iiſdem te-
ſtibus qu. 65. n. 134., & 242.*

Corollariè demùm animadverſum fuit, quod
etiamſi procedendum foret cum depoſitione eo-
rumdemmet teſtium pro Micinellis producto-
rum, quia tamen ex illa non aliud reſultare
videbatur apud Dominos, quam nudum fa-
ctum tranſitus Operariorum eorundem de Mi-
cinellis; nulla proinde ex hoc deſumi valebat
ſufficiens probatio quaſi poſſeſſionis ſervitutis
in judicio manutenibilis, quia ad iſtum effe-
ctum ultra factum ipſius tranſitus, requireba-
tur etiam ulterior probatio, quod ille fuerit
expletus, & continuatus animo & Jure acqui-
rendi ſervitutem ex prædio ſuperiori ad infe-
rius, prout expreſſe determinatur *in Gloſſ. l. 1.
9 §. Hoc interdicto ff. de itiner.*, actuque privato
verbo uſus ſit *littera* E, ibique plene *Bartol. n. 8. circa finem, & n. 9.* ac punctualiter tenuit
Contr. diſcep. 53. n. 4. tom. 1. & allegata *Rot. Lu-
cen. poſt. Balducc. ad Ramon. dec. 50. n. 16.* ex ea
ſanè convincenti ratione, quod cum hujuſmo-

Digitized by Google

di ſimplex tranſitus, qui non probatus expletus Jure ſervitutis, & Jure, quod quis ſibi competere exiſtimabat, potuerit evenire vel ob aliquod accidentale impedimentum publicæ viæ, Jure precarii, aut familiaritatis, vel magis probabiliter in caſu præſenti, ex facto clandeſtino, aut violento Operariorum tranſeuntium, ac pro majori commoditate prolixius iter per publicam viam evitare ſatagentium; hinc proindè ex hac ſola poſſibilitate prædictus tranſitus remanet omnino æquivocus, ad aliam quamcumque cauſam quàm ſervitutis referibilis per conſequens ineptus ad producendum uſum, aut quaſi poſſeſſionem itineris in ſummariiſſimo etiam poſſeſſorio ma-
10 nutenibilis, prout optimè ad rem proſequuntur *Contr. allegata diſcept. 53. n. 4., & Rota Lucen. citata deciſ. 50. n.* 10. cum utrobique concordantibus.

Deficiente ex his itaque plenaria; ac ſufficienti probatione prædictæ quaſi poſſeſſionis, parùm refert an ex particulari interdicto prædictæ *l. 1. §. Hoc interdicto ff. de itiner., actuque privat.*, vel potius ex generali *§. retinendæ inſtit. de interdictis*, Micinelli manutentionem
11 prætendant; Cum enim utrumque remedium prædictorum Textuum ſit remedium poſſeſſorium à Jure introductum prò tuenda, vel conſervanda poſſeſſione, vel quaſi, quam quis actualiter habet, & ſic indiſpenſabiliter utramque quoque requirat in allegante ſufficientem probationem poſſeſſionis; planum inde fit, quod, ea ex ſupra deductis in caſu præſenti non probata, nullum ex illis competere valeat.

Et ità utraque, &c.

R.P.D. CERRO

Bononien. Cavamenti Palatæ ſeù Foſcaleæ
Lunæ 21. Junii 1741.

ARGUMENTUM

Canale, quod recipit aquas agrorum ſuperiorum, debet eorumdem Dominorum expenſis pro rata expurgari, maxmè quando aquæ non accedunt diſperſæ, ſed collectæ per opus manufactum, &

Compenſatio obtineri non poteſt, ex quo quis aliud canale ſeù flumen reparaverit, quod alteri præjudicium alias inferre non valebat.

SUMMARIA.

1 *Canale fluminis expurgandum eſt eorum expenſis, qui commodo; & utilitate de fluxu aquarum perfruuntur.*

2 *Stagnantibus aquis in agris inferioribus, valles inde augentur, & dilatantur.*

3 *Quotidie poſſidentes loca ſuperiora beneficium cavamenti canalis agnoſcunt, multo magis hoc ſentiunt inferiores.*

4 *Loca ſuperiora à natura habent activam ſervitutem in loca inferiora aquas demittendi, non tamen per manufacta, quæ illas in unum colligant, & deferant.*

5 *Servitus demittendi aquas diſperſas, quæ in fundum inferiorem neceſſariò deſcendunt nullo pretio eſt retribuenda.*

6 *Secùs verò quando coactæ fiſtulis in aliquod canale integræ, & celeriùs pervehuntur.*
Quia tunc Dominus fundi ſuperioris tenetur ad expenſas canalis ſibi ſervitium exhibentis.

7 *Terminus enim expenſarum pertinet ad eum, qui ſervitium ſibi dicit, non ad eum, qui ſuſtinet.*

8 *Aquæ regulatè ducendæ ſunt, & prout priùs fieri conſuevit, etiam invito Domino.*

9 *Teſtibus in acceſſu examinatis, & judiciali mappæ communi peritorum conſenſu comprobatæ maxime deferendum eſt.*

10 *Teſtes generaliter, & in roſtracta loquentes, nihil concludunt ſuper re particulari, quando eorum dicta ad aliud referri poſſunt.*

11 *In aquarum materia totum facit vetuſtas, quæ habet vim legis.*

12 *Diuturno conſuetudo ſolvendi taxas, & acquieſcentia inducit obligationem.*

13 *Contradictio, quæ non ducitur ad ſuum exitum; & cui ſuccedit acquieſcentia, obſervantiam magis confirmat.*

14 *Compenſatio eſt mutua debiti, & crediti hinc inde contributio.*

15 *Compenſationem implorans fatetur debitum, quod compenſabile proponit.*

16 *Producens auctorum preces involventes agnitionem debiti, tali facto cenſetur approbaſſe.*

17 *Qui compenſationem principaliter allegat, & non ſubſidiarii ad effugiendam, eo modo quo poteſt, ſolutionem debiti confeſſionem intelligitur emittere.*

18 *Diſtantes à flumine prò aggeribus debent contribuire proportionabiliter ad periculum, & utilitatem, quam exindè percipiunt.*

19 *Ubi non eſt ratio damni, & periculi ceſſat etiam cauſa contributionis.*

20 *Magis rationibus inhærendum eſt, quam judicia Periti.*

21 *Contributio peti non poſſet ab iis, qui nunquam in certa cauſa ſolverunt.*

DECISIO LXI.

REnuente Com. Ferdinando Vincentio de Ranutiis pro bonis ab eo poſſeſſis in diſtrictu *Zenerigola*, e *Lorenzatica* ad illas Taxas contribuere, quæ à deputatis (Aſſumptos inibi vocant) ab omnibus intereſſe habentibus, vel commodum ſentientibus exigi conſueverunt pro manutentione, rectoque uſu aquæductus nuncupati Cavamenti Palatæ, ſeù Foſcaleæ, idque ſub prætextu, quod enunciata Bona ratione eminentioris ſitu à Taxis prædictis immunia dijudicanda ſint, quodque ſaltem ſint ipſi per viam compenſationis bonificandæ expenſæ, quas ſubit pro reparandis Aggeribus Fluminis Samodiæ, opus habuerunt Aſſumpti illum in Judicium vocare coram Auditore Generali legationis Bononiæ, qui cum prævio acceſſu ad loci faciem, atque adhibita Peritorum opera, Teſtiumque audita depoſitione, antedictos Aſſumptos manuteneri mandaverit in poſſeſſione, vel quaſi exigendi a Bonis, de quibus agitur Taxas impoſitas, & imponendas in cauſam refectionis, & purgationis præfati publici Cavamenti, & ulteriùs pronunciaverit Com. de Ranutiis teneri ad dictas Taxas, nullamque ejus favore intrare compenſationem cum expenſis factis, ſive faciendis pro reparatione Agerum Samodiæ, hinc devoluta appellationis beneficio Cauſa ad ſacrum noſtrum Auditorium, per Me examini

Digitized by Google

mini ſuppoſito Dubio : *An ſit locus contribu-
tioni pro Taxis, tam præteritis, quam futu-
ris, etiam ad effectum manutentionis, ſeù potiùs
ſit locus compenſationi, &c.* : prodiit Reſcri-
ptum *Affirmativè quo ad primam partem, nega-
tivè quo ad ſecundam*.

Et ſane exordiendo ab onere, quo Com. Ra-
nutius æquè, ac alii finitimi poſſidentes gra-
vatur contribuendi ad Taxas, illud ex triplici
fonte promanare viſum fuit, tùm ſcilicet à
natura Loci, tum à longæva obſervantia, tùm
demùm à confeſſione per Com. Annibalem
ejus Patrem, & Auctorem emiſſa; Id verò in
primis prælaferre naturam loci patet ex eo,
quod cum Cavamentum, de quo agitur poſi-
tum ſit in infernam partem, ſitque receptа-
culum aquarum, quæ ab Agris ſuperioribus
defluunt, quæve non niſi per medium hujuſce
Canalis ad Panarii Flumen traducuntur, ſe-
ſequitur ut expenſis omnium eorum expurgari
debeat, qui commodo, & utilitate defluxus
aquarum perfruuntur, ut ad *Text. in leg. ſi*
1 *tertius 6. §. Si ex plurium ff. de Aqu. pluv. arcen.,
& in Leg. per Bithiniam Cod. de Immunit. nem.
conced.* tradunt *Reverendiſſimus Zaul. ad Stat.
Favent l. 5. rub. 10. num. 4., & 5. rubr. 31. num.
8., & rubr. 32 num. 4., Pecch. de aquæduct.
lib. 4. quæſt. 68. per tot., & quæſt. 75. num. 16.,
Rota in Romana expurgationis Fovei 19. Junii
1713. §. Exiſtimarunt, & §. Et ſanè, & in al-
tera 8. Martii 1715. §. In Jure coràm Reveren-
diſſimo P. D. meo Lancetta Decano confirmat. 11.
Junii 1717. §. Atque hic cor. Reverendiſſ. Creſpo
Archiepiſcopo Ravennaten.*

Quin iſtiuſmodi fundamentum evitari poſſit
à Ranutio, ſub prætextu, quod Bona illius
ſita reperiantur in parte eminentiori, proinde
que nullatenus opus habeant beneficio reſul-
tante à fœlici curſu Cavamenti prædicti, quia
etiam ſi illud oblimoſam repletionem ægrè de-
flueret, adhuc tamen Aquis ab Agris ſuperiori-
bus derivantibus expeditus decurſus non inter-
cluderetur, ob eam rationem, quod naturali de-
clivitate ſe in partem inferiorem demittant;
Proindeque ceſſante hac ratione commodi, &
utilitatis fas ſit ut ceſſet quoque onus contri-
buendi ad Taxas: Siquidem quidquid ſit in
præſenti rerum ſtato, tamen ſi ab initio con-
ſtructum non fuiſſet Cavamentum Palatæ, Bo-
na Com. Raoutii nunc fortaſſe frui non vale-
rent libero aquarum defluxu, & ſterilitate
ſqualleſcerent, nam ſtagnantibus Aquis in Agris
inferioribus, Valles in dies magis auctæ jam
preveniſſent ad ejus Bona, ut refert Peritus
2 Rondelius celebris Mathematicus, *Summario
Aſſumptorum Num. 7.*; Quam proinde Cava-
menti utilitatem agnoſcentes etiam Poſſidentes
in locis eminentioribus *di Calcara, Piumazzo
Manzolino &c.*, qui validiori profectò ratione
ea, quæ competere poſſit Com. Ranutio, ſe
exemptos allegare valerent, numquam detre-
ctarunt Taxas, de quibus queritur, ex ſolve-
re, unde rectè deſumitur, quod ſi occupantes
ſitus ſuperiores neceſſitatem, & beneficium Ca-
vamenti diſertè agnoverunt id multò fortiùs
congruat Ranutio poſſidenti in loco compara-
tivè inferiori, juxta tradita per *Cepoll. de ſervit.
3 Ruſtic. Præd. Tit. de aquæduct. num. 90. Cyriac.
controv. 576. num. 26., Rot. in dicto Romana Ex-
purgationis Fovei 19. Junii 1713. §. Et fortiùs
cor. Reverendiſſ. Decano, & 11. Junii 1717.
§. Urgente cor. Reverendiſſimo* Ravennaten.

Verumtamen ſubmovetur difficultas, quia
objectum erutum à majori ſitus eminentia ad
ſummum procederet, ubi aquæ à fundis Com.
Ranutii ſponte ſua, & ex naturali tantùm de-
curſu prolaberentur, non verò quotiès, prout
in hypoteſi in Cavamentum ingrediuntur me-
diis aqueductibus manufactis nuncupatis *Maſ-
ſellara Bonita, & Amola*, licet enim ratione ſi-
tus editioris quis habeat à natura ſervitutem
activam derivandi aquas in loca inferiora, non
tamen hoc Jure uti poteſt per opera manufacta,
quæ illas in unum collectas deferant, & emit-
tendo in aliud Canale, placidum illius efflu-
4 vium perturbent, ut docuit *Jur. Conſul. in Leg.
prima §. Item ſciendum, & §. Neratius ff. de aqu.
pluv. arcen.*, undè regulam caſui noſtro appli-
cando, aliud eſſet ubi ageretur de recipiendis
aquis diſperſis, & naturalitèr fluentibus, quæ
5 attenta diſtantia neque ad Cavamentum perve-
nirent, & his terminis certè eſſet ſervitus ne-
ceſſario præſtita, nulloque pretio retribuenda,
aliud vero quoties illæ coactæ in fiſtulis inte-
græ, & citatiori curſu in dictum Cavamentum
ingrediuntur, quod ſicuti eas præter naturæ or-
dinem decurrentes recipit, ita præſtare dicitur
6 ſervitutem, ad quam non teneretur, & conſe-
quentèr Dominus Fundi Superioris ad expen-
ſas pro recto uſu rei ſibi ſervitium exibentis ne-
ceſſarias eſt adigendus ut notat *Laderch. conſil.
146. num. 2., & 3.*, & conferunt deducta per *Ca-
ſtrenſ. in l. In ſumma §. fin. ff. de aqu. pluv. arcen.,
Cephal. conſ. 130. num. 17., & conſ. 77. num. 2.,
Cyriac. controv. 576. num. 9. cum ſeqq., Pacichell.
de Diſtant. cap. 8. num. 19.*; Ea ratione quia onus
expenſarum pertinet ad eum, qui ſervitutum
ſibi dicit, non ad alium, qui ſervitutem ſuſti-
net, ut ait *Text. in L. Qui, & ſi fortè §. Etiam
ff. ſi ſervit. vindic. L. Cum debere ff. de ſervit. Ur-
ban. præd. & L. Eum qui ff. eodem Gatt. conſil. 29.
num. 26., Vermiglial. conſ. 487. num. 7. Cepoll. de
7 ſervit. cap. 4. num. 73.*: Illaſque nequit effugere,
ex quo in præſens proteſtetur ſe non indigere
præfatis aquæductibus manufactis, immo ad
eoſdem removendos ſe eſſe paratum, quoniam
hoc non percutit iſtjuſmodi judicium, in quo
juxta præſentem ſtatum, quæſtio venit deter-
minanda, ſed an prædicti aquæductus ſint ne-
ceſſarii, & abſolutè manutenendi, vel potiùs ad
libitum Com. Ranutii deſtrui queant, diſpu-
tandum erit cum Poſſeſſoribus Bonorum finiti-
morum, qui fortaſsè non abſque fundamento
contendere poterunt non eſſe intervertendam
antiquam conſuetudinem in eorum periculum,
& jacturam, immò aquas regulatè ducendas
eſſe, prout priùs fieri conſueverat, ad tradita
8 per *Gob. de aquæduct. quæſt. 12. num. 5. & 6.*

Suppoſito itaque, quod juxta loci naturam
Com. Ranutius commodum, & utilitatem reci-
piet à manutentione, & mundatione Cavamen-
ti, in caſſum pro evitanda contributione ad-
ſtruere ſatagebat aſſumptum illud, onus dictæ
manutentionis integrè refundendum eſſe in fa-
miliam de Pepulis, quæ ſicuti Cavamentum
Jure dominii poſſidet, vigore antiquæ conceſ-
ſionis ſibi factæ totius Tenimenti contermini
ab Abbatia Nonantulana, & in illo exercet
privativam facultatem piſcandi, ita jure me-
ritoque ad omnes expenſas repurgationis ad-
ſtringi

Digitized by Google

ſtringi debeat; Quoniam illico in ſubſiſtens detectum fuit in facto, ex quo conſiſtit duo adeſſe Cavamenta nuncupari ſolita *della Palata*, aliud quidem publicum, quod contra diſtinguitur ex particulari denominatione *di Foſeaglia*, nec à Domo Pepulea, ſed à Joanne Bentivolo conſtructum fuiſſe patet: ut ex conventione inita cum Duce Ferrariæ, intra cujus fines protendi debebat curſus Cavamenti, ad derivandas aquas in Flumen Panarii, & circa hoc nullum veſtigium privativi dominii, & pertinentiæ penes illos de Pepulis, quinimo docetur publicis ſumptibus, & publica cura refectum, expurgatumque fuiſſe; aliud verò minus latè patens, cui particulare nomen inditum eſt *della Filippina*, nec ſanè negari poteſt iſtud fuiſſe primitius conſtructum à Pepulis, ut aquas excurrentes per eorum amplum Tenimentum ex recenſita conceſſione Abbatis Nonantulani acquiſitum, cohiberent, eaſque per medium alterius majoris Cavamenti in Flumen demitterent, & ſimiliter fuiſſe propriis eorum expenſis refectum, & expurgatum. Hæc autem veritas in aperto poſita eſt ab acceſſu facto in faciem loci per Auditorem Generalem Legationis, à Teſtibus tunc examina-
9 tis, & à Mappa Judiciali communi peritorum ſtudio, & conſenſu comprobata. quibus omnibus in hujuſmodi materia deferendum eſſe probant *Hieron. de Mont. de finibus regund. cap. 31. num. 5. Poſſb. de manutent. obſerv. 191. num. 14. Rota in Bononien. aquarum 14. Decembris 1699. §. Circa quintum coram bon. mem. Anſaldo in Romana, ſeù Port. Tenut. ſuper exceſſu quoad Palum 26. Martii 1708. §. Circa quintum coram eodem, in Ferrarien. Evictionis, ſeù Vallis Sarriani 12. Jan. 1720. §. Hac igitur cor. Me.*

Neque contrarium perhibent, ſive Inſtrumentum diviſionis Anno 1567. inter fratres de Pepulis initæ ſivè contractus locandi piſcationem, ſive demum aliorum Teſtium fides ad perpetuam deponentium, nam vel diſtinctè adjungunt proprium, & particulare nomen *della Filippina*, vel loquendo generaliter de Cava-
10 mento Palatæ, non poſſunt intelligi, quam de parvo ad illos de Pepulis pertinente, non autem de magno, quod publicum eſſe ex tot argumentis patefiet; Id quod ſane apprime confirmatur ex decreto edito anno 1628. à clar. mem. Cardinali Spada tunc Bononiæ Legato, qui cum ſuo edicto juſſiſſet purgari omnes foveas derivantes aquas in magnum Cavamentum Palatæ, curam purgandi parvum Cavamentum Palatæ, & Philippinæ relinquendam ſtatuit illis de Pepulis, utpotè quia ageretur de re propria eorumdem, ibi: *del Cavo chiamata della Palata, e Filippina ſi laſcia la cura a' Signori Pepoli, come di loro Condotto particolare: Summaria Ranuntii num 5.*

Ita abſoluto primo fundamento gradum faciendo ad ſecundum ex quo ſimiliter Comitem Ranutium ad contributionem teneri autumatum fuit, illud porrò conſtituebatur in longeva, & plus quam centenaria obſervantia eruta non minus generaliter ex eo, quod quotieſcumque opus fuit devenire ad mundationem cavamenti, aſſeruerunt Eminentiſs. Legati pro tempore convocatis omnibus intereſſe habentibus, & electis aſſumptis taxas cuilibet ex Poſſeſſoribus Agrorum, quorum Aquæ in Cavamentum defluerent, publica auctoritate indicere, ut ex Bannimentis toties publicatis, incipiendo ab illo anni 1613. Cardinalis Barberini tunc Legati poſteà ad ſummi Apoſtolatus apicem ſub nomine Urbani VIII. evecti uſque ad recentia tempora regiminis claræ mememoriæ Cardinalis Caſoni; Verum & fortius ex quo ipſimet de Domo Ranutia fuerunt uſq. ab anno 1593., & per ſucceſſiva tempora ſemper taxati ad contribuendum expenſis Cavamenti, & ratam ſibi obtingentem effectivè perſolverunt, ut habetur ex publicis Libris ſeù Regeſtris, quæ Camploni vocantur; Quo poſito cum hujuſmodi Aquarum indifferenti immò favorabili materia totum faciat vetuſtas,
11 quam vim, & locum Legis tenere desertè affirmat *Ulpian. in L. 1. §. Denique ff. de Aqua pluv. argen. leg. 2. ff. eodem, & leg. Hoc Iure §. Ductus aquæ ff. de aqu. quotid., & Capoll. de ſervitut. ruſtic. Præd. quæſt. 66. num. 120., Fran. Marcus deciſ. Delphin. 112. num. 10. p. 2., Rot. in Imolen. Reparationis Agrorum 15. Junii 1716. §. Præſertim coram Rev. D. mea Lancetta Decano*; Nemò dubitabit, quin diuturna conſuetudo ſolvendo Taxas præſtitutas, & acquieſcentia illorum de Ranutiis in explenda ſolutione per adeò longum tempus præſtantiſſimum, ſuppeditet argumentum eorum obligationis factæ toties reiteratis com-
12 probatæ, ut admonent *Bartol. in L. cum de in rem verſo ff. de uſur. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. numer. 30., & ſeqq. de Marin. reſol. Iur. lib. 1. cap. 78. num. 12.*, *Rota in Tiburtina Caſtri Sambuci 12. Iunii 1711. §. Sed quatenus coram Rever. Aldrovando Archiepiſcopo Neoceſareæ.*

Iſtiuſmodi autem conſuetudinis vis fruſtra declinari contendebatur duplici animadverſione, altera ſcilicet, quod contributio pluries fuerit à Poſſeſſoribus contradicta & præcipuè in Judicio Anno 1652. coram A. C. agitato à cujus Sententia interpoſita appellatione Cauſa delegata fuit huic S. Auditorio coram bon. mem. Veroſpio: altera verò quod Aſcendentes Co: Ranutiis moderni rei conventi Bona, de quibus agitur cœperint ſolummodo poſſidere Anno 1662. unde ſolutiones Taxarum præcedentes referri poſſint ad alios diverſæ Familiæ Ranutiæ Manzolæ Bononiæ exiſtentis; Quo enim ad primam viſa fuit obſervantiam nequaquam debilitari ex eo, quod judiciales conqueſtiones ſemper ſucceſſit acquieſcentia Poſſidentium, & Taxæ fuerunt effectivè perſolutæ, immò non obſtante delegatione Cauſæ S. Rotæ procurata, nullam amplius impoſterum inſtantiam renovarunt prò appellationis proſecutione proptereaque argui poteſt eam habuiſſe prò deſerta ex mali Juris agnitione, & exinde obſervantiam magis confirmaſſe ex notatis per
13 *Rot. dec. 141. num. 6. coram Emerix Sen., & Cremonen. Beneficii 14. Maii 1706. §. Tanta facilius coram bon. mem. Kaunitz*; Quod verò attinet ad ſecundam, Teſtimonium Notarii comprobans acquiſitiones ab illis de Ranutiis non priùs, quam Anno 1662. factas fuiſſe in Locis Lorenzatici, & Zenerigoli non excludit quin per antea alia Bona ab iiſdem poſſiderentur in Locis præfatis, prout vere dicendum eſt fuiſſe poſſeſſa, nam conſtat Marcum Anto-

nium

nium de Ranutiis Aſcendentem Moderni rei
conventi, & ipſummet, qui Bona acquiſivit de
Anno prædicto, antecedenter, ideſt Anno
1652. ſoluiſſe Taxas, ut ex partitis Campioni
Summario Aſſumptorum num.3.

Remanet explendum tertium fundamentum,
ex quo obligatio Com. Ranutii firmior evadit,
nimirum confeſſio emiſſa à Com. Annibale ejus
Patre in Præcibus ſub Annis 1694., & 1697.
porrectis Eminentiſs. Legato, in quibus quem-
admodum non alio titulo eximi enixè expoſtu-
labat à Taxis, niſi quia eſſent compenſandæ
cum expenſis ab eo factis, & faciendis prò re-
paratione agerum Fluminis Samodiæ, quod
fomentum præbere deberet exemptioni, non
obſtantibus ſolutionibus in præteritum pluries
expletis, ita exhibet, præciſivè à compenſa-
tione, apertam proprii debiti confeſſionem,
cum enim compenſatio nil aliud ſit, quam
mutua debiti, & crediti hinc indè contributio,
14 ut definit *J. C. in l. 1. ff. de Compenſat.* ex fir-
matis per *Guttier. de Compenſat. lib. 1. quæſt.
5. num. 35., & quæſt. 9. num. 88.*, ſanè con-
ſequitur, quod compenſationem implorans fa-
teatur debitum, quod ut compenſabile propo-
nit juxta notata per *Bald. in l. cum Papinia-*
15 *nus num.8. C. de ſentent. interlocut Poſthum. fol.
192. nu. 9., Rocc. diſput. Jur. Select. cap. 155.
numer. prima, Berſan. de Compenſat. cap. primo
quæſt. 20. num.39. Magon. deciſ. Florent.44. n.
8., Rota dec. 166. num.1. coram Bich. dec.33.
num.2. part.5., & dec.58.num.26. part.19 rec.*;
Idque procedit urgentius reſpectu Co. Vin-
centii Ferdinandi, nedum quia cauſam habet
à Com. Annibale, verum etiam ex eo, quod
in præſenti Judicio produxit dictas paternas
præces præſeferentes implicitam debiti agnatio-
nem, & conſequentèr eam tali facto approbaſ-
ſe cenſeri debet juxta regulam, de qua *Rota*
16 *deciſ. 238. num.5. coram Gregor. ibique adden.
num. 13. deciſ. 556. num. 4. coram Bich. deciſ.
174. num. 14. par. 17. recen. & in Romana De-
poſiti 11. Decembris 1711. §. Accedit coram Re-
verendiſſimo P. D. Lancetta*. Vis autem recen-
ſitæ confeſſionis nequaquam tollitur, ex quo
Annibal id expreſſerit ad effugiendas eo melio-
ri modo, quo poſſet Taxas, non ut admitte-
ret ſe cæteroquin ad illas teneti, quoniam hoc
militare valeret quatenus ſuſidiarie compenſa-
tionem allegaſſet, at verò cum ſe huic reme-
dio reſtrinxerit, & ex hoc unicè exemptionem
efflagitaverit, abſolutum eſt confeſſionem de-
17 biti emiſiſſe ex authoritatibus ſuperius alle-
gatis, quibus addi poteſt *Guttier. de Compen-
ſat. lib. 1. quæſt. 9. num. 39.*

Jam vero expediti DD. a prima parte reſeri-
pti, deſcendendo ad ſecundam arbitrati ſunt,
non eſſe locum compenſationi debiti Taxarum
cum expenſis, quæ à Domo Ranutia erogan-
tur pro reparandis Ageribus Fluminis Samo-
diæ conterminis Tenutæ *di Zencrigolo*, a *Lo-
renzatico*, quoniam ad tale onus reparationis
ſubeundum adigi non debent Aſſumpti Cava-
menti, niſi correſpectivè ad periculum, quod
ex irruptione aquarum eidem Cavamento ob-
venire poſſet, & ad utilitatem, quam ex ſtudio-
ſa reparatione Agerum reportare valeat, qui-
bus ſolummodo concurrentibus diſtantes à
18 Flumine pro Ageribus contribuere tenentur,
per *Tex. in l. per Bithinium Cod. de Immun. nem.
conced. Caſt. de port. rat. qu.27. num.3., Bondens.
collect. Jur.47. num.41. & ſeqq., & ferè per tot.,
Gob. de aquædact. quæſt. 29. num. 1., & ſeqq.,
Rot. in Imolen. reparationis Agerum 15 Junii
1716. §. Nec majoris coram Reverendiſſ. Decano,
in Ferrarien. Evictionis, ſeu Vallis Sarreani 12.
Januarii 1720. §. Exordiendo, & ſeqq. coram
Me, & in Bononien. Contributionis 26. Junii
1720. coram dicto Reverendiſſimo Decano*, undè
propterea cum nullum conſiderari poſſit peri-
culum, nullaque utilitas reſpectu Cavamenti,
quia experientia rerum Magiſtra compertum
eſt in tot inundationibus Samodiæ, quæ finiti-
mos Agros vaſtarunt, quæve in Ditione Bono-
nien. nimium frequentes contingunt, num-
quam damnum ullum illatum fuiſſe Cavamen-
to Palatæ, ex quo aquæ eo uſque non perve-
nerunt, tum etiam quia id ipſum accidera, ne-
ceſſe eſt ex natura ſitus, eo quod inter Flumen
et Cavamentum altiori Alveo decurrens, adeſt
magna diſtantia, quam rurſus interſecat Ca-
nale S. Joannis, ſeu Centi, quapropter ju-
xta Judicium Peritorum Rondelli, et Laghi,
ubi etiam aquæ Samodiæ excurreretent uſque ad
Cavamentum, adhuc nullum eidem damnum
illaturæ eſſent, propterea quod jam reperiren-
tur à limo purgatæ, et incapaces quidquam ja-
cturæ afferendi, qua ceſſante, ceſſat etiam ra-
19 tio contributionis, ut probatum fuit *in ſæpedi-
cta Ferrarien. Evictionis, ſeu Vallis Sarreani 13.
Januarii 1720. coram Me*.

Et quamvis alter ex Peritis, nempe Bonac-
curſius fuerit in ſenſu contrario, attamen nul-
latenus attendendum putarunt DD. ejus Judi-
cium, contra quod pugnabant rationes mox
expenſæ, quibus magis, quam Periti Judicio
20 inhærendum eſt, *Pinell. in l. 2. part. 3. num. 4. ad
fin. Cod. de reſcind. vendit., Burſa t. conſ. 197. n.
35. lib. 2. Pacion. de Locat., & Conduct. cap. 34.
§. 5. numer. 95., Rota poſt conſil. Roman. deciſ.
67. numer. 17. tom. 4.* Et ulterius adverſaba-
tur quoque longæva obſervantia, juxta quam
non ſolum cæteri finitimi Compoſſidentes Flu-
mini Samodiæ illius Ageres ære proprio repa-
rarunt, abſque eo, quod quidquam contri-
buendum contenderint ab Aſſumptis Cava-
menti, ſed & ipſa Domus Ranutia ſimile onus
ſubivit per longævum tempus, ut ex Teſtibus
occaſione Acceſſus auditis, nulla facta requi-
ſitione contributionis, tempore, quo non de-
trectabat Taxas pro Cavamento perſolvere,
unde reſultare videtur fuiſſe univerſaliter
agnitum nullum ſubeſſe onus penes intereſſa-
tos in Cavamento dictos Ageres reparandi,
21 ad firmata per *Rotam in Romana Pecuniaria
13. Junii 1715. §. Nec ſatisfactum coram R. P.
D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*,
& in altera *Romana Pecuniaria 15. Januarii
1716. Verùm enim verò coram Me*.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CALCAGNINO

Neapolitana Cappella, & Sepulchti
ſuper bono Jure.

Ven. 42. Maii 1723.

ARGUMENTUM

Ex quibus adminiculis Cappella in Eccleſis alie-
na

Digitized by Google

na conſtructa cenſeatur de dominio privato, ubi ſi adſit etiam Sepulchrum, poteſt in caſu funerationis ornari tantum Cappella, non verò Eccleſia tota, quando Eccleſiæ Patronus conſenſum non præſtat.

SUMMARIA.

1 *Sacellum, quod ſeptis continetur ipſorum Septorum juri cedit.*
2 *Cappella in alterius Eccleſia exiſtens ad Dominium ejus, cujus Eccleſia eſt referri debet.*
3 *Eccleſia in Diœceſi condita Diœceſani Epiſcopi Juriſdictioni ſubiici præſumitur.*
4 *Ad ſuadendum, quod Cappella erecta in Eccleſia ad illam non pertineat, exquiritur evidens probatio.*
5 *Hoc tamen evinceretur, ſi de fundatione, vel conſtructione, aut dotatione conſtaret.*
6 *In antiquis non ità ſtrictè proceditur, ſed per indicia quoque juſtificatur Juſpatronatus.*
7 *Proponuntur indicia, quibus id juſtificatur.*
8 *Verba* ſua, loro *dominium in eo probant, ad quem referuntur.*
9 *Maximè ſi pluries fuerint repetita.*
10 *Publicæ aſſertiones multam vim habent probationis.*
11 *Per acceptiones ſolutionum factarum cum expreſſione dominii, præſumitur ejuſdem recognitio in acceptante.*
12 *Et per acceptionem ordinis præſumuntur omnia in eo contenta, approbari.*
13 *Affertur aliud indicium ad demonſtrandum Cappellæ dominium.*
14 *Tale quoque eſt affixionis propriorum ſtemmatum, & inſignium, quæ tantum in re proprio applicari poſſe jura permittant.*
15 *Imò coercent illum, qui hæc in re aliena imponat, & impunitate eum donant, qui ſic impoſita propriè auctoritate delet.*
16 *Inſignia, quæ habentur in Sacellis, à Patronis præfixa præſumuntur.*
17 *Nam non eſt credibile aliter dominum paſſum fuiſſe, eadem præfigi.*
18 *Expenditur aliud indicium evincens dominium Cappellæ deſumptum ex tranſactione, & aſſertionibus id denotantibus.*
19 *Obligatio providendi, & ornandi Cappellam arguit dominium in eo, qui ad id tenetur.*
20 *Verba* ſua, loro, *& alia hujuſmodi ad dominii aſſertionem referri debent.*
21 *Tranſactio cum Eccleſia inita, in qua determinetur aliquod ſacellum eſſe gentilitium non ſubjacet cenſuræ Text. in extravagant. Ambitioſæ.*
22 *Beneplacitum Apoſtolicum reſervatum in tranſactione, quæ diu obſervata fuit præſumitur interveniſſe.*
23 *Immemorabilis poſſeſſio in Jure patronatum, omni Civili titulo potior eſt.*
24 *Jus Sepulchri favore alicujus Familiæ in Eccleſia adeſſe cenſetur, quoties ipſa non reclamante plures de eadem in ipſo humati ſint.*
25 *In Eccleſiis Sanctimonialium abſque Apoſtolico aſſenſu jus ſepulchri quæri non poteſt.*
26 *Lis præſcriptionem interrumpit.*
27 *Tempus, cujus initii memoria non extat, inducit quemcumque titulum.*
28 *Concurrente immemorabili, vel quadragenaria cum titulo S. Congregationis conſulta non obſunt.*
29 *Eademque S. Congregatio perſepè remiſit ſuis decretis, quoties ageretur de iis, qui in Eccleſiis Sanctimonialium haberent gentilitia Sepulchra.*
30 *Imo nunquam ſuum aſſenſum iis denegat condendi Sepulchrum in Eccleſia Sanctimonialium, de qua benè meriti fuerint.*
31 *Præſcriptio ſupra centum annos vicit quamcumque legum, ac Jurium Sanctionem.*
32 *Lis, in qua præſcribenti Jus non adimitur, præſcriptionem non interrumpit.*
33 *Iuſta defunctis ſolemni pompa perſolvere maximum eſt humanitatis officium.*
34 *Nemo cogitur in re ſua patientiam præſtare.*
35 *Nimium ſumptuoſæ expenſæ in mortuorum funeratione à Iure civili improbantur.*
36 *Funebrium expenſarum nomine non veniunt immodici luxus amentium.*
37 *Et Chriſtiani Antiſtites debent hos improbata luxus in funeribus, quibus modis poſſunt compeſcere.*
38 *Modeſtus tamen, moderatuſque cultus in funeribus, qui nullam præſeferat oſtentationis ſuſpicionem à Iure ipſo laudatur.*

DECISIO LXII.

QUum Alphonſus, Franciſcus, & Fabius Crivelli defunctæ Matri gentilitio in Sacello, quod Neapoli in Monialium Virginum Lucenſis Crucis Eccleſia extructum extat, exequiarum nobili more magnificè reddere, cadaverque majorum ſuorum ibidem excitato, Sepulchro inferre deſtinarent, ipſæ Sacræ Lucenſis Crucis Virgines reſtitere, nullumque gentilitium Jus eo in Sacello Crivelliæ genti eſſe, nullum familiare Sepulchrum, nullus in funebri inducenda pompa feralibus vittis, nulloque atro integumento exteriorem, interioremque Templi faciem veſtiendam eſſe. Defunctæque denique funus, niſi ſumma ſupra decies quinquies ducatorum penſata, efferendum haud fore, quibus irretita obicibus Crivelia familia Judicium à Neapolitano Archiepiſcopo expoſtularunt, Sacraſque Virgines in jus ambulare cœgerunt, factoque Archiepiſcopi decreto, humandorum eo in tumulo corporum poſſeſſio firmata eſt, & in reliqua actione dies dictus, ut excutiendæ veritatis ſpatium eſſet, à quo Moniales Virgines ad Urbem provocarunt, dictiſque provocationis Cauſis, Appellatio Cameræ Auditori injuſta pronunciata fuit: conſtare de gentilitio Sacello, ſive Jurepatronatu, Crivellis jus ſepeliendi eſſe, Sacris Virginibus nihil ſupra decies ducatorum quinquies in inferendis Cadaveribus arbitraria exolvenda eſſe: Intimam extimamque Templi faciem atro integumento eſſe veſtiendam, ſeptendialia denique Sacra ſingulis quibuſque Sabbatis obeunda eſſe, qua ſententia graviter affectæ, Signaturæ Forum adivere, factaque ſecundæ appellationi poteſtate: Cumque à Me ad Dominos delatum eſſet: ij de bono Crivelliæ familiæ Jure juxta modum in deciſione exprimendum conſtare, conluluerunt.

Ap-

1 Appellationis Cauſæ fuerunt, quod Sacel-
lum illud Templi ſeptis clauderetur: & civili
lege cautum eſt, ut quod ſeptis continetur,
ipſorum ſeptorum juri cedat, *Textus in copit.*
In toto regul.jur.in 6. l. In toto ff. eodem, cui &
Pontificium accinit Jus, quo Cappella in alte-
2 rius Eccleſia exiſtens, ad Dominum ejus, cujus
Eccleſia ſit, referenda eſſe cenſetur, *argum.Tex-*
3 *tus in Can. Plures 1. §. 16., Felin. in cap. cùm*
Venerabilis ſub n.37.de exception., Hier. Gonza-
lez ad Regul.Cancell.reg.8.gloſſ.19. exemplo Ec-
cleſiæ in Diœceſi conditæ, quæ Diœceſani E-
piſcopi juriſdictioni ſubjici præſumitur, *Rot.*
deciſ.653. n.1.& a. cor.Cerr.

Ad quam infirmandam præſumptionem prò
Monialibus Virginibus facientem tantam pro-
bationum vim expoſtulari, ut nullus dubita-
tioni quaſi locus ſuperſtes ſit, ſed omnis certi-
tudo, atque perſpicuitas ingeratur, ut mo-
4 nent *Canoniſtæ in cap.cùm Venerabilis in fin.de*
Except., quod & aſſequutum iri, ſi de fundatio-
ne vel conſtructione, aut dotatione edoceatur,
5 *Cap.Nobis de Jurep., Lotter.de re benef. lib. 2.*
q.8.n.3., Card. de Luc.de Jurep. diſ.55. n.2., Rot.
deciſ.1613. n.4.coràm Coccin.

Dominis tamèn placitum, præter eos titulos
in tanta priſcorum temporum antiquitate iis,
quoque probationum generibus locum aſſerere,
quæ à veſtigio titulos illos ſequuntur. Dan-
dum enim eſt aliquid temporum vetuſtati, cujus
ſæpè injuria rerum memoria intercedit ſatiſque
6 eſt, ſi indicia ſuperſint, *L.Indicia de rei vindic.*
propriuſque ad rem noſtram docuere, *Riccius in*
prax.Jurisp.reſolut.8.n.1., Mareſcott. variar. re-
ſolut.lib.1. reſolut.109.n.5 a. Card.de Luc.de Ju-
rep. diſc.57.n.10., Rot. in Herbipolen. Monaſte-
rii 17 Junii 1709. §.Ex quibus coràm bon.mem.
Caſarello, & in confirmator. 27. Junii 1712. §.
idque coràm clar.mem.Anſaldo, & in Calarita-
na Cappellæ 14 Junii 1713. §.Juſtitia verſ. Do-
minium coràm Reverendiſſimo Lancetta De-
cano.

Indiciorum verò primum, nummaria centum
ducatorum in Spiritus Sancti Banco depoſito-
rum teſſera fuit: quibus ducatis centum eo in
Sacello Sacrum ſingulis quibuſque Sabbatis
7 fieret, legitur: *Qual Meſſa detto Monaſtero con*
ſue Reverende Monache l' hà promeſſa in virtù
di Alberano for celebrare in loro Cappella, &c.
quæ teſſera in Bancum relata eſt tertia die Julii
1599., altera verò 17. Septembris anni ejuſdem
ibi: *Per lo Cona, che hà da fare per la ſua Cappel-*
la: tertia idem Septembr. die 20. ejuſdemmet an-
ni, ibi: *à Fabrizio Marmoraro in conto dell'o-*
pra di marmo, che hà da fare nella ſoſſo a Cappel-
la ſua, &c. Horū verò nominum ratio Crivelliæ
familiæ dominium eo in Sacello aſſerit. Tanti
enim roboris eſt pronomen illud *ſua, loro.* Quod
enim vocabulum *Loro*, excipiendo reliquos
omnes, tantum perſonas in ratione dominii ſe-
ciat, ad quas referatur, tradidit *Rota deciſ. 156.*
n.6.coràm Emerix.Jun., quod & de pronomine
8 *ſua* docuere *Pariſ.104.n.9.vol.7.Barboſ.de dict.*
199.n.7.Guid.Papa deciſ.442., Rot.deciſ.82. n.3.
& ſequ.coràm Buratt., quod altius hæret, quod
ea poſſeſſiva pronomina vicibus multiplicibus
repetantur, cùm à reiteratis aſſertionibus ro-
9 buſtior evadat probatio ad *Text.in c. per Tuas*
de probat. Rot.deciſ.196. n.1 a.part.10., Recen.
deciſ.80.n.26.par.16.recen., & quod non priva-
tæ perſonæ, ſed publicæ Argentariæ Menſæ
Spiritus Sancti eæ ſingraphæ mittantur, quæ
publicæ ſanè aſſertiones multum virium in pro-
bationibus habent *Spada conſ.392. num.6.& 7.*
10 *Rat.dec.279.n.5.coràm Buratt., deciſ.49. n.2.3.*
coràm Priolo, & in Recen.deciſ.99.n.18. part.9.
tom.1., quibus adjicitur teſſerarum earum ex-
penſum Monialibus ipſis Virginibus ferendum
eſſe: quibus certiores factæ, credibile haud eſt,
eas aſſertiones æquo, pacatoque animo ferre
potuiſſe, niſi eiſdem Sacellum familiæ Crivel-
liæ gentilitium eſſe, planè innotuiſſet, ſed ipſæ
nedùm æquo tulere animo aſſertiones illas, ſed
& penſitationes itèm, quas memoravimus ex-
ercuerunt, exegeruntque, quo ipſæ eædem
Sacelli dominiū Crivellicis aſſeruiſſe viſæ ſunt,
11 ex deductis per *Gratian.diſcept.717. n. 16. &*
ſeq., Cephal.conſ.312.n.149.& ſeq.lib.3. Menoch.
de Præſumpt.præſumpt.101.n.45.lib.4., Rota dec.
96.n.6.par.18.recen. & in terminis acceptionis
ordinis, quod cenſeri debeant approbata omnia
12 in ordine contenta, *Rota deciſ.236.n.15.part.9.*
Recen.tom.1.

Secundo ordine diſponuntur indicia petita
acceptilatione ſtipendii Miſſarum quarumdam
anno 1605., ibi: *per tutto il Meſe di Settem-*
bre nella ſua Cappella: Item ab ultimo Fabii
Crivellii elogio ibi: *Ordina che il ſuo Cadave-*
re ſia ſepolto nella ſua Cappella, che tiene ſotto
il titolo, &c. quibus confertim confluentibus
aſſertionibus, poſſeſſionibuſque ſingulari Ipſa-
13 rum Virginum patientia ac conniventia, haud
conſpici datur, qua ratione gentilitium Sacel-
lum Crivelliæ Genti admiratur pro qua ſtetiſſe,
videntur relati per *Panimoll. deciſ.10. annot. 1.*
num.63., Rot. coràm Achill de Graſſis deciſ. 7.
n.1.& Recen.deciſ.444 n 15.part.14., & in Co-
men.Cappellaniæ 31.Martii 1702.§.Etenim co-
ràm clar.mem.Card.della Tremoille.

A' Stemmatibus gentilitiis medio Sacelli
fornice, cujus tertium ducitur indiciorum ge-
nus: ea enim Stemmata ſivè gentilitia Inſigna
non niſi propriis rebus inſeriori poſſe factum
14 eſt, *l.2.Cod.ut nemini liceat ſine jud. auct.C.qui-*
bus ſua ſuperſtruit argumenta, Marc. Steph.
lib.1.de Nobil. cap.6. n. 8., animadverſioneque
dignum eum faciunt, qui ſua inſignia rei alie-
næ inducat, eumque, qui propria auctoritate
hujuſmodi inſignia alienæ rei impoſita lituret,
15 impunitate dānat, *Bart.in leg.2. Cod. de privat.*
&c.In princ.Joann.Platea ad leg.Stigmata verſ.
& nota Cod. de fabricenſ., Salicet. ad leg. Sæpè
1.Cod.ut nemo liceat ſin.judic.auct.&c.Jaſon. ad
Rubr.Cod.ut nemo priv.lit.præd.ſuis n.1.l.1. Caſ-
ſanæi in Catalog. Glor. Mundi part. 1. conſ. 38.
concl.28., Gloſſ.in verbo antiquit, & cap. Dile-
cta, Extr.de Exceſſ. Prælat., & ad noſtram pe-
culiarius ſpeciem, *Fabr.cap.13.mihi pag.140.*,
ubi Clypeum, Regis Ungariæ inſigne, qui
lapide ſuperiore Oſtii, qui eſt ſupra caput Cap-
pellam ingredientis, inſculptum memorat, de
quibus inſignibus Sacello à Pattono præfixis
16 ſermonem habent, *Vuehner. pract. obſ. litt. H.*
voc. Delm. Und. Shild. poſt. Menoch. Cravet. &
alios ibi relat. *Ludovic. de Molin. lib.2. de Hi-*
ſpan, Primog.orig. & nat. cap. 14.n. 29. 47. &
49. Stephan. Gratian.diſceptat.foren.110. n.13.
Crivelliæ verò familiæ inſignia haud penſili
tela, levi offuſo colore depicta, ſed marmo-
reo lapide, opere elaborato inſculpta conſpi-

R 2 ciun-

Digitized by Google

ciuntur : at in eo elaborando opere, nec parum quidem temporis abſumendum eſt; Ideò eo in Sacelli fornice, non clam ſed ipſis Virginibus conſciis præfixa ſunt. Quis nunc credat, eas quibus nihil, niſi rerum harum cura, propria in re, inſignia non propria inſerri paſſas fuiſſe?
17 quod non congruit iis, quæ tradunt *Ripa in cap. Eccleſia Sutrina nu. 37. de Cauſ. poſſeſſ., & propriet.*, quem ſequitur *Lotter. de re benefic. l. 2. qu. 13. n. 146. Card. de Luc. eod. tract. diſc. 57. n. 14., Rot. coràm Seraphin. deciſ. 1141. num. 7. deciſ. 445. num. 17. coràm Cerro*, prædictam que rationem expedunt, *Theſaur. Junior. qu. forenſ. lib. 8. quæſt. 11. ad medium verſic. nunc autèm, Tobnut. Reſolut. Benefic. part. 3. cap. 140. num. 7., Rot. deciſ. 139. n. 4. uſque ad 10. part. 17. rec.*

Tranſactioni anno 1673. inter Crivellium, eaſdem Moniales Virgines initæ quartus indiciorum locus tributus. Ab oborta enim inter iſtas, illamque ſuper eodem negotio lite anno 1668., poſt longas, acreſque forenſes velitationes, tandèm inter ipſas convenit, ibi: *Come eſſendo eſſi, &c.: Una Cappella con Sepoltura nella Chieſa di detto Venerabile Monaſtero, &c. con tutto ciò, avendo le Monache conſiderato, e fatto conſiderare dagli Avvocati del Monaſtero li detti Decreti, Scritture produtte, e ragioni di eſſi Crivelli, con conſulte, e pareri di detti Avvocati del Monaſtero, hanno le Monache riſoluto di renunziare alla lite ſudetta, ed oppoſizioni fatte a' detti Crivelli nel ſeguente modo. e dichiarano eſſe Monache, che li detti Crivelli figli, diſcendenti dalla loro famiglia in perpetuum ſono Padroni della Cappella, e Sepoltura, &c. all'incontro eſſendo eſſi Fratelli Crivelli obligati tenere proveduta la Cappella di tutte le Suppellettili, e Paramenti neceſſarj: Pertanto per Paramenti neceſſarj, e Suppellettili, detto Don Alfonzo in detti nomi ſi obligo pagare al Monaſtero, &c.*: ex qua profectò tranſactione, vel ſaltem aſſertione mutua, tot cribrata diſſidiis, tantis utriuſque partis meditata ſtudiis, maturoque Juriſprudentum concepta conſilio firmiſſimum eruitur argumentum, quo Crivellis gentilitium Sacellum aſſerendum ſit ad
18 *Text. in l. Generaliter C. de non numer. pecun. Rot. deciſ. 792. per tot. coram Buratt. deciſ. 194. velot. concord. in Feſſanen. Juriſpatronatus 9. Martii 1702. §. Jurepatronatus coram Card. Caprara in Mediolanen. Juſpatronatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Comprobatur cor. Em. Card. Scotto, & in Montis Regalis Prioratus 14. Januarii 1718. §. Maximè cor. bo: me: Anſaldo.*

Cui argumento vires addit illa expenſi tabula anno 1688. ibi: *A Don Gioſeppe Canziero ducati quindeci, e per eſſa al Monaſtero, &c. per l' Interro fattoſi del Signor Don Gioſeppe Crivelli in detta loro Chieſa nella Cappella di detti Signori Crivelli, che ivi poſſiedono, e proprio quella che ſtà à mano ſiniſtra*: & altera item tabula anni 1700., & tertia 1710. quibus ubique ſemper eadem inſtaurationis aſſertio: ut ex *Summar. Crivell. Num. 10.*, quibus cæteriſque ſuperius expenſis, ſatis liquet, longè ante ſeculi curſum, & poſt initam quoque tranſactionem, paſſim ſemperque eædem innoventur, & repetuntur aſſertiones, quibus temporum antiquitate memorataque tranſactione firmatis, nullo ſanè jure in irritum offerri potuerant *Felin in tract. cap Cum conſam nu. 4. de probat., Garzias de Benefic. par. 10. cap. 2. n. 262. Pariſ. de Confid. quæſt. 28. n. 236. Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 9. n. 12., Rot. deciſ. 254. n. 9. part. 4. Recent.*

Poſtremum denique ex his omnibus judicium conficitur: Quandoquidem ſi ad annum uſque 1599. recurramus, Sacellum hoc per eam ætatem Crivelli inſtaurarunt: quod ſcriptura Menſæ Spiritus Sancti docemur *Summar. Crivell. num. 1.* ſi verò accedamus ad propriorem Nobis annum 1673., deprehendemus inter Moniales Virgines, atque Crivellios conveniſſe, ut his obligatio ineſſet: *A tener proveduta la Cappella di tutte le ſuppellettili, e Paramenti neceſſarii*: hæc ergo obligatio, ut videre eſt ad dominium illud refertur, quod memorata inſtauratione ab anno uſque 1599. Crivellis decernitur, ut monuit *Abbas in cap. Ad audientiam de Eccleſ. ædific. cæterique Canoniſtæ*, probatumque illud argumentum fuit, quod à Sacellorum inſtaurationibus, iiſdem antiquiori-
19 bus ad hujuſcemodi recentiores obligationes in Jurepatronato firmando ducitur *Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 18. §. prima n. 15., Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 5. cap. 6. n. 25., Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. n. 8 de Reform., Genuenſ. in prax. Archiep. cap. 109. n. 13., Card. de Luc. de Jurepatronat. diſc. 84. n. 2., Rot. in Salernitana Alimentorum 11 Januarii 1720. §. Rursùs*, & in altera ejuſdem *§. Quemadmodum, & §. Sicut coram Emin. Scotto.*

Indicia verò iſta hæc omnia, ſive potiùs demonſtrationes, ea meditata reſponſione dilui poſſe putabant Moniales Virgines, quod ſolutio in Sacro inſtaurando, ſigno marmoreoque inducendo opere impenſa, adeò tenuis, & exigua fuerit, ut potius ad pia exolvenda vota, quod Chriſtianis uſu frequens eſt referenda ſit, quàm ad patronatus firmanda jura: Tranſactio quippè, quæ inter perſonas alienare prohibitas inita, & quibus potius in Eccleſiaſtica vindicanda libertate certandum foret, omnino irrita cenſenda ſit, nec obligationem ingerat, nec aſſertionis vim referat, cum nec Neapolitani Præſulis aſſenſus, nec Romani Pontificis placitum requiſitum fuerit.

Exceptiones hæ nihilominus memoratorum indiciorum robur, ne quidem deturbare, aut concutere valuerunt, dandum ſane aliquid Monialibus fuiſſet, expenſæque ſacilius ad pia vota potuiſſent referri, ſi nihil præter inſtaurationes, marmoreumque opus memoraretur, ſed in his dumtaxat ſolutionibus argumentorum nomen tum repoſitum eſt: ſed inde Patronatus educitur ex eo, quod in menſæ ſcripturis illa ſæpè vocabula repetantur *la ſua, la loro, in conto, &c. per la ſua Cappella, e Cappella ſua, celebrate nella ſua Cappella, &c. ſummar. Crivell. num. 1., & 2. & 10.*, quæ ſane poſſeſſiva, ac relativa pronomina, quæ dicimus, non ad Religionem, ſed ad Dominii aſſertionem potius referri conſtat, ut proſequuntur præter
20 ſuprucitatos *in §. Indiciorum, Decian. reſponſ. 57. num. 3. & 4. lib. 1. Menoch. conſil. 529. num. 7., idem de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 162. n. 2., Pariſ. conſ. 104. n. 90. lib. 1., Roman. conſ. 509. n. 7., Vello diſſert. 46. n. 3., Torr. var. Jur. qu. lib. 1. tit. 5. q. 52. n. 15., Socc. diſput. Jur. Select. diſp. 136. n. 11.*

Ros.

Digitized by Google

*Rot.dec.*1̄5.*n.*6.*cor.Ludoviſ.*, *& deciſ.*82. *nu.*3.
cor.Duran.,*dec.*375.*n.*7.*par.prima* Recent.
Maturatum vero Juriſconſultorum in ea con-
ventiooe componenda conſilium,ipſarum etiam
Sacrarum Virginum judicium , diuturna in fo-
ro concertatio , centies denique ducatorum ac-
ceptilatio prohibeot nos , ne aliquid ſioiſtrum
io ea ioeunda tranſactione accidiſſe exiſtime-
mus : nec præterea ſuper rebus , de quibus Ex-
travagans Ambitiolæ loquitur , tranſactum
eſt . Neque enim quod Sacellum Geotilitium
eſſe feratur , aliquid Eccleſiæ adimitur, ſed tan-
tum honoris quadam ſpecie patrooi donantur,
eum verum omoino Dominium Eccleſiæ inſi-
deat , itaut cenſura, *Text.in dicto Extravagan-
ti Ambitioſæ* oon adverſetur in ſpecie ; firmat
Card.de Luc., *de Alien.& Contract.probibit.di-
ſc.*22.*num.*6., *& ſeqq.*, quod etſi ad probandam
eam tranſactionem ſufficaret , nihilominus ad-
huc in ejus ſtipulatione Archiepiſcopi Neapo-
litaoi placitum cooſequendum io certa tempora
remittitur : quod in ea rerum caligioe , vel ab
enoo 1673. reportatum , quod in eo firmando
actu illud haud deſiderari innotuerit poſt de-
22 curſum 20.annorum , ut bene diſtinguunt *Ru-
beus in ſingular.de Alienat.rer. Eccleſ. obſerv.*2.
§.6.*nu.*3.*Turrecell.de reb. Eccleſ. non alien. cap.*
14. *ſub num.*3.*verſ.Maximè* , Rot.*deciſ.*51.*n.*2.
*par.*4. *Rec.*,*dec.*175. *num.*14. *par.* 8. *Recent. Et
hæc de Sacello.*
Cæterum quod ad familiare Sepulchrum fa-
cit , de eo etiam liquere, Domini conſuluerunt,
cum eadem ex æquo recurrant argumenta: So-
lutiones, impenſæ, Menſæ, Scripturæ, frequen-
tes aſſertiooes , ſupra hominum memoria quæ-
ſita præſcriptio , Monialium Virginum conni-
ventia , Geotilitia ſtemmata , tranſactio deni-
que , exercitaque immemorabilis poſſeſſio, quæ
omni civili titulo locupletior eſt , quod mo-
23 neot *Federic. de Seneſ. conſ.* 234. *num.* 5. *Lot-
ter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 7. *num.* 29. *&* 54.,
*Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.*57. *num.* 25. ne-
que enim veriſimilitudinem habet, ut cum mors
ioiquo ſortaſſe pede , ab anno 1602. ad 1712.
familiæ hujus oſtia ſepties pulſarit , totidemque
vicibus eo in Sepulchro cadavera illata ſint , &
Sacræ Virgioes nonquam renuerint , verbum-
que ac quidem obtenderint , nullum eodem in
Sepulchro eidem Crivelliæ familiæ jus fuiſſe,
juxta bene firmata per *Rotam dec.* 222. *num.*3.,
24 *& ſequ.* , *deciſ.* 229. , *ubique part. prima di-
verſor.* , *& in Recent. deciſ.*139. *num.*9. , *& ſe-
qu. par.*17.
Quærunt hic Sacræ Virgioes tituſum , ſub-
tenduntque in aliis Eccleſiis Sepulturæ jura
præſcribi poſſe , at in earum Eccleſiis omninò
Apoſtolici aſſenſus titulum deſiderari : quod
jubent Sacræ Congregationis Decreta regiſtra-
25 ta apud *Nicol. in Floſcul. verbo Sepultura n.*5.
Pignattell. Conſult. Canonic. 177. *num.* 1. *&
per tot.* quibus nec immemorialis quidem præ-
ſcriptio obſiſtit , ut admonet *Bertachin.vot.de-
ciſiv.*189. *num.*23, *Pignatell. loc. cit. num.*1.*in
fin. Monacell. in Formul. For.Eccleſ. par.*1. *tit.*
11. ; *formul.* 23. *num.* 5. Quinimò hac in ſpecie
nec beoè ea immemorialis obtenditur præſcri-
ptio , quæ anoorum centum curſum , eumque
nec deturbatum exigit . Sed ad præſcriptionem
quæſitum ſpatium memorata obſuit lis , quæ
præſcriptionem omnem abrupit , *Rot. coram*
26 *Cerro dec.*214. *nu.* 15. *& in Aurien. Parochia-
lis de Rozamonde* 29. *Aprilis* 1720. §. *Ex his*, &
in ejus confirmat. 26. *Junii* 1721. §. *Similis co-
ram R.P.D.meo de Gomachet* .
Aſt prælaudati Nummulariæ Menſæ Ordi-
nes Gentilitio Sacello primævi dumtaxat titu-
lum non fecerunt , ſed iis etiam licuit longè
ante annum 1596.Sacellum Crivelliæ Familiæ
Gentilitium fuiſſe , ibi : *Dice in conto dell'ope-
ra di marmo hà da fare nella Foſſa* , *e Cappella
ſua nel Monaſtero di S. Croce* , *&c.* , quæ ſanè
verba Dominii titulum nedùm pariuot, ſed ta-
lia ſuot , quæ longè vetuſtius Dominium præ-
ſerant , quod omnem Hominum memoriam ex-
27 cedat: quod nobilioris profectò tituli loco ſtat,
*Rota dec.*2239. *num.*6. *coram Emerix* , *dec.* 172.
*num.*4. *par.* 23. *recent.* , *& in Manuſſ. ad Card.
de Luca deciſ.*2. *num.*23., cui porrò Sacræ Coo-
gregationis conſulta non obſunt , concurreote
immemorabili , vel quadragenaria cum titulo,
ut monet *Pignatell. Conſult. Canonic.*177. *nu.*9.
28 *tom.* 4. *Marchet. in prax. Vicar. Capit. par.* 3.
tit. 38. *num.* 131. *de Luc. in addit. ad Ventrigl.
in prax. de elect. Sepul. tom.*1. *annot.*52.§.*unic.
num.*1., nam ſæpè ſe Congregatio indulgentio-
rem geſſit , decretiſque ſuis remiſit : quoties
cum iis potiſſimùm agendum eſſet , quibus in
eadem Mooialium Virginum Eccleſia Familia-
re Sepulchrum fuiſſet , ut referuot reſolutio-
29 nes Sacræ Congregationis *R.P. D.meus Petra
in ejus Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolicas
tom.*2. *in Conſt. Cæleſtini III. conſt.*3. *num.* 30.
fol.mihi 199. , immò nec iis uoquam ſuum de-
negare aſſenſum conſuevit , quos optimè de ea-
dem Eccleſia meritos , profuſioreſque in ero-
gandis eidem eleemoſynis compererit , quod
referunt *Nicol.in Floſcul. verb. Sepultura n.*5.,
30 *Marchett. loc. cit. tit.*34. §. 5. *num.* 131. , &
obſervat prælaudatus *Petra loc. cit. num.* 30.
verſic. Pro perſonis,ubi præcedenti *num.*28. no-
tat ſententias de incapacitate hujus Sepulturæ
intelligendos eſſe de Sepultura in Eccleſia Mo-
nialium interiori , ſecùs in Eccleſia exteriori,
ſi his Sepulturæ Jus non denegatur : deoegabi-
tur ergo Crivelliis ? Quos , & optimè de Ec-
cleſia meritos , & in largitionibus erogandis
tùm in Sacelli Sepulchrique reſtauratione,tùm
etiam in centies ducatorum collatiooe pro Sa-
cris faciendis his profuſos oſtendimus ; & præ-
tereà qui præſcriptionem ſuprà centum annos
partam jactaot , cujus tanta vis eſt , ut ipſas
jurium legumque ſanctiſſimas cautiones vin-
cat ex notatis per *Leſſ. de Juſtitia* , *& de Jure
lib.*2. *cap.*41. *dub.*12.*in fin. verſ. Secundo*, *Card.*
31 *de Luc.de benefic. diſc.*32. *num.*2., *&* 4., *Rota
deciſ.*76. *num.*3. *coram Anſaldo*, *& in recent.de-
ciſ.*320. *num.*2. *par.*16., *deciſ.*671. *num.*16.*part.*
18., *alibi paſſim.*
Lis denique ioter Crivelliam Familiam,Cru-
ciſque Lucenſis Virgines aono 1666. inſtructa,
præſcriptionis curſum , nec deturbavit , immo
firmavit altius ; nam ea io quæſtione Archie-
piſcopi Neapolitani ſententia Sepulchrum Cri-
velliæ geoti primum familiare dictum fuit : &
mox tranſactione inita perſpicuis latè verbis
idem ipſæmet Virgioes,earumque Patroni faſ-
ſæ ſunt , at quis ſibi perſuadeat , tantùm ſibi
præjudicii , niſi de ea re liqueret , inferre vo-
luiſſe Virgines tùm temporis ſolertiſſimas , Ju-
riſperitos oculatiſſimos , Neapolitanos Archie-

piſcopos vigiles, & quibus nihil niſi unum Eccleſiarum incrementum, unaque libertas curæ fuit, inter quos unum ſuperſit proferre Aſcanium Philomarinum, qui decretum tulit; de quo (cæteras enim laudes hic ſilere præſtat) *Alphonſus Ciacconius in Vit., & reb. geſt. Pontific. Rom., & Sanct. Roman. Eccleſ. Card. tom. 4. ad annum 1623. fol. mihi* 600. teſtatur; acerrimum eum Immunitatis Eccleſiaſticæ, adeò Propugnatorem fuiſſe, ut Innocentius X Præſulibus omnibus exemplum, unum Cardinalem Philomarinum objiceret, in quibus circumſtantiis tantùm abeſt, immemorabilem fuiſſe interruptam, ut ex ſucceſſivo uſu non obſtante lite inſtructa magis confirmatam re-
32 manſiſſe monet *Card. de Luca Paroch. diſc. 27. num. 6. Rota in Ginen. Juris mutandi ſuper reſtitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Minime refragante coram bon. mem. Muto, & in Trojana delationis Crucis ſuper bono Jure 10. Decembris 1709. §. Quo verò coram Reverendiſſimo Aldrovando.*

Quod reliquum ſupereſt funebrem pompam reſpicit: is qua Crivellii non Sacellum tantummodò, ſed intimam omnem, extimamque etiam totiùs latè Templi faciem atro, utroque integumento, feralibus ſparſim victis, picturatiſque præfixis gentilitiis inſigniis more nobili obtegere, ac veſtire ſibi licere contendebant, quod Religioni, Cæremoniiſque Chriſtianorum id non interdicatur, nec eorum Nobilitatem dignatemque dedeceat, pompæque ea funebris humationi accedat: quæ in celebrioribus quibuſque Chriſtiani Orbis Civitatibus nimio ubique luxu exereverit, quod vel in ipſa Urbe Roma Cæremoniarum, Rituumque Magiſtra obſervare eſt, eo enim illuſtri, & ſplendido cultu magna injicitur Religio, & contuentium Hominum mentibus Deus occurrit in precibus; præterea cum Defunctis aliud ſupereſt humanitatis Officium, „relat. con-
33 cordantibus *Rot. in Romana Funeralium 15. Junii 1699. §. Sed etiam coram bon. mem. Molinei*, id verò cum Neapoli in more poſitum ſit, & in ipſis etiam Sacrarum Virginum Templis uſu frequentiſſimo receptum eſt, vim legis obtinere profitebantur DD. Defenſores Fratrum de Crivelliis, eoque magis, quum eo lugubri apparatu nullum Crivelliæ genti dominium quæritur, nullaque Virginibus ipſis ſervitus, vel præjudicium infertur; ſed unum Defuncto ſubſidium, Officiumque prætenditur, cui & parentetur, & ſupplicetur.

Diverſa à Sacello, Sepulchroque in his Dominorum ſuffragatio fuit: nullæ enim hic aſſertiones, nulla exercita poſſeſſio, non tranſactio, non decreta, ſtemmata, præſcriptiones faciunt: ſed contra ab anno 1602. ad hæc uſque tempora quotquot exequiarum juxta ſoluta ſunt, nihil unquam tale cernitur; immò nec ulla in memorata ſæpè tranſactione ea de re mentio depræhenditur, neque de hac firmata in cæteris Eccleſiis Monialium conſuetudine conſtitit, qua igitur ratione Sacræ Virgines ad eam ſervitutem patientiamvè adigendæ ſint, non facilè cernitur; neque enim is apparatus, ut Crivelli putant, eo omni ſervitute carere ducendi ſunt, nam & inferendæ ſervitutis ſpecies eſt, eum qui dominii aliquam ſpeciem in ſe habeat, cogere alios velle ad patientiam præſtandam, ex latè deductis per *Rot. deciſ.*
34 *2229. à num. 4. uſque ad finem coram Coccin.*, & ſignanter *num. 18., & 19. ubi concordantes*.

Nec nimium in funeribus efferendis luxui indulgendum eſt, Crivelliiſque meminiſſe oporteret, non una lege eam inanem profuſionem coercitam; nàm & Solon apud *Ciceronem lib. 2. de legibus, & Demetrius Phalareus apud eundem de legibus lib. 4., & Plato in legibus lib. 12.*, immodicos hos ſumptus compeſcuerunt, Atticæ ſobrietis, ac modeſtiæ emulatores Romani Decemvirali Jure omnem luxum amoverunt verba XII. Tabularum ſunt apud ipſum quoque *Tullium lib. 2. de legibus*, & apud *Servium lib. 5., & 6. Æneid.*

Sumptus, & luctus à Deorum manium jure removeto
Hoc plus nè facito. Rogum aſcia ne polito.
Tribus recinus, ac decem Tibicinibus foris efferre jus eſto.

Neque hic deſitum: nàm poſterioribus temporibus corruptis Romanis moribus occurrerunt *Ulpianus in Leg. Et ſi quis impediat 14. ff. de Relig., & ſumpt. funer. §. Non oportet*, ait, *ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt: & Papinianus: Ineptas*, inquit, *voluntates Defunctorum circa Sepulturam, veluti veſtes, aut ſi qua alia ſupervacua, ut in funus impendantur*, quæ Nobis potiſſimùm Chriſtianis congruunt, quibus adeo facilè ſacra patent, quo & fructuoſiùs, & uberius pro defunctis ſupplicetur, quod expreſſiùs canonico Jure proſpectum fuit, ut *Ego alias in meis obſervationibus practico: legal. par. 2. obſervat. 9. num. 10.*
36 adverti, ubi eum expenderem quid funebrium expenſarum nomine veniret, has non venire amentium luxus docui. *Cap. Animæ defunctorum 22. cauſ. 13. quæſt. 2. recitavi*: cujus verba ſunt: *Curatio verò funeris, conditio Sepulturæ pompa exequiarum magis vivorum ſolatia ſunt, quam ſubſidia Mortuorum*: ubi & laudavi *Hadern. ad Surd. deciſ. 122. num. 11., Franc. de Mag. ſtris. Sylv. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 5. fol. mihi 27., Carol. Anton. de Luca ad Gratian. animad. verſ 94. num. 4, R. P. D. Zaulus ad ſtatut. Urb. Faventiæ lib. 7. rub. 27. num. 1.* monitoſque etiam ibidem eſſe volui Chriſtianos Antiſtites,
37 ut qua arte poſſent, eos impotentes luxus ad inanem oſtendendum faſtum compoſitos compeſcerent, *Zaulumque* iterum deprompſi *num. 3. loc. cit. Amoſtaz. de Cauſis piis lib. 6. cap. 5. num. 13.*

Quoniam verò non omnis Sepulturæ honor omninò ſublatus eſt, in ò modeſtus, moderatuſque cultus, qui nullius ſuperbiæ oſtentationiſque ſuſpicioni ſubſit, ſæpè etiam laudetur, ut *in eodem Animæ Defunctorum eſt*, ibi: *Si aliquid prodeſt impia Sepultura pretioſa, oberit pio vilis aut nulla*: & infra *Nec ideo tamen contemnenda, & objicienda ſunt corpora defunctorum, maximè Juſtorum ac Fidelium: Ciſuentes Leg. 30. Tauri, Gamma deciſ. 308. nu. 2., Zaul. rubr. 27. num. 9. Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 6. cap. 4. num. 2., & ſeqq.* quos & ipſe in *meis* protuli *obſervationibus loc. cit. num. 23*; Ideò Domini inter utrumque tenentes, mediique euntes: Crivelliæ genti dedere, ut lugubri apparatu

Digitized by Google

ratu omnem pietatem, cultumque erga Defunctos in Gentilitio explerent Sacello: quod ſi
38 eoſdem Crivellios adhùc amplioris ſumptuoſiorisque efferendi funeris cura exagitet! ſtimuletque, ne Domioi ſacras, verendaſque Virgines ad ſerviendum adegiſſe videantur præſtabit, eos ipſos Crivellios Lucenſis Crucia Virgines adire earundemque exorare aſſenſum: cum hanc rem omnem ipſarum Judicio, Domini repoſitam eſſe conſuluerunt, ne ipſæ invitæ liberum earumdem Eccleſiæ dominium inſueta hac ſervitute lædatur, aut minuatur.

Et ita utraque, &c.

R.P. D. CALCAGNINO

Maceraten. Devolutionis.
Luna 6. Decembris 1723.

ARGUMENTUM.

Terminatis lineis in conceſſione emphiteuſis compæhenſis, quamvis per hæredes emphiteutæ continuetur io ſolutione Canonis, & per dominium directum acceptetur, ſi hoc ignoranter fiat, locus adhuc eſt devolutioni, & ſi bona emphiteutica confuſa ſint cum bonis propriis eorundem, diſcretio facienda eſt per hæredes emphiteutæ.

SUMMARIA.

1 *Cui civilis poſſeſſio debetur, eidem deferenda eſt etiam naturalis.*

2 *Delatio poſſeſſionis naturalis præpeditur directo domino, quoties juris indulgentia ſpes eſt emphiteuſeos renovandæ.*

3 *Sed talis æquitas tamen locum habet quoties dimicatur Emphiteuſi innovanda inter emphiteutam, & extraneum.*

4 *Omnis juſtitia prò Domino facit, quando agitur de bonis in libertatem vindicandis.*

5 *Continuante Domino directa occupationem canonum poſt lineam finitam conjectura eſt, quod voluerint Partes emphiteuſim ultra protrahere.*

Quod obtinet etiam in bonis Eccleſiæ.

6 *Conclusio tamen declaratur procedere, quoties probaretur, quod dominus directus ſciverit expirationem lineæ, aliàs ſola Canonum receptia, & ſolutio non ſufficit.*

7 *Quæ facti ſunt, & non juris faciliùs præſumuntur ignorata.*

8 *Voluntas conferri non præſumitur ad ea, quæ nos latent.*

9 *Non cenſetur renunciatum fideicommiſſo, niſi de ejs ſcientia plenè conſtet.*

10 *Confuſio bonorum à Reo parta, actori abeſſe non debet, nec per ipſum propellendus eſt à poſſeſſione.*

11 *Reus diſcrimen proferre debet inter bona libera, & reſtitutioni obnoxia.*

12 *Quando Reus fines determinare negligit, præſumptio eſt, quod bona ad emphiteuſim pertineant.*

13 *Cataſtrum de preterito factum argumentum præbet omni exceptione majus.*

14 *In antiquis quævis generica demonſtratio deducta ab uno certo confinio ſufficit.*

15 *Teſtibus pendente lite emendicatis nullam adhibet fidem Rota.*

Neque iis magis credendum eſt, quàm his, qui jure longiſſima evocati ſunt, & in conflictu, ſecundi omninò prævalere debent.

DECISIO LXIII.

Ruſticum quoddam Prædium Aratro ſubactum Arboribus ſatum, quater ſalmarum quinquies latitudine emenſum; intra Maceratenſis ditionis ſepta clauſum, quod in Regione Plana, cui nuper mutato vocabulo Accolæ, *Piè di Ripa* nomen fecere, patens hic Petri Franciſci Coſtæ illinc Juliani, item Coſtæ Bona, ſubterque Agraria affinis Via ambiunt, Riccabella Maceratenſis Eccleſiæ olim Antiſtes, anno à Partu Virginis 1549. Camillo, ac Cæſari Coſtæ io Emphyteuſim contulit: pactumque de reſtitutione fuit poſt tertiam exactam eorumdem ſive maſculeam, ſive fœmineam generationem, conventumque item de rogando Pontificia Maximi aſſenſu, ac additum denique dependendentis annuatim quindenis tritici ſalmis, quibus & ſingulæ, in annos quoque ſingulos adderentur hordei ſalmæ. Poſt vero tertiam exhauſtam generationem ejus contractus jure, ager is, ut cumque elegans, & cultus Antiſtitis Menſæ de more reſtitueret.

Ejuſmodi itaque Prædium poſtquam ſub Cæſare juniore, & Joſepho fuerit, qui ſecundum referebat generationem ad Cæciliam horum ſororem, Comitiſque Antonii Mariæ Butii Uxorem delatum eſt, & ab ea in Julianum filium, qui tertiam generationem explevit, ſubinde adductum; qui cum Supremum clauſerit diem, licet pactis conventis expiraſſet emphytheuſis, Bona tamen Carolus Butius Juliani filius detinuit, penſitationeſque ab eodem in annos ſingulos Præſulis Exactores acceptas retulere. Sed cum & is vita exceſſiſſet, Prudentia Ceva ejuſdem ſoror ſuffecta eſt, quæ ultro emeritum anni ſtipendium pollicita; Quæſtor Præſulis in Ærarium inferre detrectavi; Præſulque ipſe Rei emphytheuſi jam expiratæ obnoxiæ vindicandæ actionem conſtituit, Judicioque A C. Actorem in Bonorum poſſeſſionem retinuit; Rurſuſque contentione coram R. P.D Paſſarino Signaturæ Juſtitiæ ad me delatum eſſet verbis conceptis. *Alteri qui ad Legitimam.* ne poſt latam Sententiam, aliqua in ipſis deſignandis Prædii finibus, vel ambiguitas, vel dubietas ſuboriri poſſet, ab utroque exoratus Competitione, antequam Patres deferendo Judicio rogaſſem, Judicem delegandum duxi, qui in conſpectu de limitibus cognoſceret, ſibique Hominem Ichnographiæ Peritum, qui formas in ſolo areæ affabræ deſcribat, deligeret, Teſteſque evocaret, ac dicere, audiret. Quibus confectis peractaque inquiſitione, Patres iis legitimis verbis ſciſcitatus fui. *An, & in qua parte Tenutæ* di Pie di Ripa *ſit procedendum ad legitimam executionem mandati de manutenendo.* & Rotæ conſultum præſcriptum eſt. *Procedendum eſſe ſuper ea parte Tenutæ in Mappa judiciali ſignata litera A. rubro colore expreſſa.*

Nulla namque ſuberat contentio in afferendis Bonis ab emphytheuſi immunibus; Quippe quod convenerat inter Competitores emphytheuſim in tertiam uſque generationem pacto collatam, eamque pluribus ab hinc annis jam-

dudum

dudum exhauſtam: propterea que Juris reme-
1 dium conſtare, ut cui civilis poſſeſſio debea-
tur; eidem naturalis deferenda ſit Bartol. in l.
1. §. Quod ait Prætor num. 17 ff. uti poſſidetis,
Aret. in §. Retinendæ num. 15. Inſtit. de Interdict.
Menoch. de retinend. remed. 3. num. 21. Card. de
Luc. de empt. diſc. 7. num. 2. Poſth. d. manut. obſer-
vat. 26. num. 44. Addend. Pamphil. deciſ. 461.
num. 9. Rot. coram Bich. deciſ. 402., coram Du-
nozett. jun. deciſ. 744. num. 15. ad fin., & deciſ.
939. num. 1., & in recent. deciſ. 79. num. 3., &
deciſ. 359. num. 1., & per tot. par. 5. & deciſ. 395.
num. 16. deciſ. 396. num. 2. & ſeq. par. 18. & in
Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper Ma-
nutentione 14. Junii 1695. §. Nec Civilis, &
23. Januarii 1697. §. Abſque eo coram bon. mem.
Muto.

Illa primum exceptione ſibi optime conſul-
torum fore profitebatur Emphyteutæ hæcs,
ubi in petitoria actione mitiori qua piam Juris
indulgentiam, ſpes Emphytheuſos innovandæ
ſuperexit, præpeditur Domino, naturalis poſ-
ſeſſionis delatio, Rota in dicta Nullius ſeu Se-
2 nogallien. Bonorum ſuper Manutentione 23. Ja-
nii 1695. §. Igitur, & 13. Februarii 1697. §.
Abſque eo quod coram bon. mem. Muto, in Seno-
gallien. Emphitheuſis 22. Junii 1699. §. Manuſ-
que ex pacto coram bon. mem. dell'Olmo, & in
Bononien. Emphytheuſis 11. Junii 1703. §. Præ-
buit cor. bon. mem. Muto, & in Sarſinaten.
Devolutionis 16. Januarii 1707. §. Illis autem
coram bon. me. Omanna.

Quæ Oppido excluſa exceptio eſt; quando
quidem æquitas tunc pro Emphitheuta hærede
certat, quoties de emphytheuſi inoovanda di-
micatetur, & contentio inter hunc, & extra-
neos foret, io quo totus eſt, Bartol. in l. 1. §. Re-
mittitur num. 1. ff. de aqu. quot., & æſtiv. At hy-
3 potheſis hujus ſpecies ab iis aliena eſt, & non
de extraneis inveſtiendis agitur, ſed de Bonis,
quæ expiratæ emphitheuſi ſuberant, in liber-
tatem vindicandis, quo caſu convenit, omnem
4 juſtitiam pro Dominis facere tradunt Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 88. num. 5. ad 14., & cap. 813.
num. 35. Rocc. diſputat. Jur. ſelect. cap. 63. num.
1. Moreſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 3. nu. 12. Ful-
gin. de Jur. emphyt. tit de Renovat. quæſt. 1. num.
69. Pacion. de Locat. & conduct. cap. 62. num. 35.
& ſeqq. Rot. coram Molin. deciſ. 532. num. 12.
coram Bich. deciſ. 402. num. 10. & in recent.
deciſ. 151. num. 3. part. 9. deciſ. 143. num. 4.
part. 10. deciſ. 306. num. 4. part. 13. deciſ. 260.
num. 1. part. 18., & in Forſen. Renovationis
Inveſtituræ prima Martii 1700. §. Accedente
cor. bo. mem Pio.

Altera exceptio ab ipſius Actoris patientia
petita eſt, quod is poſt trinas abſumptas gene-
rationes, & poſt emphytheuſis caſum longa
quadragies annorum intercapedine Prædium
penes emphytheutæ hæredes manere conive-
rit, & quidquid ex ſtipulatu promiſſum eſſet,
acceptilatione annuatim abſolutum fuerit, quæ
indicia ſunt emphitheuſim ea perpeſſione pro-
tractam, ac redivivam veluti utriuſque habitam
quam ſanè conjectationem, etiam in Bonis Ec-
cleſiæ valere conſultus reſpondit Gratian. conſ.
5 121. ſub num. 4. verſ. His tamen non obſtantibus,
& per tot. lib. 2. Succin. ſen. conſ. 169. num. 12.
verſ. Sed ad hanc objectionem lib. 2. Mantic. de ta-
cit. lib. 2. tit. 35. num. 18.

Iſta tamen nec Rei cauſam juvare poſſe viſa
ſunt. Tum enim ea Jure illi faviſſent, quoties
ſupra Domini patientiam ejuſdem etiam ſcien-
tis doctum eſſet, & ita patiens, ſciensque Do-
minus emphitheuſim innovare voluiſſe cenſe-
retur; at hac in quæſtione nullum hactenus
prolatum eſt monumentum, quo emphitheuſis
expirationem Præſuli innotuiſſe argueretur, &
Marchioni Cevæ quippe quod ipſe excepiſſet,
intererat, ea monumenta promere & de ſcien-
tia docere monente Rota in Mediolanen. Bene-
6 ficii 15. Februarii 1704. §. Sed hæc coram Emi-
nentiſſimo D. Cardinali Scotto.

Sed Actor, qui ubique in probationibus
uberior fuit, non ſibi demandatam provinciam
ultro ſuſcepit, oſtenditque emphytheuſis expi-
rationem, neceſſe fuiſſe ut lateret: Referebat
enim cum moris ſit, Inſtrumenta omnia, quæ
ad ſuam menſam faciant, intra ſuæ ditionis
confinia confici, a ſuo Notario literis excipi,
& in ſuæ Curiæ acta referri; Eam tamen em-
phytheuſis ſtipulationis longe a ſuis finibus in
Oppidum Senogallienſis Antiſtitis eſſe initam,
à non ſuo Notario rogatam relatamque deni-
que inter alienæ Curiæ acta Summario actoris
num. 1. agi præterea non de re, quæ externa die
geſta ſit, ſed quinquageſimo ſupra centeſimum
ab hinc anno inveteratione confecta; Quæ
omnia tam multa, quam offuſa caligine proba-
tius eſt Domini oculos fugiviſſe, præſertim cum
a noſtris data regula obtinuerit, ut quæ non
Juris, ſed facti ſint, certius ignorari præſuman-
7 tur, ut ſæpe monuit Rota & ſignanter Bono-
nien. Fideicommiſſi primo Martii 1693. §. Con-
vincitur coram bon. mem. Molines & in Roma-
na Tranſactionis 9. Junii 1701. §. Poſito autem
cor. bo. mem. Omanna.

Cum itaque commiſſæ emphytheuſos caſus
Præſulem fugerit, ipſe eandem innodare voluiſ-
ſe videri non poteſt; Cum in ea, quæ nos la-
tent voluntas ſe conferri non poſſit Rota deciſ.
485. num. 8. par. 19. tom. recent., & proprior ad
8 hanc rem Fulign. de Jure emphyt. tit. de revocat.
quæſt. 5. per tot. Cui affine eſt, quod dicitur,
renunciatum fuiſſe fideicommiſſio haud cenſeri,
niſi & de plena ſcientia certe conſtiterit Rota in
9 Romana Immiſſionis 15. Aprilis 1712. §. At
quamvis cor. Reverendiſſimo D. Decano & in Ca-
merinen. Bonorum 27. Junii 1712. §. Atque hinc
coram eadem.

Quibus cum aſſertam Actori poſſeſſionem
confirmarint Patres, mox ad deſignandos Præ-
dii fines deventum eſt, deſignatique fuere, ut
Actor eam ſibi partem pleno Jure poſſideret,
quæ in Mappa littera A. deſcripta eſt, rubro co-
lore undique tenſa, capax viginti triticei ſe-
minis rubra ſationibus excipere, utroque late-
re Bonis olim Fratrum de Coſta in præſentia-
rum Marchionis Caietani Cevæ contermina,
ſubtuſque Agraria Via, quam la Carrareccia
vecchia vocant præcluſa.

Horum deſcribendorum finium ratio fuit,
quod inter utramque partem conveniret, Bona
hæc ab ipſis Emphytheutis cum aliis affinibus
ſuis Territoriis confuſa, commixtaque promi-
ſcue fuiſſe, quæ propterea confuſio ab hujuſ-
modi Reo parta tantum Actori obeſſe haud de-
beat, ut eundem a ſua poſſeſſione propellat
Ruin. conſ. 50. num. 15. lib. 1. Simon. de Præt. de
interpret. ultim. volunt. lib. 5. dub. 4. num. 335. Car-
din,

dit.de Luc. de ſideic. diſc. 193. num. 13. Alden.
10 *ad Gregor. deciſ. 575. num. 11.* cum aliis alle-
gat per Rat.*in Reatina Fideicommiſſi de Seve-
ris ſuper Fratribus 22. Junii 1712. §. Nihilomi-
nus coram bo.mem. Anſaldo.*

Quin potius Reus ipſe conventus diſcrimen
inter libera, atque reſtitutioni obnoxia Bona
ponere tenea tur; quod paſſim egimus,& ſignan-
11 ter *apud Surd. conſ.105. num.10., & deciſ.339.
num.9. Giurb.ad conſuetud.Meſſan.cap.12.gloſſ.
4.num.8.Rot.deciſ.144.num.17. coram ſan.mem.
Alexandro VIII. deciſ.428.num.4.coram Emerix.
jun.,& deciſ.135.num.4.,& 5. par.11. recent.&*
peculiarius in Rota ipſa in hac ipſa pene ſpecie
§. abſque eo quod, ibi: *Nam cum in Brev., in-
quit, locationis perpetuæ iſtius Pontificis de-
ſignentur Sylvæ in Fortia, & diſtrictu hujus
Caſtri, & pro illis Communitas exſolvat can-
ventum Canonem ducatorum* 800. *incumbit
onus oſtendere Sylvas, pro quibus ſolvit, earum-
que confines demonſtrandi coram bo.me. Muto,*
& in confirmatoria 25. *Februarii* 1701. *§. Po-
tiſſimè coram eodem, & in Romana Concordiæ*
22. *Aprilis 1697. §. Quintum gravamen coram
bo. mem. Molines*; Adduntque ſi Reus eos fi-
nes determinare neglexerit, præſumptionem
eſſe Bona ad emphytheuſim pertinere, *Ruin.*
12 *conſ.50.n.14.,& 16.lib.1.Natt. conſ.556. nu.3.
& ſeqq.Tuſch.conſ.235. n.8.lib.2.Card. de Luc.
de Emphyt. diſc.56.num. 2.Pacion. de Locat., &
conduct.cap.65. n.133.Rota deciſ.147. n.8. par.5.
coram Merlin. deciſ. 174.n.8., & coram Bich.
deciſ.483.n.4.*

Ab his veluti latioribus axiomatis, ad pe-
culiariores deductiones deſcenderunt Patres,
& pro priſcis omnia iiſdem definiendis finibus
oculos in ipſa confecta olim Inſtrumenta in-
tenderunt, proſpexeruntque emphytheuſi ſup-
poſita fuiſſe Bona in Regione Plana, quam no-
vo nuper nomine *Piè di Ripa*, vocant, Bonis
Juliani Coſtæ, qui Camili, & Cæſaris Pater
fuit uno ab latere & ab alio vero Petri Franci-
ſci Coſtæ, Viæque Agrariæ affinia, apta triti-
ci ſalmis viginti ſex *dicta Summaria num.* 1.;
Litteram verò A. in Tabula exceptam rubro-
que colore diſtinctam, eadem adamuſſim Bona
ductis lineis repræſentare, quæ ſtipulatu com-
miſſa fuere, cum utroque Cornu Prædiis de
Coſta prælaudatum Cajetanum Cevam nuper
translata fuit; Cujus probationis Teſtes Ma-
ceratenſes legitimo Jure evocati, rogatique
Teſtimonia per Tabulas dedere, quæ ex ſcri-
pta recitantur *Summario Actor num.* 7., uberio-
rem probationem ſufficit Cataſtrum ab anno
13 1675. confectum *eod.Summario n.*8., quarum
ſanè probationum genus omni exceptione ma-
jus eſſe liquet, quod ad exuberantiam factum
eſt. Cum & ſcitum vulgo ſit, probationes, quæ
non tantum ponderis habeant; ſed leviores
quamlibet cauſam feliciter obtinere poſſe. Agi-
mus hic enim de rebus multa vetuſtate ab ho-
minum memoria exciſis, quibus quævis gene-
14 rica demonſtratio ab uno certo deducta confi-
ne ſufficit. Quale hac ſpecie Via publica, ſive
Agraria fuit *Bartol.in l. Demonſtratio falſa ff.
de condit.,& demonſtrat.Rota deciſ.246. n.4. co-
ram Cerr.deciſ.117.n.11.coram Emerix.jun., in
Forolivien.Fideicommiſſi de Tanellis 28. Junii
1702. §. Comprobata cor.bo.mem.Muto, in Se-
nagallien.Bonorum prima Julii 1709. §.Clariſſi-
mo coram b.me.Anſaldo.*

Intervertere hæc obnixus fuit Reus tribus
Teſtibus paulo, antequam Rota audire vellet
rogatis, quorum Teſtimonia mihi per Tabula
data perhibebant, Viam cui nomen *la Carrarec-
cia vecchia* aliam ab ea eſſe, quæ in Mappa af-
finis eſt areæ *A.* rubri coloris.

Sed Teſtibus pendente lite emendicatis nul-
15 lam adhibet fidem *Rota in Spoletana Fidei-
commiſſi prima Junii 1708. § Porum coram Re-
verendiſſimo P.D. Aldrovando & in Nullius, ſeu
Capataquen. Juriſdictionis prima Julii 1712. §.
Aut etiam coram Reverendiſſimo P. D. Decano.*
Nec his magis credendum eſt; quam illis, qui
Jure legitimo evocati, rogatique ſunt, *Rota in
Romana ſubappaltus Theatri 31. Januarii*
1700. *§. Verum cor. bon.mem. Molines.* Et neque
fidendum denique his, qui non ſolum Actoris
fundamenta intervertere, ſed & ſe ipſos im-
plicare penituſque deſtruere viderentur; quan-
do quidem eum negarent Viam Carrarecciam
eſſe vere emphytheuſis confinium, nullibi tamen
docebant, quibus Terminis Bona emphytheuſi
ſubjecta definirentur. Cujus ſane confuſionis
cauſam, ni ad Teſtium infirmitatem referamus,
certum eſt Emphytheutas Auctores fuiſſe, pro-
ptereaque haud diſcendendum fuit ab eo Judi-
cio, quod nempe Bona emphytheutica illa
cenſenda ſint, quæ Teſtes legitime rogati di-
xerunt.

Et ita,&c. utraque,&c.

R. P. D. CRISPOLTO

Romana Feneſtrarum.

Lunæ 21. Februarii 1724.

ARGUMENTUM.

In proprio pariete quilibet poteſt Feneſtras ape-
rire, licet ibi nunquam extiterint; & quam-
vis per eas ſit proſpectus in aream Vicini,
dummodò in contrarium non appareat, aut
ſervitus conſtituta, aut præſcripta, & ex quibus
paries præſumatur privative proprius non ve-
rò communis.

SUMMARIA.

1 *Unuſquiſque ad libitum in ſuo poteſt Fene-
ſtras aperire, etſi per eas habeat proſpectum in
atrium & domum Vicini.*

2 *Ad præſcribendam ſervitutem negativam
non ſufficit lapſus temporis etiam Longiſſi-
mus, ſed requiritur Inhibitio cum ſubſecuta
acquieſcentia.*

3 *In pariete communi nihil innovari poteſt alte-
ro invito.*

4 *Parietis communio excluditur, ſi non ſit divi-
ſorius, ſed aliquid intermediet.
Vel quando integrat totam domum.
Vel quando in eum immiſſæ ſunt trabes tectum
ſubſtinentes.
Vel quando eſt tecto coopertus, & in aliqua
ejus parte habet ſtillicidium.*

5 *De jure parietes præſumuntur communes, quod
procedit, ſi vel diviſorii ſunt, vel cum domo
Vicini junguntur; & n.6.*

7 *Et niſi ſigna ſint in contrarium.*

8 *Ex quantitate pretii dignoſcitur quid, &
quantum in contractum deduxerint contra-
hentes.*

9 *Peritorum judicio inter ſe non diſcordantium
ſtandum eſt.*

10 *Ser:*

10 *Servitus, utpotè odioſa, non præſumitur, ſed ab allegante iſt probanda.*
11 *Ad juſtificationem tamèn admittuntur præſumptiones, & indicea ob inſpectione reſultantea.*
12 *In materia probatoria conjecturæ, quæ ſingillatim non concludunt, junctæ poſſunt ad conſtituendam plenam probationem.*
13 *Ex quo quis in luminum egeſtate abſtinuit Feneſtras aperire, arguitur ad conſtitutionem hujuſcemodi ſervitutes.*
14 *Expenduntur aliæ conjecturæ idem ſuadentes.*
15 *Arma in muro affixa, vel depicta, cæteraque ornamenta arguunt ejus dominium.*
16 *A fortiori autèm ſervitutem.*
17 *Argumentum à majoritate rationis in Iure Validum eſt.*
18 *Ornamenta, quæ ſunt in alieno pariete, & referuntur ad utilitatem noſtram, impenſis noſtris facta præſumuntur, & non niſi jure ſervitutis.*
19 *Servitus minuè poteſt arbitrio ejus, cui debetur, non augeri.*
20 *Et per aperitionem Feneſtrarum gravior efficitur.*

DECISIO LXIV.

MOnitorium ſuper novi operis nunciatione inſtante D. Marchioni Spada exequutum adverſus Abbatem Oſſolum, ne iſte novas feneſtras aperiret in ejus Domus Pariete è conſpectu Palatii dicti D. Marchionis revocavit A.C. de Gentilibus quoad certam partem ejuſdem muri. Indi commiſſa cauſa in gradu appellationis ad noſtrum Sacrum Tribunal *coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore die 12. Iunii ſuperioris ann.* diſputatum fuit dubium; *An ſit locus aperitioni feneſtrarum in qualibet, vel in qua parte muri*: Et tunc dilata ejus reſolutione, decretus extitit acceſſus ad locum controverſiæ, quo expleto, ac reaſſumpta ejuſdem dubii diſcuſſione *die 2. ſubſequentis menſis Julii*, nulla capi valuit reſolutio ob ſuffragiorum diſcrepantiam; Antequam verò iterum in Rota aliquid de hujuſmodi cauſa actum fuerit, evenit perobitum *bon. mem. Foſcari* variatio ſivè mutatio turni, quapropter ad hoc, ut nonnulli ex Dominis, qui acceſſui interfuerant, ſuffragium in eadem cauſa ferre valuiſſent, juxtà etiam ejuſdem turni hodiernam diſpoſitionem, & ordinem in repropoſitione habita *ſub die 28. Iannarii proximè præteriti* reſcriptum fuit, quod illa impoſterum per me proponi deberet. Idcircò hodie Domini requiſiti ſuper eodem primodiali dubio *affirmativè juxtà modum* reſpondendum eſſe cenſuerunt, nempe *eſſe locum aperitiones feneſtrarum in ea tantum parte muri, in qua nulla adſunt ornamenta.*

Ratio reſolutionis fuit, quia in hac parte muri nullatenus remanſerat juſtificatum ullam eidem D. Marchioni competere ſervitutem, & proindè Abbati Oſſolo aſſiſtit notiſſima, & inconcuſſa Juris regula, quæ *in ſua* unicuique permittitur ad proprium libitum feneſtras aperire etiamſi ex eis habeatur propectus in atrium, &
1 Domum vicini, ad *Text. in l. altius, ibique gloſſ., & Bald. num. 3. Cod. de ſervit., & aqua* & in ſpecie notant *Gratian. diſcept. 755. num. 91. ibique de Luca ſub num. 11. §. Feneſtra. Rocch. diſput. Jur. cap. 176. num. 5.* plenè *Conſtant. ad Statut. Urb. annotat. 23. art. 1. nu. 60.*, & latiſſimè *Rota in Aſculana feneſtrarum 6. Martii 1690. §. aſſiſtit enim coram cla. mem. Cardinali Caprara impreſſa penes eumdem Conſtant. deciſ. 47., & repetita apud Card. de Luca dec. 1. lib. 4. tom. 1.*

Nil propterea urget, quod in decurſu centum, & ultra annorum uſque modo nulla feneſtra ad proſpectum conſtructa extiterit; Quoniam in materia ſervitutis negativæ ad eamdem inducen., ſivè præſcriben. lapſus longiſſimi temporis neutiquam reputatur ſufficiens, niſi concurrat etiam inhibitio cum ſubſequuta acquieſcentia, quæ cuncta hic penitus
2 deficiebant, ut per celebrem *gloſſ. in leg. qui luminibus ff. de ſervitut. Urban. Prædior.* advertunt *Gratian diſcept. 752. num. 15. & ſeqq. lib. 2. Rocch. diſput. Jur. cap. 17. num. 32. Poſth. de manut. obſerv. 10. num. 99. Antun. de donat. reg. lib. 3. cap. 39. num. 16. & 23. Somat. dec. 219. num. 9. Sperell. deciſ. 55. num. 16. votum præſid. viar. in recent. deciſ. 233. num. 59. par. 7., & Rota coram Buratt. deciſ. 38. num. 4. & ſeqq.*

Id quod bene agnoſcentes Defenſores D. Marchionis, ad ſuſtenendam novi operis inhibitionem ſuadere conabatur controverſum murum præſumendum eſſe communem juxta *Text. in leg. ſi quis duas ff. de ſervitut. Urban. Præd.* cum concordantibus deductis *per Rotam in Reatinaten. Fabricæ ſuper aperitione feneſtrarum 4. Decembris 1719. §. Cujus ſententia coram Reverendiſſimo Herrera Epiſcopo Seguntino*,
3 & propterea nihil in eo innovare poſſe ipſo invito ex aperta diſpoſitione *Text. in leg. Quidam Hiberus 22., & leg. eos qui 39. ff. de ſervitatib. Urb. Præd* & proſequitur *Rota in Reatinaten. Fabricæ ſuper aperitione feneſtrarum 4. Decembris 1719. dict. §. Cujus ſententia, & 25. Novembris 1720. §. Non poterat coram eodem Reverendiſſimo Seguntino.* Animadvertebant tamen Domini, quod hujuſmodi prætenſa muri communio nedum hic præſumi haud poterat, nec ullatenus probata remanſerat, ſed poſitivè videbatur excludi, dum in præſenti caſu res non erit de pariete diviſorio, qui
4 aliqua ex parte cohæreat Palatio D. Marchionis, cum intermedia ſit platea, ſed de muro dumtaxat inſerviente ad ſubſtentandam Domum Oſſoli, cujus Domus eſt pars integralis, & ſine quo illa conſiſtere non poſſet. Rurſus excludebatur etiam, ex quo ſuper eodem muro immiſſæ ſunt trabes ſubſtinentes lodiam, & tectum ſuper eo exiſten.; Tùm etiam ex quo ſæpedictus murus eſt tecto coopertus, in aliqua ejus parte habet ſtillicidium ſuprà plateam, quæ omnia ſunt ſigna à Doctoribus approbata ad hujuſmodi prætenſam communionem excludendam, ut de muro domum integrante, & ſuper quo eadem tota recumbit, advertunt *Altograd. conſ. 100. num. 15. & 16. lib. 1. Pacecbell. de diſtant. cap. 15. num. 9. Conſtant. ad Statut. Urban. annotat. 23. artic. 1. num. 35. Theſ. deciſ. 219. num. 3. d. votum præſid. viarum relatum in recentior. par. 7. deciſ. 253. num. 33., & 47.* de Tignis, ſeù Trabibus in Pariete immiſſis notant *Gratian. diſcept.*

263.

Digitized by Google

263. num.1. Tondut. reſol. civil. 88. num.3. par.
1. et recentior. deciſ. 50. num. 9. par. 19. & de
muro exiſtente ſubtus tectum, & ſtillicidis
protenſis eſt, Text. in leg. final. §. Lucius ff. de
ſervit. Urban. Præd. Rocc. diſput. Jur. cap. 176.
num.4. & cap. 177. num. 8. Conſtant. ad Statut.
Urb. d. annot. 23. artic. 1. num. 6. & 21. Rota
coram Ubald. dec. 150. num. 7., & in Forolivien.
muri 26. Junii 1682. §. Non fuit probata co-
ram bo. mem. Guazardo impreſſa in Montiſſ. ad
Card. de Luca dec. 1. lib. 4. tom. 3.

Atque hinc minimè videbatur relevare, quod
de jure Parietes præſumi debeant communes
5 per Text. in leg. ſi quis duas ff. de ſervit. Urb.
Præd. cum aliis in dicta Recinaten. Fabricæ ſu-
per aperitione feneſtrarum 4. Decembris 1719.
§. Cujus ſententiæ coram Reverendiſſimo Segun-
tino. Etenim prætermiſſa indagine, an hujuſ-
modi jura in oppoſitum allegata modo aliquo
applicari queant præſentis caſus hypotheſi, ut
quæ agitur de Domo, quæ nulla ex parte Pa-
latio cohæret, & ab ipſo in totum ſejungitur
ob intermediam plateam, non verò de Pariete
diviſorio ſeu inter Domos collitigantium ali-
6 qualiter conjuncto, de quo loquitur reſponſum
Jabolen. in d. leg. ſi quis duas ibi: & medius,
paries, qui utraſque ædes diſtinguat, intervenit:
Et de muro pariter intermedio, & ex pluribus
lateribus juncto cum Domo vicini agebatur,
in d. Recinaten. Fabricæ ſuper aperitione feneſ-
trarum coram Reverendiſſimo Seguntino: Quæ-
libet difficultas ceſſare viſa fuit quia hujuſmo-
di ſimplex præſumptio aliquam dumtaxat pro-
mereri poſſet animadverſionem, quatenus res
verſaretur in dubio aliis in contrarium non ap-
parentibus, ut eidem objecto reſpondit Votum
Præſid. viar. relatum in recent. part. 7. d. deciſ.
153. num. 30. cum duobus ſeq. ſecùs verò in con-
curſu tot aliorum ſignorum, quæ mox ſupra
fuerunt ſingillatim numerata, & prætenſam
muri communionem penitus excludunt, ad
7 latè tradita per Conſtant. ad Statut. Urban. in
citata annotat. 23. art. 1. ſub num. 12. & num.
52. & optimè proſequitur Rota in dict. Forolî-
vien. Muri 1782. §. Signa autem cor. bon. mem.
Guazardo.

Neque communio prædictæ ullatenus deſu-
mi valuit ex Inſtrumento acquiſitionis domun-
culæ ab auctoribus Marchionis factæ anno
1550 pro amplianda Plateola ex d. namque
Inſtrumento ſolum habetur, quod Andreas
Stella vendidit partem propriæ domus prætio
ſcut. 185. Lucretiæ de capite ferreo, ad effe-
ctum illam demoliendi pro magis ampla ſter-
nenda via ante ejus Palatium. Exindè au-
tem minimè hodiè concluſa cenſeri poterat
communio muri controverſi, quia domus em-
pta verè fuit demolita, nec aliud dominium
potuit permanere, & perdurare apud empto-
rem ſuper eodem muro, qui remanſerat, dum
venditio Domus dirutæ ſtipulata ſolummodò
legitur pro tenui ſumma ſcut. 185., quando
conſtat prætium ſolius medietatis muri, qui
modo communis prætenditur aſcendere ad
eamdem ſummam ſcut. 185. ut proindè fateri
oporteat, quod ſub tali venditione nullate-
nus contenta fuerit illius communio, cum alias
8 tritum ſit ex quantitate prætii benè compræ-
hendi, quid, & quantum contrahentes ven-
dere, & reſpectivè emere intellexerint, ut per
gloſſ. in leg. 1. §. qui ſuperficiem ubi Bart. ff. de
ſuperficiebus advertit Capyc. Galeot. controv.
58. num. 22. lib. 2. Surd. deciſ. 258. n. 6. Rota
coram bon. mem. Anſald. deciſ. 69. num. 13. in
Anconitana, ſeù Senogallien. Primogenituræ
21. Martii 1682. §. His ſuper efficacia coram
bon. mem. Albergar., & in Peruſina Cauthelæ
Angeli 1. Junii 1704. §. Cæterum coram Emi-
nentiſſimo Scotto.

1. Quinimò talis prætenſa antiqua communio
cum ſupradicta Domo empta, & reſpectivè
demolita videbatur manifeſtè excludi ex recen-
ti, & concordi duorum Peritorum relatione
deponentium, quod in angulo recenſiti muri
verſus Plateam adſunt tres coronæ lapideæ
communiter appellatæ Cornicioni di Peperino,
quæ ſunt perfectæ, & terminatæ, ac ultra
illum protenduntur, ex quibus ad evidentiam
comprobatum remanet, Domum venditam per
Andream Stellam eidem Lucretiæ de capite
ferreo, & ſucceſſivè devaſtatam minimè fuiſſe
contiguam, & coherentem muro controver-
ſo, alias enim prædictæ coronæ, vel eumdem
Angelum tranſcendere nequaquam valuiſſent,
vel conſpicerentur reciſæ, non verò terminatæ,
& perfectæ ſicuti modo inſpiciuntur juxta ra-
tiones redditas per dd. Peritos in eorum recen-
ti depoſitione, quorum Judicio quando, prout
9 in caſu, inter eos nulla adeſt diſcordia ſtan-
dum eſſe monet Card. de Luc. de ſervitut. diſc.
6. ſub num. 8. §. Non obſtat Conſtantin. ad Sta-
tut. Urb. annot. 23. art. 1. num. 28. vot. Præſid.
viar. relatum in par. 9. recentior. diſc. 153. ſub
num. 21. Rota coram Funozett. Junior. deciſ.
404. num. 1., & in dict. Forolivien. Muri 26.
Junii 1682. §. At quando circa med. coram bon.
mem. Guazardo.

Hinc igitur progrediendo ad alteram, &
reliquam partem ejuſdem controverſi Muri,
qui pluribus diverſiſque ornamentis, & Pi-
cturis in elegantiorem formam redacta compe-
ritur, facile admodum Domini convenerunt
in ſenſu D. Marchionem in ea acquiſiviſſe, &
habere activam ſervitutem, & proindè Abbati
Oſſolo in eadem parte aperitionem novarum
Feneſtrarum eſſe denegandam. Quamquam
enim ſervitus odioſa res ſit, nullamque habeat
cauſam naturalem, leg. 1. §. final. ff. de aqua pluv.
arcen. Bartol. in l. prius num. 4. ff. de novi Ope-
10 ris nunciat. cum aliis penes Antunez. de Donat.
leg. l. 3. tit. 39. num. 28. atque ideo minimè præ-
ſumi queat, ſed concludentibus probationi-
bus juſtificari debebat per eum, qui in il-
la propriæ intentionis fundamentum con-
ſtituit, Text. in leg. ſi Teſtamenta 30. ff. de ſer-
vit. Urb. Prædior. cum cæteris deductis in ſu-
pra allegata Aſculano Feneſtrarum 6. Martii
1690. §. Minus viſa eſt coram clar. mem. Cardin.
Caprara.

Adhuc tamen ceſſante titulo explicito, at-
que expreſſa ſervitutis Conſtitutione non re-
putatur effectu vacua quæcumque alia illius
probatio, cum ad concludendam, & juſtifican-
11 dam ſervitutem, admittantur etiam in Jure
præſumptiones conjecturæ adminicula, & in-
ditia ab Inſpectione loci reſultantia juxta Ma-
giſtralem Theoricam Bartol. in l. 1. §. Hoc in-
ter dicto num. 10. ff. de itinere actuque privato
communiter canonizatam ex deductis in ſpecie
per Caſanat. conſil. 38. num. 48. Cyriac. cont. 28.

num.23. Caſiblanch. de Baron. Pragm.14.num. 53. cum ſeqq. Cardin. de Luc. de ſervit. diſc. 2. num. 11. & diſc. 3. num.3. Rota coram Ninott, deciſ. 71. num.3. in recent. deciſ. 276. num.4. p. 14. & in Romana Fabrica 26. Martii 1701. §. Animadvertunt inſuper coram clar.mem. Cardin. Caprara: & hujuſmodi conjecturarum, & indiciorum pondus, & revelantia tota regulatur, & pendet à prudenti Judici arbitrio, ut individualiter obſervant *Gratian. diſcept. 681. num.6. & 7. Maſcard. de probat. concluſ. 120. num.9., & 10. Card. de Luc. de ſervitut. diſc. 2. num.12., & diſc. 3. num. 3. in fin.* cum cæteris relatis per *Rotam in mox allegata deciſ. 276. num 7. par.14. recentior.* Iametſi ſingulæ conjecturæ de per ſe ſumptæ ſervitutem non concluderent perneceſſè, cum in hac materia probatoria ſimul jungi debeant ad conſtituen-
12 dum plenum gradum probationis, ut in his terminis obſervat *Cardin. de Luca de ſervitut. diſc. 2. ſub n. 12. §. In hac verò facti ſpecie Votum Præſid. Viarum relatum in rec. par.7. deciſ. 253.n.24.*, & proſequitur *Rota in dec.276 n.23. par.14 recent.*

Porrò in themate præſentis caſus plures conjecturæ, & præſumptiones concurrere viſæ ſunt ad ſuadendum in hac parte Muri fuiſſe conſtitutam ſervitutem, nè in ea aliquod novum opus fieri poſſet, cum in Acceſſu recognitum fuerit feneſtras nunc in eodem Muro exiſtentes, cunctas eſſe dumtaxat ad lumen, & cratea ferreas habere, excepta quadam parva feneſtrula, quæ licet cancellis ferreis munita non ſit, attamen & ipſa ad lumen tantum conſtructa noſcitur, undè rectè arguitur, quod niſi uſque ab initio ſervitus conſtitiſſet, utique Auctores Abb. Oſſoli minimè neglexiſſent cum parva impenſa, vel illas ad proſpectum reducere, vel alias novas aperire, nè in tanta anguſtia luminis, & Aeris permanerent per decurſum annorum 170., quod non leve ſer-
13 vitutis præſtat argumentum, ut in terminis ponderat *Card. de Luca de ſervitut. diſc. 2. ſub num. 44. §. Secunda conjectura verſ. ac etiam quod, & diſc 3. num.4. Rota coram Ninott. deciſ. 71. num. 5. in recentior. deciſ. 276. num. 22. par. 14., & in dicta Romana Fabrica 26. Martii 1701. §. Animadvertunt inſuper circa med. cor. clem. mem. Card. Caprara.*

Vis autem, & efficacia hujus argumenti maximoperè augetur, tum attenta Operis Majeſtate, & amplitudine, qua nobile, ac conſpicuum Ædificium prædicti Palatii cernitur elevatum cum Platea ante illud ſtrata proprio, & ingenti ſumptu Majorum ejuſdem Domini Marchionis, quapropter validè probabile, ac veriſimile redditur proviſum quoque fuiſſe per acquiſitionem ſervitutis, ne Domus è conſpectu ſita feneſtras ad proſpectum habere poſſet in eamdem Plateam, & multò minus in ejuſdem Palatii Manſiones, ut optimè ad propoſitum ratiocinatur *Cardin. de Luca de ſervitut.*
14 *diſc.2. ſub num.14. §. Secunda conjectura verſic. ex parte ſcilicet*. Tum, & fortiùs inſpectis ſtemmatibus gentilitiis familiæ Spadæ poſitis in loculamentis eundem Murum non modicè penetrantibus, & quam nobilitèr extructis, Picturis, aliiſque ornamentis, quibus pars Muri, de qua agitur referta comperitur cum Fonte pariter ſatis exornato, exiſtente in media eiuſdem Muri parte, & cuius Aquam ad eumdem D. Marchionem ſpectare, ac de eius proprio, & libero dominio eſſe non controvertebatur. Hæc enim omnia ſicuti per Doctores conſiderantur tamquam conjecturæ, & præſumptiones admodum graves ad probandum rei dominium, ut de Armis ſimplicitèr Muro
15 affixis, vel depictis tradit *Bart. de Inſign., & Armis ſub num.4. ibique adden. litt. D. Mandell. Alb. conſ. 157. num. 5., & 53. Franc. de Petr. conſil. 31. num. 34. Capyc. Latr. conſult. 94. num.9. & 16. Staib. reſolut. 193. num. 42. Maſcard. de probat. concluſ. 1149. num. 12. Cæpoll. d. ſervitut cap. 40. num. 26. Caſſaneus in Catal. glor. Mundi par. 1. conſid. 17. concluſ. 29. in fin.* & de ornamentis, Incruſtationibus, & Picturis latè notat *Capoll. de Servit. Urb. Præd. cap. 71. n.4. & ſeqq. fol. mihi 296.*

Ita, & multò magis cum ſervitus ſit minus Dominio, ex quo non eſt tota res, nec pars ipſius, ſed qualitas dumtaxat ipſi rei ſervienti privativè, ſivè diminutivè coherens, Domi-
16 nanti verò activè & augmentativè iuxtà originalem definitionem, *Bartol. in leg. 1. num. 2. ff. de ſervitut.* & ex pluribus obſervat *Merlin. Pignatell. controverſ.46. num.6. Centur.1. Marin. reſolut. Jur. cap. 30. num. 15. & 16. lib. 2.* recenſitæ conjecturæ atque mox ſupra relata ſigna, & adminicula in hac hypotheſi unitim accipienda, & concurrentia, apta & ſufficientia reputari merebantur pro concludenti Juſtificatione eiuſdem ſervitutis argumento ducto à maioritate rationis, quod eſt in Jure validiſ-
17 ſimum ex plenè deductis per *Rotam cor. bon. mem. Anſald. deciſ. 34. num.6. & deciſ. 75. num. 34. cum cæteris notiſſimis.*

Eoque proclivius DD. in hanc ivere ſententiam, ex quo penè in vertice totius controverſi muri adeſt ſuperducta Corona vulgariter compellata *Cornicione*, quæ una cum Merlis ſubtùs exiſtentibus delectabilem formam exhibet venuſtiorem, nobilioremque Palatii proſpe-
18 ctum reddit, & conſequenter tamquam eius utilitatem reſpiciens ſumptibus, Maiorum D. Marchionis facta præſumitur, ad *Text. in leg. 2. §. Idem labeo ff. ne quid in loc. publ.* cum aliis in propoſito deductis *in dicto Voto Præſid. Viarum relato in part. 7. recentior. deciſ. 253. num. 38.* Unde cum prædictus Murus ſit de proprietate, & Dominio Abb. Oſſoli, ut ſupra probatum eſt, recenſita corona una cum dictis Merlis, nonniſi Jure ſervitutis ſuper eodem Muro fieri valuit ex connotatis ad rem per *Si-*
19 *mon. Petr. conſ.73. n.8. centur. 1.*, & benè proſequitur mox ſupra allegatum votum *Præſid. Viarum relatum in part.7. recent. d. deciſ. 253. n.43. cum ib. relatis.*

His igitur ſtantibus neutiquam ſubſiſtere videbatur, quod eadem ſervitus nihilo remaneat præjudicata per Feneſtrarum aperitionem ad proſpectum, eo quia jam de præſenti ille ſatis commodè habetur ad manſiones ſæpedicti Palatii, ex Lodia, & Portico in ſummitate controverſi Muri exiſtentibus. Quoniam hujuſmodi ſervitus, quàm modò ex memorato Portico, & Lodia Palatium patitur, aucta plus æquo remaneret per ampliorem, & faciliorem proſpectum ex novis feneſtris evenientem,
20 quod fieri expreſſè vetitum eſt, cum in ſervitutibus: *Lenius facere poterimus, ſed acriùs*

non

non, & omnino fatendum eſt meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe: ſunt verba: *Text. in leg. Servitutes* 19. §. *Si antea ff. de ſervit. Urb. Præd. de Morinis reſolut. Jur. cap.* 205. *à nu.* 7. *ad fin. tom.* 2. ubi quod ſervitus gravior efficitur per aperitionem feneſtrarum in loco, & ſitu inferiori. *Cæpoll. de ſervit. Urb. Præd. cap.* 28. *num.* 8. *Paccicchell. de diſtant. cap.* 6. *memb.* 4. *num.* 32. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 339. *num.* 7. *Rota in recent. deciſ.* 394. *num.* 10. *par.* 17. *& deciſ.* 69. *num.* 19. *par.* 18.

Et juxta hunc modum reſolutum fuit utraque, &c.

R. P. D. CALCAGNINO

Leodien. Nunciationis novi operis.
Lunæ 6. *Martii* 1724.

ARGUMENTUM

Quando per elevationem proprii ædificii, grave damnum vicino infertur, tunc non eſt licitum, quantumlibet ædificium attollere; ſed naturalis libertas infra tramites æquitatis per Judicem debet coerceri.

SUMMARIA.

1 *Domino licet quantumlibet attollere ſuum ædificium, etiamſi vicino officiatur.*

2 *Superior regula non procedit, quoties per id vicino grave damnum infertur.*

3 *Et tam regula, quam limitatio obtinet etiamſi contentio ſit inter duas Eccleſias.*

4 *Inſinuatur temperamentum captum ad minuendum grave damnum vicino per ædificationem illatum.*

5 *Grave damnum prò vicino reputatur, ſi vicini novum ædificium tenebras obducat, & totum propè ſolum offundat.*

6 *Sicuti etiam ſi impediantur liberæ ventorum inſufflationes, maximè ubi magis ſunt neceſſariæ.*

7 *Libertas ædificandi maximè refrenanda eſt, quando antè ædificationem ædificaturus, pollicitus fuit ſe præjudicium non eſſe laturum.*

8 *Architectonica alienæ injuriæ cedit, nec ædium luxus, malæ ſalutique præfertur.*

9 *Propria culpa nemini debet prodeſſe, & pæna debet culpam concomitari.*

DECISIO LXV.

QUamquam Monialibus Sanctiſſimæ Conceptionis non licere ſuam Eccleſiam altius extollere ſupra earum Monaſterium duabus Tribunalis noſtri ſententiis in rem judicatam prolapſi, ſancitum fuiſſe, planum ſit, nullo tamen minùs eædem Moniales Conceptioniſtæ iterum ſua jura experiri cupiẽtes, alteram commiſſionem à Tribunali Signaturæ mihi directam reportarunt, factaque mihi rogandi poteſtate quæſivi: *An conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum*: & non conſtare definitum eſt.

Duo etenim ſunt, quæ reſtitutioni in integrum aperiunt aditum, defectus nampè validitatis, & juſtitiæ, & primum non eſſe in Cauſa defectum nullitatis, facili negocio ex ipſa revolutione actorum patuit; Nec adeſſe defectum juſtitiæ exiguo labore conſtat, nam Conceptioniſtæ ad inſinuandum defectum juſtitiæ non aliud, niſi prima elementa trudebant, licere videlicet Domino ædificium quamtulibet tollere, etiamſi vicino officiatur, ut reſcripſe-
1 runt Imperatores Diocletanus, & *Maximil. in l. altius, & l. ſi in ædibus de ſervit., & aqu. Papirius Juſtin. lib. conſtitut. in l. Imperatores Verus, & Antoninus ff. de ſervit. Pomponius in l. ſi Domus ff. eodem Ulpian. in l. cum eo ff. eodem.*

Recollectinæ contra obtendebant limitationes dictæ regulæ, quibus effrenata altiùs tollendi libertas compeſcitur, ne grave vicino damnum inferatur, ut reſcripſit Juſtinianus *Cæſar. in leg. cum talis §. Cum autem verſ. ſancimus itaque nemini C. de ſervitu. & aqua*, quam limitationem præ cæteris reptantibus commendat, *Barboſ. ad d. leg. altiùs num.* 4. *Cyriac. contr.* 462. *n.* 6., *Rota in Romana Fabricæ* 7. *Martii* 1701. §. *Nihilominus coram bon. mem. Card. Caprara, & in Cavea. Molendinorum* 9. *Martii* 1719. §. *Quoniam coram bo. mem. Anſaldo.*

Superiorem verò regulam, deſcriptam limitationem locum ſibi vindicare quamvis con-
2 tentio ſit inter duas Eccleſias, vel Monaſteria, *Baldus monitum eſſe voluit in cap. cum Eccleſia verſic., & quidtis. de electione. Rota deciſ.* 272. *num.* 1., *& ſequen. par.* 19. *& in Sutrina Fabricæ* 11. *Januarii* 1706. §. *Si quidem coram bo. mem. Card. della Tremoil, & in Bonon. Fabric.* 2. *Junii* 1717. §. *Neuter coram Reverendiſſimo Ravennaten.*

Hæc juris cenſura cum nec minimum quidem in controverſiam revocari quiverit, & cum
3 neque Recollectinæ præjudicium ſibi inſerri ex novo opere probaverint, ideò noſtrum Tribunal die 22. Julii 1712. definivit liberum eſſe conceptioniſtis quantumlibet altius extollere, ut habetur in *deciſ. de curelosa coram Reverendiſſimo P. D. Aldrovando*, ſed reclamantibus Recollectinis, quod novum opus malè eiſdem efficeret, Domini Remiſſoriam cum facultate etiam ſubdelegandi Judicem in partibus contulerunt, qui videlicet Commiſſus Judex in rem præſentem accederet, inſpiceret, Teſtes rogaret, & Ectypa, ſive plantas conficeret, ut conſtat ex deciſione ſuper remiſſoria 3. Julii 1713. coram Reverendiſſimo Ravennaten., quibus exactis, proceſſuque in actis producto, ac recognito conſtitit, novum Conceptioniſtarum opus Recollectinis officere, & ideò DD., ne omnino à lata deciſione deſcenderent, & ut alienum etiam detrimentum averterent medium inter priorem regulam, & datam limita-
4 tionem temperamentum induxerunt, quo cautum eſt, ut quantum novi operis excederet altitudinem Monaſterium Conceptioniſtarum tantundem amoliendum foret, de quo latiùs in deciſionibus editis die 21. Aprilis 1719., & 2. Decembris 1720. coram Reverendiſſimo Ravennaten., & 29. Aprilis 1722. coram Reverendiſſimo Seguntino relativè ad latè ponderata in deciſione ſuper remiſſoria.

Quarum deciſionum fundamenta in hodierna cognitione firmiter adhuc conſiſtere experta ſunt, nam & ex memorata planta, & Teſtium confeſſionibus, & aliis quoque probationibus totoque remiſſoriæ. Ti proceſſu liquet nunciatum novum opus ſive ad meridiem, ſive ad orientem ſpectetur, tenebras quaſi in Recolle-

ctinas offundere, & totum prope obnubere So-
lem, quod non levis damni eſſe reputandum
eſt, ad *Textum Paulè l. lumen ff. de ſervit. Urb.
Prædiorum*, & firmatum fuit *in Romana Fa-
brica 7. Martii 1701. §. Alterum præjudicium*
5 *coram bo. mem. Card. Caprara*, ultra citatos in
laudatis deciſionibus, præterea ob anguſtias
etiam, quæ inter utramque ædem intercedunt,
liquet ventorum ſalubrium flatus retundi, ac
præpediri, ne agitetur aer, quod impedimen-
tum Recollectinis habitantibus juxta fluvium
Moſam magni incommodi eſt; & non levis præ-
judicii in ſanitate tuenda, quod cauſa eſt, ne
altius tollatur, in *l. cum tolit C. de ſervit.*, *&
aqu. verſ. ſancimus*, ibi: *ſancimus itaque ne-
mini licere ſic ædificare, vel alio modo verſari,
ut idoneum ventum, & ſufficientem, ac præfa-
tum opus infringat, & inutilem Dream, &
fructum inutilem faciat*.

6 Meditatum inſuper temperamentum inter
regulam, & datam limitationem eo propenſiori
temperamento receptum eſt, quod in ipſa novi
operis nunciatione ipſæ Conceptioniſtæ pactio-
ne quadam, ſive promiſſione ante inchoatum
opus ita ſe expreſſerint: *Vi aſſicuro Reverenda
Madre, che non vi daremo alcun faſtidio*: & in-
7 ferius: *averemo para cura, che nelle fabriche
non riceviate pregiudizio*; *Summ. Recollectina-
rum num. 1. & in rubrica §. 12.*, qua quidem
ſuſpenſione non poteſt nunc in præſenti lumen
elato ædificio adimi, ad *Text. in l. ſi ſervitus ff.
de Urban. Præd.* ibi: *humanius eſt verbo gene-
rali omne lumen ſignificari, ſivè quod in præ-
ſenti, ſivè quod poſt tempus conventionis con-
tingerit*.

Nec ullius momenti habita fuit illa alia in-
culcata exceptio: regulas nimirum architecto-
nicas hujuſcemodi depreſſiones non pati, quan-
8 doquidem hac in ſpecie architectonicam alienæ
injuriæ cedere oportet, nec ædium luxus malo,
ſalutique præfertur, ut probatum eſt in editis
deciſionibus *coram Reverendiſſimo Ravennaten.
& Seguntino*.

Minuſque etiam valoris habere alteram ex-
ceptionem, quod ſcilicet laudatum noſtri Tri-
bunalis temperamentum rigidum ſatis ſit at-
que prædurum ob amolitionem operis jam con-
fecti, nam nullam duritiem præferre conſpici-
tur, ſi attendamus vigore executorialium rota-
lium jam anteà extructi operis pars ſolo deje-
cta fuerat, ideò dedecet nunc S. Tribunal,
quod juſta ratione vetuit, nunc nullo jure
permittere, & præter hoc in Cauſa eſt, quod
novum hoc opus excitatum fuit ſpreta inhibi-
tione officialis Leodienſis, & appellatione ro-
tali, & ideò tanquam attentatum reputandum
eſt pro non facto, nec Sacrum Tribunal in ea
9 eſſe poteſt ſententia, ut ſua culpa alicui pro-
ſit, ſed conſultiùs eſt, ſi culpam pœne ſequa-
tur, quod firmat *deciſ. coram Reverendiſſimo
Seguntino §. Nec pro excluſione*.

R. P. D. CALCAGNINO

Romana Urnarum.
Ven. 16. Junii 1724.

ARGUMENTUM.

Inventa Urna in fundo Emphytheutico, in cujus
conceſſione adjectum fuit pactum de rudeci-
bus, & ſtatuis dividendis inter Dominum di-
rectum, & Emphytheutam, omninò pro parte
conventa præſtanda eſt ab Emphytheuta, non
in materia, quod generaliter procedit, dum
res commodam diviſionem non patitur, ſed in
pretio.

SUMMARIA.

1 *Pacta omninò ſervanda ſunt ità diſponente Ju-
re Divino, Gentium, & Civili.*
2 *Theſaurus inventus in fundo emphiteutico
acquiritur Emphiteutæ, non directo Domino.*
3 *Pacta prævalent diſpoſitioni Juris Civilis, ma-
ximè quando cadunt ſuper re de privato domi-
nio.*
*Præſertim in Emphytheuſi procedit, quæ à pa-
ctis regulatur.*
4 *Pacta ſervare ſuit vox Dei.*
5 *Conductor obſtringitur omnibus pactis cum
alio præcedenter factis, quando ad id ſe obli-
gavit per Clauſulam ad quæ.*
Potiſſimè ſi de illis ſe dixit benè informatum.
6 *Pactum indefinitè conceptum, & in oratione
ſeparata, reſtringi non debet ab alio pacto ad
tempus limitato.*
7 *Qui de Vinea paciſcitur non intelligitur de
agro paciſci, quia Vinea differt ab agro.*
8 *Fundi nomine veniunt omnia ædificia, ſivè ru-
ſtica ſivè urbana.*
9 *Dictio ò ſeu vel inter diverſa poſita cenſetur
ad ampliandam diſpoſitionem, non ad parifi-
candum.*
10 *Inſtrumentum, quod ad aliud refertur conti-
nere omnia intelligitur, quæ ſunt in termino
relato.*
11 *Dictio, ſtà verbum* Detto *repetit, & refertur
ad omnia præcedentia, non in qualitate ſolum,
ſed etiam in ſubſtantia.*
12 *Theſaurus inventus in fundo alterius inter
Inventorem & Dominum eſt dividendus.*
13 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
16 *Ædificia diruta veniunt uti acceſſoria fundi,
cui adhærent.*
17 *Pacta tantum diſponunt quantum ſonant; nec
ad alium caſum referenda ſunt.*
18 *Verbum* cavere *non novum, ſed vetus, & ſi-
gnificat profundam excavationem.*
Quæ Vineis convenit.
19 *Per ſpeciem genere non derogatur, nec per ge-
nus ſpeciei, quando ſe invicem compatiun-
tur.*
20 *Verba diverſam ſignificationem habentia, quan-
do junguntur per dictionem ò, unum quælibet
producere debet ſeparatum effectum.*
21 *Dictiones ſimiles ſæpè ponuntur inter diverſa.*
22 *Verbum* ſcavare *ſignificat effodere per parvam
profunditatem;* cavare *verò per multum.*
23 *Facultas obtenta à Fiſco excavandi, eximit
tantum a pœna, non verò producit integrale
dominium inventorum.*
24 *Rerum indiviſibilium, diviſio fit reſpectu por-
tionis pretii, quam quiſque habet in re ipſa.*
25 *Inter communiter poſſidentes rem commodam
diviſionem non patientem, quando quiſque
ſuam portionem petit, ità conſulitur, ut uni
res detur cum onere præſtandi alteri pretium
portionis, quæ ipſi debetur.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXVI.

SUb præſtanti viventis corpore pulchra recondi viſcera ſicut putant Philoſophi, ita hac celeberrima Urbe antiquitatis Scrutatores ſentiunt, quo fit quotidie fodi numiſmata ænea, etiam corintia, Marmorea, Paria, Columnas, Statuas, cæteraque elaboratiſſimi operis monumenta, inter quæ haud infimæ æſtimationis feralis illa Urna nuper reperta ſecundum Viam Appiam ad Caracallæ circum non longè à Tumulo Ceciliæ Q. Cretici filiæ inter Capot Bovis.

Locus is ſub Dominio Chriſtophori Senioris de Cinciis erat cum anno 1649. in emphyteuſim quibuſdam Opificibus ceſſit eo tamen pro cæteris pacto: *Che circa quello ſi foſſe per trovare nello ſcavare, o cavare detto Terreno ſi debba oſservare quello, che è ſtato convenuto con Maſtro Gabriele Rienzi Scarpellino nell' Iſtromento, e Capitoli della cava fatta trà l' Archiſpedale del Santiſſimo Salvatore ad Sancta Sanctorum, e detto Maſtro Gabriele Rienzi ſotto li 31. Marzo 1647. negli atti del Pacichelli, alli quali, &c. cioè che la robba minuta ſi troverà ſia, e debba eſsere delli ſudetti Conduttori, come tavolozze Travertini da mezza carrettata à baſso laſtre di qualſivoglia miſchio, purche non poſſino la valuta di gulii quattro moneta, e che la robba groſsa ſia, e debba eſsere la metà di eſso Signor Locatore, e l' altra metà di detti conduttori, cioè ſtatue ſane, rotte, baſſi rilievi, Colonne ſimile, Travertini da mezza Carrettata in sù, piombo, ſtagno, metallo, e capitelli ſudetti, quia ſic, &c., e che tutte le robbe, che ſi trovaranno ſiano detti Conduttori, tenuti, e obligati, come promettono, e s'obligano à condurle à tutte, e ſingole loro ſpeſe nella Piazza de' Cenci quà in Roma liberamente, &c. quia ſic, &c.* : *Summario Num. 2. Litt. C.*

Petiæ decem ex prælaudata emphyteuſi anno 1695. in Comitem Petrum Mazziottum tranſiverunt, qui inter cætera promiſit in Iſtrumento: *Nec obſervare, & ad unguem adimplere omnia, & ſingula pacta, capitula conditiones, & obligationes, & quæcumque alia appoſita, & conventa in Inſtrumenta Inveſtituræ rogata ſub diebus 9. Octobris 1649., & 16. Martii 1650. per Acta Beldi, ad quæ, &c., de quibus quidem pactis, &c. dixit medio juramento, &c. eſse ad plenum informatum de per ſe, ac mediante illorum lectura, inſpectione, &c.* : *Summario Ciacci Num. Litt. A.*

In hac Vineæ parte, ubi veteris tumuli rudera non dum edax conſumpſerat ætas, poſtremus is emphyteuta menſibus mox elapſis Vinearum Cryptam effodiens, quaſdam Cimmerias invenit Urnas, inter quas nobilior altera figuris anaglyptico more ſculptis, an in perfectiori, vel humiliori ſculpturæ ſæculo, an ex Pario lapide, ab alabaſtro conſtructa fuerit, adhuc penès eruditos incerta Sententia eſt, ideò Chriſtophorus de Cinciis enunciato pacto fretus actione de dividendo prælaudatas Urnas interpellavit Mazziottum coram A. C., qui tamen actori contrarium tulit Sententiam, ea propter illatum ſibi fuiſſe gravamen ad noſtrum detulit Tribunal ſub concepto Dubio. *An ſit locus diviſioni Urnarum*, & in hodierna Audientia DD. reſponſum dederunt affirmativum.

Obviam, præcipuamve hujus Judicis rationem miniſtrarunt, perſpicua Urnarum Opificia quæ in confeſſo erat longè valdè excedere quatuor juliorum valorem, idcircò dimidium earumdem Domino directo, dimidium emphyteutæ cedere conventi pacti religio poſtulat, quam Jus Divinum, gentium, atque civile com-
1 mendat *Matthæi cap. 5., L. Juris Gentium §. Prætor, ait ff. de Pact., Leg. Hujus Ædicti ff. eodem, Leg. Ea lege poſt initium ff. locati.*

Vario contra vim pactum inſurrexit emphyteuta, & primo genericis illis de invento Theſauro quæſtionibus, iſtud nempè non directo Domino, ſed inventori acquiri, ad *Text. in leg.*
2 *unic. C. de Theſauris, ac de Statuis, & Lapidibus*, *noſtrum Tribunal in dec. 257. n. 1., & ſeq. coram Manzaned.*, contrariam verò Sententiam latè tuetur *Harpreck. lib. 2. Inſtit. tit. de rer. diviſ. n. 21., & ſeq.*, aſt meritò harum quæſtionum ſilentio tranſactum eſt examen, quoniam pacta regulariter Juris diſpoſitioni prævalent,
3 *Leg. In traditionibus 48. ff. de Pact., Leg. legem C. de pact. inter. Emptor., & Venditor., Leg. Rebus ff. de permutat.*, certius quia cadit in re ſub privati dominio, ubi Dominus pacta ſibi benviſa facere valet, *leg. Paciſci 31. ff. de pact. ibid.* latè *Duaren. in Commentar. ad lib. 2. tit. 14. cap. 4. ff. eod.*, ſignanter quia emphyteuſis qualitas ſpecificatur à pactis, atque formam ab iſtis recipit, *l. 1., & C. de Jur. Emphyt.* Conventum itaque pactum de dividendo res inventas, quæ valorem juliorum quatuor exceſſerint, ſervandum eſt, nam pacta ſervare fuit vox Dei ionre Prætoris, ut advertunt *Bald.*, aliique citati per *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 78. ſub num. 6.*

Hujuſce præcipui pacti virtutem conatus eſt retundere altera exceptione, videlicet iſtud non cum ſemetipſo, ſed cum primis Condu-
4 ctoribus ſtipulatum fuiſſe, ideò tantummodo iſtos tenere, verum; infirma viſa eſt exceptio, nam & is obſervare; pollicitus eſt omnia, & ſingula pacta, capitula conventiones; & quæcumque alia appoſita, & contenta in Inſtrumento Inveſtituræ rogato ſub die 9. Octobris 1649., cum adjectione clauſulæ: *ad quæ, &c.* proindeque idem Juris eſſe oportet, ac ſi omnia contenta in præcedenti Inſtrumento cum dictis primis conductoribus inſerta eſſent in hoc poſteriori, ut ipſamet ad ea, quæ in præcedenti Inſtrumento contenta ſunt, teneantur, ob efficaciam dict. clauſulæ relativæ: *ad quæ, &c.*: ad *Text. in l. Aſſe tota ff. de hered. inſtit., l. ſi nominantium ff. de condit., & demonſtrat.*; *Rot. deciſ. 644. num. 2. coram Bichio, deciſ. 21. num. 3. & ſeq. coram Ubaga, & dec. 125. n. 21. & ſeq. par. 1a. recen., & inter impreſſ. ad ornat. Card de Luc. tom. 3. lib. 7. dec. 17. n. 7.*, & procul dubio quoties habens ſe ad relatum non ignorat id, quod in ipſo relato continetur, ut profeſſus eſt ipſemet Emphitheuta, juxta ſuperiora verba
5 relata ibi: *eſſe ad plenum informatum de per ſe mediante illorum lectura, & inſpectione*: juxta *Text. in l. 1. ff. de action. Empt., l. Pretium ff. de petit. Heredit., Cyriac. controv. 160. n. 37.*, diſtinguendo tradunt *Ludercb. conſ. 73. verſ. nec obſtat, Gravet. conſ. 866. n. 7.* cum aliis citatis per *Palm. dec. 92. n. 37. Rot. dec. 837. n. 8, & 9. coram Cerro.*

Inefficax quoque comperta eſt altera exceptio

ptio

Digitized by Google

ptio, nempe pactum illud ad triennii tempus
coarctatum fuiſſe, excavationem verò, qua repertæ
ſunt controverſæ Urnæ, longæ effluxum
triennium non fuit connotatum, ut eo Inſtrumenti
pacta diſſolverentur, ſed quidem ut inter
præſtitum tempus Emphiteuta Vineam, &
Arundinetum inſlueret, ita quod iſtud tempus
pro inſtruenda Vinea, & Arundineto non moderetur
alterum pactum de dividendis rebus
ioventis valorem quatuor juliorum excedentibus,
cum utrumque pactum ſtet de per ſe oratione
diſtincta, & ſeparata, imò in capitulis
omninò ſejunctis, nam iſtud plantandi Vineam,
& Arundinetum legitur Capitulo ſecundo
dicti Inſtrumenti, alterum de dividendo
res inventas legitur in Capitulo decimo, abſque
ulla temporis præfinitione, propterea Juris
ratio non patitur, ut effectus hujus poſterioris
pacti indefinite concepti limitetur, & moderetur
ab altero præleſerente tempus triennii
ad Vineam excaſſandam, proinde indefinite
intelligendum eſſe, prout in præſata ſtipula-
6 telligendum eſſe, prout in præſata ſtipulatione
indefinite conceptum fuiſſe conſtat, ad *Tex.
in l. 1., ibique Gloſſ. in verb. omnibus ff. de alien.
Judic. mut. cauſ. fact., Dec. conſ. 562. n. 2. verſ. unde
pariter n. 3., Rot. dec. 180. n. 1. cor. Emer. Jun., &
dec. 7. n. 5 par. 17. rec. & dec. 615. num. 3. par. 19.
tom. 2.*

Alteram validiori nixu ſubdit Emphyteuta
exceptionem, nempè Urnas inventas non fuiſſe
in excavatione, ſeu cavatione Terreni, ſed
in demolitione ruderum antiqui Ædificii, ideoque
cum verbum *cavare* ſeu *ſcavare*: immediate
conjungatur cum verbo *Terreno*; propterea
pactum non porrigit ad caſum deſtructi
Ædificii, & quidquid repertum eſt citra caſum
excavationis, ſeu cavationis, non venire
ſub toties dicto pacto, cum nec id, quod de
7 Vinea paciſcitur, de toto Agro intelligendum
eſt, nam Ager a Vinea differt ſpecie, *l. ſi nulla
C. de acquir. poſſeſſ., Angel. ibid. n. 2., Alexan. in l.
ſi quis in Fundo 4. n. 12. ff. de legat. 2.*

Aſt hujuſmodi exceptio facilè occidit ea animadverſione,
nempè fruſtra quæri de reſtringenda
ſignificatione verbi *Terreno*, ad eam Telluris
partem, quæ pro Vinea deſtinata ſit, nam
verbum *Terreno* generale eſt, aptum propterea
Ædificia ibidem exiſtentia comprendere, juxta
ea, quæ de Fondo dicuntur, cujus nomine
veniunt etiam omnia Ædificia ſolo inhærentia,
ſive ruſtica, & ad uſum coloni, ſive ad uſum
Domini, cum conſiderentur veluti acceſſoria,
8 *l. cum Fundus* at. *ff. de Fund. inſtruct. ibique Gl.
verb. in fixa, & hoc continetur, l. Fundi in fin.
ff. de verbor. ſignificat., & notat Barboſ. de verbor.
ſignificat. Appell.* 100. *per tot. Menoch. decif. Florent.
69 n. 4., & ſeq., Rot. decif. 5. per tot parte 16.
recentior.*, Neque enim verbum *cavare*, tale
eſt, quod poſſit cohibere verbum generale,
Terreni ad ſolam Vineam, ſive attendamus ad
ipſam vocabuli ſignificationem, de qua dictum
eſt, ſive ad ipſum Orationis ordinem, in quo
cum poſt verbum *ſcavare*, quod Vineæ convenit,
& refertur, ſequatur verbum *ò cavare* certum
eſt, quod etiamſi dictio - *ò* ideſt - *vel* uſurpanda
foret juxta ſenſum *Barboſa de diction.
dict.* 415. *n.* 4. ubi concordantes, nempè in ſenſu
Copulativo vel disjunctivo, ideò non in ſimilitudinem,
ſed in augumentum poſita eſt,
9 ut connotetur id, ad quod non ſe extendit, ſeu
complectitur verbum, *ſcavare*, juxta bene animadverſa
per *Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rubric.
7. ff. 10. in verb. de ligno, Bermon de Public.
concub. in princip. verb. Et, Paris conſil. 17. n. 24.
Surd. conſ. 200. n. 16, Menoch. conſil. 677. n. 4.*, &
alibi paſſim.

Idque præſertim, quia iſtud verbum, *cavare*,
videtur fuiſſe appoſitum ex induſtria ad correſpondentiam
Vocabuli, *cava*, quod vocabu-
9 lum uſurpatum fuit in Inſtrumento ſtipulato
ab Archihoſpitali Sancta Sanctorum cum Gabriele
Renzio ibi: *Nello ſcovare, ò cavare detto
Terreno ſi debba oſſervare quello, che è ſtato
convenuto con Maſtro Gabriele Renzi Scarpellino
nell' Iſtromento, e CAPITOLI DELLA
CAVATA FATTA tra l' Archioſpedale, &c.*
Cum itaque in Inſtrumento Rentii verbum,
cava, ad vineam inſtruendam non porrigatur,
dicendum eſt, ſimile verbum, *cavare*, in Inſtrumento
Cincii, quod ſe habet relative ad
dictum Inſtrumentum cum dict. Archihoſpitali
factum, neque ad ſolam Vineam coarctandum
eſſe, nam hoc Cincii Inſtrumentum ad illud
Rentii cum Archihoſpitali in omnibus refertur,
ideòq; cenſetur continere idem, quod eſt in
10 termino relato, ut præter Jura ſupra citata
in §. *Hujuſce perſpicui advertunt Bym. conſ. 34.
n. 6., ſeſſ. decif. Aragon. dec. 125. n. 45., & decif.
187. n. 110.*

Eo magis, quod prælaudatum verbum - *Terreno* -
non poſitum eſt abſolute, ſed eſt cum adjectivo,
detto, quod refertur ad totum id, quod
ſub emphiteutico contractu continebatur; Cum
itaque in dicto contractu non veniſſe ſtrictim
ſolam Terram, quæ conſtituendæ Vineæ apta
erat, perſpicui Juris ſit; ſed totum id, quod ipſi
adjacens erat, vel eidem inhærebat, ita etiam
pactum reſtringendum non eſt ad putam Terram
pro vinea inſtruenda, ſed ad totum id,
quod ipſi accedit, ea enim vis eſt dictionis,
detto, ut repetat, & referatur omnia præcedentia,
non ſolum quoad ſubſtantiam, ſe etiam
quoad omnes qualitates, ut adpoſitè advertunt
11 *Roland. à Vall. conſ. 34 n. 31. & 32. tom. 4. Gabriel.
conſ. 68. n. 7. & ſequ., & n. 22. lib. 2.; Rota
decif. 187. n. 7. par. prima Recent.*

Alioquin ſi Terreni nomine emphiteutæ indulgendum
eſſet pro volito intellectu ſolius
Terræ deſignatæ ad uſum Vineæ, ipſæ ſibi contrarius
eſſet, quoniam ſi nomine Terreni non
veniunt illæ ruinæ, & ædificia inepta ad Vineas,
jam in illis emphyteuta nullum Jus foveret,
dum emphyteuſis conſtituta fuit ad effectum
plantandi Vineam, & Arundinetum, qua de
re iſtas ruinas, ſive ædificia veluti non comprehenſa
in emphyteuſi, penès directum Dominium
remanſiſſe dicendum foret, ideò quidquid
in iis reperitur, ex hoc etiam capite inter
inventorem, & Dominum dividendum, ut notat
*Oynot. lib. 2. inſtit. titul. de rer. diviſ. §. The-
12 ſaurus n. 8. Horpret. in Inſtitut. lib. 3. tit. 25. num.
272., & ſequen.*, & communiter repetentes *in dicto
§. Theſauros, Amaja in leg. unic. Cod. de Theſaur.
n. 42., & ſeq., Antun. de Donat. Reg. lib. 3. cap.
13. à n. 54. uſque ad 63., Antonell. de loc. legal. cap.
30. num. 15. lib. 2.*

Sicuti igitur emphyteuta proclamat ſub ea
emphyteuſi nedum contineri Terrenum ad Vineas
aptum, ſed id quoque, quod Vineis acceſſo-

ceſſorium eſt, ità etiam Dominum directum
decet extendere pactum ab excavatione Vi-
neæ ad alias quoque Caveas, quæ vel Vineæ
gratia effodiuntur ex ea vulgata regula, quod
acceſſorium ſequitur naturam principalis, *leg.*
etiam Cod. Jur. Dot., Cap. Acceſſorium de regul.
13 *Jur, in 6.*, & in ſpecie, quod hujuſmodi ædifi-
cia, præcipuè diruta non veniant in conſidera-
tione de per ſe, ſed uti acceſſoria, licèt de iis
individua mentio facta non fuerit, tradunt *Bar-*
14 *tol. in leg. prima n. 3. Cod. commun. de legat., Ber-*
tazzol. de clauſul. Inſtrum. 20. gloſ. 27. num. 2.
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 16. num. 18., Simon. de
Pret. de Interpretat. ultim. voluntat. lib. 4. dub 7.
n. 5. Rota deciſ. 449. n. 4., & 5. coram Merlin., de-
ciſ. 137. n. 3. coram Seraphino.
15 Ejuſdem inſubſiſtentiæ detecta eſt altera
exceptio, ſcilicet pactum intelligendum eſſe ad
caſum excavationis faciendæ pro Vinea non
autem ad alterum repertæ rei in cavatione, ſeù
16 demolitione veteris Ædificii ad alterum effe-
ctum, quam pro plantanda Vinea, cum pacta
tantùm diſponant, quantum ſonant, nec ad
diverſum caſum referenda ſunt juxta notata
17 per *Aldobrand conſ. 11. n. 15. Altograd. conſ. 11.*
n. 12.; Ejuſdem meritò inſubſiſtentiæ, nam licet
verbum, *ſcavare*, ferè communiter à noſtrati-
bus ſolis Vineis inſtruendis accomodetur, li-
cet de quavis Telluris proſciſſione ad ferendum
uſurpari poſſet, illud è converſo certum eſt
verbum, *Cavare*, numquam proprium Vinea-
rum fuiſſe; Cavandi enim verbum novum non
eſt, ſed vetus, nam, & legitur apud *Plautum*
in Pſeudol. ſcen. 8, Statium Thebaid. lib. 9. verſ.
123. Horatium libr. 1. epiſt. 7. verſ. 31., Sextus
Pompeius Feſtus de verbor. ſignificat.; Cavum
à Græco deduxit, Salmaſius ad Flavium Vo-
piſcum Syracuſium *in Vita Saturnini propè fi-*
nem lib. 12. cap. 8. ibi: *Exigulam ſic facito Ol-*
lam novam ſumito eamque juxta fundum terre-
brato, deinde CAVUM, quem feceris ſurculo
obturato, & plura ad id verbum pro profunda
excavatione ſignificanda eruditè refert *Cælius*
Calcagninus lib. 7. Epiſtolar. epiſt. 26. verſ. final.,
atq; ex his derivata originibus illa vox, *Cavare*,
eamdem retinet ſignificationem, ut & loquen-
di communis uſus, & noſtratium Dictionaria
teſtantur.
18 Ex quibus dignoſcitur cavandi verbum non
ſignificare primas Telluris proſciſſiones pro
Vineis inſtruendis, ut in Arte Agriculturæ uſu
eſt ità, quod emphyteuta ad ſuum aſſequen-
dum intentum taliter probare deberet cavandi
verbum ſulis Vineis convenire, ut nullatenus
poſſit ad alias Telluris factiones appingi nam
ſemper adverſus eumdem clamat genericum
pactum de dividendo res excedentes quatuor
juliorum valorem, quod niſi ad Vinas ſolum
reſtrictum eſſe demonſtret, ſemper genericè ob-
ſervandum eſt, cum per ſpeciem generi non de-
rogetur. *Leg. Toto Jure 9. ff. de regul. Jur., l. San-*
19 *ctio ff. de pen., cap Paſtoralis, §. Quoniam de re-*
ſcript. cap. 1. de regul. jur., in 6. & late *Caſtil. con-*
trov. lib. 5. par. 2. cap. 95. fer. per tot.; immo, quod
nec etiam generi per ſpeciem derogetur, quan-
do ſpecies, & genus ſe invicem compatiuntur,
Bartol. in l. Servo, ff. de Pecul. legat. Cagnol. in
leg. In toto n. 13. ff. de regul. jur., Roman. ſingul.
494. Decian. conſ. 51. n. 16. verſ. Quartò conſide-
rato lib. 1., & conſ. 120. n. 13. lib. 3.

Neque identitatem ſignificationis inducere
valet animadverſio, quod verba, *Scavare*, ò
Cavare, Scripta ſint cum prælaudata dictione,
O', & ideò utrumque ad ſolum caſum plan-
tandæ Vineæ referendum ſit; nam iſta dictio
ſivè copulativè, ſivè diſtinctivè juxta ſenſum
præcitati Barboſæ accipiatur, numquam ope-
ratur, vocabula diverſæ ſignificationi idem ſi-
gnificet, ſed ſolummodo efficit, ut quæ per di-
ctam dictionem poſita ſunt eodem omninò Jure
cenſeantur, ut quod in ex caſſando reperitur
dividendum ſit, & id, quod reperitur in cavan-
do, ita ut licèt non habeant eamdem ſignifica-
tionem, eadem tamen ratio ſit de uno, ac de
20 altero ex deſignatis uſibus, nempè cavandi,
aut excavandi, ad *Text. in l. ſi mihi, & Titio ff.*
de verbor. ſignificat., l. Reos, §. In tabulis, ff. de
duob. Reis, l. ſi heredi plures, ff. de condit. Inſtit.
advertit *Jaſon. in l. 1. n. 3. & ſeq. ff. de juſtit. & jur.*
Felin. in cap. 1. n. 32. de reſcript., Rebuff. ad l. con-
junctionem 29. verſ. primò intellige ff. de verbor.
ſignificat. Exploratiſſimi namque Juris eſt ſi-
miles dictiones ſæpe ſæpius apponi inter di-
verſa, & quæ ſunt diſſitæ ſignificationis. *Cap.*
cum olim 34. de teſtib. præcit. Cælius Calcagni-
nus ad l. conjunctionem, & l. ſæpè ita utrobi-
que in princ. ff. de verbor., & rer. ſignificat., Me-
noch. remed. 8. recuperan. poſſeſſ. n. 84.
21 Multo magis, quod cum his congruit æqua
ratio, & mens contrahentium, dum Cauſa
reddi non poteſt, cur Cincius Dominus dire-
ctus conſulere ſibi voluerit ſuper iis rebus re-
periendis in excavatione Vineæ, & non eodem
Jure ſibi proſpexerit ſuper iis rebus reperiendis
in cavatione Terreni, ſui diruti Ædificii, quod
æque eſt de ejus dominio, ut facile cogitanti
cum facilior ſit abſconditarum rerum inventio-
22 ni cavando, quam in ſcavando, cum verbum
- *ſcavare* - Reſpiciat ſuperficem Terræ, ſeu cur-
tam ejuſdem profunditatem, verbum vero - *Ca-*
vare - poſſit uſque ad punctum Terræ, ſi poſſi-
bile foret, ſe extendere juxta firmata ſupra in
§. Ejuſdemque inſubſiſtentiæ.

Hiſce argumentis obſtrictus Emphytheuta
proclamavit Jura Fiſci, eo quia hujuſmodi ex-
cavationum fecerit, obtenta licentia ab Emi-
nentiſſimo Cardinali Camerario, & ideò ex
Jure Cameræ ſibi debitas eſſe Urnas, abque eo,
quod Cincius de iſtis participet, tamquam
hujuſmodi licentia deſtitutus. Et enim cum
Fiſcus non ſit in Cauſa domini hujuſmodi
quæſtionis examen ſilentio pretranſierunt, ſo-
lumque advertentes licentiam à Mazziotto ob-
tentam eum eximere à pœna lata contra Cava-
tores pro eo, quod reſpicit intereſſe Cameræ,
23 ut deprehenditur ex lectura ipſius licentiæ re-
giſtratæ in *Summ. Mazziotti num. 3.*

Demum poſt hæc Emphytheuta de nullitate
excepit, eo quia prælaudatæ Urnæ diviſionem
non patiantur, exemplo deprompto à caſu qui
legitur. *Nella raccolta delle Statue antiche e*
moderne data alla luce da Domenico de Roſſi al
fol. 18. ſopra la Statua di Pompeo nel Palazzo
Spada in occaſione di cavarſi una Cantina, por-
tò il caſo, che tutto il corpo ſi trovaſſe da quella
banda, ove ſi cavava, eccettuata la Teſta, che
rimaneva da quella del vicino, perche al muro,
che divideva le due Caſe, era piantato ſul collo
di lei, nacque per tanto trà le Parti grave con-
teſa, pretendendo quello, nel cui ſolo ſtava la Te-
ſta

Digitized by Google

ſta apparecnerle tutta la Statua, come poſseſſore della parte più nobile del corpo, per la qual coſa dedotta la queſtione in giudizio lo inconſiderato giudice decretò doverſi tagliare à la bella Statua la Teſta, affinche doveſſe darſi ad una il Capo, & all' altra il Tronco. Fù ſoſpeſa l'eſecutione di così iniqua ſentenza dal Cardinal Capo di Ferro, che operò farla rivocare dal Pontefice Giulio III. Ex quo exemplo comprobari iniquitatem pacti de dividendo præfatas Urnas.

Verùm enim verò exceptio iſthæc ſtatim colliſa eſt animadverſione, quod cum ab initio ante factam conceſſionem res reconditæ procul-dubio fuerint de dominio Domini directi, ideoque cum deſuper inter Patres ex voluntate Contrahentium factum eſt pactum de dividendo, licet imprudens recenſendum foret, nihilominus ſublato alterius intereſſe: Cum quilibet rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, & pacta inter Contrahentes legem conſtituant, conſequenter pactum ab initio irritum cenſeri non poſſet, ita quod paritas ab exemplo deducta eſt inapplicabilis remanet, quia non ex voluntate Partium diviſio expoſtulabatur, ſed immò ex voluntate Partium contra Judicis ſententiam integritas expoſcebatur. Sed ſublata fuit totaliter exceptio ipſa lectura ipſius conventionis, nam diviſio non in materiale opus, ſed in æſtimationem ejuſdem cadit, ut ſuadent ea verba, ibi *Purche non paſſino la valuta di giulii quat-*
24 *tro moneta*, ita quod dignoſcitur non materialium partium rei inventæ habitam fuiſſe præcipuam rationem, ſed quidem, ut recta mentis ratio ſuadet, habitum fuiſſe inter Contrahentes reſpectum ad pretium ipſius rei inventæ, ità ut uni res inventa detur, alteri verò pretium materialis partis, quod ſibi Jure pacti competeret, ut frequenter fieri ſolet inter communiter poſſidentes res commodam diviſionem non patientes, cum inter ipſos dividendo ſententia ferenda eſt, ad *Text. in l. ad Officium Cod. commun. divid.*, & ex bene deductis per *Michaln. de Fratrib. par. 3. cap. 38. num. 39. & ſeqq.*, *Rot. penes Torr. var. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 1. deciſ. 13. num. 63. Zaul. ad Statuta Faventin. obſer. ad rubric. 16. num. 18. lib. 7.*, *Rot. in Fulginaten. Laudi, & diviſionis 17. Januarii 1701. Nec attento coram Reverendiſſimo Decano, & in Faventina Laudi ſuper Tornaturis 180. 9. Februarii 1722. coram bon. mem. Foſcar.*

Et ità utraque Parte informante, &c.

R. P. D. RATTO

Anglonen Manutentionis
Aquæductus.
Ven. 30 Junii 1724.

ARGUMENTUM

Verificata quaſi poſſeſſione ducendi aquam per fundum alienum, & variandi locum Canalibus juxta opportunitatem excreſcentiæ, vel decreſcentiæ aquarum in omnibus competit manutentio.

SUMMARIA

1 *Conſtito de quaſi poſſeſſione, manutentio denegari non debet.*
2 *Manutentio non impeditur ex pendentia judicii ſuper bono jure quoties iſtud eſt turbidum.*
3 *In Judicio manutentionis unice attenditur materiale factum poſſeſſionis, non vero jus, aut titulus.*
4 *In Jure ducendi aquam, quomodo provideatur, ut ſit utrique parti conſulendum?*

DECISIO LXVII.

QUamvis ab antiquiſſimo tempore memoriam Hominum excedente, PP. Ciſtercienſes Sanctæ Mariæ de Sagittario, conſtituti fuiſſent in pacifica quaſi poſſeſſione ducendi aquã a Flumine Sinni ad Molendinum, quod poſſident in Territorio Terræ Claromontis in loco vulgariter dicto *del Carroſo* & variandi Aquæductus juxta opportunitatem, & exigentiam decurſus aquarum dicti Fluminis, elevando ſcilicet Aquæductum, quando tempore hyemali Flumen excreſcit, illum vero deprimendo, quando tempore æſtivo Flumen decreſcit; adhuc tamen PP. Cartuſiani Monaſterii Sancti Nicolai in Valle Claromontis, diverſa Terrena in eodem Territorio poſſidentes, prætendere cœperunt anno 1696. minime licere PP. Ciſtercienſibus variare aquæductus per loca ipſis beneviſa, ideoq; ſtantibus hujuſmodi jactationibus PP. Ciſtercienſes expediri curarunt in Trib. A. C. Monitorium ſuper manutentione in quaſi poſſeſſione Juris ducendi aquam tam per curſus antiquos, quam novos, extrahendam a Flumine Sinni, & traducendum per Terrena ejuſdem Territorii Claromontis.

Silverunt exinde Partes poſt præſentationem Monitorii prædicti uſque ad moderna tempora per ſpatium viginti annorum & ultra. Cum autem de anno 1720. ob Fluminis excreſcentiam, ſequuta fuerit repletio Foveæ ducentis aquam ad præfatum Molendinum, novum PP. Ciſtercienſes excavarunt Foveum, ſucceſſive de nocte devaſtatum per Factores, & Miniſtros PP. Carthuſianorum. Quamobrem vigore prædicti Monitorii, reaſſumpta in Tribunali A. C. controverſia, R. P. D. Gentilibus, reſervando in fine litis inſtantiam a PP. Ciſtercienſibus promotam ſuper purgatione attentatorum, per decretum mandavit, *ipſos manutenerí in quaſi poſſeſſionis Juris ducendi aquam ad Molendinum, de quo agitur, & pro hujuſmodi effectu conſtruendi Aquæductus, in locis tamen, & ſitu Fluminis Sinni propinquioribus, & minus præjudicialibus Prædiis, & Bonis PP. Carthuſianorum cum facultate variandi, & iterum conſtruendi eoſdem Aquæductus, juxta indigentias, & variationes decurſus aquarum dicti Fluminis Sinni, facta tamen prius coram Nobis probatione ejuſdem indigentiæ, & variationis, ac prævio noſtro decreto juxta caſuum opportunitatem faciendo.*

Neutri ex Partibus arriſit hujuſmodi Judicatum, eaque propter in gradu appellationum hinc inde interpoſitæ, delegata mihi Cauſæ cognitione, in hodierna Audientia Domini mei ſub congruo dubio conſulti reſponderunt *Dandam eſſe manutentionem PP. Ciſtercienſibus juxta modum inferius exprimendum.*

Conſtitit omnque ex univoce depoſitione plurium Teſtium de quaſi poſſeſſione, in qua repe-

reperiunt PP. Ciſtercienſes ducendi aquam à Flumine Sinni pro ſervitio proprii Molendini, & opeandi, ac variandi Aquæductus juxta opportunitatem, & exigentiam elevationis, vel depreſſionis aquarum Fluminis, ideoque ad præfatæ poſſeſſionis tramites denegari non poterat eiſdem PP. manutentio, prout omiſſis generalibus, de quibus *in Faventina Manutentionis*

1 *31. Januarii præteriti §. Conſiſtit. coram Me*, in ſubjecta materia per *Text. in leg. 1. in principio ff. de Aqu. quot., & æſtiv.*, communiter advertunt *Altogrado conſ. 97. num.6., & ſeqq. lib. 2., Rain conſ. 191. ſub num. 3. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 2., Tondut reſolut. Civil. par. prima cap. 48 num 37., Gob. de aquit quæſt. 10. num. 39., Pecb. de Aquæduct. tom. 1. cap.6. num. 1., & 2. Rot. deciſ. 213. num. 1. apud Poſth. manut., deciſ. 1885. num. 1., & ſeqq. coram Coccin., in Piſauren. Molendinorum ſuper Manutentione 17. Junii 1707. §. Pari conſtantia cor. bo. me. Kaunitz, & in Sabinen Fluminis ſuper Manutentione 4. Martii 1720. §. Manutentio coram R. P. D. meo de Gomaches.*

Quin prædicta manutentio favore Patrum Ciſtercienſium retardari potuerit, ex pendentia Judicii ſuper bono Jure in hoc Sacro Auditorio vigentis, in quo *ſub die prima Julii 1697.* mediante Deciſione edita *in Angonen. Molendini ſuper bono Jure coram bo. mem. Pio*, canonizata fuerunt potiora Jura patrum Carthuſianorum. Quando quidem cum in reviſione dictæ contumacialis Deciſionis emanatæ favore Patrum Carthuſianorum, reſolutio ſteterit in ancipiti *ſub die Januarii 1701.* vigore reſcripti *Iterum proponatur* - ſtante turbiditate boni Juris ex dicto reſcripto promanente nemini dubium

2 eſſe poterat, quin poſſeſſori tribuanda foret interim manutentio, donec in Judicio Petitorio de viribus præfati tituli diſcutiatur, cum in Judicio manutentionis unicè attendatur materiale factum poſſeſſionis, nec indagandum veniat, quo

3 jure aut titulo, quis poſſideat, ut in ſpecie per *Text. litteralem in l. 1. § Hoc interdicto ff. de itiner., actuque privat*, ibi: *Hoc interdicto Prætor non inquirit, utrum habuerit ſervitutem jure impoſitam, an non, ſed hoc tantum an itinere actuq; hoc anno uſus ſit non vi, non clam, non precario, &c.* admonet *Pecb. de Aquæduct. lib. 1. c. 6. n. 1., & 2, Rot. dec. 183. n. 3., & 4. cor. Coccino.*

Devaniendo ex his ad modum ab initio inſinuatum, convenerunt quidem DD. cum Judicato A. C. ſuper eo, quod *manutentio intelligatur de conſtruendis Aquæductibus in locis, & ſitu Fluminis Sinni propinquioris, & minus præjudicialibus Prædiis, & Bonis Carthuſianorum, cum facultate variandi, & iterum conſtruendi eoſdem Aquæductus juxtà indigentias, & variationes decurſus aquarum dicti Fluminis*; ſed, non æque convenerunt in altera parte in qua idem Judex ſibi reſervavit facultatem, toties, quoties, juxta caſuum opportunitatem, prævia probatione indigentiæ, declarandi, eſſet locus variationi, quia non ſolum multiplicarentur lites, ſed etiam daretur aditus, ut pro majori parte anni Molendinum inutile fuiſſet.

4 Idcirco mihi injunxerunt, ut declararem - *Eſſe licitum PP. Ciſtercienſibus variare ductus, ſeu Canales facta ſolummodo præventiva intimatione Patribus Carthuſianis, ad hoc ut bene advertere poſſint, quod cum minori eorum præjudicio opus peragatur, & reſervata eiſdem Patribus Carthuſianis facultate deducendi in ſacra Rota gravamen, quod prætendere poſſent ſibi illatum, non retardato tamen interim opere, nè Molendinum inutile evadat.*

Et ita *juxta hunc modum* Partibus reſponſum fuit.

R. P. D. CALCAGNINO

Nullius Terræ Peſtularum Juriſdictionis.

Lunæ 27. Novembris 1724.

ARGUMENTUM.

Territorium, ſeparatum poteſt eſſe ſub Abbatis Juriſdictionem & exemptū à Gubernio Epiſcopi. Et qui ſint actus, qui reſpectivè inducant hujuſmodi ſubiectionem & exemptionem.

SUMMARIA.

1 *Quicquid eſt intra Diœceſim, ad Epiſcopi Juriſdictionem pertinere præſumitur.*

2 *Territorium, quod eſt extra fines Diœceſis ab Epiſcopi Juriſdictionem exemptum eſt.*

3 *Probationes vel deſumuntur ab antiquis Monumentis, vel à teſtibus. Lapides inter Territoria poſita, diſcernunt unum ab altero, et n. 4.*

5 *Territorium ſignificat univerſitatem agrorum, ſeù locorum, in quo Juriſdictio exercetur.*

6 *In quæſtionibus de finibus plurimum valent teſtium depoſitiones. Diœceſi, quæ alteri dicitur contermina nequit ſub illa comprehendi, et n. 7.*

8 *Immemorabilis rectè probata dicitur per Teſtes Longævæ ætatis, qui deponunt de viſu ex ſe, & quod ita audiverint à majoribus ſuis.*

9 *Immemorabilis ſupplet titulum, & titulus præſumptus æquidem expreſſo.*

10 *Maxime concurrente fama ejus inductiva.*

11 *Probata Territorii ſeparatione exemptio venit in conſequentiam, Epiſcopo non contradicente.*

12 *Viſitationes alicujus loci per Abbatem factæ, & effectum ſortitæ probant ſubjectionem.*

13 *Approbatio Presbyteror. ad confeſſiones indicat in approbante Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

14 *Idem ſuadet expeditio Monitoriorum ſub pæna excommunic., et cenſurar. inflictio, & facultas fundandi Cappellanias, & Collatio Beneficior.*

15 *Congeruntur alii actus quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem arguentes.*

16 *Nullius dicitur Territorium, quod ſeparatum, eſt ab Epiſcopali Juriſdictione exemptum.*

17 *Decreta Sacræ Congregationis ſuper Negotio principali firmant ſtatum.*

18 *Confeſſio Prælati ipſi præjudicat.*

19 *Maxime ubi agitur de contentione Juriſdictionis.*

20 *Confeſſio Procuratoris non incidenter, ſed principaliter facta præjudicat Epiſcopo.*

21 *Originali Bullarum non producto, earum copia non probat, niſi vel extracta ſit ex publico Archivio, vel citata parte exarata.*

22 *Qui errat in uno, et aliis errare potuiſſe cenſetur.*

23 *Immemorabilis obſervantia amoliri poteſt Apoſtolicum Titulum, & alium quemlibet meliorem in ejus vicem adſtruere.*

24 *Enunciativæ in Bullis emiſſæ, licet antiquæ, non agunt, quando agitur de veritate enunciandi.*

25 *Nàm Pontifex non cenſetur ulli voluiſſe præjudicare iſtis enunciativis, etſi ex certa ſcientia habitis.*

26 *Maximè ubi adeſt Clauſula* juſtè, & canonice poſſides, *quæ reſolvitur in conditionalem.*

27 *Nec attenduntur, ſi confectæ ad Partiū inſtantiā.*

28 *Confectio Olei Sancti Ordinis eſt, non Juriſdictionis, plerumq; petitur ab Eccleſia Viciniore*

29 *Petitio Olei Sancti non arguit ſubiectionem in eo, qui petit. Immo ſi quando intermittatur, argumentum præbet libertatis, & n. 30.*

31 *Collationes ſi non edantur in forma probandi nullum probationis gradum conſtituunt.*

32 *Epiſcopus poteſt habere jus conferendi Benefi-cio in alterius Diœceſi exiſtentio.*

33 *Solutiones Cathedratici fiunt vel tempore Viſi-tationis, vel tempore Synodi.*

34 *Et extra id tempus ſoltæ ad aliam cauſam re-feruntur ſolventi non præjudicialem.*

35 *Collatio Ordinum Juriſdictionem non arguit, ſi ad eam proceſſum fuerit attentis litteris com-mendatitiis alterius.*

36 *Per immemorabilem præſcriptionem omnis po-teſt adimi Juriſdictio. Et contraria obſervan-tia ejuſdem comprobat amiſſionem, & n.37.*

38 *Dum eſt de Juriſdictione contentio favore ejus eſt inclinandum, qui pro ſe plures actus producit.*

39 *Jus prohibet Abbatem præſidere Territorio ſe-parato, & ſi actu ab immemorabili præſit in hac quaſi poſſeſſione tenendus eſt.*

DECISIO LXVIII.

UNniverſo Urbis plauſu adſcito in cœtu Car-dinalium Eminentiſſ. Falconerio ob eximias animi Dotes laudatiſſimo, qui cū noſtro Tribu-nali juſta laudatione Sedem impleret, reperie-batur Ponens in Cauſa inter Antiſtitem Sul-monenſem, & Abbatem Generalem Cœleſti-norum vertente, itaquod, adhuc prælaudato Eminentiſſimo Cardinali in Auditorio noſtro exiſtente conceſſa extiterit dicto Antiſtiti nova Audientia adverſus *Deciſionem editam die 16. Junii currentis Anni coram eodem*, cumque in ejuſdem locum ſuffectus fuerim Ponens; Idcir-co rogavi DD. hodierna die, ut dignarentur reſpondere, *an eſſet ſtandum, vel recedendum a deciſis*, & reſponſis retuli *ſtandum eſſe in deciſis*.

Cujus quippe Deciſionis optima ratio reddi-tur, quandoquidem Patres iterum Acta, ac Ju-re volventes, clarius perſpexerunt Territorium Pratularum *Nullius* revera eſſe, idque dupli-ci ex capite, & quia dictum Territorium ſit ſeparatum; Et quia Abbas Sancti Spiritus de Murrone Præſes Generalis Congreg. Cœleſtino-rum in eodem Territorio omnem quaſi Epiſco-palem Juriſdictionē ab immemorabili exerceat.

Et quidem quantum ad primum caput facit, maximè confert ad hujus Cauſæ cognitionem, probatio, quod Territorium ſit ſeparatum, & ex-tras fines Diœceſis. Cū enim tota Juris aſſiſten-tia prò Epiſcopis, ex eo naſcatur, quod quidquid eſt intra Diœceſim, ad Epiſcopi juriſdictionem pertinere præſumatur, per ea, quæ diſponuntur

1 in *Cap. Xenodochiis, aliiſq; ſimul. tit. de Religioſ. Domibus*, jam ſi probetur Territoriū extra Diœ-ceſis fines eſſe, tota præſumptio, & iuris aſſiſten-tia, quæ pro Epiſcopis facit, illicò ceſſabit, ut poſt

2 *Abb. & Fagnan. in Cap. Dilectus de Religioſ. Do-mibus*, pluries reſpondit *Rota apud Seraph. decif. 1278. n. 1., & in Aprutina Juriſdictionis cor. Du-nozett. Sen., quæ eſt inter ejus impreſ. 309. n. 6. & ſeq. & in Nullius, ſeù Caputaquen. juriſdict. ſuper bono Jure 21. Febr. 1710. cor. Emo Falcone-rio §. In hiſce controverſiis*, cum aliis concordan-tibus, quibus additur *Maſcard. de probat. concl. 167. n. 4., Bellett. diſquiſit. clericol. de Juriſdict., Abb. S. Michaelis de Cluniс. unic. n. 24. & Pigna-tell. conſult. Canon. to. 2. conſult. 26. n. 6.*

Ut autem probaretur, Pratularum Territo-rium ſeparatum eſſe, atque disjunctum a Sul-monenſi, ratum fuit omnes probationes du-plicis generis eſſe poſſe, & quæ peterentur ex antiquitatis Monumentis, & quæ afferrentur

3 ex depoſitione Teſtium, id ita præcipiente com-muniori Scribentium Sententia in *Cap. Cum cau-ſam de probat.*, cum aliis allegatis per *Maſcard. de probat. concl. 398. per tot. Barboſ. de poteſtat. Epiſc. par. 3. tit. 1. cap. 7. ſub n. 15.*

Et profectò ut ab antiquis veſtigiis exordia-mur, in hoc Sac. Tribunali conſticit inter con-finia Pratularum, & Sulmonenſis poſitum eſſe limitem, erectam nempè Columnam *Summario Abbatis n. 1.* Receptum enim eſt in Territoriis, ideò erigi Lapides hujuſmodi, ut notentur ibi

4 Territoria finiri, nec ultra procedere, & ea ratio-ne iidem Lapides Terminos dici, & etiam fines, de quibus *Iſidorus Originum lib. 15. c. 14.* quod eſt de finibus Agrorum, *Joan. Andr. in Cap. Cum Cauſam 13. de probat., Hieronym. de Monte de fi-nib. regund. cap. 18. n. 3., Rot. cor. Merlin. dec. 245. n. 1. cor. Peutinger. dec. 12. n. 5., & 6.* ubi quod ex finium conſtitutione, & inſpectione reſultat evidens probatio, quæ ſuperat omnē aliam pro-bationem, & *dec. 286. n. 10., & dec. 286. n. 6. p. 6. rec.*

Ad iſtud idem probationum genus pertinet nomen ipſum Territorii Pratularum quod in antiquis etiam Libris reperitur quaſi diſtincti-vum, & quod verſat communi compræhenſione Diœceſis Sulmonenſis in Conſtitutionibus enim Cœleſtinorum approbante Pontifice Maximo editæ, & Typis commiſſæ Anno 1629. *Tract. 1. cap. primo in primo quarter.*, in enumeratione Eccleſiarum, quæ unitæ erant Monaſterio San-cti Spiritus hæc leguntur: *Cui unitæ ſunt Ec-cleſiæ, & Monaſteria Sancti Stephani Vallebu-no, Sancti Onuphrii, & Sanctæ Crucis Libe-ratæ, cum aliis Eccleſiis in Territorio Pratula-rum, Sanctæ Juſtæ de Urſa, Sancti Jacobi in Caſtulani de Sulmone, & Sanctæ Luciæ de Sul-mone.* Ex quibus præter id, quod aſſequeretur ex ipſa diſcretione loquendi facta inter Mona-ſteria ſubjecta Sulmonenſi, & Territorio Pra-tularum, ſanè magni indicii eſt, quod Pratulæ appellentur illo diſtinctivo, & per ſe completo vocabulo *TERRITORII*. Probatum enim

5 Territorii vocabulum ſignificare non partem, ſed Univerſitatem Agrorum, ſeù Locorum in quod juriſdictio exerceatur, *Leg. Pupillus 239. §. Territorium eſt univerſitas Agrorum ff. de verbor., & rer. ſignific.*, ubi Accurſius dat exempla *l. fin. de Juriſdict. omn. Iudic., & l. nulli §. Quod ſi in Vico, vel Territorio C. de Epiſc., & Cleric., Rot. decif. 310. n. 16. par. 6. rec.*

His ab antiquitate petitis, quibus licet non aſſecuta ſit plena probatio Territorii ſeparati, vehemens tamen in eo aſſerendo conjectura conficitur deventum deinde eſt ad aliud proba-tionis genus, nempè ad Teſtes; Cum receptiſ-ſimi Juris ſit, in quæſtione de finibus, præcipuas

6 partes Teſtium depoſitioni tribui deberi, *Bald. conſ. 468. n. 1. lib. 1. Barbat. conſ. 6. n. 3., & 6. lib. 2. Surd. conſil. 429. num. 21., Hieronym. de Mont. de fin. regun. cap. 52. num. 10., Zaul. ad Statut. Faventin. tom. primo lib. 3. Rubric. 37. num. 18., Sperell. decif. 178. num. 92. cum ſequent.*, & non ſemel *Rota, ut coram Pen. decif. 1052. ſub num. primo verſic. Ex aſſertione, coram Barutt. decif. 598. n. 6., & Nullius, Juriſditèanis 24. Decemb. 1711. §. Et fortius in fine coram bo. mem. Anſalda.*

Teſtes verò ſuper hoc negotio decem nume-

7 ro formiter, & concludenter examinati, alii-que etiam plures ad perpetuam memoriam, de-ponunt, quod Terra Pratularum ſita minimè ſit intra corpus Diœceſi Sulmonenſis, ſed quod eidem ſit contermina, adeout ſtet intermedia dictæ Diœceſi Sulmonenſi, & Theatinæ. Ideo-que cum dicta Terra Pratularum inter utram-que Diœceſim relicta eſſe dicatur; Et cum adſi-

pis

nis & contermina ſit Sulmonenſi, jam dici nequibit in ajuſdem comprahanſiona incluſa, ut bene ponderavit anterior *Deciſio coram Eminentiſſimo Domino mea Falconerio §. in primis*, cum concordantibus, quibus adjicitur *Rota coram Dunozet. Sen. deciſ.* 309. *num.* 14., *& deciſ.* 181. *num.* 3. ubi concordantes *par.* 12. *Recent.* Qui verò Teſtas cum ſingillatim diſtinquant Loca, terminos, & confinia, nulli dubium eſt, quin Teſtibus adeò diſtrictè deponentibus Diœceſim diſcretiones, & confinia probentur, ut proſequitur laudata Deciſio coram Eminentiſſimo Falconerio cui præter in laudatos conſonant *Hieron. Mont. de fin. regun. cap.* 18., *Paulut. diſſertat. legal. tom.* 2. *diſſertat.* 59., *Rota coram Merlin. deciſ.* 254. *num. primo coram Peutinger deciſ.* 12. *n.* 5. *&* 6.

Huic verò ſaparationi Territorii per Taſtes probatæ, quamvis deficere videatur titulus, tamen cum ſupplet immemorabilis obſervantia; Nam omnes dicti Teſtes axcedunt ætatem quinquaginta quatuor annorum, & deponunt nedùm de viſu per quadraginta annos, & quod ita audiverunt ab eorum Majoribus; Sed quod iſti pariter à ſuis Majoribus id audiverint; Quod ſanè planiſſimè probat immemorabilem
8 juxta vulgat. *Gloſſ. in cap.* 1. *verb. Memoria de præſcript. in* 6. de quo & generalitar apud *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 10. cum aliis *in Oveten. Funerolium* 7. *Aprilis* 1704. §. *In hoc antem coram bon. mem. Molines*. Et proprius an hanc rem *eadem Rota in Aquilona Juriſdictionis coram Pamphil. deciſ.* 65. *penès Marcheſan. de Commiſſ. pag. mihi* 980. Quare quamvis in huiuſmodi ſeparationis requiratur titulus, nempè Privilegium Apoſtolicum, ut
9 docent communiter *in Cap. Cum contingat de For. compet.* Illud tamen abundè ſupplet ea immemorabilis. Vulgatiſſimum enim eſt, quod titulus præſumptus æquipolleat expreſſo, ut probatum eſt in anteriori *Deciſione* §. *Qui Teſtes*, cum concordantibus præter quos *de Luca de Juriſdict. diſc.* 1. *num.* 12., *& diſc.* 9. *num.* 5. *Pignatell. conſult. Canon. tom.* 2. *conſult.* 26. *num.* 20. *Eminentiſſimus Petra Conſt. Apoſt. tom.* 2. *in Conſt.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. *num.* 67. aliique paſſim.

Hinc autam præſumptum titulum deſcendentam ab immemorabili obſervantia, probata per depoſitiones Teſtium, fovet adhùc, & alia vehemens conjectura eruta à conſtanti fama, ſivè traditiona, qua fertur Martinum V. concaſſiſſe Privilegium aius ſeparationis dictis Abbatibus Cœleſtinis, illudque abſumptum fuiſſe anno 1706. inter ruinas Monaſterii everſi; Eam verò famam maximum addere robur, dictum
10 immemorabili receptum eſt poſt Abbatem citatum in laudata ſæpè *Deciſione* §. *Nec deeſt*, cum ibi citatis, & *Bollett. diſquiſ. Cleric. par.* 1. *de factor. Cleric. perſ.* §. 3. *num.* 26 *in fin. fol.* 197.

Firmatis iis, quæ ad primum caput pertinant, nempè Territorium Pratulatum eſſe ſeparatum à Diœceſi Sulmonenſi, jam Epiſcopus tota Juris aſſiſtentia ſpoliatus cernitur, ut dicitur *in dicta Nullius, ſeù Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 21. *Februarii* 1710.
11 §. *In hiſce controverſiis coram Eminentiſſimo Falconerio*, Et ideò niſi ipſæ concludenter probet; quod ad ſe Juriſdictio eius Loci pertineat, nihil evincitur, ut *in eadem Caputaquen.* expenſum fuit.

Verùm tantum abeſt, ut Epiſcopus concludentar id probare poſſit, quin potiùs è converſo evidentiſſimè conſtat, dd. Abbates omnem quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem exarcuiſſe. Et, ut primum locum faciamus Sacris Viſitationibus non uno axamplo probatum fuit, Abbates Cœleſtinos pro tempore Sacras Viſitationes more ordinario, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali expleviſſe. Quod non ſolum in Summario deponunt decem Teſtes omni exceptione maiores, & formalitar axaminati, ſed etiam conſtat ex ipſis Sacræ Viſitationis actis productis in forma probandi, *Summario Abbatis Num.* 9. *ad plures ſequentes*. Et, quod non ſolum per ſe Abbates, ſed per alios à ſe ad id deputatos viſitaverint, liquat ex *Summ. Num.* 10. Hæc autem toties repetitæ, & quæ ſuum conſecutæ ſunt effectum, proculdubio probat Abbates, qui illas expleverunt, quaſi Epiſcopali Juriſdictione potiti *Barboſ. de Jur. Eccleſ.*
12 *univerſ. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 103., *Gratian. diſcept.* 112. *num.* 30., *& ſeqq.*, *Bellet. diſquiſ. Cleric. dicto* §. *unic. num.* 4., *&* 8., *Rota coram Bichio. deciſ.* 459. *num.* 23., *in Recent. dec.* 274. *num.* 5. *par.* 17., *& in Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Juriſd. diſc.* 9. *num.* 76.

Sequuntur & alii actus Juriſdictionales, inter quos inſignis aſt approbatio Presbyterorum ad confeſſiones audiendas, quod affirmant decem Taſtes ex mandato huius Sac. Auditorii formalitèr intarrogati ſuper artic. 33. *Summario num.* 15. ex quo inaluctabila conficitur argumantum, Abbatem nonniſi Epiſcopali Juriſdictione id præſtara potuiſſe. *Fagnan. in cap.*
13 *omnis num.* 79. *tom.* 4. *par.* 3. *diſput.* 28. *ſect.* 3. *num.* 3. *Tamburin. de Jur. Abbat. diſput.* 6. *qu.* 11. *num.* 1. *&* 2. *Pignatell. conſult. canon. to.* 7. *conſult.* 8. *num.* 97. *Rota* pluries & præſertim in *Marſicen., ſeù Nullius Juriſdictionis ſuper bona Jure* 7. *Junii* 1700. §. *Hæc omnia verſ. de ad prob. Confeſſ. cor. bo. me. Muto.*

Accedunt his monitoria ſub excommunicationis pœna contra non revalantes expedita. Et, cenſuræ in eorum conſecutionem inflictæ, de quibus Teſtes formalitèr deponunt ſuper artic. *dicto Summario num.* 5., & plura afferentus ejus Rei exempla *dicto Summ. num.* 17., quæ quidem aperta oſtendunt Juriſdictionam quaſi
14 Epiſcopalem *Lazar. Canon. quæſt. ſect.* 1. *qu.* 8. *Bellett. diſquiſ. Cleric. par.* 1. *de Juriſd. Abb. S. Michaelis de Cluſ.* §. *Unic. num.* 22. *fol. mihi* 484., Idam prætcrea arguunt facultates fundandi Cappellanias, & collationes Beneficiorum, da quibus *d. Summ. num.* 16., ut arguunt *Vivian. de Jurepatron. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. *Lotter. de Re Beneſic. qu.* 5. *num.* 40. *& ſeqq. & qu.* 50. *n.* 30.

Prætarea ultrà dd. actus Juriſdictionales ſingilatim axpenſos, alii etiam conglobatim concernabatur, quales ſunt litteræ Teſtimoniales pro contrahendis Matrimoniis, commendatitiæ pro conferendis Sacris Ordinibus, Reviſiones computorum, cognitio axercitata in Cauſis Ecclaſiaſticis civilibus, criminalibus, & mixtis, qui omnes ſane actus, quorum quiſque magnam vim habet, cum adeo conjuncti confluant, nulla ratione perſuadari potuerunt, Abbates quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem non habere per ea, quæ expandendo
15 hujuſmodi actus tradiderunt *Tamburin. de Jur.*

Digitized by Google

Abbat. diſput. 16. *qu.* 3. *num.* 3. *Novar. in Summar. Bullar. par.* 1. *comment.* 55. *num.* 2. *& 22., Sanchez. de Matrim. lib.* 3. *diſput.* 29. *num.* 4. *& num.* 15. *in fin. verſ. Idemque dicendum Pignatel. conſult.* 8. *num.* 96. Rota *coram Pen. deciſ.* 1432. *num.* 1. *coram Bich. deciſ.* 459. *& in d. Marſicen., ſeù Nullius* Juriſdictionis *ſuper bono* Jure 7. Junii 1700. §. *Hæcque coram Muta*.

16 Cum itaque ex hactenus dictis duo illa capita: nempè, & quod controverſum Territorium ſit ſeparatum, & quod Abbas omnem quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem exerceat, abundè, & locupletiſſimè probata ſunt, jam ipſum Territorium Pratularum dicetur Nullius, & ità revera erit, & nec in Diœceſi eſſe reputabitur, ut ſimili ponderat *Ciarlin. contrav. forenſ. lib.* 2. *cap.* 210. *num.* 72.

Quod autem tot argumentis, atque probationibus evictum eſt, Territorium videlicet Pratularum qualitatem nullius præferre, idem etiam quaſi controverſum agnovit, & canonizavit S. Congregat. S. Officii, cujus Præfectus Eminentiſſimus Mareſcottus integra laude commendabis; Is Epiſtolam in forma edicti d. Abbati, tamquam Ordinario loci miſit, qua eidem commiſit, ut Habitatores Terræ Pratulæ tempore Quadrageſimæ deſiſteret à comeſtione ovorum, ac Lacteciniorum *Summ. Abbatis num.* 8. Et idem adhuc profeſſa eſt S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, nàm ea S. Congregatio non una vice ſua reſcripta direxit d. Abbati, tamquam Ordinario Pratularum cum impertita facultate abſolvendi à Cenſuris *d. Summ. num.* 18. Inter omnes tamen actus quibus S. Congregatio Terram Pratularum Nullius agnovit, ſanè ille inſignis eſt, cum nempe tota Pratularum Communitate poſtulante, ut pro Cappellano S. Liberatæ deputaretur Presbyter Sæcularis, refragante verò Abbate, qui Monachum manere debere contendebat, Cauſa ad S. Congregationem delata, reſcriptum fuit anno 1633. Abbati tamquam Ordinario loci, ut alios deſtinaret Monachos pro ſervitio d. Parochialis *d. Summ. n.* 8.

Ex quo quidem actu propè ante ſæculum deſto in contentione totius Univerſitatis Pratularum cum Abbate, in quo præſertim de Juriſdictione diſputabatur: Illud certè eruitur, quod ſi ea Juriſdictione in dubium, vel quæſtionum revocari potuiſſet, credibile non eſt, Patronos d. Communitatis adeo deſides fuiſſe, ut non adirent Epiſcopum, eumdemque in Judicium vocarent, præſertim cum de Epiſcopi negotio agi videbatur. Cum itaque, neque adiverint, nec in Judicium invitaverint, & S. Congregatio disertè confeſſa fuerit Terram revera Nullius eſſe, & Juriſdictioni Abbatis ſubjacere, ut bene diſtinguendo ſimplices enunciativas indicentes factas ab illis, ſuper quibus
17 fundantur reſolutiones, & decreta S. Congregationum, conſuluit *Spad. conſ.* 129. *ſub num.* 7. *Rota coram Seraph. deciſ.* 1025. *num.* 11. *& ſeq. coram Coccin. dec.* 1054. *per tot., & in rec. deciſ.* 266. *num.* 2. *& ſeqq. part.* 2. & egregiè *deciſ.* 234. *num.* 4. *& ſeq. par.* 4. *tom. in d. Marſicen., ſeù Nullius* Juriſdictionis 7. Junii 1700. §. *Idque eo fortiuſque incaleſcit cor. bo. me. Muta*.

Neque ea veritas ſolis oraculis Sac. Congregationum afferta eſt, ſed ipſum etiam Antiſtitem Martinellum hujus controverſiæ Authorem ſaſſum fuiſſe Dominis perſuaſum fuit. Quandoquidem ipſe, quo primùm tempore hanc excitavit Litem, non auſus fuit hanc qualitatem Nullius, Juriſdictionem Epiſcopalem Abbatis in quæſtionem adducere, ſed ſolum intentavit non eſſe Jus, ſive Privilegium convocandi Synodos, in qua Cauſa, ut evitaret Judicium Sac. Rotæ adiit Auditorem Sanctiſſimi pro remiſſione Cauſæ ad Sac. Congregationem Concilii ſubnectens non opus eſſe remiſſione ad Rotam, quoniam admittebat eidem Abbati Adverſario præcitatam immemorabilem cum
18 qualitate Territorii ſeparati. Ex qua confeſſione prodiit ejuſdem R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi reſcriptum, ſive Decretum: *Ad Sac. Congregationem Concilii: cum ſuppoſito, quod adſint Immemorabiles, Territorium ſeparatum, quæ inter Partes non controvertuntur*. Cum itaque ipſe idem Epiſcopus Litis Author profeſſus fuerit qualitatem Nullius coram dicto ſupremo Judice in hac noſtra laudatiſſima Curia Juriſprudentiæ emeritiſſimo; Et is Judex confeſſionum Epiſcopi in ſuo decreto retulerit, & id quidem non incidenter, ſed principaliter, & in caſu, in quo tota Lis vertebatur jam inde plenam probationem reſultare placitum fuit Doctoribus generaliter in *L. cum precum C. de prec. Imper. offer.*, & appoſitè *Rot. in Nullius, ſeu Fulden.* Juriſdictionis *in Mantiſſ. ad ornatum Card. de Luc. de Juriſd. deciſ.* 9. *num.* 65. *ubi concordan., & Rota in Firmana* Juriſdictionis 27. *Aprilis* 1705. §. 11. *coram bo. me. Malines.* Præſertim cum ageretur de contentione Juriſdictionis, ut animadvertit *Rota coram Pam-*
19 *phil. deciſ.* 538., *& Adden. ad Gregor. dec.* 375. *num.* 11. & præcipua cum ipſa eadem confeſſio initio ſuſceptæ Litis emiſſa ſit, cum nempè nondum Litis ardor, & Patronorum æmulatio flagrarent, ut proſequitur *Rota coram Coccin. deciſ.* 1128. *num. prim., & ſeqq. quam ſequitur citat. dec.* 9. *n.* 65. *ad de Luc.*

Iſte verò neque infirmantur eo prætextu, quod per Procuratorem geſta ſint, qui nequeat Epiſcopo præiudicium inferre, in quo primæ contrariæ Deciſiones innitebantur; Nam deindè Patres rem integram in facto, & in concerto expendentes proſpexerunt, nequiviſſe Procuratorem ex errore, vel propria inventione illam confeſſionem emittere. Quandoquidem non facta eſt per accidens, vel ex alio incidenti, & per modum narrationis: ſed principaliter, & unico perfecto proportionatoque actu: Quod ſanè non præſtitiſſet, niſi ex ore, & mandato Epiſcopo accepiſſet, ut in ſimilibus circumſtantiis plurimis ſemper fecit ejuſmodi Judiciales
20 confeſſiones facta à Procuratoribus Epiſcoporum hoc noſtrum Tribunal *Rotæ coram Burat. deciſ.* 110. *num.* 6., *& ſeq. ornat. Card. de Luc. lib.* 3. *diſc.* 5. *num.* 9., & optimè *ſæpè citata Nullius, ſeu Caputaquen.* Juriſdictionis *ſuper bono* Jure 21. *Februarii* 1710. *coram Eminentiſſimo D. meo Falconerio*, & antea notarunt *Imol. in cap.* 1. *num.* 17. *verſ. Item adde, ut lit. conteſt.*, ibique *Felin. verſ. prima declaratio, &c.*

In dubiis hiſce argumentis atque confeſſionibus in ſuum ſtatum vindicata qualitate Nullius pro Abbatibus Cœleſtinis, altera pars laboris ſupereſt, qua refutentur objectiones Epiſcopi Sulmonenſis, qui quidem totam vim ſuarum probationum repoſuit quibuſdam Pontifi-

ciis Bullis, & in quibuſdam actibus exercitæ Juriſdictionis utrumque probationis genus ad examen revocatum fuit, et quidem quod ad Bullas facit, facilè conſtitit eas nihil continere, niſi quod Honorius Tertius Bulla edita 1223., Clemens VI. anno 1251. enumerando Eccleſias pertinentes ad Valuenſem Diœceſim (quæ unita eſt Sulmonenſi) recenſuerit etiam Eccleſias S. Joannis, et S. Juſtæ, quæ ſunt in Territorio Pratularum.

Id verò tanti faciendum non eſt, ut de manibus Abbatis omnem illam Juriſdictionem ſubripiat. Quandoquidem ex Bullæ ſupprimi poſſent generica illa exceptione, quod cum non edita ſint illarum Originalia, neque extracta ex aliquo Archivio publico, nec citata parte exarata, dicuntur non eſſe in forma probandi, nec vim authentici documenti obtinere, *Text.*
21 *in cap. cum perſona §. Penult. de Priv. in 6. Cardin. de Luc. de Judic. diſc.* 18. *num.* 32., *& ſeqq., Rota coram Royas deciſ* 211. *num* 9. *poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ.* 65. *num.* 3., *& deciſ.* 83. *per totum coram Bich. deciſ.* 246. *num.* 9., *& ſeqq. coram Benincaſa deciſ.* 214. *num.* 9.

Eliditur præterea earum Bullarum vis, etiamſi tales revera eſſent, quoniam in iis Bullis multæ dicuntur Eccleſiæ ad Valuenſem pertinere, quas certum eſſe modo pertinere ad Ordinarium Aquilanum, & ad Abbatem Caſſinen. d. Abbatis *Summario num.* 20. itaque vel dicetur res nunc in eodem ſtatu eſſe, ac tunc temporis erant, & ſicuti erratum fuit in tribuendis Eccleſiis Aquilanis, & Caſſinenſibus Valuenſi, ita etiam errari potuit in adſcribendo eidem Eccleſias Pratularū, qui enim in uno errat, & in aliis quoque errare potuiſſe receptum eſt, ſecundum ea, quæ tradit *Rota deciſ.*
22 223. *num.* 15. *par.* 19. *recent., & in Tuſculana Immiſſionis* 18. *Martii* 1695. *§. Demum coram bo. mem. Muto,* & prius *in Urbinaten. Canonicatus* 15. *Martii* 1694. *§. Denique, nec juvari poteſt coram eodem, & in ſæpè laudato, Nullius, ſeu caputaquem Juriſdictionis ſuper bono Jure* 21. *Februarii* 1710. *§. de contrario coram Eminentiſs. Falconerio.*

Vel potius dicetur, quod res antiquam verterint faciem, & ſicuti quædam Valuenſes Eccleſiæ tranſiverunt ad Aquilanum, & Caſſinenſem Ordinarium, ita etiam aliæ, quæ nunc controvertuntur ad Abbatem Cœleſtinorum devenire potuerunt id, quod juvatur Juris præſumptione, cum enim poſt Honorium quinque Sæcula, & poſt Clementem quatuor prope dilapſa ſint, dicendum erit, priſcum immutatum fuiſſe rerum ſtatum, & omne ſimul Bullarum robur conceſſiſſe. Obnitente in contrarium immemorabili obſervantia
23 quæ omnem etiam Apoſtolicum titulum amoliori poteſt, & alium, quo meliorem excogitare nequidem poſſumus in ejus vicem ſubſtituere, ad triſtiſſimum *Text. in cap. ſuper quibuſdam §. Præterea verb. non extat memoria,* & ibi *Gloſſ. de verb. ſignific. Panimol. annotat.* 10. *num.* 5. *coram Buratto deciſ.* 673. *num.* 5. *in Mantiſſa ad Cardin. de Luca lib.* 4. *deciſ.* 12. *numer.* 6. *Rota in Tranen. Præminentiarum ſuper reſervatis* 19. *Novembris* 1717. *§. Immemorabilis enim, & ſeqq. coram bon. mem. Anſaldo.*

Atque hæc licet probatiſſima in Jure ſint; tamen advertendam penitùs omnem vim earum Bullarum, expenſum inſuper fuit, Papam recenſendo certas Eccleſias in Diœceſi Valuenſi non recenſuiſſe eo animo, ut voluerit, tum ſpecialiter de earum pertinenti adeernere, ſed ſupponendo illas ad Valuenſem pertinere, ita enunciavit, eas verò enunciativas etiam in Bullis Apoſtolicis emiſſas, quamvis perantiquas tum principaliter pertractatur de veritate enunciati nullius momenti eſſe in hoc Tribunali notiſſimum quibuslibet eſt *Rota de-*
24 *ciſ.* 75. *num.* 1., *& ſeqq. coram Ubaldo* repetita poſt *Tamburin. de Jur. Abb. tom.* 3. *deciſ.* 63. *coram Dunozett. ſen. deciſ.* 300. *num.* 10., *& ſeqq. in rec. deciſ.* 203. *num.* 9. *cum ſequent. par.* 7. *deciſ.* 197. *num.* 22. *cap.* 8., *& in citata Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis* 26. *Junii* 1712. *§. His itaque verſic. opponebatur, ſiquidem Bulla Leonis X. &c.* cuius rei ea ratio redditur, quia Pontifex ejuſmodi enunciativis,
25 nemini præjudicare velle cenſendus eſt, ut dicitur *in Clement. final. ubi Gloſſa de ſent. Excomm., & in Clement. unic. verſ. colliga aliqua notabilia, & verbo feciſſe narramus de probat. Innoc. in cap. Inter dilectos de fid. Inſtrum. Fagnan. in lib.* 5. *Decretal. cap. Quod à Prædeceſſore de ſciſmaticis num.* 116., *& ſeqq., Dec. conſ.* 445. *num.* 63. *Lap. alleg.* 7. *Gabr. com. concluſ. lib.* 1. *concluſ.* 2. *num.* 4. *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 142., ubi ampliat etiamſi ex certa ſcientia factæ dicerentur *Grammatic.*
26 *deciſ.* 64. *num.* 11., *& ſeqq.,* ideoque receptius in noſtra ſpecie, in qua Bulla habet clauſulas: *juſtè, & Canonicè poſſides:* quæ reſolvuntur in conditionem, ſi juſtè, & canonice poſſideas, juxta notata per *DD. in cap. Abbate* 25. *§. Contra quod de verb. ſignificat.*

Atque præſertim cum confectæ inſpiciantur ad inſtantiam Partis, quo caſu enunciativis ſtandum nullimodè eſſe exiſtimat Sacrum Tribunal per Theoricam, *Vitalin. in Clement. in. unica de probat. num.* 16. poſt quem *Fagnan.*
27 *cap. Quod à Prædeceſſore de ſciſm. num.* 22 [illegible] *ta apud Verall. part.* 3. *deciſ.* 337. *num.* 1., *&, & coram Seraphin. deciſ.* 278. *numer.* 12. *coram Bich. deciſ.* 275. *num.* 7., *deciſ.* 280. *num.* 21. *coram eodem, & deciſ.* 122. *coram Alexandro VIII.*

Nudatus hoc præſidio dd. Bullarum Epiſcopus Sulmonenſis, multò minus ſeſe tutari poteſt exercitio Juriſdictionis, nam quod Archipresbyter Pratularum ſolitus fuerit accipere Oleum Sacrum à Cathedrali Sulmonen. id nullius momenti, confectio enim Sacri Olei, non Juriſdictionis eſt, ſed Ordinis, & ideò plerumque petitur à Cathedrali viciniore, *Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 593. *num.* 5. *Eminentiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtolico*
28 *tom.* 3. *Conſtit.* 5. *Innocen. IV. ſect. unic. num.* 29., unde ex quo Parochus Pratularum à Cathedrali Sulmonenſi Oleum petierit, nulla con-
29 ficitur probatio pro ſubjectione concludenda, *Rota coram Cavill. deciſ.* 149. *num.* 4., *& coram Bich. deciſ.* 459. *num.* 8., *& ſeqq.,* quod magis in caſu urget, quia conſtitit non à Sulmonenſi tantum, ſed etiam à Cathedrali Theatis, & Piſcinæ dictum Oleum Sanctum peti-
30 tum fuiſſe *dicto Summario num.* 2. quod nedum

ſub-

ſubjectionis, ſed libertatis potius indicium eſt, ut probat anteacta deciſio, citatis Auctoribus, quibus ſuvet *Text. in Can. nunc tempore 12. de conſecrat. diſt. 4., Canon. Præsbiter 4. diſt. 95., de Luc. in Miſcell. diſc. 26. num. final. Rota coram Royas dec. 218. num. 2.*

Minuſque labeſactant qualitatem Nullius duo illa beneficia, quæ ab Epiſcopo collata feſuntur, quandoquidem iſtæ collationes non eduntur in ſorma probandi, & ideò nullum probationis gradum conſtituunt, in ſimili ſu-
31 perius dictum eſt, & notavit *Rot. poſt Vivian. de Jurepatr. deciſ. 22. num. 10. deciſ. 874. num. num. 3., & ſeqq. part. 18., & deciſ. 9. num. 68. in fin. lib. 3. ad ornat. Card. de Luca*, præterea neque eæ collationes probant; Quia nec dOctum eſt, effectum fuiſſe conſecutas, *Calderin. conſ. 11: de Jurepatr., Rota coram Put. deciſ. 136. in fin. lib. 3. coram Ubalda deciſ. 138. num. 11. coram Dunozet. Jun. deciſ. 541. num. 10.*, & denique etiamſi dictæ Collationes effectum ſortitæ fuiſſent, nec tamen ſubjecto inferetur, cum explorati Juris ſit, Epiſcopum habere poſſe Jus conſerendi Beneficia etiam in alterius Diœceſi ſundata, idque val Leg.bus funda-
32 tionis, vel Privilegio, vel præſcriptione, ut poſt relatum *Card. de Luca*, ſequitur *Cardinalis Petra in ſuis Commentar. ad Conſtitut. 6. Alex. III. ſect. 1. num. 1. ubi concord.*

Illa verò objecto, quod Parochialis Pratu-
33 lsrum ſolita fuerit perſolvere Cathedraticum Sulmonenſe, debilior præ cœteris comperta fuit, nam licet afferantur quædam partitæ ſolutionum, eæ tamen ſuſpectiſſimæ Partibus redditæ ſunt, & quia illæ ſolutiones ſunt improportionatæ ad explendum Cathedraticum, & quod non fuerint factæ tempore congruo, nempe in actu viſitation s, ut tradit *Pax Jordan. lucubrat. Canon. tom. 2. lib. 7. tit. 18. num. 103.*, vel Synodu, ut vult *Gloſſ. in cap. conquente verb. duos ſolidos de Offic. Ordinar.*, & quia ſi quæ factæ fuiſſent ſolutiones, potuerunt fieri ad aliam cauſam quàm Cathedratici,
34 quæ non ſit Abbati præjudicialis, ut ponderat anteacta Deciſio *§. Accedente in fin.* cui addimus *eumdem Spadam conſ. 29. num. 10., & ſeqq.* ubi etiam affertur *Rota num. 10. lib. 2. Pignatell. conſult. Canon. tom. 5. capit. 85. num. 13.*

Cœtera reputata ſunt nova animadverſione indigna: nam quod Sulmonenſis Epiſcopus contulerit ordines Clericis Pratulanis, id ad
35 Ordinem ſpectat, non ad Juriſdictionem, pro qua facit, quod dicti Clerici non adhibant Sulmonenſem Ordinarium ſina commendatitiis, Abbatis *Summario num. 52.* recurrunt, quæ in ſimilibus advertit *Abbas in cap. cum dilectus 7. in fin. de Offic. Ordin.*, *Flores de Mena d. quæſt. 24. num. 3.*, *Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 212. num. 48., & ſeqq.*, quod denique Sulmonenſis Epiſcopus Approbaverit Conſeſſarios in Monaſterio S. Spiritus, id non ad rem facere replicætum fuit, nam quæſtio non de eò Monaſterio, quod intra Diœceſim continetur; ſed de Oppido Pratularum in Territorio ſeparato, ut hæc, atque ſimilia perpenſa fuerunt, & penitus everſa in deciſione; quæ revidetur, *§. Quod verò cum ſeqq. coram Eminentiſſimo Falconerio.*

Nec plura his habuit Epiſcopus Sulmonenſis pro ſua aſſerenda Juriſdictione, quæ conſultius factum fuiſſe exiſtimatum fuit, ſi non attuliſſet, vel enim ſe revera profitetur ejus Gregis Paſtorem fuiſſe, & pravo illo labore quorumdam ſuppoſitiorum actuum Juriſdictionalium ſuam planè incuriam, deſidiamque accuſat, unde meritas ſubivit penas; ut eidem ſcriptione immemorabili omnis Juriſdictio adi-
36 meretur, ut eſt apud *Pariſ. conſ. 3. num. 15. lib. 4.*, de quo, & *Rot. deciſ. 126. num. 2. par. 2. recent.*, ad patentes *Textus cap. auditis de præſcript., cap. cum olim eodem tit.*, & utrobique *Gloſſ., & Doctor., & cap. cum perſona de Privil. in 6., & Gemin. in cap. Statutum §. Cum verò de præſcript. in 6.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 512.*, concurrente coarctatione negativæ in dicto Sulmonenſi Ordinario probata concludenter per Teſtes formaliter examinatos ſuper art. 83. *dicto Summario num. 5.*, & confluente adhuc contrarietate tot Juriſdictionalium actuum per Abbatem exercitorum, quorum numeroſa congeries neceſſario peperit negativam obſervantiam, quæ directo fertur contra eos, qui potuerunt, & detulerunt, & tamen illos non exercuerunt, *Textus*
37 *in cap. ſi de Terra 6., & cap. accedentibus 15. de Privileg.*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 155. num. 10 coram* Royas *deciſ. 58. num. 16.* & in *Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Talem autem cor. bon. mem. Bourlemont.*, & in *Nullius, ſeù Marſiden. Juriſdictionis ſuper bono Jure §. Itaque.*

Adverſus quæ licet Epiſcopus obnixus fuerit illam paucitatem actuum Juriſdictionalium obtendere, illos tamen actus, nihil ad probandum exercitium Juriſdictionis valere potuiſſe viſum eſt, vel etiam, ſi per fictam ſuppoſitionem iis actus potuiſſent ponere Judices in aliquam æquivocationem, dubium adhuc tamen in eo caſu ſavore Abbatis inclinandum fuiſſe præcipit, *Gloſſ., & Doctores in cap. cum Eccleſiarum de Offic. Ordin.*, *Innoc. in cap. 2.*
38 *verſ. de Abbat. de tranſact.*, & appoſitè *Pariſ. conſ. 25. num. 14. vol. 4.*, *Manſ. regul. 26. Cancell. quæſt. 3. num. 8 Pariſ. de reſign. lib. 7. qu. 15. num. 4.*, *Socbier. de Iuriſd. in exempt. part. 4. quæſt. 67. num. 3.* iis itaque concurrentibus cum loquamur de Abbate in Territorio ſeparato, contra quod ceſſat omnis reſiſtentia Juris, meritò iſte per hoc Sacrum Tribunal in ſua immemorabili Poſſeſſione manutenendus fuit per ea, quæ docuit *Innoc. in cap. cum ad ſedem*
39 *n. 2. de reſtitut. ſpoliat.*, *Abbas conſ. 62. n. 8.* & ſequitur *Rota* apud *Poſtb. de manutent. deciſ. 452. num. 7. & 8.*

Et ita, &c. unica, licet pluries Epiſcopos monito, & informate detrectante, itaut de ſuo malo Jure per ipſum ingenue agnito non incongruè liceat ſuſpicari.

R. P. D. NUNEZ

Romana Urnarum.

Lunæ 29. Junii 1725.

ARGUMENTUM

Urnæ, Statuæ, & Rudera inventa in fundo emphiteutico, quando in conceſſione eſt pactum de iis dividendi inter dominium directum, & utilem, utriuſque pro æqua parte ſpe-

ſpectant, itaut uni res adiiciatur, alteri verò competat pretium portionis tangentis, quando res non eſt diviſibilis, quod ſi tale pactum non adſit, pertinent ad emphiteutam.

SUMMARIA.

1 *Sententia tranſit in rem judicatam ob appellationem intrà legitima tempora non interpoſitam.*

2 *Quando apparet de Juſtitia, & validitate Sententiæ, non eſt locus in integrum reſtitutioni, cui læſio aditum præbet.*

3 *Deus ipſe ſe profitetur cuſtodem Pactorum.*

4 *Pacta omnia, quæ à contrahentium voluntate pendent, & non ſunt contra legem, & bonos mores, ſervanda ſunt.*

5 *Omnes contractus legem accipiunt à pactis, quæ violari non debent.*

6 *Maximè contractus emphiteuticus, utpotè formam præcisè habens à pactis.*

7 *Pacta neque à Supremo Principe irritantur, niſi id expoſcat utilitas, & cum refectione damni parti intereſſatæ.*

8 *Theſaurus à Domino fundi inventus ſinè ſceleratis Sacrificiis ad ipſum pertinet.*

9 *Fundus ad effectum acquiſitionis theſauri dicitur ſuus, ſivè jure directi dominii, ſivè utilis pertineat ad inventorem.*

10 *Theſaurus in fundo emphiteutica inventus, pertinet ad emphiteutam.*

11 *Emphiteuta nullum Ius habeat ſuper proprietate fundi, ſed tantum ſuper utili ejus dominio.*

12 *Theſaurus nec eſt pars fundi, neque ejuſdem fructus, aut naturalis, aut civilis, ſed res penè à fundo ſeparata, & Beneficium Dei in viſceribus terræ reconditum.*

13 *Statuæ, Urnæ, & ſimilia in fundo emphiteutico inventa ad emphiteutam pertinent inſtar Theſauri, cum quo pariſicantur.*

14 *Quando res, quæ ad duos pro æqua parte ſpectat, diviſionem non patitur, tamen uni res adiicitur cum onere reſundendi alteri pretium portionis, quæ ipſi competeret, ſi eſſet diviſibilis.*

15 *Stipulatio commiſſa non dicitur, niſi ipſius verba plenè verificentur.*

16 *Et quia ſtricti Iuris in eo præciſo caſu intelligenda eſt, in quo pactum loquitur.*

17 *Pacta adjecta per modum abſolutæ diſpoſitionis in capitulo ſeparata inſtrumenti à præcedenti ejuſdem capitulo non reſtringuntur, & limitantur.*

18 *Maximè quando junguntur per dictionem* Item, *quæ in dicta ſeparationem unius ab altero.*

19 *Verbum* ſcavare *ſignificat terram ſubvertere uſque ad certam menſuram ad plantationem neceſſaria, verbum verò* cavare *ſignificat terram effodere uſque ad ipſius punctum, ſi poſſibile eſſet, quæ ſi junguntur non intelligitur ſecundum adjectum ad declarationem alterius, ſed ad deſignandam alternativam.*

20 *Theſaurus eſt de regalibus Principis, nec poteſt acquiri abſque ejus licentia.*

21 *Pactum, quod plures inſtrumenti partes reſpicere poteſt, debet omnes pari modo determinare.*

22 *Vanum eſt contraire probationi deſumptæ ex oculari inſpectione, & ex propria confeſſione.*

DECISIO LXIX.

Fictalem Urnam illam, ſub antiqui, adhuc incerti, monumenti Ruderibus inter nonnullas alias repertam in Vinea de directo dominio Chriſtophori Cincii, & per Comitem Petrum Mazziotti jure emphyteutico poſſeſſa juxta viam Appiam ad caracallæ circum, in loco, vulgariter nuncupato: *Capo di Bove*, quæ ob mirum opificium, quo in tota ſui ſuperficie circumſculpta apparuit, omnium accuratioris eruditionis Cultorum ſtudia, oculoſque in ſe converterat, quamvis dictus Comes integraliter, & ſine ulla Domini directi participationa ad ſe pertinere contendebat, & jam obtinuerat, mediante Sententia in Tribunali A.C. prodita, Urnam inquam iſtam æqualiter inter dictos Dominum directum, & Emphyteutam eſſe dividendam definivit Sacrum Auditorium per Sententiam coram R.P. D.meo Calcagnino latam, prævia Deciſione diei 16. Junii proximè præteriti; quæ ſanè Sententia cum ob appellationem à dicto Comite intra legitima tempora non interpoſitam tranſitum feciſſet in au-
1 thoritatem rei judicatæ, ad terminos *Text. in cap. conſtitutus de appellat.*, & *in cap. ei qui de tempore appellat.*, *Rota deciſ. 345. num. 1. coram Bichio*, & *in Melevitana Juriſpatronatus 29. Aprilis 1701. §. Dubitari coram Reverendiſſimo P. D. meo Lancetto Decano*. Ideò obtenta per ipſum Commiſſione, à Signatura Juſtitiæ mihi directa cum clauſula: *de Cauſis reſtitutionis in integrum*: conſuetum hodiè propoſui Dubium, quod pro dictæ rei judicatæ approbatione fuit reſolutum, ob comperiam ejuſdem Sententiæ tum validitatem, tum etiam juſtitiam, per quas ſicuti læſio excluſa apparebat; ita poſtulata in
2 integrum reſtitutione aditus præcludebatur, ex paſſim animadverſis per Rotam ſignanter in *Reatina Salviani 16. Junii 1704. §. Omiſſis coram bo.mem. Omanna*, *in Romana Reſtitutionis Dotis 18. Junii 1706. §. Clara enim coram bo.mem. Molines*, & *in Romana Pecuniaria 13. Januarii 1719. ſub initio bon.mem. Foſcaro.*

Omiſſa enim indagine ſuper dictæ Sententiæ validitate, utpote inter partes non controverſa, profectò quoad illius juſtitiam, perſpicua undequaque apparuit ex Inſtrumento renovationis, ſeu conceſſionis in Emphyteuſim d. Vineæ favore d. Comitis factæ anno 1695. ubi inter cætera ipſe promiſit obſervare, & ad unguem adimplere omnia, & ſingula pacta, capitula, conditiones, obligationes, & quæmcumque alia appoſita, & conventa in Inſtrumento alterius inveſtituræ rogato ſub diebus 9. Octobris 1694., & 16. Martii 1650., de quibus pactis, & conventionibus medio juramento ſe plene informatum, etiam mediante illarum lectura, affirmavit, unde cum in dicto enunciato Inſtrumento expreſſa habeatur conventio: *che la robba minuta ſi trovarà ſia, e debba eſſere delli ſud. Conduttori, come tavolozze, travertini da mozza carrettata à baſſo, laſtre di qualſivoglia miſchio, purchè non paſſino la valuta di giulii 4. moneta, E che la robba groſſa ſia, e debba eſſer la metà di eſſo Signor Locatare, e l'altra metà di detti Conduttori,*

ciaè

cioè Statue ſane, rotte baſſi rilievi, Colonne, e
Capitelli, e tutta la robba lavorata, benchè
piccola, & altra robba ſimile, Travertini da
mezza carrettata in sù, piombo, ſtagno, metallo,
e Capitelli ſudetti.

Hinc ſequitur, quod admiſſo, oppugnata-
rum Urnarum valorem longe incomparabiliter
tranſcindere ſupra ſummam Juliorum quatuor,
in dicto Inſtrumento taxatum, utique contro-
verti non poterat illarum diviſio per Dominum
directum in vim prænotati pacti expetita, cum
pacta, quorum Zelotypum Cuſtodem etiam
Altiſſimus ſe dicere non dedignatus in Deute-
3 ronom. cap. 7. ver. 9. ibi: & ſcias, quia Dominus
Deus tuus ipſe eſt fortis, & fidelis cuſtodiens
pactum: omni jure ſervanda eſſe diſpoſitum, at-
que ſtatutum habeatur, ubi contra legem, ſeù
bonos mores non ſint, & à contrahentium vo-
4 luntate pendant, juxta Textum in cap. Antigo-
nus 1. de pact. cap. ex multiplici 3., & cap. Dile-
cti 8. de Decim., cap. final. de pact. l. 2. Cod. eòd.
tit. l. cum amplius in fin. ff. de regul. Jur. l. Pacta
conventa ff. de contrahend. Empt.

Nihil quippè: ità fidei congruit humanæ,
quàm ea, quæ placuerunt, cuſtodiri: veluti
deſcripſerunt Imperatores Diocletian. & Maxim.
in l. Non minorem Cod. de tranſact., & conſonant
etiam Ulpian. reſponſum in l. 1. ff. de pact. ibi:
Quid tam congruum eſt humanæ fidei, quam ea,
quæ inter eos placuerit, ſervare: Unde vulga-
5 tum eſt contractus omnes legem omnimodam
ab eiſdem pactis accipere, l. 1. §. Conveniat ff.
Depoſiti l. Legem Cod. de Pact., Rota in recent. de-
ciſ. 406. n. 6. par. 5. tom. 1., deciſ. 451. n. 11. par. 14.,
deciſ. 777. n. 3. par. 18., & coram Benincaſ. dec. 317
6 n. 3. Maximè verò contractum emphyteuticum,
utpotè non habentem aliam formam, præter
illam à pactis, & conventionibus partium ei
tributam, ad Text. in l. Cod. de jur. Emphyt. Ca-
ſtill. controv. Jur. lib. 3. cap. 4. n. 48., & ſeqq. Rot.
coram Pan. deciſ. 1083. n. 4. coram Cerr. dec. 861.
n. 12., cor. Bich. dec. 52. n. 39., in Romana devolu-
tionis Domus 3. Decembris 1703. §. Pacta coram
Eminentiſſ. D. Cardinali Scotto, & in Caven.
Molendinorum 9. Martii 1714. §. Quoniam cor.
bo. me. Anſaldo: Et per conſequen. eadem pacta
omninò attendenda, nec ullatenùs violanda
eſſe in ſubjecta materia advertunt, Albert.
Brun. 44. n. 1., & 4. Burſatt. conſ. 127. n. 53. &
57. Amad. à Pont. de Laudem. qu. 4. in princ. Burg.
nod. tract. par. 1. inſpect 6. n. 4. Rota cor. ſa. me. Alex.
VIII. dec. 183. n. 20., & in Romana Canonum 14.
7 Martii 1701. §. Totus igitur coram clar. mem.
Card. Priolo; Cum nec etiam à Supremo Prin-
cipe annullari, ſeù irrita fieri ſoleant, niſi pu-
blica id expoſcat utilitas, & damnum parti re-
ficiatur, ut obſervant Bald. in l. Reſcripta num.
11. Cod. de Precib. Imperat. offeren. Jaſon. in l. Bar-
barius ex n. 36. ff. de Offic. Prat, Rota cor. Dunoz.
Jun. dec. 481. n. 15., cor. Benincaſ. dec. 348. n. 5., &
rec. dec. 310. n. 11., & 12. par. 18.

Quibus ſanè ſtantibus inutiliter allegabatur,
quod Theſaurus à Domino fundi, ſine tamen
ſceleratis ſacrificiis, inventus ad ipſum perti-
neat, eique plenè aſcribatur per Text. in l.
8 Nunquam verſ. Theſaurus ff. de acquirend. rer.
domin. in l. unic. Cod. de Theſaur. lib. 10. ibi: In
ſuis quidem locis, unicuique Theſaurum quæ-
rere, & inventa uti liberam tribuimus facalta-
tem, & in §. Theſaurus Inſtit. de rer. diviſ. ibi:
Theſauros, quiſquis in loco ſuo invenerit, D.
Adrianus naturalem æquitatem ſequutus ei con-
ceſſit, qui eos invenerit: ubi Gloſſ. in verbo Suo
9 declarat locum, ſeù effectum dici ſuum, ſinè
jure directi dominii, ſivè utilis ad Inventorem
ille pertineat, idemque confirmat in l. unic.
verb. Nam in ſuis Cod. de Theſaur.; unde The-
ſaurum in fundo emphyteutico inventum ad
Emphyteutam, non verò ad Dominum dire-
10 ctum pertinere volunt, Bartol. in d. l. unic. lib.
5., ibique Bald. n. 2. Cod. de Theſaur. lib. 10. Jaſon.
in l. 1. n. 80. Cod. de Jur. Emphyt., Burſatt. conſ.
299. n. 5. lib. 2., Bruniſ. in prax. tit. de furt. & la-
trocin. cap. 10. n. 61. verſ. Et intelligitur Dominus
prædii lib. primo, Gratian. diſcept. for. cap. 453.
n. 4. & 5., Ripoll. de Regal. cap. 16. n. 53. Molin.
de Primogenit. lib. 1. cap. 23. n. 7. Card. de Luc. de
Regal. diſc. 147. n. 6. & 13. Fulign. de Jur. emphyt.
tit. de diverſ. qu. 16. n. 2. & 4. Rot. cor. Manzaned.
dec. 257. n. 10. & per tot.

Non obſtante quod Emphyteuta nullum ha-
11 beat jus ſuper Fundi, proprietate, ſed ſolum
ſuper illius utili dominio, cum Theſaurus nec
ſit portio Fundi, ut probat Text. in l. 3. §. Nera-
tius ff. de acquir. poſſ., nec etiam illius fructus,
ſive naturalis, ſivè civilis, juxta Text. in l. Di-
vortio §. Si Fundum ff. ſolut. matrim., ſed dica-
12 tur res penè à Fundo ſeparata, nihil cum eo
commune habens, & proindè cenſeatur Dei be-
neficium in terræ viſceribus reconditum, ad
Text. in l. Si is, qui § Quod ſi ſervus ff. de acquir.
rer. domin., & in d. l. unic. C. de Theſaur. lib. 10.;
Ex his inferendo, quod etiam ſtatuæ, lapides,
& per conſequens controverſæ pariter Urnæ,
ac humilia in Fundo emphyteutico adinventa
ad ipſum Emphyteutam ſpectare plenè deberent
cum ſtatuarum, & lapidum adinventio coæ-
quata in omnibus ſit inventioni Theſauri, ta-
liter ut diſpoſita circa Theſaurum, diſpoſita
etiam dicantur circa dictas, ut ad rem obſervat
13 Rot. Manzaned. dec. 257. n. 1. & ſeqq.

Quoniam, quidquid ſit de hujuſmodi quæ-
ſtione in abſtracto, utique in concreto præ-
ſentis controverſiæ omnia hæc prorsùs extra-
nea, & penitùs inutilia reddebantur ex vi, &
efficacia prænotati pacti æqualem omninò con-
troverſarum Urnarum diviſionem ſtatuentis:
quod ſanè pactum de nullitate, ſeu iniquitate
redargui non poterat, ex quo diviſionem de-
cernat Urnæ hanc diviſionem nullatenus pa-
tientis, cum illud intelligendum ſit juxta le-
galem, & juridicum ſenſum, habita nempè ra-
tione, non materialium partium rei inventæ,
ſed quidem illius pretii, taliter ut uni aſcen-
denda ſit res inventa, alteri vero pretium il-
lius partis, quæ in vim pacti ei competerat,
quatenùs res commodam diviſionem pateretur,
ut in his circumſtantiis pro diviſione videlicet
rei communis commodè diviſionem non pa-
14 tientis ſervandum probat Tex. in l. Ad Officium
Cod. commun. Divid.; notatque deciſio antece-
dentis inſtantiæ § fin. cum authoritatibus ple-
ne ibi relatis, quibus addi poſſunt firmata per
Gratian. diſcept. for. cap. 546. n. 10. Fontanell. de
pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 2. n. 40. Altimar. de
nullit. tom 3. rubr. 1. qu. 6. ſect. 4. n. 48. Torr. var.
reſol. lib. 2. par. 1. qu. 32. n. 35. tit. 12. Emin. Corra-
din. de Prælat. qu. 53. n. 15. Barz. dec. Bonon. 100.
n. 17. Rota coram Emerix Jun. dec. 379. n. 1.

Vim prænominati pacti in caſum Comite
Petro

Petro eludere contrudente ſub eo repetito
fundamento, quod præfata conventio loqua-
tur de diviſione rerum inveniendarum in ſitu,
in quo planctanda erat Vinea, & Arundine-
tum, & ſic mediante proſciſſione, ſeu effoſſio-
ne terreni facienda ad Vineam & Arundinetum
inſtruendum ibi: *poi quello, che ſi foſſe per tro-
vare nello ſcavare, o cavare detto Terreno*:
adeoque non comprehendat Urnas controver-
ſas tamquam repertas non per excavationem,
ſeu effoſſionem, ſed per demolitionem Tumuli
ſubſtructi in ea Terreni parte undique ſaxoſa,
ac penitus inepta ad Vineam, & Arundinetum
ferendum, cum ſtipulatio commiſſa non dica-
15 tur, niſi ipſius verbia plenè verificatis ad re-
gulam *Text. in l. Si quis conditione ff. Si quis
omiſſ. cauſ. Teſt. l. itaque ff. ſi cert. petat. l. Cedere
diem ff. de verb. ſignif. Caphal. conſ. 207. num. 52.
Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 42. n. 1. & ſeqq. Rot.
in rec. dec. 54. n. 2. par. 14.*, eaque, utpote ſtricti
Juris, intelligenda ſemper ſit illo præciſo ca-
16 ſu, in quo pactum loquitur juxta *Text. in l.
Quidquid aſtringendæ, & in §. Si ità ſtipulatus
fuero ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. Hæc verba ff.
de neg. geſt. Altograd. jun. conſ. 83. n. 44. Azolin.
reſol. 36. ſub n. 19. verſ. Quinto, &c.*, cum aliis
auctoritatibus in objecto allegatis.

Ruere enim apparuit fundamentum iſtud
ex ea undique prævalida reſponſione, quod
pactum prædictum circa rerum inveniendarum
diviſionem non fuit appoſitum in eodem capi-
tulo ſecundo Inſtrumenti, in quo actum fue-
rat de reductione Terreni ad vineam, & Arun-
dinetum, ità ut correlativè, & correſpectivè
ad illam appoſitum affirmari valeat; Sed qui-
dem adjectum fuit per modum, abſolutæ, &
ſeparatæ diſpoſitionis in Capitulo 10. prorſus
diverſo, & ſeparato nullamve, correſpectivi-
tatem, ſeu dependentiam habente cum dicto
præcedenti Cap. 2. ubi de Vineæ, & Arundine-
17 ti plantatione actum fuerat, adeoque nullam
ab eo reſtrictionem, ſeu limitationem recipien-
te, ut obſervant, *Pacion. de locat., & conduct. cap.
23. n. 65., Carocc. contrav. 90. n. 13., Rot. in rec. de-
ciſ. 6., n. 27. par. 11. deciſ. 90. n. 18. par. 13. coram
Carill. deciſ. 177. n. 6. coram Coccin. deciſ. 236. n. 4.
& coram Celſ. deciſ. 18. n. 2.*, & confirmatur ex
quo jam dicta Capitula inchoantur per dictio-
18 nem; *Item*, quæ omnimodam indicat ſepara-
tionem unius ab altero, juxta notata per *Spad.
conſ. 237. n. 1. Moreſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 112
n. 28. & ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 813. n. 6. par. 18. &
coram Coccin. deciſ. 1723. n. 12. cor. ſa. mem. Gre-
gor. XV. deciſ. 141. num. 3. & coram Emer. Jun.
deciſ. 117. n. 2.*

Analogicam hanc correlationem inter utram-
que converſionem haud quaquam ſuadente ex-
preſſione illa: *Circa quello, ſi foſſe trovato nello
ſcavare*; quæ proprìè refertur ad vineæ plan-
tationem præcedenter conventam; Quia ultra
dictum verbum: *ſcavare*: additum fuit etiam
alterum, *ò cavare*; quod analogiam non ha-
bet cum dicto alio præcedenti, dum illud præ-
dicatur de ſimplici terræ ſubverſione uſque ad
certam profunditatem, juxta artis agrariæ notas
regulas ad vinearum plantationem requiſitas;
Iſtud verò ex ſui proprietate deſignat Terræ
effoſſionem uſque ad illius punctum, ſi poſſibile
foret, nullo alio præſtituto fine, quàm exqui-
rendi res intra Terræ gremium abſconditas, &
exiſtentes, quemadmodum ultra verbi pro-
prietatem, & communem vulgarem intelligen-
tiam, deſignat etiam originarium inſtrumen-
19 tum conceſſionis, ſeù locationis factæ favore
Gabrielis Ranzi, quod utpotè celebratum ad
ſolum effectum exquirendi lapides ſub Terra
reconditos, deſignat conceſſionem præciſè, *ad
cavandum*. Unde tali analogia inter utrum-
que ex dictis verbis excluſa, unum dici non
poterat adjectum in alterius expoſitionem, ſeu
declarationem, ſed quidem ad alternativam
deſignandam, ut plene advertit *Rota in Roma-
na, ſeù Savenen. ſucceſſionis ſuper reſervatis
17. Martii 1706. §. Verùm replicatio coram bo.
mem. Anſaldo, & in Romana Primogenituræ
de Salviatis ſuper Jocalibus, & Tabulis Pictis
22. dicti menſis Martii, & anni 1706. §. Ete-
nim in fin. cor. b. m. Molines.*

Et profectò nulla apparuit aſſignabilis ratio
diſparitatis, propter quam Chriſtophorus Do-
minus directus paciſci voluerit de diviſione
rerum inveniendarum in una Terreni parte,
potius quam in alia planctationi vineæ, &
Canneti non congruente, quandò talis con-
ventio univerſum qualificat Terrenum in Em-
phyteuſim conceſſum, & ex cujus diverſa qua-
litate, partim apta ad vineam ferendam, par-
tim verò non forſan proceſſit illa expreſſio, *nello
ſcavare, ò cavare*. Utrumque caſum comple-
ctens; Quinimò potius congruere cernitur ſi-
tui controverſo, cum in eo, ratione apparen-
tium veſtigiorum antiqui monumenti magis
certa, ac probabilis haberetur ſpes inveniendi
ſtatuas, urnas, ac lapides marmoreos, quemad-
modum revera haud obſcure comprobavit fa-
ctum ipſiuſmet Comitis Petri, qui dum Gri-
ptam vinariam in hoc deſignato loco effodere
meditabatur, de opportuna prius Eminentiſſi-
mi Camerarii licentia ſibi cavit, ad effectum
evadendi pœnas inflictas contra effodientes loca
in quibus ſuſpicari poteſt Theſauros eſſe ab-
ſconditos, ob illorum comprehenſionem ſub
regalibus Principis, ut notat *Card. de Luc. de re-
gal. diſc. 147. per tot.* Unde cum non ſolum æ-
20 qualis, ſeu quinimmò major vigeat ratio in
uno, ac in altero caſu æqualiter hinc per di-
21 ctum pactum utroque diſpoſitum cenſetur ad
*Text. in l. Illud ff. ad leg. Aquil. Auth. multò ma-
gis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Altograd. conſ. 94.
n. 19. & ſeqq. lib. 2. Turr. Variar. Jur. quæſt. lib. 1.
tit. 2. qu. 15. n. 24. Manſ. conſult. 396. nu. 2. Palm.
Nep. alleg. 400. num. 6. Rot. coram Cerr. deciſ. 27.
num. 69.*

Subſiſtere quin demum viſa fuerit pondera-
tio, quod urnæ controverſæ nequaquam com-
pertæ fuerint in effoſſione, ſine excavatione
Terreni juxta litteram pacti, ſed quidem in
demolitione ruderum antiqui monumenti, aſ-
ſumpta ad effectum conſtruendi, ſive effodien-
di griptam vinariam; Quia contraria iſta pon-
deratio ſubverſa penitùs remanſit, non ſolum
ex acceſſu judiciali, in quo habetur: *Volendo
d. Signor Conte fare una grotta ſotto detto Tu-
molo antico, cominciò à ſcavare con molti uo-
mini, e dopo lo ſcavo di quattro palmi in circa
di Terra ſmaſſa, fù trovata d. Urna venti palmi
in circa verſo il centro della Terra, dopo lo ſca-
vo della ſudetta Terra*: Verum etiam ex ip-
ſiuſmet Comitis Petri confeſſionem emiſſa in
ſupplici libello, ut mox porrecto Eminentiſſi-

mo Cardinali Camerario pro reportanda opportuna licentia ibi: *Deſiderando di fare una Grotta nella di lui Vigna poſto, &c. ed à tale effetto di far cavare, perciò ſupplica, &c.* Unde vanum proſus reddebatur propugnare contra illam, omnium ſupremam probationem reſultantem, tum ex oculari inſpectione, tum etiam ex propria confeſſione, ut de prima eſt *Text.*
22 *in l.Contra negantem Cod.ad leg. Aquil. Alexand. conſ.35.n.8.lib.4.Cyriac.controv.229. n.21. Gonzadin. conſ.34. n.10.Fontanell. deciſ. Catbalon. 600. n.8. Sperell. deciſ.178.nu.29., Rota coram Nunez deciſ.58.n.3.,* & ſecunda paſſim advertit Rota ſignanter *in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 17.Junii 1701.§. Minuſque coram bo. me. del Olmo, & in Romana Primogeniture de Bubaldo ſuper Palatio ad Cloacam 27. Junii 1717. §.Hoc utique cor. Rever.P.D.meo Lanceita Decano.*

Et ità approbando in reliquis Deciſionem præcedentis Inſtantiæ, reſolutum fuit.

Utraque, &c.

R.P.D. NUNEZ

Leodien. Nunciationis
novi Operis.
Lunæ 5.Februarii 1725.

ARGUMENTUM.

Quamvis extrà certam diſtantiam licitum ſit proprium ædificium, ad quamcumque altitudinem elevare, ſi tamen hoc gravare damnum Viciano inferat, tunc hujuſmodi effrœnata libertas reſtringi debet arbitrio Judicis.

SUMMARIA.

1 *Executoriales ſtante juſtitia judicatorum, earumque validitate, executioni demandari debent.*
2 *Cuilibet permiſſum eſt ædificium ſuum etiam uſque ad Cœlum, ſi fieri poteſt, extollere.*
3 *Et ſi Vicino damnum emergat, vel quod ejus luminibus officiatur; ea ratione, quia prævalere debet utilitas volentis ædificare.*
4 *Fallit regula, quando adeſt ſervitus in contrarium, vel quando ex æmulatione novam fabricam extrui reſultat.*
5 *Vel quando reſultat grave præjudicium vicino mediante totali impedimento, ſolis, aeris, ac ſalubrium ventorum, quia tamen hæc libertas coercetur arbitrio Judicis.*
6 *Maximè ſi quis hac libertate uti vellet in præjudicium Monialium, prò quibus militat major ratio prohibitionis.*
7 *Depoſitionibus Teſtium ſuper re ad propriam profeſſionem ſpectantibus, maximè eſt deferendum.*
8 *Teſtes, qui alicui parti indulgere cognoſcantur, nullam probationem conſtituunt.*
9 *Atteſtatio extrajudicialis, & mendicata, parum fidei promeretur.*
10 *Idem dicendum de atteſtatione, quæ emiſſa ſit abſque debito rerum animadverſione.*
11 *In conflictu plurium atteſtationum illæ prævalent, quæ plenè perfectæ ſunt, & cum ſolemnitate judiciali factæ.*
12 *Ocularis inſpectio, recognitio per Judicem facta cum Perito quaſcumque alias probationes vincit.*
Etiam in concurſu probationum hinc inde exclusione, & reſpectiva verificatione præjudicii ex nova fabrica.
13 *Quando ædificium ab alio diſtat per 18. pedes, non cenſetur alteri grave afferre præjudicium, adeout ſuper jus elevari non poſſit.*
Quando quidem Jus commune contentatur diſtantia duorum pedum.
Lex Zenonis requirit intercapedinem decem pedum, ſtatutum verò pedum octo.
14 *Nullum eſt allegabile præjudicium, quando ædificium non aggreditur terminos à lege, & ſtatuto præfinitos.*
15 *Venti per deſcenſum debilitati nequeunt bene diſſipare humidos vapores.*
16 *Præſumptio excluſiva præjudicii non impedit, quo minus reverà adeſſe poſſit, & probari valeat.*
17 *Propria culpa nemini prodeſſe debet.*
18 *Sacri Canones vetant erectionem Monaſterii in propinquitate alterius, niſi antiquis aſſenſum præſtet.*
19 *Quod etiam procedit ex particulari privilegio ſingulorum Ordinum ad evitanda jurgia, & æmulationes.*
20 *Et eo maximè competit facultas probibendi elevationem ædificii, quoties Vicinus promiſit ſe non præjudicaturum.*

DECISIO LXX.

MOnialibus Recollectinis tantummodò informantibus, & prævia *Deciſione* diei 6. Martii anni proximè præteriti coram R. P. D. meo Calcagnino edita approbaverat Sacrum Auditorium rem judicatam, in quam ob appellationem infra legitima tempora non interpoſitam, lapſa fuerat Rotalis ſententia lata coram Rever. Herrera nunc Epiſcopo Seguntino, & Supremi Conſilii Caſtellæ præſide, per quam confirmando alteram præcedentem Rotalem ſententiam coram Rever. Criſpo Archiepiſcopo Ravennatenſi prolatam, definitum fuerat Moniales Conceptioniſtas non potuiſſe propriam Eccleſiam extollere, ſeu elevare ſupra altitudinem proprii Monaſterii, & proinde ad d.altitudinem eam eſſe reducendam, ſeù deprimendam; Verum cum jam dictæ Moniales Conceptioniſtæ iterum apud Signaturam Juſtitiæ reclamaſſent adverſus dict. poſtremum Rotale Judicatum, & conſequutivas litteras Exequutoriales illius vigore expeditas, facilè ipſis fuit ob contumacialem ejus qualitatem obtinere novam Commiſſionē mihi directam cum clauſula: *Alteri qui ad legitimam*: Ad cujus tramites, dubio hodie propoſito: *An ſit procedendum ad legitimam*, reſponſum habui affirmativum, attenta proſpicua dictorum judicatorum, & reſpectivè etiam exequutorialium validitate, & ju-
1 ſtitia, ob quas omnimodam exequutionem promereri probat *Textus in capit. 1. de reſtit. in integr. Oddus de reſtit.in integr. qu.16. art.8.n.36.Rota in recent. dec.138.n.23. par.2., in Siracuſana Donationis 27.Junii 1714.§.Ratio coram Rever. P.D. meo Lancette Decano, in Bononien. Bonorum ſuper relaxatione Mandati 28 Junii 1715. §. Adeò enim cor. Reverendiſſ. Criſpo Archiepiſcopo Ravennatenſi, & in Melevitana, ſeu Portugallien.Commendarum ſuper reſtitutione in integrum à ſententia anni 1704. 12.Junii 1723. §, Finali cor.bo.mem. Foſcaro.*

Nulla

Digitized by Google

Nulla profectò difficultate emergente circa
validitatem, utpotà inter Partes non contro-
verſam: ſanè quoad juſtitiam lucidè ea coru-
ſcare viſa fuit, ex quo, licet juxta notam juris
cenſuram, unicuique permiſſum ſit proprium
Ædificium ad altitudinem ſibi, benè viſam, &
quatenùs poſſibile eſſet, etiam uſque ad Cœ-
lum extollere ex vulgari diſpoſitione, *Text. in
l. Si in ædibus, & in l. Cum eo ff. de ſervit. Ur-*
2 *ban. Prædior., l. Altius Cod. de ſervit., & aqu.,
Marant. reſponſ. 21. à num. 2., cum ſeqq. tom. 3.,
Capon. diſcept. forenſ. 381. num. 5., Urceol. con-
ſult. Forenſ. cap. 75. num. 9., Gaill. practic. ob-
ſervat. 69. num. 1., Cæpoll. de ſervit. cap. 62. per
tot., Rota in recent. deciſ. 599. num. 9. parte 5.,
in Surrentina Fabricæ 11. Januarii 1706. §.
Siquidem coram clar. mem. Cardinali Caprara,
in Neapolitana Fabricæ 22. Junii 1708. §. pri-
mo coram Eminentiſſimo Domino Falconeria, in
Camerinen. Fabricæ 4. Februarii 1722. §. In
hanc coram R.P. D.meo Cerro in Bononien. Fa-
bricæ 2. Martis dicti anni 1722. §. Placuerunt
Coram R.P.D.mea de Gamachez, & in Neapoli-
tana altius tollendi 21. Februarii anni proximè
præteriti §. Et quidem coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Falconerio.* Quamvis ex nova fabri-
3 ca, aliquod damnum vicino, vel luminibus ejus
Domus ſit proventurum; Cum ſemper præva-
lere debeat utilitas volentis in ſuo ædificare,
juxta *Text. in l. Proculus 27. ff. de damn. infect.,
& in l. Cum eo ff. de ſervit. Urb. Præd., Angel. in
l. Qui luminibus ff. eodem tit., Rimmald. jun.
conſil. 367. num. 15., Alexand. conſ. 174. num. 3.
tom. 2., Gaill. practic. obſerv. 69. num. 10., Caſt.
de retrotract. monit. 4. ad cap. 5. tom. 2. Ciarlin.
controverſ. 30. num. 1., & ſeqq. Rocc. diſput. jur.
cap. 175. num. 1. Rot. dec. 272. num. 1., & ſeqq.
par. 19., & in Bononien. Fabricæ 4. Junii 1716.
§. Aſt revera coram Eminentiſſimo D. Card. Al-
bano.* Niſi contraria ſervitus id prohibeat, vel
4 novam fabricam ex æmulationi parari maniſe-
ſtè appareat, ut pro limitatione jam dictæ re-
gulæ eſt *Text. in l. Opus novum ff. de operib. pu-
blic. cap. Piſanis de reſtit. Spoliat. Cephal. con-
ſil. 130. num. 12., Gaill. obſervat. lib. 2. cap. 79.
num. 17., & ſeqq., Cæpoll. de ſervit. Urban. præd.
cap. 62. num. 2., Menoch. de arbitrar. Judic. caſ.
156. num. 3., Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 23.
artic. 2. num. 60., Sperell. deciſ. 55. num. 22. Rot.
coram Duran. deciſ. 450. num. 1., & in Recine-
ten. Fabricæ ſuper apertione feneſtrarum 4. De-
cembris 1719. §. Manſque inſuper coràm Reve-
rendiſſimo Herrera Epiſcopo Seguntino, & Su-
premi Conſilii Caſtellæ præſide.*

Nihilominus, quandu ex novi ædificii ele-
5 tione non modicum & leve illud, de quo tan-
tum jura intelligunt, ſed magnum, ac intole-
rabile præjudicium Vicino inferri comperia-
tur, mediante totali impedimento Aeris, Solis,
ac Salubrium Ventorum, tunc utique natura-
lis iſta libertas ædificandi, ſeù propriam ædem
elevandi uſque ad altitudinam benè viſam, co-
ercetur, & moderatur arbitrio Judicis, & juxta
circumſtantias ejus prudenti judicio penſan-
das, ut per *Text. in l. Binas ædes §. Sed ità ff.
de ſervit. Urban. Præd. l. Cum autem verſic. Jun-
gimus C. de ſerv. t., & aqu.* advertunt deciſiones
in cauſa editæ cum athoritatibus ibi relatis,
quibus addi poſſunt firmata per *Bonacoſſ. in
lib. 8. Cod. tit. 10. de ædific. privat. num. 2. Jo.
Bapt. à Sancto Sever. in l. Omnes Populi n. 35.
ff. de juſt., & Jure per Hermoſill. ad Lopez gloſſ.
prima l. 3. tit. 5. par. 5. num. 28. Ruben de Vali-
dit. Legal. cap. 10. num. 5., & ſeqq., Barboſ. vot.
deciſ. 102. num. 54. lib. 3., Pecb. de ſervit. tom. 2.
cap. 5. quæſt. 5. num. 46., Pacichell. de diſtant.
cap. 6. memb. 4. num. 35., Sperell. dec. 55. nu. 75.
Vid. dec. 476. ante num. 4. Rot. poſt Antonell. de
Jurib., & oneurib. Cleric. deciſ. 6. num. 2.* Maxi-
mè verò ubi prout in caſu res ſit de Mona-
ſteriis Sanctimonialium ſub inviolabili Clau-
ſura viventium, cum iſtæ utpotè in perpetuo
voluntario carcere occluſæ non valeant aliun-
de quærere Ventorum, & Aeris Salubritatem;
Et propterea facilius earum favore intractatio
prohibitoria ex cauſa d. gravia præjudiciis à no-
vo ædificio obventuri, ob Solis, & Aeris, Ven-
torumque Salubrium impedimentum; ut benè
6 obſervant *Cin. in l. Altius Cod. de ſervit. & acqu.
Pecb. de ſervit. tom. 2. cap. 5. quæſt. 1. num. 16.,
& quæſt. 3. num. 58. cum ſeqq. Cardin. de Luc. de
ſervit. diſc. 18. num. 7. & 8., & diſc. 22. num. 4.
in fin. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 23. artic. 1.
num. 70., Mut. deciſ. Sicil. 8. num. 6., & 8. Rot.
in Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. lib. 4. deciſ. 4.
num. 20., & reſolvit Sacra Congregatio Epi-
ſcopor., & Regular. anno 1605. in una Areti-
na; relata per Nicol. in Floſcul. verb. fabrica
num. 9.*

Grave autem, & intolerabile præjudicium
ex dictæ novæ fabricæ ſuperlevatione proveni-
re finitimo Sanctimonialium Recollectinarum
Monaſterio probatum remanebat non tàm ex
depoſitionibus plurium numero teſtium formi-
tèr in partibus examinatorum, quam etiam ex
demonſtrationibus, & experimentis per Judi-
cem Subdelegatum factis in faciem loci cum
Peritis Medicis, Matheſis, & Archirectis, un-
dique convincentibus, quod permiſſa Mona-
ſterio Conceptioniſtarum controverſæ fabricæ
ſuper elevatione, utique Monaſterium Recol-
lectinarum non amplius à parte Orientali, ac
meridionali obtinere valeret Solis aſpectum,
ac liberam ſalubrium Ventorum, & Aeris per-
flationem, ſubjectumque unicè remaneret gra-
vibus illis præjudiciis, quæ ratione fluminis
Moſæ juxta dictum Monaſterium à parte Se-
ptentrionali, & Occidentali decurrentis ſentire
continuò compellitur, tum ob aerem corru-
ptum, & contaminatum ab humiditate flumi-
nis, & à ventis Septemtrionalibus, & Boreali-
bus in dicta Regione perniciosiſſimis; tum pa-
ritèr ob continuum aquarum decurſum etiam
per canale jam d. Monaſterium interſecans;
Unde etiam non infrequentes tempore præſer-
tim hyemali earumdem redundantium aqua-
rum, habentur refluentia, ex quarum ſtagna-
tione in inferioribus d. Monaſterii partibus
continui exhalantur vapores craſſi, fœtidi, hu-
manæque Saluti damnoſiſſimi, qui niſi ex Sa-
lubrium Ventorum, Aeris, & Solis beneficio
à parte Orientali, ſeu Meridionali diſſipati re-
maneant, utique Moniales Recollectinæ aſſi-
duis gravibus morbis ſubjectæ fient, ut depo-
nunt jam dicti Teſtes formitèr, ut ſupra exami-
nati, referunt Periti, & confirmat eventus,
dum poſt dictæ fabricæ ſuperlevationem, quæ-
dam in dicto Monaſterio invaluit pernicioſi
morbi ſpecies, numquam antea ibidem cognita,
nec audita juxta teſtimonium Phyſici ejuſdem

Digitized by Google

Monaſterii comprobatum ex prænotato alio-
rum Peritorum judicio, & depoſitionibus te-
ſtium, quibus tamquam optima informatis ple-
7 nè deferendum eſſe in ſubjecta materia adver-
tit, generalibus ommiſſis, *Rot. in Bononien. Fabricæ* 3. *Junii* 1719. §. *Quod autem coram Reverendiſſimo Criſpo Archiepiſcopo Ravennatenſi*,

E' conſpectu iſtarum probationum, grave
nimis, & intolerabile præjudicium Monaſterii
Nunciationis convincentium nullius ponderis
8 remanebant depoſitiones contrariorum teſtium,
nec non etiam iudicium Medicorum, & relatio
Periti Architecti prænotatum præiudicium ex
dictæ fabricæ elavatione excludere nitentium;
Quoniam ultra quod dd. teſtes equivocè, & in
abſtracto deponentes affectionati etiam digno-
ſcebantur Monialibus Conceptioniſtis, ad qua-
rum favorem idcircò nullam probationem con-
ſtituere notum erat ex ſæpenotatis per *Rotam*,
ſignanter in *Romana Dotis*, *& Lucri* 10. *De-
bris* 1703. §. *Præſertim coram bo. mem. Muto*,
& in Faventina Beneficii 11. *Februarii* 1704.
§. *Fortius coràm eodem*; Medicorum verò atte-
9 ſtatio non ſolum erat extraiudicialis, pendente
lite, & poſt rem iudicatam in cauſa ſubortam,
mandicata, itaut ex hoc ipſo nullum ſuper ea
fundamentum ſtatui poſſe in comperto eſſet ex
notis iuribus plenè cumulatis *in Lauden. Penſio-
nis* 5. *Decembris* 1701. *ſub* §. *Neque coram E-
minentiſſimo Domino Cardin. Scotto*. Verum in-
ſuper edita apparebat abſque eo, quod ipſi ad
Monaſterium Recollectinarum acceſſerunt, il-
ludque fuerint ingreſſi pro recognoſcendo eius
ſtatu, & præiudiciis ex dictæ novæ Fabricæ
10 elevatione provenientibus; Unde in nulla
conſideratione habendam eſſe convincebatur
per *Text. in l.* 1. §. *Cum dicitur*, *ibique Gloſſ.
verb. Incundam ff. ſi cui pluſquam per leg. fal-
cid.* & in ſimili avvertit *Rota in recent. deciſ.*
593. *num.* 4. *par.* 19. *& in Forolivien. Diviſio-
nis* 20. *Januarii* 1721. *ſub* §. *Inaequalitas cor.
Reverendiſſimo Herrera Epiſcopo Seguntino*,
& Supremi Conſilii Caſtellæ Præſide. Quod
ſane eo fortius militabat reſpectu relationis
Periti Architecti, utpotè qui in Urbe commo-
rans, loci faciem conſiderare non potuit.

Ceſſabat prorsùs omnis difficultas, ex eo quia
dictæ probationes, ut mox in ſe etiam imper-
fectæ, penitùs ſuffocatæ remanebat à præmiſſis
aliis in contrarium militantibus, utpotè omni
cum judiciali ſolemnitate proditis, ac plenè
perfectis, factique circumſtantiis, ſeù loci
qualitate, ac ſituatione inſuper comprobatis;
adeoque omninò præferendis, ut advertit *Fe-
11 lin. in cap. Noſtra num.* 23. *de Teſtib. Rota in
recent. deciſ.* 442. *num.* 13. *par.* 4. *coram Dunoz.
iun. deciſ.* 457. *num.* 5. *in Faventino Bene-
ficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Reſponſione coram
bo. mem. Muto*, *& in Romana redditionis ratio-
nis* 4. *Aprilis* 1718. §. *Demum coram R. P. D. meo
Lancetta Decano*, *& prius in Romana Locorum
Montium ſuper dominio* 3. *Junii* 1711. §. *Qui-
bus omnibus cor. bo. me. Molinez*. Addita potiſ-
ſimum oculari inſpectione, & in recognitione
per Judicem ſubdelegatum, adhibito Perito-
rum iudicio ſolemniter explata, quæ, ut notum
eſt, adeo privilegiata dicatur, ut quaſcumque
alias probationes vincat, eiſque præſatur,
quemadmodum notant *Alexand. conſil.* 134.
12 *num.* 14. *lib.* 2. *Caſtrenſ. conſil.* 141. *num.* 2. *lib.* 2.
Barz. deciſ. Bonon. 2. *num.* 57. *Magon. deciſ.
Florent.* 55. *num.* 43. *Fontanell. deciſ. Cathalon.*
600. *num.* 8. *Sperell. deciſ.* 178. *num.* 29. *Rot.
poſt Zacch. de ſalar. dec.* 96. *num.* 9. *coram Lu-
dovis. dec.* 575. *num.* 6. *& in recent. deciſ.* 819.
num. 3. *par.* 10. *tom.* 2. Et in ſubiecta materia,
ac in concurſu probationum hinc inde pro ex-
cluſione, & reſpectiva verificatione præiudicii
ex nova fabrica Vicino obventuri dixit *Rota
in Bononien. Fabricæ* 3. *Junii* 1719. §. *Abſque
eo quod coram Reverend. Criſpio Archiepiſcopo
Ravennatenſi*.

Nec præjudicium, quod ex dictæ novæ fa-
bricæ ſuper elevatione Monialibus Recollecti-
nis irrogari demonſtrabant prænotatæ numeris
omnibus abſolutæ probationes per eas addu-
ctæ, excludebant ponderatio, quod inter
utrumque Monaſterium, & in ſitu magis re-
ſtrictio, intermedia diſtantia pedum decem,
& octo, & in ſitu verò magis lato, & in an-
gulum protendente ſit latitudo pedum ſeptua-
gintanovem; Indè inferendo, quod ſicuri ex
dicto non modico intervallo commodè habetur
ingreſſus Solis, & Ventorum ſalubrium, ſal-
tem per deſcenſum, & reunionem, ità exclu-
ſum habeatur quodcumque allegatum præju-
13 dicium juxta animadverſa per *Rotam in recen.
deciſ.* 272. *num.* 7. *par.* 19. *coram Buratt. deciſ.*
631. *num.* 8. *& ſeqq. & in Bononien. Fabricæ*
2. *Martii* 1722. §. *Reſpectu verò coram R. P. D.
meo Gamachei*. Potiſſimum quia ex dicta Inter-
capedine inter utrumque Monaſterium pluſ-
quam ſufficienter adimplementum videtur ne-
dum diſpoſitioni Juris communis, ſivè atten-
dantur ſancita *in l. fin. ff. de finib. Regund.* di-
ſtantiam iſtam in duobus tantum pedibus præ-
ſcribente, ſivè procedendum ſit juxta *l. Zenon.*
12. *Cod. de ædific. privat.* requirentem ſpatium
decem pedum, ut obſervat *Rot. in Neapolita-
na altius tollendi* 12. *Martii* 1701. §. *Nam cum
qualecumque coram clar. mem. Cardin. de Tre-
moille*. Verum etiam ſatisfactum remanet ſta-
tutariæ, ſeu conſuetudinariæ ſanctione, inter-
capedinem pedum tantum octo requirantis; ita-
ut dum ædificium non egrediebatur terminos
à Lege, & Statuto præfinitos, utique nul-
lum allegabile foret præjudicium conſiderabi-
le juxta authoritates in objecto allegatas, in-
14 ter quas *Rota coram Calſa deciſ.* 75. *num.* 3. *cor.
Ubag. dec.* 92. *num.* 89. *in recen. dec.* 272. *num.* 4.
par. 19. *in dicta Neapolitana altius tollendi* 12.
Martii 1701. §. *Nam cum*, *coram clar. memor.
Cardin. de lo Tremoille*, *& in Bononien. Fa-
bricæ* 2. *Martii* 1722. §. *Nulla tamen cor* R. P.
D. meo de Gamaches.

Quandoquidem, ultra quod Solis uſuram
ex dictæ novæ fabricæ elevatione ferè in to-
tum Monialibus Recollectinis impeditam eſſe
demonſtrabat earum Monaſterii ſituatio; Sanè
reſpectu ventorum ſalubrium, & ſi illorum
beneficium ipſas ſentire poſſe allegaretur ex
eorum afflatione per deſcenſum, vel reunio-
nem; Semper tamen inepti apparebant ad evi-
tandum maximum illud præjudicium à Peritis
conſideratum, ac per iudicialem acceſſum cum
contemporaneo experimento recognitum, dum
iidem venti tamquam defatigati, ac per di-
ctum deſcenſum, & reunionem debiles effecti
coercere, aut diſſipare nullatenus valent hu-

midi.

miditatem, & craſſos illos vapores, quibus jam dictum Monaſterium ratione eius ſituatio-
15 nis ſubjectum dignoſcitur, juxta ad rem animadverſa per *Florsan. à S. Petro in l. Si arborem num. 15. ff. de ſervit. urb. Præd. Ricciardell. lycea Eccleſiaſt. part. 1. cap. 7. & 32. & part. 2. cap. 14. num. 13. Paſſeri. conſil. 130. num. 32. Gobb. conſult. 132. num. 48. Zacch. quæſt. Medic. legal. lib. 4. tit. 4. de aer., & aqu. quæſt. 6. à num. 10. ad fin. Rot. coram Buratt. dec. 131. ſub num. 8. in Muntiß. apud Cardin. de Luca lib. 4. dec. 4. num. 10. & in Bononien. Fabricæ 2. Martii 1722. §. Reſpectu coram R. P. D. meo Gamacheì*.

Unde etiam in aperto remanabat Monialibus Conceptioniſtis non ſuffragari, quod inter ipſarum Monaſterium, & alterum Monalium Recollectinarum ounciatium major intercedat diſtaotia, quam de jure, & locali conſuetudine saquiratur; Quoniam ubi hoc non obſtante, concurrit magnum, & intollerabile Vicini præjudicium, tunc neque Jus commune, neque conſuetudioarium permittit altius tolli ædificium, cum utrumque procedat ſub eo ſuppoſito, quod ex ædificio in tali diſtantia conſtruendo non inferatur grave præjudicium vicino; Et propterea Juris, & conſuetudinis diſpoſitio operatur quidem, ut ædificanti extra dictom ſpatium aſſiſtat præſumptio excluſiva præjudicii, ſed non tollit, quin præjudicio revera probato, impedire, ſeù prohiberi valeat
16 fabricæ elevatio, ut in terminis conſimilis Statuti reſpondit *Rota dec. 6. n. 2. & ſeq poſt Antonell. de jurib. & oneribus. Cleric.*

Depreſſionem jam dictæ fabricæ excludere nec pariter valuit ponderatio, quod Mooiales Cooceptioniſtæ notabili damno per eam ſubiiciaotur. Nedum propter amiſſionem adeò notabilis ſumptus io dicta elevatione impenſi; Verùm etiam ob notabilem earum Eccleſiæ deformationem, reſultantem à oimia illius longitudina, haud correſpondente proportionatæ ejus altitudini; Quoniam reſpectu præjudicii fundati io amiſſione ſumptuum erogatorum in dictæ fabricæ elavatione, ultrà quod illud in præſentiarum allegabile oon erat, dum fabrica jam vigore Exequutorialium Rotalium depreſſa reperitur, veluti ponderat *Deciſio diei 6. Martii 1722. §. finali coram R. P. D. meo Calcagnino*. Concurrabat atiam, quod dum Mnoiales prædictæ nimia præcipitantia ad dictam elevatiooem devenarunt in ſpretum litis pendentiæ, & effectivæ Judicialis inhibitionis; ideò nullum commodum iu præjudicium Mooialium
17 Recollectinarum colligantium ex propria culpa quærere ſibi poterant, ut benè advertit hujus Cauſæ *Deciſio 19. Aprilis 1722. §. Nec pro excluſione coram Reverendiſſimo P. D. meo Herrera Epiſcopo Seguntino, & Supremi Conſilii Caſtellæ Præſide*. Quo verò ad alterum præjudicium conſtitutum in ſola aſſerta propriæ Eccleſiæ deformatione, utique illud tanti non erat, ut contrapoui mereretur alteri undique graviori, quod ex dicta oova fabrica ſentire compellabautur Mooiales Recollectioæ, ob totalem privationem ventorum ſalubrium, & beneficii Solaris in Orieute, & io Meridie, de quo ſummoperè jam dictas Mouiales indigere ſupra jam demonſtratum fuit, ut proſequitur *dicta Deciſio Reverendiſſimi Herrera §. Deformatio*, & prius adverterat altera hujus *Deciſio edito die 2. Decembris 1720 §. Et præ ceteris cor. Rever. Creſpo Archiepiſc. Ravennaten.*

In quam profectò Sententiam eò libentius convenerunt Domini, ponderantes, quod inter iſtas Moniales haud obſcurè patet, aliqualem interceſſiſſe conventiooem de nullo præjudicio inferendo per novam conſtructionem
18 Monaſterii Conceptioniſtarum, ibidem admiſſarum ex placito, & permiſſione earumdem Monialium Recollectinarum, quibus tamquam in eodem loco antiquioribus, ſicuti datum erat novam dicti Monaſterii fundationem in ſitu ais tam proximo impedire juxta generalem Sacrorum Canonum diſpoſitionem, de qua *in cap. 2. ibique gloſſ. verb. Veteribus de Eccleſ. Ædific. cap. primo de Exceſſib. Prælator. in 6. cap. Quicumque 16. quæſt. prima Concil. Tridens. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3. in fin. Lezan. in Summ. Regular. quæſt. verb. Monaſteria num. 33. verſic. Loquendo autem, Ceſped. de exempt. Regul. quoad Monaſteria Ædific. cap. primo dubit. 7. num. 2. & ſeqq. Nivar. in ſingular. Jur. Pontific. tit. de Ædific. Nov. Monaſt. concluſ. 2. num. 29., Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 12. ſub num. 7. Pellizar. de Monialib. cap. 10. ſect. prima ſub num. 31. verſic. Notant autem, Card. de Luc. de Regular. diſc. primo num. 75. & diſc. 29. num. 5. & 18. Rota coram Seraphin. deciſ. 847. ſub num. 2. & in recent. deciſ. 337. num. 15. part. 10.* Tum etiam peculiaria ſingulorum Ordinum, ac Religionum Privilegia, & indulta Apoſtolica prohibentia Perſonis Eccleſiaſticis, & Religioſis in Civitatis, & loca noviter introductis, ac receptie, Eccleſiae, Conventus, ac Mooaſteria ædificare, ſiva jam receptie, & inſtitutis diſtaotia, ut avitentur æmulationes, iurgia, diſſeoſiones, & ſcandala, quæ ex eorum vicinitate oriri poſſint, quemadmodum totidem
19 ferè verbis notavit *Rota in recent. deciſ. 337. nu. 15. & ſeqq. part. 10.* Ita non aliter jam dictæ admiſſioni præfatae Moniales Recollectines conſenſum præſtitiſſe videtur, quam citrà quodcumque præiudicium ex dicta nova fabrica infereodum proprio Monaſterio veluti præceteris non obſcurè demonſtrabant Epiſtolæ per Conceptioniſtas ſcriptæ Monialibus Recollectiois, ibi: *Vi aſſicuro Reverenda Madre, che non vi daremo alcun faſtidio*, & inferiùs: *averemo pure cura, che nelle fabriche non riceviate pregiudizio: Summar. Recollectinarum num. 1. & in Rubrica §. 12. ut fol. 324. numer. 7.* Undè eo certiùs favore Mooialium Nunciantium locum ſibi vendicabat iure prohi-
20 bendi adeò immoderatam, & præiudicialem novæ fabricæ ſuperelevationem juxta animadverſa per *Angel. in Jus Canonic. lib. 5. tit. 32. ſub num. 6. verſ. Excipiuntur, Surd. conſil. 17. num. 18. Engen. conſil. 32. num. 43. lib. 1. Rolan. conſ. 22. num. 51. lib. 2. Capoll. de Servitut. Urb. Præd. cap. 49. ſub num. 2. Ciarlin controv. forenſ. cap. 35. num. 25. lib. 1. & cap. 182. num. 2. lib. 2. Pecch. de Servitut. tom. 2. cap. 5. quæſt. 10. num. 17. cum ſeqq. Rota deciſ. 46. num. 1. & 8. poſt Paſchal. de diſtant.* & benè advertit *Deciſio diei 6. Martii anni præteriti §. Meditatam inſuper coram R. P. D. meo Calcagnino*, ad quam, & alias in præſenti Cauſa proditas Domini approbativè ſe remiſerunt.

Utraque, &c. R.P.D.

R.P.D. CALCAGNINO

Maceraten. Devolutionis.
Veneris 18. *Martii* 1735.

ARGUMENTUM.

Identitas Bonorum ad effectum devolutionis, ex quibus probetur.

SUMMARIA.

1 *Jus, quod oritur ex facto non immutatur, niſi muletur factum ipſum.*

2 *Rota ſemper conſuevit deferre relationi Peritorum.*

3 *Teſtes formiter examinati plenam probationem faciunt inſtrumento coæqualem.*

4 *Reſcriptio confinium facta occaſione inveſtituræ, vel collectæ, ſi reſpondeant cum cataſtro arguit bonorum identitatem.*

5 *Cataſtrum in materia identitatis veritatis adminiculum præbet.*

6 *In re admodum vetere ad probationem identitatis ſufficit verificatio unius confinii.*

7 *Via, cujus muri terminant in viam publicam, & ipſa publica eſt.*

8 *Via cujus uſus publicus eſt, numquam eſſe poteſt vicinalis.*

9 *Æquivoca nihil certi concludunt.*

10 *Confuſio numquam prodeſſe debet illam inducenti.*

DECISIO LXXI.

POſt editam à Me deciſionem ſub die ſexta Decembris 1732., qua definiebatur in reſtitutione emphyteuticorum Bonorum facienda per Marchionem Caietanum Cævam Epiſcopali Menſæ Maceraten. *procedendum eſſe ad legitimam ſuper ea parte Tenutæ in Mappa Judiciali ſignata litt. A. rubro colore expreſſa*, cum pro ejus expeditione inſtaretur per dictam Menſam in Rota Memorialium habita die 23. Februarii ſequentis anni, in ea temporis opportunitate obſtitit præfatus Marchio opponens nequaquam partibus cum auditum fuiſſe, nullas explevisse defenſiones, Plantamque à Perito factam pluribus laborare exceptionibus, quocirca ſuper his quereris prudentia Dominorum ità ſe temperavit, ut neque Reum inauditum omninò novarum probationum gravaret, unde Decretum ſalubre præſcripſit, quod *Planta jam facta per eundem Peritum reſicderetur, ſumptibus tamen ejuſdem Marchionis*; In cujus ſequelam ſubdelegato in Judicem alterum ex Judicibus Rotæ Maceraten. ad effectum accedendi ad locum controverſum, repetendi, ac interrogandi Teſtes, ac denique faciendi cætera, quæ ad dictam diviſionem ſpectarent, atque hoc tenore poſt confectum remiſſorialem proceſſum, Ego ſolitum concepi Dubium: *An ſtandum, vel recedendum foret à Deciſis*: & Dominis placuit *in Deciſis* perſiſtere.

Totus Cardo hujus quæſtionis verſatur circa identitatem Bonorum: cum enim Marchio Cæva non potuerit impugnare obligationem reſtitutionis, omnem vim eo dixerit, ut controverſorum Bonorum fines non congruere ad identicam Corporum reſtitutionem, minuſque conſtare, & ita videns, quod ad id obtinen-
dum non profuerit, neque Planta à Perito
confecta, neque Teſtes formiter examinati,
eadem iterum reficiendæ, atque repetenda curavit;
quæ tamen cum oblata fuerint ante
oculos Dominorum meorum, ſtatim perſpectum
fuit, quod licet in quibuſdam accidentalibus
aliqua ineſſet reverà variatio, in ſubſtantialibus
tamen nihil prorſus immutatum
fuiſſe: Ad oculum namque videtur, quod
controverſa Bona Menſæ Epiſcopalis ſub eadem
certa delineatione deſignata ſint, prout
procurrunt à *litt. M* è conſpectu *litt. D.* terreo
colore inducto, quod ſubſtantialem relationem
habet cum anteriori Planta in parte, quæ
rubro colore diſtincta fuit *lit. A.* qua ſtante
utriuſque Plantæ connexione neceſſe eſt in iiſ-
1 dem deciſis perſiſtere, nàm Jus, quod ex facto
oritur, facto non immutato, nec Jus mutatur,
maxime cum iſta connexio fulcita ſit relatione
Periti, cui ſemper noſtrum Tribunal deferre
ſolitum eſt, *Card. de Luca de Judic. diſc.* 33.
num. 21. *Rota dec.* 212. *num* 8. *cor. Emerix Jun.*
2 accedente præſertim conteſtatione Teſtium formitèr
examinatorum, qui in iure plenam probationem
pariunt Inſtrumento coæqualem,
3 *Text. in leg. In exercendis Cod. de fid. inſtrum., Roman. ſingul.* 305. *n.* 9. *Rugginel. pract. quæſt. cap.* 8. *num.* 6. & dixi in præterit. *deciſ.* 5. *Ab hinc circa fin.*

Indubitanter autem iſta admittenda ſunt,
ex quo non ſolùm ſunt benè connexa inter ſe,
ſed etiam quia benè conſonant cum Inſtrumento
Inveſtituræ, & cum Cataſtro, confecto à
Communitate Maceraten. de anno 1675. occaſione
ſolvendi Collectas, in quibus deſcribun-
4 tur iſta controverſa Bona, quod à tribus lateribus
haberent Bona Joſephi Coſtæ, & ad pedes
la ſtrada publica vecchia detta la Carraraccia,
præſenti *Summar. num.* 8. quoniam
autem Bona deſignata in præſenti Planta
litt. M. è conſpectu *litt D.* colore terreo, &
turatis bona deſignata in Planta anteriori ſub
litt. A. colore rubeo habent à tribus lateribus
bona Joſephi Coſtæ, cui ſucceſſit Marchio Cæva,
& a quarto latere habeant *la ſtrada publica
vecchia*, dicendum eſt hoc concludentiſſimo
argumento ſatis probatam eſſe Bonorum identitatem;
maximè cum probatio eruta ſit à Ca-
5 taſtro, quod in materia identitatis ſubminiſtrat
adminiculum veritatis, ut optimè diſcurrit
Card. de Luc. de Judic. diſc. 30. *num.* 26. *Rota coram Celſo deciſ.* 295. *num.* 2. *& in deciſ.* 203. *num.* 5. *& in dec.* 452. *num.* 3. *par.* 14. *Recent.* & *ad ornatum Card. de Luca in dec.* 78. *nu.* 5. *lib.* 10. *tom.* 2.

Evidentior vero eadem identitas reſultat ex adiecta particula in eodem Cataſtro, ubi exprimitur, Terrena Menſæ Epiſcopalis arativa eſſe, & duorum petiorum - *Arativo in due pezzi* - quod harmonice conſonant cum primo Teſte in primo proceſſu remiſſoriali interrogato, *præterita Summaria Menſæ num.* 7. *litt. D. per cauſa del qual foſſo ſi vedono detti Terreni diviſi in due pezzi*, & ita inſpicitur in præterita Planta *litt. A.* & in præſenti *litt. M.* è conſpectu *litt. D.* & proſequitur Peritus in ſua relatione - *Per li quali Terreni vedeſi un picciolo foſſo largo quattro, a cinque palmi, e che ſervono per lo ſcolo delle acque piovane, &c.* data in præſenti *Summ. Menſa num.* 7. *litt. D.* iam ex iſta præciſa

par-

particularitate, quæ adeo individue prædicta
controverſa Bona deſignat, dicendum eſt iden-
titatem exuberanter probatam eſſe, præſertim
cum agatur de re adeo veteri, in qua alias ve-
rificatio unius confinii ſufficeret; ut dictum
6 eſt in *præc. deciſ.§.Ab his in fine*, & præter ibi
citatos *Marſcott. var. Reſolut. cap. 12. num. 1.
Rota dec.720.num.3. par. 1. diverſor. dec. 134. n.
3.coram Merlin. deciſ. 217. num.11.coram Eme-
rix. Jun.*

Contra quæ Marchio Cæva obiiciebat, quod
la ſtrada Carrareccia, non reperiatur in dictis
Confiniis, ſed ab his longe diſſideat; Verum
enim vero ſatis conſtat male hæc obiici, nam
modo non quæritur de quacunque *ſtrada Car-
rareccia*, ſed de ſtrada veteri *Carroreccia*; quæ
non eſt illa, quam nobis indicat Marchio Cæ-
va, quæ in præſenti uſu eſt; ſed debet eſſe
alia, cujus antiqua veſtigia ſuperſint, ut
verificetur nomen vetuſtatis: prout eſt illa quæ
deſcribitur a Perito præſenti *Summaria num.*
5. in qua deſcriptione cum exitus hujus viæ
terminent in alias vias publicas. eodem *Sum-
mar.num.5. litt.M.* & deponunt Teſtes *num. 6.
&* 7. dicendum eſt, quod ipſa quoque via pu-
7 blica fuerit, & non vicinalis, ſeu *ſcortatora*,
ubi Marchio aſſerit, *ad Text. in leg.ultim. ff.de
locis, & itinere publici Surd.dec.42. n.3. Ton-
dut.quæſt.Civil.133. num.10.& Rota deciſ.632.
num.4.cor.Cavaler.*

Accedit his ejuſdem viæ uſus publicus, cum
ſatis perſpectum ſit a ſuperiorioribus tempori-
bus ad hanc uſque ætatem omnibus ea ire, &
agere licuiſſe, ac etiam plauſtra ſale onuſta de-
ducere, perhibent Teſtes eodem *Summario nu.*
8 *6.litt.I. K. L. M. N. O. P. R. S.* iam ergo ſi di-
ctæ viæ uſus publicus fuit vicinalis, numquam
dici nec poteſt deſtrui ab alia via etiam
nuncupata *Carrareccia*, quæ nec habet frigidum
nomen *di vecchia*, & contra diſtinguitur cum
adjectione *di novo*, prout uno ore firmant
Teſtes in eodem *Summario Num. 6. litt. N. P.*,
& proſequitur Peritus *Num. 7. litt. L.* & deſi-
gnantur in veteri Planta *litt. I.* In recentiori
vero *litt. T.*, & Ideo illa ſtante diſtinctione viæ
Carrareccia veteris & novæ, nulla in parte
æquivocatio timenda eſt, ſed potius dicendum
quod Marchio æquivoca inducere voluerit,
9 quæ nihil concludant ad *Text. in cap. in præ-
ſentia de Probat. leg. Neque tales* 10. *Cod. eodem
l. Non hoc C. unde legitim. Rota deciſ. 174. num.
5. part. 11. Rec.*

Reliqua denique, quæ Marchio opponebat
compertum eſt in facto non ſubſiſtere, præſer-
tim cum fundata eſſent in verificatione quo-
rundam Finium, quos cognitum eſt, nuper ap-
poſitos forſan fuiſſe ab ipſo eodem Marchione
ad effectum deturbandi eandem bonorum di-
10 ſtinctionem: & ideo talis confuſio eidem pro-
deſſe non poteſt, ut alias reſpondit *Rot. ad or-
natum Card. de Luca dec. 8. num. 10. lib. 10. tom.*
4., & ornatum fuit in præterit. *deciſ. 6. Quin po-
tius cor. Me.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. RATTO

Imolen. Ripatici ſuper
bono Jure.
Veneris 8. Junii 1725.

ARGUMENTUM

Ripaticum, quamvis ſit de regalibus, poteſt ad-
huc eſſe penes Privatum, vel per Principis
conceſſionem, vel etiam per immemorabilem
obſervantiam.

Et conceſſa exceptio a ripatico Diſtrictuali-
bus, non convenit Comitatenſibus, quando
Diſtrictibus, & Comitatus in aliquo loco pro
diverſis habentur.

SUMMARIA

1 Ripaticum *eſt de regalibus Principum, ipſis privativè competentibus.*

2 *Nemo poteſt ſe eximere a ſolutione ripatici favore Principis introducti.*

3 *Idemque obtinet in Privato, quando eſt hujuſmodi Juris Ceſſionarius ipſius Principis.*

4 *Obſervantia centenaria abſque alio titulo dat etiam Privato jus exigendi regalia Principi privativè competentia.*

5 *Exemptione limitate conceſſa diſtrictualiter alicujus loci frui nequeunt illi, qui ſunt de Comitatu.*

6 *Diſtrictus, & Comitatus promiſcuè accipiuntur ad componendum unum Territorium; & Comitotenſes dicuntur illi, qui ſunt de eadem Juriſdictione, & Territorio.*

7 *Sed diſtingue, ut id procedat minus propriè: Civium appellatione veniunt etiam Comitatenſes.*

8 *Comitatus nequit promiſcue accipi pro diſtrictu, quando hæc nomina in aliqua conſtitutione pro diverſis habita ſunt.*

9 *Fundorum nomina & fines Territorium conſtituunt, deſtinatione hominum, non natura.*

10 *Cataſtri, ac libri publici Civitatis circa res ſui Territorii omnimodam fidem habeat.*

11 *Loca quæ collectantur ſub claſſe comitatus, & non diſtrictus, cenſentur eſſe de Comitatu.*

12 *Ordinarii atteſtationi in negotiis ſuæ diæceſis maxime defertur.*

13 *Nemo præſumitur ſuum jus, & intereſſe contemnere, & quicquid ſolvitur obligotionis vinculo ſolvi videtur.*

14 *Particula ET inter diverſa poni ſolita diverſitatem importat.*

15 *Enunciativa ſeparata Civitatis, & Comitatus, & Diſtrictus, eorumdem diverſitatem importat.*

16 *Non implicant, quod plura Caſtra ſint ſub eodem regimine, & tamen conſtituant ſeparatum Territorium.*

17 *Onus ſubminiſtrandi Militibus Annonam ſubſtineri proportionobiliter debetur tam à Civibus, quam a Diſtrictualibus, ſicut etiam in Comitatenſibus.*

18 *Ratio Contributionis unica ſumitur a promiſcuitate damni, & periculi, & intereſſe.*

19 *Unde, & quando æqualiter eamdem conditionem ferant Cives, & diſtrictuales, & comitatenſes,*

ſes,

Digitized by Google

ſes, omnes ex æquo contribuere debent pro rata commodi, & utilitatis.

80 *Præſentatio juramenti fidelitatis concludit ſubjectionem in aliquo loco favore alterius, non verò Diſtrictualitatem.*

Ejuſdem efficaciæ eſt ſubjectio ſtatutaria.

81 *Ad ſolutionem onerum Cameralium æque obligantur Diſtrictuales, & Comitatenſes; ſed non impedit quominus diverſimodè valeant conſiderari.*

DECISIO LXXII.

FOrum Cornelii, quod hoc tempore Imolam vocamus, ab Arce ibi ab Antiocho Narſetis Duce, poſt ipſius Excidium ædificato; Teſte *Abbate Ferdinando Ughellio in ſua Italia ſacra tom.2. ad Epiſcopos Imolenſes in principio columna mihi* 667., ſatis celebris in Æmilia ſita, Civitas eſt, circumdata ad meridiem, à Fluvio Vatreno, quem vulgus corrupto vocabulo *Santernum* appellat; Univerſum ipſius Territorium dividitur in duas partes, quarum alterum altera comprehendit undecim Suburbia, nec non decem, & octo Villas, ex quibus conſtituitur dominantis Civitatis proprium, & particulare Territorium, quod vocatur *Diſtrictus*, Altera vero complectitur ſex Villas, & plura Caſtra, eorum proprium, & particulare habentia Territorium, ex quibus efformatur alia prædicti univerſi Territoritorii Imolenſis portio, *Comitatus* nuncupata, quemadmodum antiquiſſima obſervantia uſque ad noſtram ætatem perducta, necnon Annalia, & Libri publici ejuſdem Civitatis manifeſtiſſime oſtendunt,

Pro trajectu memorati Fluminis Vatreni mediante Cymba, ad id retineri ſolita in loco, qui appellatur *la Caſa del Ponte*, exigebat jam pridem Reverenda Camera Apoſtolica ſub nomine *Ripatici* tenue Datium à Tranſeuntibus perſolvendum, ſed circa finem ſæculi decimiſexti dictum jus retinendi Cymbam, ac exigendi Ripaticum, vigore ſpecialis Apoſtolici Indulti, per ſan. mem. Sixtum V. conceſſum fuit Capitaneo Petro Artegno, qui ſucceſſivè anno 1590. per ſolemne ſucceſſionis Inſtrumentum illud tranſtulit in Ven. Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Scaletta Civitatis Imolæ; Cum autem abiodè citra Hoſpitale prædictum hujuſmodi jus retinendi Cymbam, & exigendi Ripaticum in affictum tradere conſueverit; Hinc Imolenſes Antiſtites, publico commodo, paſtorali ſollicitudine intenti, determinatam indixerunt taxam ſolutionis faciendæ, aliaſque de tempore in tempus promulgarunt, ac renovarunt providas ordinationes, quibus inter cætera ſancitur, quod Affictuarius, ſeu Conductor: *Non faccia pagare coſ' alcuna per il paſſo di detta Barca alle perſone Eccleſiaſtiche, &c., e ſimilmente non farà pagare coſ' alcuna alle perſone del diſtretto d' Imola tanto à piedi quanto à cavallo, ò in altra maniera, &c.*

Communitas, & Homines Caſtri, ac Territorii *Rioli* nuper excitarunt prætenſionem non ſolvendi Ripaticum, de quo agitur ſub obtentu, quod eorum Caſtrum comprehendatur ſub Diſtrictu Imolæ, quodque proinde ipſis competere debeat exemptio in ſupradicta ordinatione litteraliter conceſſa Diſtrictualibus. Et quamvis Eminentiſſimus D. Cardinalis Gozzadinus digniſſimus Epiſcopus Imolen., uſque, & de anno 1718. ad tollenda æquivoca ſolemniter declaraverit, quod ſub nomine Diſtrictus Civitatis, ad effectum exemptionis à ſolutione Ripatici, comprehenduntur dumtaxat habitantes in Suburbiis, & Villis conſtituentibus proprium, & particulare Territorium Civitatis Imolæ, non autem habitantes in aliis Territoriis particularibus Oppidorum, & Caſtrorum adjacentium, nihilominus Communitas, & Homines Caſtri Rioli non acquieſcentes declarationi prædictæ, formale judicium inſtruxerunt coram Vicario Generali Imolæ, ſed paſſi ſunt contrariam Sententiam ipſos condemnantem ad ſolutionem Ripatici ad formam taxæ, quam ſententiam ſucceſſivè in gradu appellationis, nedùm confirmavit A. C., ſed undique juſtam autumavit etiam Sacrum noſtrum Tribunal, cui per Signaturam Juſtitiæ delegata extitit ulterior cauſæ cognitio; Propoſito namque per Me in hodierna Audientia Dubio; *An Homines Caſtri, & Territorii Rioli teneantur ad ſolutionem Ripatici ad formam taxæ impreſſæ ſolvi ſoliti?* Non hæſitantur Domini *affirmativum* præbere reſponſum.

Clara omnque comperta eſt aſſiſtentia boni Juris favore Hoſpitalis Sanctæ Mariæ de Scaletta pro obtinenda ſolutione controverſi Ripatici comprehẽdatur inter regalia Principibus verè Supremis privativè competentia, ex ani-
1 madverſis per *Fragoſ. de Regim. Reipubl. par. 1. lib. 3. diſput. 5. §. Primo n. 13. verſ. Sunt etiam Ripatica, Caren. pract. reſol. Jur. reſol. 8. art. 1. nu. 2. Gobb. de aquis qu. 6. num. 8. Card. de Luc. de regal.* 2
diſc. 130. n. 10., validè tamen potuit transferri per Summum Pontificem in inferiorem, prout reverà tranſlatum fuit ex conceſſione ſan. mem. Sixti V. facta Capitaneo Artegno, à quo anno 1590. obvenit in Hoſpitale prædictum, ut proindè ſicuti favore ipſius Supremi Principis nemo poſſet evadere ſolutionem Ripatici, ad litterales *Textus in l. Omnium, l. à præſtatione, & l. à legatis Cod. de vectigal. l. Omnes omninò primo, & l. penultima Cod. de Annon., & Tribus. lib. 10. Can. Tributum 23. quæſt. 8. cap. Pervenit, & cap. Innovamus de cenſib.*, ita ad eamdem ſolutionem quilibet compelli valeat favore Conceſſionarii, ad quem tale jus pertinere debet eo modo, quo pertinebat ad Principem concedentem, ut probe advertunt, *Frecc. in tract. feudal. lib. 5. cap. 7. n. 2. Caren. dicta reſol. 8. art. 1. n. 5. verſ. Ac proinde. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 1. art. 2. n. 84., & ſeq., & n. 100. Antunez de donat. Reg. lib. 3. cap. 3. nu. 67. Card. de Luc. de regal. diſc. 131. n. 2.*

Adſtipulante præſertim inconcuſſa obſer-
vantia ceſſionis prædictæ centum annorum me- 3
tam excedente, & ab Ordinariis Imolenſibus authorizzata, ut reſultabat ex continuatis locationibus dicti Juri exigendi Ripaticum per Hoſpitale factis, & ex Edictis abſque ulla interruptione promulgatis, quibus omnes præter quam Eccleſiaſtici, & Diſtrictuales Imolæ ad ſolutionem Ripatici, obſtricti fuerunt. Hæc enim obſervantia tribuens facultatem allegandi quodcumque privilegium, ſeù meliorem titulum de mundo etiam de per ſe ſola ſufficiens eſſet ad conſtabiliendum bonum jus Hoſpitalis quan-

quantumvis agatur de exactione regalium ſoli
Principi Supremo privativè competentium, ut
4 egregiè admonent *Peregrin. de Jur. Fiſc. artic. 2.*
n. 64., & ſeq. Cobell. ad Bullam Bon. Regim. cap.
10. n. 83., & ſeqq. Rot. in Reatina Juris piſcandi
13. Januarii 1710. §. Quo verò coram bon. mem.
Anſaldo, & in Tyburtina Gabellæ 6. Junii ejuſ-
dem anni §. Nihilominùs, & 28. Novembris,
§. Firmo etenim coram eodem, & in Avenionem
Pedagii 4. Decembris 1709. §. Juris diſpoſitioni
bo. mem. Faſcaro.

Firmata ex his favore Hoſpitalis indubitata
pertinentia Juris exigendi Ripaticum projectu
Fluminis, irrito conatu illius ſolutionem eva-
dere ſatagebant Communitas, & Homines Ca-
ſtri, & Territorii Rioli ſub prætextu aſſertæ
exemptionis ipſis competentis, ex quo Ca-
ſtrum Rioli comprehenſum ſit in diſtrictu Imo-
læ. Talis namque comprehenſio Caſtri Rioli in
diſtrictu, neutiquam juſtificata remanebat,
quinimò ex oppoſito conſtabat de comprehen-
ſione Caſtri Rioli in comitatu, qui diverſus eſt
à Diſtrictu, & cujus Homines & Habitatores
nulla fruuntur exemptione limitatè, ac ſtrictà
concesſa Diſtrictualibus dumtaxat, ac propte-
5 rea non extendenda ad alios, qui non ſint de
Diſtrictu, ut in propoſito firmavit, *Rota deciſ.*
581. n. 10. & 15. coram Cavallo, deciſ. 338. n. 14.
coram Priol., & deciſ. 665. n. 3. coram clar. mem.
Card. Caprara, & in puncto tradit *Capharell.*
reſol. Fiſcal. 87. n. 4.

Neque caſui præſenti adaptabiles viſæ ſunt
concluſiones Juris in abſtracto, quibus per de-
fenſores Communitatis ſuaderi prætendebatur,
quod vocabulum *Diſtrictus, & Comitatus* pro-
miſcuè uſurpentur, ac utrumque præſeferat
Territorium Civitatis, quæ cum ſuis Caſtris,
Vicis, & Terris circumadjacentibus, unum
6 Corpus conſtituit, juxta monitum *Gloſſ. in Can.*
provinciæ verbo Comitatus diſt. 99. Imol. in cap.
Rodulphus num. 5. verſ. An autem de reſcript.
Quod Comitatenſes in ſubſtantia dicantur illi,
qui ſunt de eadem Juriſdictione, & Territorio,
ut probat *Felin. in d. cap.* Rodulphus *n. 17. verbo*
diſtrictus, & n. 19. verb. Comitatus de reſcript.
Rebuff. in l. 2. §. In quantum ff. de verbor. ſigni-
ficat.; Quodque demùm appellatione Civium
etiam Comitatenſes comprehendantur, juxta
7 theoricam, *Bartol. in l. 2. n. 4., & ſeqq. ff. de ver-*
bor. ſignificat., quam communiter ſequuntur
Panormitan. in d. cap. Rodulphus n. 6. de reſcript.
Felin. ibidem n. 18. Anchoran. n. 2. Butr. num. 13.
verſ. & appellatione, Zabarell. verſ. Bartolus au-
tem, Card. de Luc. de regal. diſc. 94. n. 9., & diſc.
167. n. 5. verſ. Iſto igitur; quibus addi poſſet *Rot.*
in Brictinorien. Gabellæ 13. Aprilis 1717. §. 23.
cor. bo. mem. Anſoldo.

Animadvertebant enim Domini, quod cum
deciſio Cauſarum non pendat à generalitatibus
Juris, & Theoricis in abſtracto ſumptis, ſeù
à formalitate verborum, ſed à circumſtantiis
facti, ex quibus regulatur applicatio legum &
concluſionum, etiamſi verba iſta *Comitatus*,
Diſtrictus, Territorium, & ſimilia ſint æquivo-
ca, & quandoque promiſcuè, ſeù impropriè
adhiberi ſoleant; Nihilominus ad dirimendam
præſentem quæſtionem ſufficiens erat, quod in
concreto hypotheſis, de qua res eſt Caſtrum
Rioli ab antiquo tempore fuerit reputatum de
Comitatu Imolenſi contradiſtinctivè ab aliis
Caſtris, & Locis componentibus Diſtrictum;
tamquam quid diverſum à Comitatu; Ac pro-
pterea in caſu, de quo res eſt, vocabula prædi-
cta confundi non poterant, ſed juxta ſubjectam
materiam pro diverſis erant reputanda, ut toti-
dem ferè verbis individualiter admonet *Card.*
8 *de Luc. de regal. diſc. 165. num. 11. Rota deciſ. 695.*
n. 13., & 14. par. 18. tom. 2. recent.

Si itaque antiqui Imolenſes conſtituendo
ſub nomine diſtrictus proprium Civitatis Ter-
ritorium comprehendens Suburbia & decem, &
octo Villas, ab eo excluſum Caſtrum Rioli,
cui deſignarunt certam ſedem in altera parti-
colaris Territorii parte contradiſtincta ſub no-
mine Comitatus; itaùt alitèr apud ipſos ſemper
accepta fuerit ſignificatio *Diſtrictus*, aliter verò
ſignificatio *Comitatus*, ſuperfluum videbatur
examen aſſumptæ quæſtionis per apices Juris
an juxta proprietatem ſermonis *Diſtrictus*, &
Comitatus unum idemque Corpus, & unicum
Territorium efforment; Certum enim eſt, quod
fundorum nomina, & Territoriorum fines, non
natura, ſed deſtinatione Hominum conſtituun-
9 tur, ut alias dixit *Rota in Tyburtina Bono-*
rum 26. Februarii 1706. §. Nequaquam cor. bon.
mem. Molines, & in Bononien. Exemptionis ſu-
per remiſſoria 28. Martii 1707. §. Hæc viſa ſunt
coram eodem.

Quod autem in præſenti caſu, ex antiqua
deſtinatione Imolenſium, Diſtrictus, & Comi-
tatus pro diverſis Territoriis fuerint reputati,
quodque Homines Caſtri Rioli inter Comita-
tenſes, non autem inter Diſtrictuales Civitatis
Imolæ recenſiti extiterint, uberrimè juſtifica-
tum remanebat ex relatione ſtatus Imolenſis
circà annum 1589. exhibita bo. mem. Centu-
riono Viſitatori Apoſtolico, in qua ſic habe-
tur: *Hà undici Borghi, e diciotto Ville chia-*
mate il Diſtretto, &c. hà trè Caſtella chiamate
uno Mordano, un altro Caſola Valſenia, e l' al-
tro Riolo, e ſei Ville chiamate in Contado, &c.
cui deſcriptioni cohærent etiam Cataſtrum Æ-
ſtimi generalis, ac Libri publici Civitatis, qui
circà res ſui Territorii omnimodam fidem ſibi
10 promerentur, ut probat *Alexgrad. conſ. 97. n. 80.*
lib. 2. Gen. de ſcript. privat. lib. 4. tit. ultimo de
lib. Civitatis, vel municip. lib. 1., & 2. Belmo-
ſed. de collect. quæſt. 119. n. 13. Rota deciſ. 91.
n. 1. par. 14., deciſ. 138. n. 43. par. 17. recent., &
deciſ. 746 num. 6. coram clar. mem. Card. Caprara,
& in Tyburtina Bonorum 26. Februarii 1706.
§. Quarto loco coram bon. mem. Molines, & in
præciſis terminis *Card. de Luc. de regal. diſc. 167.*
num. 5.

Confirmabat id ipſum publicum Inſtrumen-
tum tranſactionis initæ anno 1633. inter Ec-
cleſiaſticos, & Laicos Imolenſes pro repatti-
tione onerum, & expenſarum factarum, occa-
ſione qua lues peſtifera per totam fere Italiam
diffuſa, ſub annis 1630., 1633., nec eamdem
Civitatem Imolæ, & finitima Loca reliquerat
immunia. In prædicto namque Inſtrumento in-
tegrale expenſarum debitum fuit repartitum
diſtinctè inter Civitatem, ejuſque Diſtrictum,
& inter tria Caſtra comitatus nempè *Mordano,*
Caſola, Valeſino, e Riola; Cumque integer ex-
penſarum acervus aſcenderet ad ſummam libra-
rum 173917. 8. 6. concordatum fuit, quod di-
cta tria Caſtra Comitatus ad illorum refuſio-
nem concurrenter pro rata librat. 22544. 1. 9.

 eſi-

reſiduum vero refundi debere per Civitatem ,
ejuſque Diſtrictum : Quæ profectò onerum , &
expenſarum repartitio ſeparatim , & diſtinctè
facta inter Civitatem & Diſtrictum ex una , &
dicta tria Caſtra Comitatus ex altera parte ,
manifeſtiſſime oſtendebat, quod Caſtrum Rioli
erat de Comitatu,non autem de Diſtrictu.Cum
contribuerit expenſas in ea portione , quæ ob-
tigit Comitatui , non verò in illa , quæ adſcri-
pta fuit debito Civitatis , & Diſtrictus , ut in
puncto generalibus omiſſis proſequitur *Card. de*
21 *Luc.de Regal. dicto diſc. 167. num.5. verſ. ac*
etiam .

Eoque fortiùs comprobatum remanebat aſ-
ſumptum ex ineluctabili teſtimonio, numquam,
ſatis laudati Eminentiſſ. Dom. Card. Gozzadi-
ni Epiſcopi Imolenſis, qui expreſsè declaravit,
quod ad effectum exemptionis à ſolutione Ri-
patici : *ſotto nome di Diſtretto,&c. ſi intendono*
ſolamente gli Abitanti di Borghi , Ville, e Com-
muni dentro il Territorio della Città , e non al-
trimente quelli,che abitano ne' Territorii delle
Terre , e Caſtelli convicini , benche della Dioce-
ſi , ò in altro modo ſoggetti in temporale , e ſpi-
rituale alla Città d' Imola ; Hæc autem decla-
ratio promanans ab Eminentiſſ. Epiſcopo appri-
mè informato de ſtatu ſuæ Diœceſis , quam ſub
oculis habet , totieſque viſitando perluſtravit ,
perfectam utique præſeferebat probationem ſi-
tuationis Caſtri Rioli in Comitatu, non autem
in Diſtrictu Civitatis Imolæ , ut in debilinri-
bus terminis alias firmavit , *Rot.dec.97. num.3.*
coram Emer.Jun.deciſ.460.n.10.par.18.recent. ,
in Salisburgen.Jurium Parochialium 22. Jan.
1716.§. Denique , & 25.Junii 1717.§.Quam-
quam coram Reverendiſſ. Criſpo Archiepiſcopo
Ravennaten. in Zamoren. Parochialis de Ca-
nizzo 4. Junii 1721. §.Juxtis coram Reveren-
diſſ.de Herrera Epiſcopo Seguntino , & in An-
drien.Beneficii de Serboy 12. Martii currentis
anni 1725. §. Eamdemque coram Me.

Hiſce omnibus accedebat inconcuſſa , & in-
22 alterabilis pluſquam centenaria obſervantia
ſolutionis Ripatici abſque ulla contradictione
expletæ per Homines aliorum Caſtrorum *di*
Mordano , & Caſola Valſenio , & ſex Villarum,
ex quibus una cum Caſtro Rioli conſtituitur
Comitatus quæ obſervantia dubio procul pa-
tefaciebat ſemper adfuiſſe diſtinctionem inter
Comitatum , & Diſtrictum , non enim ſuaſibile
eſt , quod Homines prædictorum Caſtrorum ,
Villarum ſubire voluiſſent onus prædictæ ſo-
lutionis , quàtenùs exemptio Diſtrictualibus
elargita debuiſſet , etiam extendi ad Comita-
tenſes , ut proindè cum ſolutio Ripatici facta
ab aliis Comitatenſibus tribui non poſſit eorum
negligentiæ in allegando Exemptione ipſos
competente , quia nunquam præſumitur,quod
quis proprium Jus,& intereſſe contemnat, con-
gruentius referenda ad agnitionem eorum ſub-
jectionis , & comprehenſionis ſub taxa , ex fir-
23 matis per *Rot.in Melevitana Deprædotionis ,*
quod Demetrium 22.Februarii 1712. §. Ac de-
mum coram clar.mem.Card.Priolo , & in Roma-
na Locorum Montium 22. Junii 1717. §. His
omnibus cor.ba.mem. Lancetta , & in Ravenien.
Cavamenti Palata, ſeu Fuſcalcæ 11.Maji 1722
§. Cæterum cor.R.P.D.meo Cerra.

Hancque intelligentiam non deſtruebat,quin
potius mirificè confirmabat Breve la. me. Julii
II. anni 1504. revocatorium omnium Conceſ-
ſionum , ſeù Inſtitutarum factarum de Civita-
te , & Territorio Imolenſi in Vicariatum , &
Comitatum ; Quamvis enim Summus ille Pon-
tifex , poſtquam mediante ejus vigilantia ,
amiſſam Eccleſiaſtici ſtatus partem, ab inteſtino
ſcelere , & ab occultis conjurationibus vindi-
caverat , quemadmodum advertit *Rota in Bri-*
ctinorien. Gabellæ 23. Aprilis 1717. §. 2. coram
bon. mem. Anſaldo , ad protinus extinguendum
Factionum ſomitem prohibuerit per Breve præ-
dictum , ne impoſterum Civitas , & Comita-
tus , & Diſtrictus Imolenſis in Vicariatum,
aut alium quocumque titulum quoquo modo
concedi poſſent , non inde tamen ſequitur ,
quod pro uno , eodemque corpore intellexerit.
Civitatem , Comitatum , & Diſtrictum ; Imo
cum pluries in eodem Brevi mentionem diſtin-
ctivam fecerit de *Civitate , & Comitatu , &*
14 *Diſtrictu* , adhibita ſemper particula illa , *ET*
quæ tanquam inter diverſa poni ſolita ; de
ſui natura univerſitatem importat, ut dixit *Ro-*
ta inter impreſſ.ad ornat. Card. de Luca in Man-
tiſſ. lib. 10. ad mater. de Fideic. deciſ.70.num.6.
prædicta utique ſeparata enunciativa Civita-
15 tis , & Comitatus , & diſtrictus , illorum di-
verſitatem oſtendit , ut in puncto admonet
Rot.in Æſina Collectarum 7.Decemb.1714.§.21.
cor. Emin. D. Card. Scotto .

Et quidem ſtat bene ſimul , quo diſtrictus ,
& Comitatus , excluſis particularibus Vica-
riis , ſeù Dominis , unico Regimini , ac Gu-
bernio Civitatis Dominantis , & S. Sedis Apo-
ſtolicæ ſubjici debeant prout in Votis habuit
ſan. mem. Julius II. ad tollendam factioſis oc-
caſionem novarum Conjurationum , quod-
que nihilominus Diſtrictus , & Comitatus di-
verſa inter ſe habeant Territoria . Communio
namque paſſim dari ſolita inter plura Caſtra
quoad Gubernium , & Politiam Civilem , vel
etiam œconomicam , non impedit , quin ea-
dem Caſtra uti ſingula , diverſum , ac particu-
lare , conſtituant Territorium , ut in terminis
16 individualibus firmatum fuit in *Bononien.Da-*
tii Carnis 24. Novembris 1713. §. Quibus ita
coram Eminentiſſimo D. Cardin. Scotto , & in
d. Æſina Collectorum 7. Decembris 1714. §. 21
coram eodem .

Abſque eo , quod ullam vim facere potue-
rit res Judicata emanata anno 1715. in Sacra
Congregatione boni Regiminis , qua defini-
tum fuit , Homines Caſtri Rioli , ejuſque Ter-
ritorii obligatos eſſe ad contribuendum ex-
penſis per Civitatem Imolæ factis in Hoſpita-
tione Militum exterorum. Ex demandata nam-
que contributione expenſarum facienda per
Communitatem Rioli nullum concluens erui
poterat argumentum pro inducenda compre-
henſione Caſtri Rioli in Diſtrictu Imolæ; quia
cum gravamen ſubminiſtrandi Annonam, alia-
que neceſſaria militibus , ſive tranſeuntibus ,
ſive ad Cuſtodiam Provinciæ accerſitis ſit onus
reale , & Bonis infixum , eidem oneri propor-
tionabiliter obſtricti remanebant , tam Cives,
& Diſtrictuales , quam Comitatenſes , ut in
17 præciſis terminis dixit *Rot. in Brictinorien.*
Gabellæ 23. Aprilis 1717. §.16. coram bon.mem.
Anſaldo .

Maximè quia cauſa ejuſdem gravaminis
æqualiter tangebat , nedum Civitatem , &
Di-

Diſtrictum, verum etiam Comitatum, &
omnibus erat Communis, & proficua, dum
mediante Hoſpitatione Militum præſervaba-
tur univerſum Territorium ab hoſtilibus incur-
ſionibus; Unde quemadmodum ratio contri-
butionis in omnibus materiis unice ſumenda
venit à promiſcuitate, & communione damni,
18 periculi, vel intereſſe, ut per *Text. in l. pri-
ma, & 2. §. Si naves ff. ad l. Rhod. de Jact.* fir-
mat *Klocm. de contribut. cap. 17. num. 298. &
seqq.* cum aliis *in Bononien. Contributionis 26.
Junii 1720. §. Porrò coram bon. mem. Lancetta*.
Ita Juſtitiæ, ac æquitati conſonum erat, quod
ad eamdem contributionem concurrent, tàm
Cives, & Diſtrictuales, quam Comitatenſes,
eo ipſo, quod omnes præſervati fuerunt ab
incurſionibus prædictis, ut præter generalia,
19 de quibus *Rota in Bononien. Datii Carnis 24.
Novembris 1713. §. Proindeque coram Eminen-
tiſſimo D. Card. Scotto, & in Avenionen. Pe-
dagii 4. Decembris 1719. §. Unde plane, & §.
Igitur coram bon. mem. Foſcaro*, In ſpecie ſolu-
tionis Collectarum faciendæ, tam per Cives,
quam per Comitatenſes pro rata commodi, &
utilitatis firmavit, *Rota in Æſina Collectarum
7 Decembris 1714. §. 9. coram Eminentiſſimo D.
Card. Scotto*, & in terminis contributionis pro
Hoſpitatione Militum, eadem *Rota in Brictı-
norien. Gobellæ 23. Aprilis 1717. §. 17. coram
bon. mem. Anſaldo*.

Denique nil prorsùs concludere viſum fuit
ad intentum Communitatis, quod Caſtrum
Rioli ſubiiciantur Statuto Civitatis Imolæ
tamquam Dominantis. Quod ab immemora-
bili tempore una cum aliis Diſtrictualibus præ-
ſtiterit eidem Civitati Juramentum fidelitatis;
Quodque proportionabiliter perſolvit onera
Cameralia Depoſitario Communitatis Imolæ,
& contribuat etiam pro ſalario ejuſdem Depo-
20 ſitarii; quandoquidem ſubjectio Caſtri Rioli
Statuto Civitatis Imolæ, & præſentatio Jura-
mento fidelitatis, probant quidem ſubjectio-
nem dicti Caſtri erga eamdem Civitatem, ſed
non concludunt illius comprehenſionem in Di-
ſtrictu: cum nullam involvat repugnantiam,
quod Caſtrum Rioli ſubjectum remaneat Gu-
bernio, & Regiminis Civitatis Imolæ, & ni-
hilominus habeat ſeparatum, ac diverſum
Territorium, ut ſupra probatum fuit *in §. Et
quidem*.

Contributio verò ad ſolutionem onerum
Cameralium per Homines Caſtri Rioli fieri ſo-
lita in manibus Depoſitarii Civitatis Imolæ.
Oſtendit utique, quod in ſolutione onerum
Cameralium æque gravantur Diſtrictuales, &
Comitatenſes; ſed non operatur, quod in re-
21 liquis diverſimodè conſiderari non poſſit Di-
ſtrictus, & Comitatus, prout excludendo ſi-
mile argumentum ductum ex ſolutione ſalarii
Officialibus Comitatus, & diſtrictus appoſitè
docet *Ancharan. in Clement. in. ne Romani §. Sa-
nè num. 5. de Elect.*, ubi quod aliqua Caſtra
contribuentia annuatim certa onera Civitati
Senatum, non ideò ſunt de Diſtrictu ejuſdem
Civitatis, & concordant *Corn. conſ. 186. num.
10. & ſeqq. Soccin. ſen. conſ. 74. & ſeqq. lib. 2.*
cum aliis apud *Fenzon. in Commentar. ad Sta-
tut. Urb. cap. 196. num. 76.*

Et ita, utraque Parte in acerrimo contradi-
ctorio audita, reſolutum fuit, &c.

R. P. D. CORIO

Beneventana Fabricæ.

Lun. 11. Junii 1725.

ARGUMENTUM.

Vicinus nequit prohibere vicino ædificium ſuum altius elevare, quamvis propriis luminibus officeretur, & quamvis quoad aliquam partem tranſactio adeſſet certam legem imponens, nam hæc trahenda non eſſet ad alteram non expreſſam.

SUMMARIA.

1 *Tranſactio eſt religioſè ſervanda.*

2 *Servitute, & æmulatione ſeclusa, in ſuo quiſque poteſt quidlibet facere, & ædificare.*

3 *Ex permiſſione alicui data quidpiam agendi præſupponi videtur facultas prohibendi.*

4 *Negativa ſervitus per lapſum temporis, quaſi poſſeſſione prohibendi deſtitutum non acquiritur.*

5 *Et quando prætenditur inducta per pactum illud clariſſimè debent probari.*

6 *Verba à tranſigentibus dubitativè prolata nullum majus ius dant, quam ante tranſactionem competeret.*

7 *Tranſactio in una parte ſervitutem inducens, nihil operatur, quoad aliam, de qua facta non fuit mentio. Imo ad eam reſtringitur, de qua controverſia agebatur.*

8 *Verba dubia ità interpretanda ſunt, ut minus, quam fieri poſſit, lædant naturalem libertatem.*

9 *Servitute conſtituta, ea quoque conceſſa intelligantur, ſine quibus aliàs exerceri non valeret.*

10 *In ædificationibus ſpectatur potius utilitas facientis, quàm incommodum prohibentis.*

11 *Quando inter duo ædificia ſpatium congruum intercedit, prohibendum non eſt, ne unum altiùs elevetur ſub prætextu obſcurationis luminum.*

12 *Facultas à tranſactione proveniens eſt omnis efficaciæ.*

13 *Aliquo conceſſo, ea omnia permiſſa cenſentur, cum quibus neceſſario exercendum eſt.*

DECISIO LXXIII.

ANtiquum Palatium Terræmotus excidio in Civitate Beneventana collapſum, excitare curans Helena Tutrix illorum Muſtis per longitudinem palmorum 64 $\frac{1}{2}$, poſtquam appartamentum plurium manſionum tam in illius fronte, quam in parte interiori verſus Atrium e latere ſiniſtro confluxerat, anno 1706. nunciatione novi operis inhibita fuit ab Antonia Nardò, & Franciſco Ligorio ejus filio ſuper elevatione ejuſdem à latere dextero, inſtitutoque Judicio coram A. C. ſuper prætenſa ſervitute, fuit deinde lis dirempta mediante tranſactione, de qua *Summ. illorum de Muſtis num. 1.* Cumque pluribus tranſactis annis dd. fratres de Muſtis elevationem proſequi vellent, rurſus Franciſcus Ligorius altero Mo-

Digitized by Google

nitorin ſuper nunciatione novi operis, & obſervantione tranſactionis inhibuit coram A.C., à quo poſt Plantæ elevationem, Peritorum relationes, ad formalem acceſſum, favorabile iidem de Muſtis reportarunt judicatum, quo eiſdem conceſſa extitit licentia proſequendi fabricam in fronte Palatii illamque extendendi per longitudinem palmorum 64 ÷, & per ſpatium palmorum 34. cum tribus quartis uſque ad quadrum Vici d. fabricam elevandi dumtaxat uſque ad lodiam d. Ligorii; à parte verò interiori fabricandi ad altitudinem palmorum 39. relicto ſitu palmorum quatuor inter fabricam extruendam, & atrium Ligorii, ſub prohibitione non aperiendi feneſtras in pariete è conſpectu ipſius Atrii, & demum conſtruendi Lodiolam vulgò *un paſſetto*, illumque appodiandi per longitudinem palmorum decem muro Atrii ejuſdem Ligorii, ut latius *dict. Summ. num.6.* Devoluta autem Appellationis cauſa ad Rotam, dubium hodiè propoſui: *An ſit locus elevationi Fabricæ, de quo agitur, & quomodò*: reſponſum prodiit: *Affirmativè juxtà modum*: nempè ad formam ludicati A. C.

Non controverſa enim facultate elevandi fabricam per longitudinem palmorum 64 ÷, quoad frontem proſpectumque Palatii, nec non ſitu palmorum 34. cum tribus quartis è conſpectu Lodiæ illorum de Ligoriis, pro qua præciſivè à reliquis omnibus exuberans præſtabat præſidium ipſa litera jam dudum initæ tranſactionis, quæ religiosè ſervanda eſt,
1 juxtà *Text. in cap. quod ſemel de reg. Jur. in 6.* cum aliis in *Bononien. Tranſactionis 20. Martii* 1709. *§. Minimè relevante coram bon. mem. Lancetta*, cum tota verſaretur controverſia ſuper elevatione fabricæ à parte interiori Palatii, ſcilicet è conſpectu Atrii, & Coquinæ illorum de Ligoriis, tato affirmativè reſolutionis planè deſcendere viſa eſt ex ea naturali libertate, quæ æmulatione non præſumenda, & ſervitute lepoſitis, quiſque patitur in ſuo quidlibet faciendi, & ædificium
2 extollendi, de qua *Text. in l. Altius, & ſi in ædibus ff. de ſervitut., & aqu., Rocc. diſput. Jur. 137. num.3.*, *Rot. in Tyburtina Fabricæ 3. Decembris* 1706. *§. Juſtitia coram bon. mem. Lancetta*, & in *Bononien. Fabricæ 2. Decemb.* 1715. *§. Quoad coram Emin. Falconeria confirmat 1. Julii* 1716. *n. Aſt revera cor. Eminentiſſ. Altbann.*

Fruſtrà autem in præſenti ſervitus erui contendebatur ex d. Inſtrumento tranſactionis, eo ſub intuitu, quod dum eadem ſtipulata fuit, poſtquam illi de Ligoriis competentiam ſervitutis allegaverant, & articulaverant, & quidem per verba duplicata quoad Muſtos: *poſſano alzare*; & quoad Ligorios: *debbano contentarſi*; ex hac data permiſſione ædificandi Palatium à latere dextero ad inſtar alterius partis prius completæ à latere ſiniſtro, in omni alia parte in eodem Inſtrumento permiſſive non deſignata, præſuppoſita ſatis videatur facultas prohibendi, & confirmata activa ſervitus juxta
3 proximè animadverſa per *Torr. var. Jur. quæſt. tit. 101. tom.2., Rot. poſt eumdem tit. 3. part.16. deciſ.3. n.32. tom.1.*

Quandoquidem ſi ante enunciatam tranſactionem articulata quidem fuit aſſerta ſervitus, ſed nulla de ea facta extitit probatio; nec documentum ullum exhibitum, aut veſtigium, quod à præcedenti humili ſtatu domumcularum deſumi non poterat, quia negativè ſervitutes a lapſu temporis, quaſi poſſeſſione prohibendi deſtituto non acquiruntur. *L. hæc autem*
4 *jura ff. de ſervit. urban. præd., Marant. reſp. 21. num.42. & ſeq., Rocc. diſput. Jur. cap. 17. num. 31. & 32., Rot. cor. Buratt. dec. 38. num. 4. & 5. cor. Ubag. dec.92. num.6. & 7., & in Farſen. Manutentionis, ſeù Furnacis 30. Januar.* 1719. *§. Objectum cor. Me*; impoſſibile evadebat, eamdem ſervitutem, ſeu quaſi poſſeſſionem prohibendi, nonniſi à clariſſimis pactionibus edu-
5 cendam, *Altograd. ſen. conſ.82. num. 2., Cardin. controv. 183. num. 12., Andreol. controv. 168. num.2., Rot. in rec. dec. 276. num.3. part.14.*, & poſt *Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 47. num.9. & 10.*, per conjecturas eruere, & ratiociniis, quæ æquivoca nimium, & ſubſiſtentia deteguntur, dum non probata præexiſtentia ſubjecti, inane eſt ejus confirmationem allegare, & arguere, ſive ex verborum cortice ſonantium in permiſſionem, quando hæc eadem verba non abſolutè, & ſimpliciter prolata noſcuntur, ſed
6 cum præſtantiſſima reſtrictiva: *ò ſia, ò non ſia biſognevole il ſuo conſenſo*: quæ comprobant nullum majus in tranſactione datum fuiſſe jus, quod prius tranſigentibus competiiſſet, ex animadverſis per *Surd. conſ 321. n.59. Cyriac. controv. 634. n. 24., Urceol. de tranſact. quæſt.57. n.14., Rot. in Piſauren. Molendinorum, ſeù Vallatarum ſuper bono jure 23. Martii 1712. §. 24. cor. bon. mem. Kaunitz.*

Sive etiam ex certo deſignato loco elevationis è fronte Palatii ad inſtar fabricæ erectæ à parte ſiniſtra; tum quia & argumentum hujuſmodi facilè retorquetur hoc ipſo, quod juxtà ocularem inſpectionem Plantæ conſtat in d. parte ſiniſtra fabricam ductam fuiſſe etiam in parte interiori, primo modo, quod latus dexterum fieri contenditur, tum quia validiùs urget quod limites, quoad ipſam frontem: ſeù conſpectum palatii per tranſactionem conſtabiliti, potuerunt quidem naturalem libertatem reſtringere quoad eam partem, de qua tranſactio loquitur, abſque eo quod eumdem effectum operentur quoad diverſam partem, quæ
7 ſub diſpoſitione juris remanſit, ut per *Text. in l. non modò Cod. de ſervit.*, advertunt *Surd. conſ. 47. num.8., Parſ. conſ.116. num.6. lib.1., Cardin. controv.182. num.13., Rot. in rec. dec. 596. num 3. part. 5. tom.2.*, & *in Bononien. Fabricæ 1. Julii* 1716. *§. His itaque in fin. cor. Eminentiſſimo Altbann*, quod indubitantius affirmari debet in præſenti, quo ex ipſo tranſactionis proemio habetur, litem, ſuper qua tranſactum fuit, verſatam fuiſſe ſuper elevatione fabricæ in fronte, & à latere dextero ratione prædicti proſpectus Lodiæ illorum de Ligoriis; unde tranſactionis effectus coerceri magis debet ad cauſam expreſſam, & nullo modo ad ea protendi, ſuper quibus lis non aderat, & de quibus mentio ulla facta non fuit, ut præcisè reſpondit *Rot. dec. 404. num. 2. cor. Dunoz., & dec.31. num.7. part. 17. rec.*, & in d. *Bononien. Fabricæ 2. Decembris* 1715. *§. Nil refragante coram Eminentiſſimo Falconerio, & 1. Julii* 1716. *§. Minime efficiente coram Eminentiſſimo Altbann.*

Magis

Magis non faceſſente, quod in cap. 3. d. Tranſactionis promiſſum fuerit: *Che poſſano i Signori Moſti fare un paſſetto*, ſeù *loggetta da paſſare dalle loro ſtanze già fatte all'altre, che faronno à mano deſtra del portone di longhezza palmi dieci, con concedergli l' appoggio ſimilmente al mura del lora cortile, parchè non s'induca ſoggezzione alcuna al cortile di eſſi Signori Ligori, tanto di lume, quanto di acqua, che di proſpetto*; Nulla enim exinde reſurgere ad rem valet ſervitus, quia verba illa: *che poſſano fare eun paſſetto da paſſare dalle loro ſtanze già fatte all'oltre, che faronno à mano deſtra del portone*: cum directa ſint ad manſiones, faciendas à parte dextera, non eſt, quod excludant manſiones, de quibus agitur; quæ ſunt in parte dextera, licet interiori; Alia autem verba: *parche non s' induca ſoggezzione alcuna, tanto di lume, quanto di acquo, che di proſpetto*: cum appoſita ſint pacto concedendi appodium in muro illorum de Ligoriis, ſtare quidem dici poſſunt ad minuendam ſervitutem, quam in ſuo Ligorii conſtituebant, non autem ad auferendam libertatem illis de Muſtis competentem in proprio ſolo, ut patet, nedùm quia alias Ligorii apertius ſibi legem dixiſſent in tranſactione, ut pro effectu coercendi naturalem li-
8 bertatem requiri in his terminis per *Text. in l. veteribus ff. de pact.*, trahunt *Altogr. ſen. a. 22. lib. 1. Ciarlin. d. controv. 182. n. 8*, *Rot. dec 596. n. 4. par. 5.*, *& in Surrentina Fabrica* 8. *Januarii* 1706 *§. Quandoquidem in fin. coram clar. mem. Card. Caprara*.

Sed imo quia aſſumpto hujuſmodi apertius adſtipulatur præcedens cap. a. d. Tranſactionis, in quo ſi conceſſa legitur appodiandi fabricam lodiolæ dd. de Ligoriis, & manſiunculæ ab ipſis extruendæ, jam inde patet, quod dum dicta Manſiuncola ab ipſis extruenda eſt contermina ſitui, in quo controverſa fabrica elevari debet, non quidem tacitè prohibita, ſed expreſsè volita dicenda ſit eadem fabricæ eleva-
9 tio, ſine qua conventum appodium ſtare, & verificari non poſſet, juxta cenſuram *Text. in l. ſervitutes §. Si domo*, ibique *Bartol. ff. de ſervitut. urbanor. prædior. Cæpol. de ſervitut. urbanor. prædior. cap. 23. num. 7.*, *Pecc. de Aquæd. lib. 1. cap. 3. quæſt. 14. n. 50.*, *& ſeqq.*, *& lib. 2. cap. 9. quæſt. 1. n. 1.*

Quod ſi nulla ex d. Tranſactione conſtituta dici valet ſervitus, unde oriatur facultas prohibendi elevationem fabricæ in parte interiori, de qua huc uſque actum fuit, minus erat, quod prohibendi jus reſurgere poſſet ex præjudicio, quod per novam fabricam Coquinæ dd. de Ligoriis inferri contendebatur; Præter quod enim præjudicium vicini, niſi ſit prorſus intollerabile, nunquam attenditur pro impedienda libertate ædificare volentis in ſuo, quia utilitas potiùs facientis, quam incommodum prohibentis ſpectatur, juxtà latè deducta in
10 *Neopolitano altiùs tollendi* 12. *Martii* 1710. *§. Nam cum cor. clar. me. Card. Tremoille*, *& in Bononien. Fabricæ* 2. *Julii* 1717. *§. Juſtitiæ coram Reverendiſſimo Ravennaten.*, *& in d. Farfen. manutentionis*, *ſeù Fornocis* 30. *Januarii* 1719. *§. Juſtitia verò coram Me*, omnis adhuc ceſſat amaritudo, quia nullum verificabile eſt dictæ Culinæ præjudicium, non quidem proſpectus, cui jam officit fabrica in fronte Palatii elevata, quove eadem non indiget, ut dixit *Rot. dec. 494. num. 13. par. 17. rec.*, nec minus luminis, tum quia feneſtræ ejuſdem ſuperiores ſunt fabricæ conſtruendæ in palmis quatuor, tum quia inter d. fabricam elevandam, & d. culinam intercedit ſpatium palmorum 34., in quibus circumſtantiis nulla eſt ratio prohiben-
11 di, ut in d. *Neapolitano altiùs tollendi* 12. *Martii* 1701. *§. Nec urget coram clar. mem. Card. Tremoille*, *& in d. Bononien. Fabricæ* 1. *Julii* 1716. *§. Et quamquam cor. Eminentiſſimo Altbann.*

Demùm parum immorandum cenſuerunt Domini ſuper elargita in judicato A. C. facultate appodiandi, quia cum hæc deſcendat ex d. Tranſactione, ſatis fundet intentionem A-
12 ctorum, ut præter ſuprà deductos monet *Urceol. de tranſact. quæſt. 50. num. 1.*, *& ſeq.*, *Rot. coram Peuting. dec. 38. num. 4.*, *& 11.*, *& in rec. dec. 548. num. 9.*, *& ſeq. part.* 19. Non attento, quod in Decreto A. C. fuerit permiſſa tignorum immiſſio, murique elevatio, quia horum reſpectu nullus verificari poteſt exceſſus, cum ea omnia tamquam venientia in ſequelam permiſſi in Tranſactione tranſitus vul-
13 gò *paſſetto*, tacite, & neceſſario conceſſa intelliguntur argum. *Text. in l. ad rem 56. ff. de Procurat.*, *& l. 2. ff. de Juriſdict. omn. Judic.*

Et ita utraque, &c.

R.P. D. CALCAGNINO

Anglonen. Manutentionis, & Aquæductus.

Lunæ 2. Julii 1725.

ARGUMENTUM.

Qui habet facultatem generalem aquæducendæ per fundum alienum, non poteſt coarctari ad exercendam ſervitutem in certa fundi parte, ſi indigentia aliter poſcat, & quando eſt in hac ſervitutis, & variationis, quaſi poſſeſſione, omninò manutenendus eſt.

SUMMARIA.

1 *Manutentia non denegatur, quando apparet de quaſi poſſeſſione.*
2 *Deciſio emanata in caſu diverſo, nihil ponit in eſſe quoad alium.*
3 *Quoties non conſtat de malo jure poſſeſſorio, manutenendus eſt etiam in caſu dubio.*
4 *Variandi jus improbatur à legibus in ſervitute aquæductus.*
5 *Declaratur id procedere in ſervitate indefinita, non in ſervitute generali, in qua ſcilicet totus fundus ſervituti deſtinatur.*
6 *Exceptio nullitatis inſtrumenti non admittitur in poſſeſſorio, cujus ſola verificatio parit manutentionem.*
7 *Prædiolium Servitutum actiones prudenti conſilio à Judice ſunt temperandæ.*

 De-

DECISIO LXXIV.

COntendentibus Carthuſianis Sancti Nicolai Francavillæ, minime licere Ciſtercienſibus Sanctæ Mariæ Sagittarii novos conſtruere, ac variare Aquæductus ex Sinno Flumine pro exigentia Molendini nuncupat. *del Carroſo* A. C. per Decretum mandavit Ciſtercienſes *manuteneri in quaſi poſſeſſione Juris ducendæ Aquam ad Molendinum, de quo agitur, & pro hujuſmodi effectu conſtruendi Aquæductus in locis tamen, & ſitu Fluminis Sinni propinquioribus, & minus præjudicialibus Prædiis, & Bonis PP. Carthuſianorum cum facultate variandi, & iterum conſtruendi eoſdem Aquæductus juxta indigentias, & variationes decurſus Aquarum d. Fluminis Sinni; facta tamen prius coram nobis probatione ejuſdem indigentiæ, & variationis, ac prævio noſtro Decreto juxta caſuum opportunitatem faciendo. Summ. num. 3.*

A quo tamen Judicato cum utrinque appellatum eſſet, ſubindeque demandata fuiſſet Commiſſio coram R. P. D. meo Ratto, Sacra Rota ita Judicium A C attemperavit, ut nempe firma manente ſupra expreſſa quaſi poſſeſſione favore Ciſtercienſium, *iidem ſolummodo tenerentur facere præventivam intimationem Carthuſianis, ad hoc ut bene advertere poſſint, quod cum minori eorum præjudicio opus peragatur, & reſervata eiſdem Patribus Carthuſianis facultate deducendi in Sacra Rota gravamen, quod prætendere poſſent ſibi illatum, non retardato interim opere, ut Molendinum inutile evadat.* Quam reſolutionem in gradu ulterioris appellationes hodie mane Domini confirmarunt.

Conſtat enim pro varia Aquarum affluentia, aut æſtate Ciſtercienſes ſemper in quaſi poſſeſſione fuiſſe attollendi, ac deprimendi Aquarum ductus, itemque variis itineribus conſueviſſe vel divertere, vel corrivare aquas per latifundia Carthuſianorum pro Molendini opportunitate, *præſen. Summ. num. 2.* Ergo in hac eadem
2 quaſi poſſeſſione ſunt manutenendi; Ut peculiari Edicto juſſit *Prætor. in l. 1. ff. de aqua quotid., & æſtiv. Scribentes ad l. videamus ff. de interdictis, ſive exord. action. & inſtit. tit. eodem in princip. §. fin.* Rot. *deciſ.* 319. *num.* 4. & *dec.* 654. *num.* 1. *part.* 19. *recen. cum concord. cumulat. in antecedenti Deciſ.* 30. *Junii* 1724. §. *Conſtitet namque cor. R. P. D. meo Ratto.*

Neque ad conturbandam hanc quaſi poſſeſſionem prodeſt contumacialis Deciſio noſtri Tribunalis in Anglonen. Molendini ſuper bono Jure diei 1. Julii 1697. coram bon. mem. Pio, quia iſta emanavit in Cauſa diverſa prout videre eſt ex præcedentibus Deciſionibus, & ſignanter ex illa impreſſa in *part. 11. recent. deciſ. 52. coram clar. mem. Card. Meltio*, & ſic acta Deciſio nihil potuit in eſſe, fortius quia adverſus eam reſponſum fuit ſub die 14. Januarii 1701. *ut iterum Cauſa proponeretur* - ex qua poſtrema reſolutione cum hic dubia remanſerit, certum in iure eſt, quod in hoc poſſeſſorio Judicio ipſa dubietas ſatis ſit pro confirmanda quaſi poſſeſſione, adeout manutentio denegari nequeat, donec in ſua legitima diſceptatione
3 conſtiterit de malo jure Poſſeſſoris, *Gloſſ. final. ad dictum l. 1. de aqua quotid. & æſtiv. Abbat in cap. querelam num. 2. & 22. de elect.* Rot. *deciſ.* 175. *num.* 1. & 2. *par.* 4. *diverſ. & coram Seraphin. dec.* 499. *num.* 3. *coram Buratt. deciſ.* 378. *n.* 2. & penes *Poſtb. de manut. deciſ.* 140. *num.* 6. *coram Bichio deciſ.* 210. *num.* 24.

Multoque minus eadem quaſi poſſeſſio vacillat per illam objectionem, quod hoc jus va-
4 riandi improbetur ex legibus ſervitutis, quibus expreſſe cautum eſt, *ut inducta ſervitute Rivi, primo quamlibet ducere licuiſſet, poſtea quam ductus eſſet, alio transferre non liceret l. ſi cui ff. de ſervit.* Siquidem lex iſta locum habet tantum in conceſſione ſervitutis indefinita; Secus vero in conceſſione generali, cum ſcilicet totus fundus, & quælibet ejus pars ſervituti deſtinatur, tum enim conductis Aquis in una fundi parte, nihil prohibet quin per alium derivari poſſint, & ita cum Inſtrumento donationis, ſeu conceſſionis non data ſit Ciſtercienſibus ſervitus indefinite in fundo, ſed generaliter per totum fundum, & per quamlibet fundi
5 partem, etiam cum expreſſa facultate variandi, *Summ. eadem num.* 5. Jam dicendum eſt, quod in hoc locum non habeat diſpoſitio *dictæ l. ſi cui* ſed obtinet ſanctio, *l. nam ſatis* 6. §. *Cæterum ff. quemadmodum ſervit. amitten.* ibi: *Si ita conſtitutum eſt jus viæ, per quamlibet partem fundi ire, agere liceat, idque velit ſubinde mutare, nihil prohibet, l. ſi mihi* 21. *de ſervit. ruſt. & l. certo generi §. Si totus ager digeſt. cod. ubi Cujac. in recitat. ſolemn. lib. 8. ff. tit.* 3. *tom.* 7. *nov. impreſſ. Neap. pag. mihi* 435.

Importuna vero hic redditur illa exceptio ſuper nullitate enunciati Inſtrumenti Conceſſionis, ſeu Donationis, quia hæc, & ſimiles exceptiones hujus Judicii non ſunt, neque hic de bono jure agitur, ſed de poſſeſſione, cujus
6 ſola probatio parit manutentionem favore Poſſeſſoris, *Lanar. conſ.* 14. *num.* 12 & *ſeqq. reg. Galeot. controv. jur. l.* 1. *controv.* 51. *num.* 54. & 55. *Rot coram Bich. deciſ.* 210. *num.* 25 & *coram Cer. deciſ.* 313. *num.* 10. & 11. & *coram Beaincaſ. deciſ.* 316. *num.* 1. & 8. & *in Bononien. Manutentiones* 28. *Januarii* 1692. §. *In hodierna coram Hervato.*

Nè tamen Ciſtercienſes favore conceſſæ manutentionis adducti Cauſam arripiant licentius evertendi, ac devaſtandi agros, & ſata Carthuſianorum prudenti conſilio modus præfixus eſt, ut quo minori poſſit detrimento, cum occaſio tulerit novi deducantur rivi, reſervata facultate deducendi in hoc Sacro Tribunali, ſi quid deterius tentaverint, non retardato tamen Molinorum opere. Si quidem totum hoc Judicium, ſicuti omnes Prædialium ſervitutum actiones, prudenti, urbanoque
7 conſilio ad omnem civilitatem explendam temperandæ ſunt, ut appoſite proponemur in *dict. l. ſi cui* 9. *ff. de ſervit. l. veteres* 4. *ff. de itiner. actuq. privat. l. favorabiliores de regul. Jur.*

Et ita utraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES

Feretrana Fodinæ.

Lunæ 11. *Martii* 1726.

ARGUMENTUM.

In fundis privatorum, & ſi non liceat ipſis invitis initium ſumere ad effodienda Mineralia, quoties tamen vel in proprio vel in permittentis fundo vena inventa ſit, continuari poteſt exquiſitio etiam in alterius licet in viti fundo, cui decima inventorum ſolvenda eſt, & decima Fiſco.

Sulphur, licet tertiæ ſpeciei regulatur inſtar cæterorum nobilium mineralium.

SUMMARIA.

1 *Sulphur eſt in tertia ſpecie inter metalla primi Ordinis, & inter viliores lapides, & eodem iure regulatur, ac illa primi ordinis.*

2 *In propria fundo licet vergas Mineralium inquirere, & inventas perſequi in vicini funda, etiam domino invito, dummodo ſuperficies non lædatur, nec impediatur rei uſus.*

3 *Lapidicinæ alterius fundi, nec privato, nec publico nomine cædi poſſunt.*

Hoc procedit quia pleramque ſunt in ſoli ſuperficie, & quia ſunt de materiis vilioribus, quorum utrumque ceſſat in ſulphure.

4 *In mineralibus minus pretioſis, quia facta ſunt de pertinentia Principis non debet procedi cum regulis iuris communis.*

Et facultate conceſſa ea inquirendi in proprio fundo, nequeunt iſtius limites excedi.

5 *In Ducatu Urbini ius fodiendi, fabricandique ſulphuris pertinet ad Rev. Cam. Apoſtolicam.*

6 *Mineralia in fundis privatorum exquiri, & fodi nequeunt ſine licentia Principis, & ſolutione Decimæ.*

7 *Sublata prohibitione effodiendi mineralia per licentiam Principis redit diſpoſitio iuris communis, & libertas eadem perſequendi in fundo vicini.*

8 *Diſpoſitio Juris communis illæſa manet, ubi non reperitur expreſſè correcta, aut ubi correctio pernecceſſè non deducitur ab expreſſis.*

9 *Facultas per Principem conceſſa intelligi debet ad terminos iuris, à quibus recipit paſſivam interpretationem.*

10 *De Jure prohibitum eſt initium effoſſionis in ſolo alieno, non autem eius proſequutio, & continuatio.*

11 *Venæ Dominium ad eum pertinet, in cuius fundo eius initium repertum fuit etiam prò ea parte, quæ in alterius fundum progreditur, & continuat.*

12 *Fodinarum exercitores in eis ſepe totam eorumdem ſubſtantiam deperdunt.*

13 *Eſt contra æquitatem, & naturam de alieno labore, & cum alterius damna velle locupletari.*

14 *Domino fundi de Jure prælatio competit, quatenus ipſe velit effodere.*

15 *Quæ tamen ceſſat re amplius non integra; & quando alter cœpit in effoſſione laborare, & in ea progreſſus notabiter fuit.*

16 *Præventio in effoſſione non ſuffragatur, quando ab ea diſceſſum fuit, & cum animo non proſequendi fuit derelicta, quaſi tunc in priſtinam libertatem redierit.*

17 *Qui in privatorum locis mineralia effodiunt decimam perſolvere debent Fiſco, facultatem ad id danti, & decimam Domino fundi.*

DECISIO LXXV.

VEnam Sulphuris de licentia Principis perquiſitam, & tandem inventam ab illis de Caſottis in proprio fundo nuncupato *Caſilbuono*, dum iſti inſequebantur per Subterraneos Cuniculos alte deſoſſos, penetrarunt in vicinum fundum Thomæ Pupi, qui prævio Monitorio in Curia Epiſcopali Feretrana judicialiter inſtitutum pro Inhibitione ulterioris progreſſus, tum pro reſtitutione totius Sulphuris eruti ſub ejus fundo. Sed in utroque ſuccubuit, nedum coram Ordinario verum etiam coram, A.C. de Gentilibus, nec diſſimilem ſortem expertus eſt in noſtro Sacro Auditorio, cui delegata ulteriori Cauſæ cognitione, datoque per me dubio: *An, & quomodo competat Jus effodiendi in funda Vicini?* DD. reſponderunt, *Affirmativè juxtà modum*, hoc eſt ſoluta duplici decima, ſicuti judicatum fuerat in præcedentibus inſtantiis.

Ratio ſic decidendi ex eo potiſſimùm deſumpta eſt, quod agitur de ſpecie foſſilium, quæ licet metalla primi Ordinis non adæquent, inter viliores tamen lapides non recenſentur, ſed tertiam conſtituunt ſpeciem eorum, quæ cum ubique locorum minimè reperiantur, & non modicam afferant Reipublicæ utilitatem, pretioſa dicuntur, & eodem Jure, quo prima procedunt, ut de Sulphure, aliiſque ſimilibus
1 tradunt *Farinac. quæſt. crim.* 104. *num.* 39. & 61. *Leiſſer. de Præd. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 27. *Peregrin. de Jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 13., *Antun. de donat. reg. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. *Card. de Luc. de regal. diſc.* 147. *num.* 16. & 29. *Campell. ad Conſtit. Duc. Urb. dec.* 46. *num.* 107. & *poſt Pacichell. de diſtont. dec.* 56. *ſub num.* 24.: In hiſce autem Mineralibus de Jure cautum habemus, ut ratione publicæ utilitatis, unicuique liceat in proprio fundo eorum Venas inquirere, illaſque inventas perſequi ſub vicini fundo, etiam invito Domino, dummodo ſuperficies non læ-
2 datur, nec uſus rei ſuæ eidem Domino impediatur, per *Text. in l. cuncti, Cod. de metall. lib.* 11. *Gloſſ. in l. quoſdam, C. eodem tit. Bruneman. in d. l. cuncti, Caſtren. in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. præd. num.* 3. & *in l. divortio §. ſi vir, ff. ſol. matrim. num.* 4. & *conſ.* 23. 140. & 330. *part.* 2. quem ſequuntur communitèr DD., & in ſpecie *Grot. conſ.* 156. *num.* 13. & *ſeqq. lib.* 2. *Buratto. conſ.* 229. *num.* 10. *lib.* 2. *Urſill. ad Afflict. dec.* 321. *num.* 2. *verſ.* & *propterea*, *Peregrin. de Jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 14. *Farinac. quæſt.* 104. *num.* 44. 57. & 58. *Antunez de donat.*

Digitized by Google

nat. reg. par.3. cap. 12. *num.* 15. *Cæpoll. de ſer-
vit. præd. ruſtic. cap.* 104. *aliàs* 22. *de Mont.
Roſenthal. de feud. cap.* 5. *concl.* 90. *in addit.
litt.* R. *Montan. de regal. verb. Argentariæ ſub
num.*3. *Chriſtin. deciſ. Belg.*64. *num.* 12. *tom.* 5.
cum aliis poſt *Pacichell. de diſtant. deciſ.* 56.
*num.*14.

Quapropter extranea prorsùs remanet ab
hypotheſi diſpoſitio alterius *Text. in l. venditor
§. ſi conſtat, ff. comm. præd.*, ubi ſancitur, quod
3 *ſi conſtat in Agro tuo lapidicinas eſſe, invito te,
nec privata, nec publico nomine quiſquam lapi-
des cædere poteſt*: loquitur enim de lapidibus
vilioribus, qui paſſim inveniuntur, vel de la-
pidicinis exiſtentibus in ſuperficie Soli, quæ
aperiri nequeunt ſine eius læſione, undè trahi
non debet ad lapides pretioſos, qui tardò inve-
niuntur, & per ſubterraneos Cuniculos, illæſa
prorsùs ſuperficie, effodiuntur, cujuſmodi eſt
Vena Sulphuris, de quo agitur, ut bene de-
clarant *Bruneman. in d. l. venditor num.* 2. *Ca-
ſtren. ibidem num.*3. *& meliùs in l. divortio §. ſi
vir. ff. ſol. matrimon. num.*4. *ibique Barboſ. n.*26.
Farinac. dict. quæſt. 104. *n.* 56. *Urſill. in addit.
ad Afflict. dec.*231. *num.*2.

Nec obſtat, quod hodiè ex generali conſue-
tudine mineralia quoque iſthæc ſecundi Ordi-
nis, & minus pretioſa facta ſint de regalibus
Principis; Unde inferebatur, quod in iis pro-
cedi ampliùs non poſſit cum diſpoſitione Juris
communis, ſed totum faciat licentia Principis,
quæ licèt in præſenti per medium Thomæ il-
4 lius Conductoris conceſſa fuerit, limitata ta-
men apparet ad bona propria illorum de Caſot-
tis, qui proindè excedere nequiverint limites
proprii fundi, & multò minùs in Vicinum pe-
netrare.

Etenim quidquid ſit de generali iſta conſue-
tudine, per quam fodinæ hujus generis etiam
in Agris privatorum effectæ afferebantur de re-
galibus Supremi Principis; Certum quidem
eſt, quod in Ducatu Urbini controverti non
poteſt hujuſmodi conſuetudo, cum de facto
Jus privativum effodiendi, fabricandique Sul-
phuris locatum reperiatur à Rev. Camera A-
poſtolica favore Pupi Actoris, & de ea teſte-
5 tur *Campell. ad Conſtit. Urbin. decret.* 46. *num.*
107. Ex hoc autem licèt ſequeretur illos de
Caſottis fodere nequiſſe ſine licentia, & ſolu-
tione Decimæ in quibus conſiſtit Jus regale, re-
ſpectu hujuſmodi fodinarum, quæ inveniuntur
6 in Agris Privatorum, *Peregrin. de jur. fiſc. lib.*4.
*tit.*2. *num.*15. *in fin. Farinacc. d. qu.* 104. *num.*
45. *Campell. ad Conſtit. Urbin. dec.*46. *num.* 103.
Eminentiſſ. Corradin. de Prælat. qu. 67. *num.* 5.
& 19., non bene tamen inferebatur tali caſu
procedi amplius non poſſe cum diſpoſitione Ju-
ris communis, quaſi hæc correcta, & abrogata
omninò fuiſſet per reſervationem a Principe
7 factam de hiſce mineralibus; reſervatio nam-
que iſthæc importat ſolum prohibitionem fo-
diendi ſine licentia ejuſdem Principis, qua ta-
men prohibitione ſublata per licentiam ab eo
traditam, ſtatim reviviſcit in Metallario pri-
mæva libertas ſibi a Jure tributa effodiendi la-
pidem, ejuſque Venam inſequendi per ſubter-
raneos Cuniculos in fundum quoque Vicini,
ad tradita per *Lotter. de re benefic. lib.* 2 *quæſt.*
10. *num.* 37. *coram Caſtodor. deciſ.* 8. *num.* 6. *de
præbend. & deciſ.* 3. *de reſcript. & deciſ.* 505.
*num.*11. *&* 16. *part.* 1. *diverſ.*

Ideoque non ſubſiſtit ſpectandam unicè eſſe
licentiam. Principis, nulla habita ratione de
Juris diſpoſitione quoad hujuſmodi Fodinas,
8 cum licentia Principis, ad eum tantummodò
effectum requiſita, ut nempè removeatur ob-
ſtaculum prohibitionis à Principe inductæ, in
reliquis nihil officiat diſpoſitioni Juris, quæ
ſemper immota, atque illæſa manet, ubicum-
que non reperiatur expreſsè correcta, aut corre-
ctio ab expreſſi per neceſſariam conſequentiam
deducatur, *Cephal. conſ.* 235. *num.*19., *Rot. de-
ciſ.*189. *num.*1. *par.* 5., *& dec.* 20. *num.* 56. *par.*
11. *recent.*: Parum itaque curandum videba-
tur, quod licentia reſtricta appareret ad bona
propria illorum de Caſottis, quia cum hæc in-
9 telligi debeat juxta terminos Juris, à quo paſ-
ſivam recipit interpretationem *Rot. coram Coc-
cin. deciſ.* 2. *num.* 4., *& apud Marcheſ. de com-
miſſ. par.* 1. *cap.* 2. *fol.* 132. *§. Non obſtat*, & de
Jure prohibitum quidem ſit initium effoſionis
in ſolo alieno, ſecùs verò illius continuatio, &
10 proſecutio, expreſſio illa propriorum bono-
rum eò eſt referenda, ut ſtet potiùs ad indican-
dum Initium effoſionis, ne data cenſeretur
Caſottis facultas aperiendi Fodinas etiam in
ſuperficie alieni fundi, quam ad coarctandam
intra fines prædii ſui proſecutionem ſubter-
raneam effoſionis ſulphuris illis de Jure per-
miſſam.

Tantò magis quia interpretatio iſthæc non
ſolùm congruit rationi, ac menti Juris, juxta
quam Venæ initio reperto in bonis illorum de
Caſottis totius Venæ dominium eiſdem dicitur
acquiſitum ratione continuationis, etiamſi ſub
diverſis, & alienis fundis exiſtat: ut argumen-
11 to *Text. in l.* 3. *in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ.*
tradunt *Caſtren. conſ.*140. *num.* 2. *lib.* 2. *Cæpoll.
de ſervit. Præd. ruſtic. cap.*22. *num.* 4. *in addit.
Roſenthal. de feud. cap.*5. *concluſ.* 90. *num.* 8.,
Barboſ. in l. divortio §. Si Vir, *num.* 24. *ff. Sol.
Matr. Mier. de Majorat. par.* 1. *quæſt.* 10. *num.*
120., *Antunez. de donat. reg. par.* 3. *cap.* 12.
num. 19: Verum etiam conformis eſt veriſi-
mili menti tàm concedentis, quàm Conceſſio-
narii.

Nam reſpectu Thomæ multum veriſimile
viſum eſt, quòd ille libenti animo permittere
voluerit Caſottis effoſſionem Sulphuris etiam
ſub proprio fundo, in quo ipſemet pluries li-
cèt incaſſum eamdem Provinciam tentaverat
ea præſertim ſpe conſilioque allectus, quod è re
ſua magis eſſe putaverit conſequi duplicem de-
cimam ab omni expenſarum onere immunem,
12 quam denuo aggredi opus, de cujus incertitu-
dine, & Impendio jam priùs à propria expe-
rientia fuerat edoctus, tali pacto ſe providè
ſubducendo à periculo, quod ut plurimùm
ſubeunt hujuſmodi Fodinarum Exercitores,
qui ſpe lucri majoris adducti, totam in eis pro-
priam ſubſtantiam profundunt, prout teſtatur
*Anniſe de Jur. Majeſt. cap.*5. *num.*2. *verſ.*; Nam
Metallorum, quem refert, & ſequitur *Antu-
nez. de donat. reg. d. par.*3. *cap.* 12. *num.* 14. *poſt
med. verſ. quibus addo.*

Ex parte verò illorum de Caſottis ab omni
prorsùs veriſimilitudine aberrat, quod iſti in-
certam perquiſitionis Aleam ſubire voluerint,
niſi certo credidiſſent fore, ut inventum lapi-
dem ſub vicini prædio poſſent effodere, cum
enim

enim fundus proprius non excedat menſuram unius Tornaturæ cùm dimidio circitèr, etiamſi Venam ibidem invenire ſors propitia dediſſet, quatenùs effoſſio reſtricta eſſet intra anguſtos illius limites, ſperare nunquàm poterat ex ea tantum Sulphuris, ac emolumenti retrahere, quod expenſis neceſſariis reſponderet; Unde ex opere, non minùs laboribus, quam periculis pleno nonniſi damnum Caſottis obventurum fuiſſe dici deberet, contrà regulam *Text. in l. cum de indebito ff. de probat.*; Vice autem verſa Dominus Vicini fundi ex alieno damno emolumentum caperet, quatenus poſt inventum ab alio lapidem poſſet vicinus effoſſionem illius prohibere ſub fuodo ſuo, ibique Sulphurariam ad proprium commodum inſtituere, quod æquitati, ac Juſtitiæ omninò repugnat, *l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. l. Jure*
13 *ſuccurſum ff. de Jur. dot.*, *&* *§. 2. inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur*, *Rot. coram Card. Caprara deciſ. 297. num. 8.*, *& dec. 654. num. 5.*

Et hinc eſt, quod licèt Domino fundi, qualem ſe Thomas aſſerebat, competat, de Jure prælatio, quatenùs ipſe velit effodere; ut tradunt *Afflict. tit. quæ ſint regalia, verb. Argen-*
14 *taria Boſſ. tract. var. tit. de Metall. num. 1. in fin.*, *Farinacc. dicta quæſt. 104. num. 50.*, *& 53. cum aliis apud Eminentiſſimum Corradin. de prælat. quæſt. 67. num. 9.*; Ceſſat tamen, ubi illa petatur, re ampliùs non integra, nempè, prout in caſu, poſt quam illi de Caſottis per non modicas expenſas effoſſionem cœperunt, eoſque Pupius notabilitèr progredi paſſus eſt, quemadmodum benè notant *Cæpoll. de ſervitut. præd. ruſtic. cap. 22. rubric. de Montib.*
15 *num. 4. in fin. Farinacc. dicta quæſt. 104. num. 50.*, *Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 90. num. 6.*, *& in addit. ibidem litt. G.*, *Antunez de donat. reg. par. 3. cap. 12. num. 16. Eminentiſſimus Corradin. de Prælat. dicta quæſt. 67. num. 10.*

Quamobrem fruſtra pariter contendebat Pupius in effoſſione præveniſſe; Ideoque ſaltem ex hoc capite poſſe illam prohibere fratribus de Caſottis; Etenim ſi agatur de effoſſione, quam reaſſumpſit anno 1721., hæc nullum Jus ei tribuere apta eſt, tamquam poſterior, & facta poſt quam opera, & impenſis illorum de Caſottis Vena Sulphuris comperta fuerat juxta auctoritates ſuperius adductas. Si verò reſpectus habeatur ad primam perquiſitionem, cum ea tunc inutiliter, & ſine fructu ceſſerit, ideoque fuerit animo non proſequendi derelicta, perindè eſt ac ſi nullum habuerit Initium,
16 & quaſi primæva reaſſumpta libertate rursùs occupanti ceſſit, ut argumento deſumpto à *§. Feræ igitur Beſtiæ inſtitut. de rer. diviſ.*, *& acquir. ear. domin.* bene obſervat *Leiſter. de Præd. lib. 3. cap. 24. de Metall. num. 85.*, *& ſeqq.*

Quod denique attinet ad modum ſolutioni, datum, ſolvendi ſcilicèt duplicem decimam, alteram nempè Fiſco, ſeù ejus Conceſſionario alteram fundi Domino, parum fuit DD. immorandum, quia Fratres de Caſottis eam non impugnabant, & clarè procedebat à diſpoſi-
17 tione *Text. in l. Cuncti C. de Metall. lib. 11.* ibi: *Cuncti qui per privatorum loca Saxorum Venam laborioſis effoſſionibus proſequuntur, Decimas Fiſco, Decimas etiam Domino repræſentent*: ibique communitèr tradunt *DD. Luc. de Penn. in princip.*, *Andr. de Iſern. in titul., quæ ſint regal.*, *verb. Argentariæ num. 70.*, *Leiſter. de Præd. lib. tertio cap. 24. de Metall. num. 4.*, *Farinacc. quæſt. 104. num. 62.*, *Peregrinus de Jur. Fiſci lib. 4. tit. 2. num. 11.*, *Campell. de Conſtit. Urbin. decret. 4. num. 102.*

Et ità utraque, &c.

R. P. D. CORIO

Verulana Fabricæ.

Lunæ 1. Aprilis 1726.

ARGUMENTUM.

Quoties per elevationem domus vicini; lumina vicinæ domus totaliter non obſcuratur, vel aeris effluxus omninò non impeditur prohibendus non eſt vicinis, ne domum ſuam altiùs tollat. Et quando inter domum, & domum intermediat ſpatium decem, aut duodecim pedum nullo pacto interdici non poteſt alterius elevatio.

SUMMARIA.

1 *In ſuo quidlibet fieri poteſt, & ſpectatur potius utilitas ædificare volentis, quam præjudicium prohibentis.*

2 *Conſenſus ad aliquod præſtitus amplius impugnari non poteſt.*

3 *Naturalis Superior libertas refrænatur vel ex ingenti præjudicio vicini, vel ex jure ſervitutis legitimo modo quæſitæ.*

4 *Epiſcopi, & non extraneorum partes ſunt conſulere honeſtati Clericorum in Seminario degentium.*

5 *Et proſpectus reſultans in domum privatam, nequit impedire elevationem domus ad Seminarium inſtitutæ.*

6 *Non intelligitur obſervata domus vicini, nec impeditus Solis, aut aeris ingreſſus, ſi audeat vel per reuniaoem, vel per deventum, aut etiam à lateribus.*

7 *Sola legalis diſtantia decem, aut duodecim pedum exuberat, ne prohiberi valeat aperitio feneſtrarum.*

8 *Si in pariete adſit aliqua feneſtra antiqua, multo minus interdicere licet, ne novæ aperiantur, ac multiplicentur.*

9 *Sola privatio luminis non attenditur, ut prohiberi poſſit vicino, nec altiùs ædificet, niſi totalem obſcuritatem inferret.*

10 *Quando jure ſervitutis quæſitæ prætenditur non licere vicino altiùs ædificare, concludentiſſimis mediis probanda eſt iſta ſervitus.*

11 *Conventio facta ab uno ex deputatis Seminarii abſque aliorum conſenſu in præjudicialibus Seminario non nocet.*

12 *Servitus in una parte inducta, nequit ad alias extendi.*

13 *Ratione coaleſcentiæ prædii ſervitutis, & dominantis in Domino ſervitus omnis perimitur.*

14 *Quando non adeſt grave præjudicium domus*

*alienata, poteſt altiùs tolli domus, quæ ſu-
perfuit in alienante, & ſic obſcurari domus
alienata.*

DECISIO LXXVI.

Lis, quæ uſque ab anno 1716. exarſerat ſu-
per nova Fabrica in quodam Horto Semina-
rii tùnc à Reverendiſſimo Epiſcopo Verulano
inchoata, quæque ad noſtrum Auditorium poſt
judicatum A. C. ſuper libertate ædificandi de-
volverat, conſopita demum extitit per conſen-
ſum de anno 1719. præſtitum à Canonico Pau-
lo Pellegrino vicinæ Domus poſſeſſore, in cu-
jus vim abſque ulteriori contradictione Fabrica
ad terminum perducta fuit. Sed de anno 1723.
cupiente eodem Reverendiſſimo Epiſcopo pro-
ſequi Fabricam ſuper quodam Horreo, & in
Horto veteri, contentio iterùm cum eodem
Pellegrino excitata extitit, qua vigore anti-
quæ litis pendentiæ ad Rotam remiſſa, Du-
bium hodiè DD. definiendum propoſui: *An li-
ceat Seminario Fabricare ſupra Horreum, &
in Horto veteri, & aperire feneſtras tàm ad
lumen, quàm ad proſpectum*: qui *affirmativè in
omnibus* reſponderunt.

Intentioni quippè Reverendiſſimi Epiſcopi
pro elevatione novæ Fabricæ Seminarii in pro-
prio ſolo, & feneſtrarum apertione in proprio
pariete æque patrocinari viſa eſt aperta Juris
cenſura naturali ſavens libertati in ſuo quodli-
1 bet faciendi ſpectata potius utilitate ædificare
volentis, quam præjudicio prohibentis, ut
ſunt *Text. aperti in l. Altius, & l. ſi in ædibus
Cod. de ſervit.*, & communiter tradunt *Paci-
chell. de diſtant. cap.6. membr.4. num.5.*, *Card.
de Luc. de ſervit. diſc. 4. num. 13.*, *Rot. apud
Conſtantin. deciſ. 47. num. 1., & 2.*, cum aliis
*in Faven. Monetationis, ſeu fornacis 30. Ja-
nuarii 1719. §. Juſtitia, & in Tybartina Fa-
brica 18. Maii 1720. §. Et quidem coram Me*;
ac ſimul conſenſus aliàs à Pellegrino Colliti-
gante præſtitus, poſt quem univerſaliter pro-
tendentem ad omnia: *Che dal medeſimo* (nempè
Reverendiſſimo Epiſcopo) *ſarà ſtimata neceſſa-
2 ria*; non videtur ampliùs locus impugnationi,
leg. Quoties ab omnibus 51. Cod. de fideicomm.,
*Salgad. Labyr. Credit. par. 3. cap.4. num.5., &
ſeqq.*, *Rot. deciſ. 436. num. 25. par. 18. tom. 2.
recent.*

Neque vero præſidium diſpoſitionis Juris de-
clinari poſſe viſum fuit ex ea gemina exceptio-
ne, quæ ad limitationem naturalis libertatis,
educi ſolet, ſivè ex ingenti præjudicio Vicini,
3 juxta firmata *in Leodicen. Nunciationis Novi
Operis 5. Februarii 1725. §. Unde etiam coram
R. P. D. meo Nanex*; Sivè ex Jure ſervitutis
legitimè quæſit., ut tradunt *Padil. in dict. l.
Altius num. 23.*, *Burſatt. conſ. 57. numer. 19.
Card. de Luc. de ſervit. diſc. 2. num. 51.*, *Spe-
rell. deciſ. 55. num. 19. & ſeqq.* Tametſi enim
reſpectu primæ allegaretur pro parte Pellegri-
ni ſub quorundam informium Teſtium depoſi-
tione, quod nonnullæ Manſiones ejuſdem Do-
mus per elevationem novæ Fabricæ penitùs
obſeratæ remanerent, quodque è feneſtris ape-
riendis ſecretoria eius Domus penetralia intro-
ſpicientur. Id quod minus congruere diceba-
tur rectæ Seminarii, eiuſque Alumnorum di-
ſciplinæ ob facilem exindè aſpectum Mulierum
in eadem Domo verſantium; Nihilo tamen
4 minus inſubſiſtenter hæc omnia proponebantur.
Præmiſſo enim quod honeſtati Clericorum Se-
minarii conſulere partes erant Reverendiſſimi
Epiſcopi, non autem Pellegrini, qui ex im-
5 provido zelo propriam cauſam tueri ſatagit
contra ea, quæ firmavit *Rota in Romana Tra-
montana apud Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 104.
num. 50.*, *& in Tybartina Fabricæ 3. Decem-
bris 1706. §. Pariter, coram bon. mem. Lan-
cetta*, omnis planè ceſſare viſa eſt amaritudo;
nam aſſerta Domus obſcuratio, ejuſque facilis
proſpectus penitùs propulſabantur ſub ea tan-
tum animadverſione, quod Hortus diſtet à
Domo Pellegrini ferè per centum, & ultrà
palmos; Horreum autem nullum habeat in
eandem Domum directum proſpectum, ut fa-
cile conſtat ex Planta per Reverendiſſimum
Epiſcopum exhibita; in his enim circumſtan-
tiis lateralis ſituationis, & tam grandis inter-
capedinis inter unum, alterumque Ædificium,
paradoxum videtur aſſerere, quod liber non
remaneat Solis, & aeris ingreſſus, quem de
cætero in ſubjecta materia ſufficit verificari poſ-
6 ſe etiam per reunionem, aut per deventum, aut
à lateribus ad firmata per *Capon. diſc. 382. num.
34.*, *Rot. deciſ. 272. num. 7. par. 19. recent.*, *&
deciſ. 3. num. 12. inter recollect. ad ornat. Card.
de Luc. de Regular.*, *& in Neapolitana Fabri-
cæ 12. Martii 1700. §. Nec obſtat, coram clar.
mem. Cardinolis de la Tremoille*, quodque con-
queri datum ſit de proſpectu ex feneſtrarum
apertione, quando nè hæc præpediri queat,
ſola legalis diſtantia decem, aut duodecim pe-
7 dum exuberat, ut monent *Cardin. de Luc. de
ſervit. diſc. 22. num. 5. §. Tum etiam*, *Pacichell.
de diſtant. cap. 6. membr. 4. ſub num. 15.*, *Rot.
coram Ubag. deciſ. 92. num. 9*, *& in Neapolita-
no Altius tollendi 12. Martii 1700. §. Idque
maximè coram bon. mem. Card. Caprara confirmat
12. Martii 1701. §. Nam ut qualecumque, co-
ram clar. mem. Cardinoli de la Tremoille.* Ma-
ximè quia conſtat: quod in Horreo, de quo
agitur adſit ab antiquo tempore alia feneſtra
reſpiciens versùs Domum Pellegrini, quod
validiùs efficit, ne in præjudicium ex aliarum
multiplicatione valeat allegari juxta perpenſa
8 per *Cardin. de Luca de ſervitut. dicto diſc. 22.
numer. 5. §. Tum etiam*, *Gobb. conſult. 132.
num. 16.*, *Viv. deciſ. 476. num. 3. verſ. Nam ſer-
vitute.*

Ità quidem ut nullum revera obtundi poſſe
videatur à Pellegrino præjudicium, quod ta-
men memorandum eſt non leve requiri, aut
quodcumque attendi, ut de ſola privatione
9 luminis dixit *Rota in Neapolitana Fabricæ 12.
Martii 1700. §. Nec obſtat, coram clar. mem.
Cardin. Caprara inter ejus impreſſa la 489. tom.
2.*, ſed illud ſolum, quod verè magnum, &
ferè intolerabile floret, nè enim quis puta vi-
vus in Domo ſepelliretur, invaluit æquitati-
va limitatio regulæ, ſeù naturalis libertatis,
quæ alias ſemper Domino Patrocinatur pro li-
bito uſque ad Cœlum Ædes ſuas extollendi,
ut præter ſupra deducta *ſub §. Intentioni*, opti-
mè reſpondit *Rota in dicta Neapolitana Altius
tollendi, & in Bononien. Fabricæ 2. Decembr.
1715. §. Nam quoad coram Eminentiſſimo Fal-
conerio, & primo Julii 1726. §. Aſt revera,
coram Eminentiſſimo Albano.*

Æqua

Digitized by Google

Æqua autem facilè corruebat ſecunda, quæ proponebatur limitatio ex Jure ſervitutis, quam concludentiſſimis mediis juſtificsndam
20 docent *Andreol. controv.* 178. *num.* 2., *Rota deciſ.* 101. *num.* 5., *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* cum aliis *in Bituntina Servitutis* 15. *Februarii* 1704. §. *Quæ Teſtium coram bon. mem. Caffarello*, fruſtra Pellegrinus acquiſiviſſe contendebat ex Inſtrumento de anno 1665. ſtipulata inter Gregoriam ejus Auctricem, & unum ex Adminiſtratoribus, ſeù Exactoribus Seminarii, in quo conventum noſcitur, quod cuidam parvæ feneſtræ reſpondenti in Hortum tunc ab eadem Gregoria poſſeſſum, apponeretur, ut dicitur: *l' Impannata*, nè ab Alumnis inviſeretur, cum per Hortum deambularet Præterquod enim in actu adeò præjudiciali ir-
21 rita cenſeri poſſet dicta conventio, tamquam facta ab uno tantùm ex Deputatis Seminarii ſine conſenſu aliorum, & ſine licentia Epiſcopi: Punctus adhuc eſt, quod eadem conventio, quæ cæteroqui reſpiciens parvam feneſtram, aut libertatem Horti, in quem correſpondebat, neque ex tunc erat extendibilis, vel ad alias feneſtras Seminarii apertas, aut aperiendas, nec ad alios diverſos ſitus, puta Domum Pel-
22 legrini, ut per *Text. in l. Si ſervitus* 22. *in primo reſponſo ff. de ſervit. Urban. Prædior.*, *&* *l. Non modus Cod. de ſervitut.*, *&* *aquam tradunt Gobb. conſult. deciſ.* 32. *num.* 10., *Rota deciſ.* 31. *num.* 7. *part.* 17. *recent.*, *& in Bononien. Fabricæ* 1. *Julii* 1716. §. *His itaque coram Eminentiſſimo Albano.*, *&* 2. *Julii* 1717. *coram Reverendiſſ. Ravennaten.*, ex nunc remanet ex toto inallegabilis, quia quodlibet Jus ex ea derivans extinctum dicitur per acquiſitionem ejuſdem Horti emptionis titulo ſucceſſivè factam à Seminario, per quam ratione coaleſcentiæ utriuſque Prædii ſervientis & activam ſervitutem ferentis in uno Domino, ſervitus omnis de jure perimitur, ut ſunt ro-
23 tundi *Text. in l.* 1. *ff. quemadm. ſerv. amit. l. Uti frui ff. ſi uſusfructus petat. l. Quicquid* 11. *ff. commun. Præd.*, & notavit *Rota in Nepeſina Salviani* 23. *Januarii proximè præteriti* §. *Et quidem in fin. coram R. P. D. meo Cerro*: Maximè quia venditio facta fuit cum omnimoda libertate à quolibet vinculo, & ſervitute, nullumque, ut viſum eſt, ex nova Fabrica, timeri poteſt grave, & conſiderabile præjudicium, ſine quo extranea quoque remanet æquitativa cenſura, *Text. in l. Binas ædes* §. *Marcellus in fin. ff. de ſervit. Urb. Præd.*, ut præcipuè notat *Theſaur. dec.* 216. *n.* 5. *&* 4.

Minuſque demum vis præſtiti per Pellegri-
24 num conſenſus, unde ſimul, ut dictum eſt recens reclamatio præpediebatur, enervis reddi poterat, ex quo conſenſus conditionatus diceretur per poſtrema verba, ibi: *Eſſendo ben perſuaſo, che con la ſua bontà farà per toglermi tutti li pregiudizj*: Hæc enim haud præciſam imponere videntur conditionem, ſed potiùs omnimodam, & totalem ſubmiſſionem judicio Epiſcopi, cui potiſſimùm ſtandum eſt, ſtatim ac aſſerta præiudicia penitus ceſſant, ex ſuperiùs animadverſis.

Et ita utrsque, &c.

EADEM CORAM EODEM

Super Attentatis.

Lunæ 1. *Aprilis* 1726.

ARGUMENTUM.

Elevatio novæ fabricæ facta poſt conſenſum præſtitum à collitigante non cauſat attentata, non obſtante litis pendentia.

SUMMARIA.

1 *Conſenſus præſtitus in medio litis pendentia elevationi novæ Fabricæ excludit attentata.*

2 *Quo coſa neque Partis præjudicium, neque Judicis contemptus ampliùs ſunt verificabilia, ſine quibus attentata non committuntur.*

3 *Poſt conſenſum præſtitum elevationi novæ fabricæ, non eſt ampliùs licita pœnitentia, nec meretur ultrà attendi præſentatio novæ inhibitionis.*

4 *Attentata debent concludentiſſimè probari, & in dubio pro eorum excluſione eſt pronunciandum.*

5 *Nec merentur attendi, quando conſtat de bono jure prætenſis Attentatis.*

DECISIO LXXVII.

UNà cum dubio ſuper bono Jure, de quo in contemporanea mea Deciſione curaverat Pellegrinus aliud ſubſcribi: *An conſtet de Attentatis, quæ ſint purganda* à Seminario Verulano ob proſecutam, non obſtante litis pendentia, Fabricam, quod tamen non aliter definiri meruit, quam cum reſponſo: *Negativè*.

Tametſi enim ſine hæſitatione tranſierim, quod iudicium ſuper nunciatione novi operis, in quo Pellegrinus tum in Partibus, tum coram A. C. de Gentilibus ſuccubuerat, ad noſtrum Auditorium poſtea devoluerit, in quo propoſita de menſe Junii 1719. cauſa nulla capta fuit reſolutio; Nihilominus cum poſt hæc omnia idem Pellegrinus conſenſum in manibus Reverendiſſimi Epiſcopi ampliſſimè præſtiterit pro effectu elevandi Fabricam, & facien-
1 di totum id: *Che dal medeſimo farà ſtimato neceſſario*: Id utique exuberat, ut ſi in viam talis conſenſus Fabrica proſecuta fuit, nulla allegari valeat attentatorum labes vigore litis pendentiæ, quia poſt ſucceſſum Partis conſenſum, nec eius præiudicium, nec Judicis contemptus ſunt amplius verificabilia, ſine
2 quibus attentatum non committitur, *Lancellott. de attent. in præf. verb. contemptum num.* 2., *& in cap.* 15. *de attent. penden. comprom. num.* 3. *par.* 2., *Rota deciſ.* 75. *num.* 1., *&* 2. *par.* 14., *deciſ.* 273. *num.* 1., *& ſeqq. par. recent.*, *& deciſ.* 194. *num.* 3. *coram clar. mem. Card. Caprara*.

Officere ullo modo quin valuerit præſentatio inhibitionis vigore litis pendentiæ novitèr facta de anno 1723. Præter quod enim per ſolemnem conſenſum licita non videbatur pœni-

ſentia *Felin. in cap. Quoniam contrà num. 12. de prob.*, *Rota coram Pamphilio decis 696. num. 5.* Urget ſatis, quod poſt dictæ novæ inhibi-
3 tionis præſtationem nequaquam probetur aliquid ex parte Epiſcopi, ſeu Seminarii fuiſſe innovatum, quod nequaquam evincunt informes Teſtes à Pellegrino exhibiti, qui præciſum tempus non attingunt, prout neceſſario deberent, alias remanet de ſubiecto non ſupponente purgatio attentatorum, quæ delictum involventia concludentiſſimam exigunt probationem, & in dubio pro eorum excluſione pro-
4 nunciandum eſt, *l. Meritò ff. pro Socio*, *& l. final. Cod. de probat.*, *Rota deciſ. 264. num. 6. part. 10. & deciſ. 348. num. 9. par. 18. recent.* Maximè conſtito ex latè deductis in contemporanea Deciſione de bono Jure prætenſi Atten-
5 tantis, ut benè tradunt congeſti per *Rot. dicta dec ſ. 149. num. 2. coram clar. mem. Card. Caprara*, *& in Romana Hæreditatis de Ruſpolis ſuper attentatis 13. Junii 1704. §. 1. coram bon. mem. Molines*, *& in Romano Donationis ſuper Attentatis 4. Junii 1717. §. Potiſſimum*, *coram Me.*

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES

Eyſteten. Fundationis Hoſpitii.

Veneris 10. Maii 1726.

Ad erectionem novi Conventus procedi non poteſt abſque Apoſtolico beneplacito, & aſſenſu Ordinarii Parochi, & Religioſorum infra quatuor milliaria, atque etiam Capituli, ubi hoc quoque ex conventione inita inter ipſum, & Epiſcopum concurrere debet, & ſi de facto proprio arbitrio erigerentur, nullius eſſet juris, & exercitii.

SUMMARIA.

1 *Prò legitima Conventus fundatione debet intervenire Apoſtolicum Beneplacitum juxtà Canonum diſpoſitionem.*

2 *Et juxtà diſpoſitionem S. Concilii Tridentini neceſſaria copulativè eſt etiam licentia Ordinarii.*

3 *Idem ſuadet præſervatio facta per S. Pontificem.*

4 *Canones, & Apoſtolicæ conſtitutiones, utpotè leges generales ubique locorum ſervantur.*

5 *Apoſtolicum Beneplacitum re non integra adveniens, non tollit nobilitatem fundationis.*

6 *Licentia Ordinarii pro erectione novi Conventus conceſſa ſine juris ſolemnitatibus non ſuffragatur.*

7 *Et quando apparet extorta per fraudes, & machinationes non eſt attendenda.*

8 *Imò etiam neceſſarius eſt Parochialis aſſenſus, cui pluſquam cæteris præjudicatur, & aliorum Religioſorum exiſtentium infrà quatuor milliaria.*

9 *Ulterius etiam Capituli, quando adeſt inter ipſum, & Epiſcopum conventio, non ſine ejus aſſenſu novi Religioſi admittantur, quæ conventio à Jure non reprobatur.*

10 *Et quando adeſt talis conventia, & obſervantia, ſola Epiſcopi licentia non ſufficit.*

11 *Sed omnes intereſſe habentes, debent aſſentire, ob plura præjudicia, quæ ipſis emergunt.*

12 *Hoſpitia cadunt ſub Canonum probibitione, quoad erectionem, quoties ad eundem finem eriguntur, ad quem erigi ſolent Conventus.*

13 *Eccleſiæ multiplicari debent cum aliorum detrimento.*

14 *S. Congregatio, & Rota multum deferunt Informationi, & ſenſui ordinariorum.*

15 *Conventus ædificatus abſque licentia, & legitimis requiſitis non debet tollerari.*

DECISIO LXXVIII.

AD effectum impediendi proſecutionem Fabricæ, quam P.P. Reformati S. Franciſci ſuperioris Bavariæ, inceperant pro fundatione Hoſpitii, ſeu Conventus in Oppido Beylngries Diœceſis Eyſteten Abbas Monaſterii Blaxeſteten. Ordinis S. Benedicti in jus vocavit eoſdem Patres coram A. C., qui admiſſo etiam ad cauſam Capitulo Cathedralis iura ſua pariter deducente contra fundationem huiuſmodi, edidit Decretum pro manutentione PP. Reformatorum in poſſeſſione, ſeu quaſi retinendi Hoſpitium iam conſtructum in dicto Oppido Beylgries cum Eccleſia publica; Et una ſimul per Sententiam declaravit Capitulo, & Abbati prædictis nullum ius, nullamque actionem competere expellendi eoſdem Patres ab Hoſpitio, ſub ea tamen lege, ut numerus Religioſorum non excederet quatuor, nec poſſent Sepulturas, aut Cœmeterium, retinere, nec ius Sepeliendi, nec Functiones aliquas Parochiales ibidem peragere, neque pro Conventu Deiſfurt elemoſynas colligere tam in loco Beylgries, quam in aliis, ubi prius conſueverant de licentia Ordinarii quæſtuare.

Delata verò cauſa in gradu appellationis ad Sacram Rotam per Commiſſionem Mihi directam duplex propoſui dubium: Alterum ſuper manutentione, de quo in contemporanea deciſione, alterum ſuper bono iure ſcilicet: *An competat jus expellendi PP. Reformatos S. Franciſci, ſeù potius, an, & quomodo eis liceat retinere Hoſpitium*, cui DD. reſponderunt *competere jus expellendi* iuxtà modum inferius exprimendum.

Ratio decidendi ex eo potiſſimùm deſumpta fuit, quia deficiebant præcipua requiſita, quæ pro legitima hujuſmodi fundatione ſunt neceſſaria; Primò ſiquidem non docebatur de be-
1 neplacito Sedis Apoſtolicæ, quod litteralitèr exigunt, *Text. in cap. unic. de exceſſ. Prælat. in 6.*, *& in cap. 1. §. Confirmato de relig. Domib. eod. lib.*, Et quamvis diſpoſitio dictorum Textuum ſublata diceretur per *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular. in fin.*, ubi ſancitur, quod *ne de cætero ſimilia loca erigantur ſinè Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda, ſunt licentia prius obtenta*, quemadmodum cenſuerunt nonnulli DD. relati per *Donat. in prax. regul. tom. 1. par. 2. tract. 1 de Monaſter. ædific. qu. 3. n. 4. & ſeqq.*

Con-

Digitized by Google

Contrarium nihilominus ſuaderi videbatur
ex eo, quod Sancta Synodus mentionem fa-
ciens dumtaxat de licentia Epiſcopi, non ideò
derogaſſe dici poterat requiſito Apoſtolici Be-
neplaciti. Quinimmò cum Sanctio Conciliaris
ſit omninò compatibilis cum diſpoſitione juris
communis, ea potiùs capienda erat interpreta-
1 tio, quod nempè utraque licentia copulativè
requiratur, prout à Sac. Congregatione Con-
2 cilii declaratum fuiſſe teſtatur *Campanil. in di-
verſor. jur. Can. rubr. 12 cap. 13. n. 80. verſ. verùm
cùm diſpoſitione, Engel. in jus Can. lib. 3. tit.
36. n. 3. Barboſ. in cap. 1. n. 3. de exceſſ. Prælat. in
6., & de uffic., & poſt Epiſc. allegat. 26. n. 4., &
in Collectan. in Concil. Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 3. de
de regal. num. 28., & in remiſſ. ad idem Concil.,
d. cap. 3. in fin. Pignatell. conſult. 177. n. 15. &
ſeq. Zerol. in praxi Epiſcop. verb. Monachi verſ.
ad ſecundam Emanuell. Roderic. quæſt. Re-
gul. tom. 1. quæſt. 23. art. 7. tom. 2. quæſt. 49. art. 3.
in fin. verſ. nam licet, alter Roderic. reſol. re-
gul. 55. num. 12. Card. de Luca de Regular. diſc. 29
num. 8. & 9. alter de Luc. ad Ventrigl. annot. 18.
n. 21.*, & pluries reſpondit *Rot.* præſertim *coram
Celſ. deciſ. 124. num. 19. & ſeqq. & dec. 286. nu. 6.
& ſeqq. par. 12., & dec. 231. n. 8. par. 13.*

Omnemque removebat in hoc puncto diffi-
cultatem Conſtitutio 25. San. me. Urbani VIII.,
per quam prohibetur expreſsè recipi, & fun-
dari nova Monaſteria, ac etiam incæpta perfici,
niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſerva-
tis in omnibus, & per omnia *Sacrorum Cano-
3 num*, & Concilii Tridentini decretis, per quæ
verba *Sacrorum Canonum* fuiſſe præſervatam
diſpoſitionem *Textus in dicto cap. 1. de exceſſ.
Prælat. in 6.*, notavit *Collector conſtit. ejuſdem
Urbani in princ. dict. conſtit. 25.* relatus per *Lez-
zan. Oper. Regul. tom. 2. pag. 417. ſub nu. 4. Marg.
ad Conſtit. Apoſt. pag. 138. n. 9. & 12.*, & agnoviſ-
ſe videtur idem *Donat. ubi ſupra, & qu. 9. n. 11.,
& quæſt. 15 n. 4.* ſicuti obſervat *Card. de Luc. de
Regular. diſc. 29. n. 10.* & per totidem ferè ver-
ba reſpondit *Rot. cor. Celſ. dec. 60. n. 7., & deciſ.
239. num. 9. par. 13. rec.*

Quæ omnia ſervanda eſſe in novis erectioni-
bus faciendis etiam extrà fines Italiæ, ſatis
compertum ſit, nedum inſpecta natura Sacro-
rum Canonum, & conſtitutionum Apoſtoli-
carum, quæ uti Leges Generales ubique loco-
4 rum ſervari debent juxtà *Textum in cap. Cano-
num Statuta de Conſtit. ibique Fagnan. n. 9. 55.
& 93.*, ſed clarè inſuper probant ſuperius ci-
tatæ deciſiones, quæ emanarunt in cauſis, Cra-
covien., Cæſar auguſtana, & Toletana. Quid-
quid ſit, ſi regula deſumeretur ab alia Bulla
ſan. me. Innocentii X., quæ incipit *Inſtauran-
dæ*, & expreſsè loquitur de Italia, & Inſulis
adjacentibus.

Fruſtraque contendebatur hujuſmodi Bene-
placitum Apoſtolicum poſſe etiam ex poſt in-
tervenire, dum in hypotheſi conſtabat illud
minimè ſuperveniſſe re integra, hoc eſt ante-
quam in Judicium deducta eſt nullitas dictæ
5 fundationis per ea, quæ tradunt *Salgad. in la-
byr. Credit. par. 1. cap. 33. nu. 28. Rota coram Put.
dec. 343. per tot. lib. 1., & in Axinona Juriſpat.
27. Junii. 1718. §. Imo verò coram me, & 8.
Martii 1720. §. Quid quam coram bo. mem. Ma-
tymon.*

Verum enim verò, nec legitima Epiſcopi
licentia procul dubio neceſſaria interveniſſe di-
ci poterat in fundatione, de qua agitur. Licèt
enim exhiberetur à PP. Franciſcanis licentia
prædefuncti Epiſcopi Joannis Antonii; ea ni-
hilominus tot tantiſque exceptionibus obnixa
comperta eſt, ut meritò habita fuerit minus
apta ad auctorizandum actum hujus novæ fun-
dationis, multoque minus ad ſupplenda cæte-
ra requiſita, & ſolemnitates, quæ alioquin ex
6 Judicio & auctoritate Ordinarii legitimè inter-
poſitis facilè præſumerentur ad tradita per
*Gratian. diſcept. forenſ. 517. n. 18. & ſeqq. No-
var. in ſummar. Bullar. par. 2. tit. de ædific. Mo-
naſter. n. 2. & 8. Donat. rer. regul. tract. 1. par. 2. qu.
26. Pignatell. conſult. 177. num. 72. Rot. deciſ. 124.
num. 22. & ſequ. par. 12. recent.*

Ea ſiquidem in primis data apparebat ab E-
piſcopo ferè nonagenario, quique prius audi-
to Capitulo Cathedralis, & re mature diſcuſſa
eamdem licentiam pluries denegaverat, tùm
in aliis propinquis Oppidis, tum in ipſo Beyl-
gries; Et ad eam concedendam ità demum in-
ductus videbatur aſſiduis nempè, & importu-
nis precibus, atque ſuggeſtionibus nonnullo-
rum familiarium, quos dd. PP. minus licitè
ſibi fecerant fautores; Ac ulterius licentia iſt-
hæc pura non fuit, ſed conditionata, & cor-
reſpectiva ad promiſſionem quam P. Provincia-
lis emiſit, minimè tamen implevit, compo-
nendi ſcilicèt, tollendique controverſas, pen-
dentes inter Epiſcopatum Eyſtetten, & Electo-
ratus, tum Bavariæ, prout idem Epiſcopus ſo-
lemnitèr declaravit paulò, ante obitum, ut
colligitur ex litteris reſponſivis Secretarii Ele-
ctoralis, & teſtatur modernus Epiſcopus;
Quæ omnia præſertim ſimul ſumpta, quemad-
modum evincebat licentiam, de qua agitur,
non proceſſiſſe à libera defuncti Epiſcopi vo-
luntate, ità ſuadebant nullam de ea habendam
eſſe rationem ad effectum auctorizandi contro-
7 verſam fundationem, ad *Text. in l. 2. ff. de dol.
mal. Guttier. quæſt. Can. 8. num. 16. & ſeqq. Mo-
lin. de juſt. & jur. tom. 1. tract. 2. diſput. 135. nu. 2.
& 6. Comm. deciſ. 249. num. 3. Rot. apud Torr. var.
Jur. quæſt. lib. 1. tit. 3. dec. 3. n. 30.* cum aliis *in vo-
to edito in Romana donationum 10. Septembris
1710. §. 8. 10. & ſeqq. coram clar. mem. Cardin.
Priolo.*

Rurſus deſiderabatur conſenſus nedum alio-
rum Regularium exiſtentium intrà ſpatium
quatuor milliarium, qui ad hunc effectum vo-
cari, & audiri omninò debebant juxta formam
præſcriptam à ſan. me. Clem. VIII. in ejus Con-
ſtit. in ordine 99., de qua *Rot. deciſ. 60. num. 5.
coram Celſ.*, ſed etiam Abbatis Monaſterii Blan-
cheſtetten uti Parochi habitualis in Oppido
Beylgiey, à quo deputatur, atque ad nutum
removetur Vicarius Curam actualem exer-
cens, prout Franciſcani admittebant, Nemini
quippe magis, quam Paroco ratione præjudi-
cii competit jus contradicendi, ſeſeque oppo-
ponendi novis hiſce fundationibus, *cap. Dile-
8 ctus 2. de Cappell. Monach. cap. Paſtoralis 9. de
his, quæ fiunt à Prælat. Sin. Conſ. Cap. Barboſ.
de poteſt Epiſc. alleg. 26. num. 5. Pignatell. conſult.
77. num. 10. tom. 1. Guido Papa dec. 316. num. 6.,
Rota dec. 124. num. 25., & ſeqq. dec. 289. n. 19.
& ſeqq. dec. 309 n. 6., & ſeqq. par. 12. dec. 87. nu.
12. dec. 225. n. 9., & dec. 231. n. 10 par. 13. rec.*

Nullus denique concurrebat aſſenſus Capi-
tuli

Digitized by Google

tuli Cathedralis licèt abſolutè , & ſimpliciter
neceſſarius , tum ob expreſſam conventionem
Initam uſque ab anno 1612. inter ipſum , &
Epiſcopum Eyſtetten ab omnibus ſucceſſivè
Præſulibus d. Eccleſiæ renovatam & ſignanter
ab Epiſcopo Joanne Antonio , qui controver-
ſam facultatem conceſſit , ne ſcilicet alii cu-
juſcumque Ordinis Regulares admitterentur
in Diœceſi Eyſtettenſi , niſi ex prælcitu , con-
ſilio , conſenſu , & ratihabitione ipſius Capitu-
li , quas quidem conventiones , utpotè ratio-
9 nabiles , & Juris diſpoſitioni conformes iuxta
*Text.in cap.Noviter de his, quæ fiunt à Prælat.
abſque conſenſu Capituli* cuſtodiri maximè do-
cet *Barboſ.de Jur.Eccleſ.Univerſ. cap.* 32. *n.*14.
*verſ.*7.,*& de Canonic.,& Dignit. cap.*24. *pariter
num.*14.Nec cadunt ſub cenſura Bullæ 52. ſan.
mem.Innocentii XII., quæ loquitur de illicitis
Capitulationibus .

Tum ob antiquam , & individualem obſer-
vantiam , iuxta quam in facto apparebat,quod
ſicuti cœteri Regulares , ita & ipſimet PP.
Franciſcani reformati , quoties admitti petie-
runt in Diœceſi Eyſtetten , ſupplicarunt non
ſolum Epiſcopo, ſed etiam Capitulo . In cuius
ſane rei comprobationem plures ab anno 1681.
afferebantur actus , & documenta cum ſubſe-
cuta Patrum acquieſcentia, ubi Capitulum re-
nuit conſenſum admiſſioni præſtare. Et de facto
hujuſmodi conſenſus neceſſitatem agnoverunt
tam dd. PP., qui preces Capitulo pro conſenſu
porrexerunt,quam ipſe Epiſcopus Prædeceſſor,
qui paucis menſibus poſt datam licentiam ſo-
lemniter declaravit ſui placiti inefficaciam , &
inceptam Hoſpitii Fabricam minus tutam ob
eam rationem : *Præſertim quia Capitulum Ca-
thedrale huc uſque nunquàm conſenſit*: Hac au-
tem ſtante conſuetudine , & obſervantia pro
neceſſitate conſenſus Capitularis, dubitari non
poteſt , quin defunctus Epiſcopus ſine eo haud
ritè proceſſerit , eiuſque licentia nullius robo-
10 ris ſit ac momenti , ut bene tradit *Barboſ. de
Jur.Eccleſ.univerſ.cap.*32. *num.*14. *verſic.*9. *ubi
præter hos caſus talis eſt conſuetudo.*

Nec adverſus prædicta urgere viſa eſt reſpon-
ſio illa , quæ dicebatur de his omnibus ſolemni-
tatibus adeò rigorosè inquirendum non eſſe in
hypotheſi ,cum agatur de erectione facta in
loco , ubi Patribus Reformatis jam competebat
jus quæſtuandi , & res non ſit de ſundatione
veri Conventus , ſed ſimplici Hoſpitii cum de-
terminato , ac parvo numero Religioſorum ,
aliiſque moderationibus , de quibus in ſententia
A. C., & in præſenti deciſ.in prioc. undè con-
tendebatur ceſſare quodcumque præjudicium
Eccleſiæ Parochialis,aliorumque Regularium.
quorum proinde diſſenſus haberi debeat pro
irrationabili , & propterea quatenus eſſet ne-
ceſſarius , ſuppleri valeat à Judice;

Nam quoad primam reſponſionis partem re-
ſpicientem jus , quod dd. PP. jam prius habe-
bant quæſtuandi in Oppido Beylgiey , & hac
occaſione renunciarunt, animadvertebant DD.
ceſſare quidem,de eo capite præjudicium,quod
cœteris convicinis Regularibus oriri poſſet à
nova Conventus erectione ; Exinde tamen non
ſequitur deveniri poſſe ad fundationem abſque
Apoſtolico Beneplacito , licentia Epiſcopi , &
aſſenſu aliorum intereſſe habentium , qui poſ-
ſunt jure ſeſe opponere novæ fundationi etiam
11 ex aliis cauſis,de quibus *Pignatell.conſult.*173
*num.*57., *& ſeqq. Card.de Luc.de Regular. diſc*
29. *num.*14.*alter de Luca ad Ventrigl. annotat.*
18.*num.*5., *Rota dec.*289.*num.*20, *dec.*309. *n.*7.,
*par.*12.*dec* 87.*n.*12. *dec.*225.*n.*9.,*& dec.*331.*nu.*
10.*par.*13.*recent.*

Reſpectu verò ſecundæ Partis, reſponſio non
ſubſiſtebat in facto. Et ſi enim licentia petita ,
& obtenta fuerit pro ſimplici Hoſpitio , huic
tamen denominationi non correſpondet factum
ædificationis , dum jam conſtructa apparet Ec-
cleſia habens januam in via publica cum Cam-
panili , & Campanis animo celebrandi publicè
Miſſas , miniſtrandi Sacramenta Pœnitentiæ, &
Euchariſtiæ , & publicè etiam concionandi , ex
quo idcircò patet fabricam mereri potius no-
men Conventus , quàm hoſpitii , cujus forma
ità præſcribitur,quod *nempè tantummodò deſer-
viat pro recipiendis Religioſis itinerantibus* ,
*quod in illo nulla ſervetur forma regularis , non
erigatur Eccleſia ſeu Oratorium formale cum
Janua in publica via , ſed tantum Oratorium
internum ad effectum inibi Miſſas , & orationes
privatas pro eorum ſpirituali uſu tantum
celebrandi , quod in illo Sacramentum non ad-
miniſtrentur , nec fiant publicæ Conciones, nec
divina , aliæque functiones peragantur , non
tumulentur Cadavera , non retineatur Campa-
na , nec aliquod ſignum , quod vero Conventui
adaptetur , & tranſcendat naturam* meri, & ſim-
plicis Hoſpitii *juxtà Decretum Sac. Congrega-
tionis Epiſcoporum , & Regularium relatum
per Matthæuccium in offic. Car. Eccleſ. cap.* 16.
*num.*7., *Monacell.in formular. tom.* 1. *tit.* 5. *for-
mul.*19.*num.*15. Quapropter etiamſi iuxta mo-
rem Regionis loca hujuſmodi religioſa deno-
12 minentur Hoſpitia , non ideo tamen mi-
nus cadunt ſub diſpoſitione juris & Conſti-
tutionibus Apoſtolicis ad effectum , ut ſi-
ne debitis requiſitis fundari nequeant, ut be-
ne tradunt *Lezzan. oper. Moral. tom.* 2. *par.*
4. *verbo Monaſterium pag.* 417. *num.* 6. *Donat.
rer.regul.par.*2.*tract.primo quæſt.*22. *nu.*7., *Paſ-
qualig.in addit.ad Laurent.de Franch.de quæſt.
inter Epiſc.,& Regul.ſub tit.de Convent.in nov.
fundat.quæſt* 3.*n.*416. *Matthæucc. in offic. Car.
Regul.cap.*12.*n.*8.;*Rota in rec.dec.*193.*n.*6. *par.*
5.*dec.*225.*n.*6.,*& ſeqq.,& dec.*131. *n.*12. *par.*13.

Eò autem facilius inclinarunt DD. in hunc
ſenſum removendi Franciſcanos ab Oppido
Beylgries , quia contra eorum legitimam ad-
miſſionem non ſolum militant defectus , & ra-
tionum momenta ſuperius expenſa , ſed ex-
preſſus quoque concurrit diſſenſus , & contra-
dictio moderni Reverendiſſimi Epiſcopi Ey-
ſtettenſis , qui in ejus Epiſtola mihi originali-
ter tradita juxtas exponit cauſas animum ſuum
moventes , & in ſpecie præjudicia ab hac nova
fundatione obventura Clero Sæcularis ſuæ
Diœceſis , quæ ſatis ſuperque abundat Regula-
ribus , præſertim Mendicantibus non ſine de-
trimento Eccleſiarum Sæcularium , & non ſine
gravamine Populorum, quorum Spirituali ædi-
ficationi , & ſaluti ſatis alioquin putat eſſe
conſultum per vigilantiam Parochorum , alio-
rumque Sæcularium Miniſtrorum . Ad iſtos
namque cum præcipuè ſpectent onera omnia
curam Animarum concernentia , rationi maxi-
mè congruit ab eorum Eccleſiis quominus fieri
poteſt Populi frequentia , oblationibus atque
elee-

eleemoſynis detrahatur , prout experientia
docet non modicè detrahi per novas Regu-
larium Eccleſias , quæ ſicuti multiplicari non
debent cum detrimento aliarum , *cap. Cum
dicat Apoſtolus 2. de Eccleſ. ædific.* , ita
ſuper hoc an ex nova fundatione alie-
num præjudicium ſit obventurum , nec ne ,
ipſæque Conſtitutiones Apoſtolicæ plurimum
23 deferunt judicio Ordinarii , qui ſtatum pro-
priæ Diœceſis Eccleſiarum idemnitatem , &
Subditorum ſalutem præ oculis habens , ita
Juri , ac rationi conſonam animi ſui cenſe-
tur aperire Sententiam , ut Judex Superior
Cauſæ meritis , alioquin maturè diſcuſſis ei-
24 dem facilè adhæreat , prout ſervat *in prax.
Sacra Congregatio Epiſcoporum , & Regu-
larium* , de qua teſtatur *Paſſarin. in cap.
Cum ex eo unic. de exceſſ. Prælat. in 6. n.
9.* & *10.* nec diverſimodè procedit Sacrum
noſtrum Tribunal , ut videre eſt *in deciſ.
65. num. 9. par. 5. Recent. deciſ. 97. in fin.
coram Celſ. deciſ. 469. num. 68. pr. 19. Re-
cent.* , & *in Colonien. Fundationis Mona-
ſterii 11. Januarii 1717. §. Abſque eo quod
in fine , coram bon. memor. Foſcaro* .

Verum quia fabrica controverſa non ſo-
lum incæpta , ſed ferè jam abſoluta ſuppo-
nebatur a Patribus Reformatis , quamvis
circumſtantia hæc , cui plurimum inſiſteba-
tur , apta non fuerit removere Sacr. Tri-
bunal à ſenſu eorum expulſionis ex ea ra-
tione , quod eum legitimè , & ſervatis ſer-
vandis ædificationem non incæperint , lite-
que pendente , eam ſint proſecuti , nullum
ab hujuſmodi facto præſidium deſumere va-
lent ad ſe inibi confovendos , nec hodie ſi-
bi plus Juris aſſerere , quam ante cæptam
ædificationem haberent , prout in terminis
25 fundationis completæ tradunt *Pignatell. con-
ſultat. 177. num. 25.*, *Rot. in Recent. deciſ. 124.
num. 18. part. 12.* Nihilominus ne remotio
ſequatur cum damno Religioſorum , & ja-
ctura omnium expenſarum pro ædificatione
factarum , exiſtimarunt Domini interponen-
dum eſſe arbitrium , à quo nec Epiſcopus ,
nec alii litis Conſortes diſſentiebant , ut
nempè ab iſtis reficiantur expenſæ omnes à
Patribus Reformatis erogatæ in fabricam
controverſam ; Qui fuit modus reſolutioni
datus in contradictorio utriuſque Patris .

EADEM CORAM EODEM.

Super manutentione

Veneris 10. Maii 1716.

SUMMARIA.

1 *Capitulum , quod eſt in quaſi poſſeſſione ,
vel ex conventione , vel obſervantia præ-
ſtandi aſſenſum novis Conventuum funda-
tionibus , debet in eo manuteneri .*
2 *Idem juris ſervatur in Parocho .*
3 *Poſſeſſio deſtituta aſſiſtentia Juris , manuten-
tionem non meretur .*

DECISIO LXXIX.

IN hac ipſa Audientia , qua Dominis meis ,
propoſui Dubium ſuper Jure expellendi Pa-
tres Reformatos S. Franciſci , vel retinendi
Hoſpitium in Oppido Beylgries quæſivi po-
riter , *An cui , & quomodo ſit danda ma-
nutentia ?* & prodiit modum , reſolutio fa-
vore Capituli Eyſtetten , & Abbatis Blan- 1
keſten. juxta modum , refectis ſcilicèt ex-
penſis Fabricæ Patribus Reformatis S. Fran-
ciſci , prout dictum eſt *in contemporanea
Deciſione ſuper bono Jure* .

Capitulum namque Cathedralis non ſolum
eſt in quaſi poſſeſſione dandi , vel denegandi
aſſenſum ſuum pro novis erectionibus Con-
ventuum , vel Hoſpitiorum in Diœceſi , prout
reſultabat a pluribus hujuſmodi actibus , qui- 2
bus ipſimet Patres Reformati licentiam petie-
runt tam ab Epiſcopo , quam à Capitulo : ſed
habet ulterius juſtum titulum procedentem a
Capitulationibus factis uſque ab anno 1612.
inter Chriſtophorum tunc Epiſcopum Eyſtet-
ten. , & Capitulum ſuper eo , quod non admit-
terentur in Diœceſi alii Religioſi abſque ſcien-
tia , conſilio , voluntate , & conſenſu Capituli :
Quæ ſane Capitulationes cum fuerint renova-
tæ uſque ad præſens cum Epiſcopis ſucceſſori-
bus , itaut in viridi ſint obſervantia nec ullam
habeant Juris reſiſtentiam ex deductis *in con-
1 temporanea Deciſione §. Nullis denique , &
ſeqq.* optimum præbent titulum quaſi poſſeſſio-
ni ejuſdem Capituli , cujus proinde favore de-
cernenda ſit manutentio , non ſolum ad vulga-
tum *Textum in §. Retinendæ inſtit. de interd.* ,
ſed etiam ad tramites boni Juris quod cum *in
contemporanea Deciſione* firmatum fuerit etiam
reſpectu Abbatis Monaſterii Blankeſteten. præ-
ſertim uti Parochi habitualis in oppido Beyln-
gries , ejus quoque favore locum habet benefi-
cium mantionis , prout ſæpè ſepius reſpondit *Rot.
2 in Recent. deciſ. 105.* , & *deciſ. 229. utrobique n.
3. par. 13. deciſ. 204. num. 2. par. 19.* , & *in Ei-
ſtetten. Juriſdictionis ſuper manutentione 25. Ja-
nuarii 1717. coram Eminentiſſimo D. meo. Car-
dinali Falconerio* .

Ex eadem vero ratione cenſuerunt DD. de-
3 negandam eſſe manutentionem Patribus re-
formatis in Conventu , vel Hoſpitio , de
quo agitur non obſtante , quod in actuali
ejus poſſeſſione reperiatur , reperiantur , quia
poſſeſſio iſthæc deſtituta ſit aſſiſtentia Juris
propter defectum legitimæ fundationis , de
qua in contemporanea Deciſione , nullam
idcirco manutentionem promeretur , *Rot. co-
ram. Seraphin. deciſ. 1347. num. 1. apud Poſth.
de manut. deciſ. 234. num. 4. in Recent. deciſ. 333.
num. 12. & ſequen.*

Et ita utraque , &c.

R.P.D.

R. P. D. CORIO

Romana Clauſuræ Tonſtrinæ,

Veneris 28. Junii 1726.

ARGUMENTUM.

Conceſſa ab habente facultatem licentia aperiendi apothecam ſub aliquibus conditionibus in eo loco, in quo per particularia Statuta eſſet prohibitum, iiſdem non adimpletis, ipſe concedens poteſt pro ſuo arbitrio præcipere, quod claudatur.

SUMMARIA.

1 *Statuta Univerſitatis Tonſorum valida ſunt; & jam canonizata per Rotam.*

2 *Obtenta licentia cum aliquibus conditionibus iiſdem non adimpletis reſolvitur.*

3 *Conditiones appoſitæ ab eo, qui licentiam impertiri debet, quoties tendunt in bonum finem, licitè inferi valent, & ſervandæ ſunt.*

4 *Maximè quando conducant ad fraudum excluſionem.*

DECISIO LXXX.

INter ſtatuta Univerſitatis Barbitonſorum ſancitum reperitur in cap. 35., quod nullus Barbitonſor propria auctoritata tranſportare valeat de uno ad alium locum ejus Apothecam, niſi diſtet ab alia per ſpatium quinquaginta Cannarum ſub pæna ſcutorum 15. auri, & illius Clauſuræ, reſervata tamen Conſulibus præfatæ Univerſitatis facultate permittendi traſportationem etiam intra præ-
2 fatam diſtantiam ex Cauſis neceſſariis, & ab iiſdem approbandis. Hujuſcemodi ſtatutaria diſpoſitione fretus Bartholomæus Joannettus apud Univerſitatem iuſtetit pro tranſportatione ſuæ Apothecæ ad aliam viciniorem intra ſpatium prohibitum, cauſiſque per Conſules recognitis ordinem Notario, & Secretario Univerſitatis direxerant pro aperitione novæ Apothecæ facta tamen per eundem Joannettum obligatione adimplendi omnes conditiones in eodem ordine contentas.

Ordinem præfatum nec pænes acta Nota-
2 rii Univerſitatis exhibuit, nec conditiones in eo appoſitas adimplere curavit Ioannettus, ſed proprio imperio Apothecam reſeravit, & deinde ſub motivo ſubſiſtentiæ conditionum in ordine, ſeù licentia appoſitarum inſtetit coram A. C. de Gentilibus pro manutentione in poſſeſſione prædictæ Apothecæ, ſed contrariam paſſus Sententiam ad Sac. Tribunal. appellationem interpoſuit, unde propoſito per Me contemporaneè ad Dubium ſuper manutentione altera, *An ſint delendæ conditiones, ſeu potius ſit locus Clauſuræ Apothecæ*, Domini reſponderunt *eſſe locum Clauſuræ juxtà modum*.

Non controverſa enim validitate Statutorum Univerſitatis, utpote iam canonizata per *Rot. in Romana Tonſtrinæ* 18. *Junii* 1708. §. *Eoque certius cor. bo. mem. Anſaldo*, ratio decidendi clariſſime emergere viſa eſt ex eo, quod conceſſio, ſeu facultas data per Conſules Ioannetto aperiendi Apothecam concepta legebatur ſub expreſſa lege ibi: *ogni qual volta però, che il medeſimo Giovannetti s'obblighi per gli atti del medeſimo noſtro Notaro, e Secretario di non vendere, nè locare ad altri detta Bottega per poi comprare, o aprire altra in altro luogo, ma che abbia à ſervire per ſuo uſo proprio, e ſuoi Eredi, &c. altrimenti poſſa la noſtra Univerſità farglie la ſerrare*. Unde cum non adimpletis conditionibus in ordine, ſeu licentia appoſitis proprio Marte devenerit ad aperitionem novæ Apothecæ, inde ſequebatur, ut ſtatim factus fuerit locus illius Clauſuræ juxta legem ſibi per Conſules inductam ad tradita per *Anſald. de Commerc., & mercat. diſc. 66. num. 25. & ſeqq., Merlin. Pignatell. controv. 40. centur. 2. num. 8., Rot. coram Dunoz.* [illegible] *Jun. decif. 882. num. 8. in recent. decif. 539. num. primo, & 2. par. 5. tom. 2., & poſt Card. de Luc. in Montiſſ. dec. 5. n. 1. lib. 7. tom. 3.*

Minime relevante unico objecto per Ioannettum expenſo, quod ſcilicet recognita pro vera, & legitima cauſa receſſus ab antiqua Apotheca, minimè potuerint per Conſules apponi in nova conceſſione conditiones non vendendi, nec locandi, ſed tantum retinendi pro uſu proprio, & hæredum, & proinde tanquam iniquæ, & exorbitantes deleri debeant.

Pro remotione quippe objecti animadverſum; Quod cum a Conſulum Arbitrio dependeat facultas concedendi tranſportationem Apothecæ de uno ad alium locum juſtis impellentibus Cauſis, ut expreſſe diſponitur *in dicto cap. 35.* ibi: *Riſerviamo però a' Conſoli, e Sindici la facoltà di poter permettere li traſporti, &c. per Cauſe neceſſarie, e legitime da riconoſcerſi, & approvarſi da medeſimi, &c.* exinde ſequebatur ut præfatas conditiones apponere valuerint abſque eo quod exorbitantes, & iniquæ
3 decantari poſſent, eo ipſo, quod nedum in ſimilibus conceſſionibus appoſitæ & acceptatæ noſcuntur *Summario Univerſitatis n. 2.*, verum etiam quia tradunt ad obviandum mercimoniis permutationem Apothæcarii, quas in fraudem, & perniciem aliorum Barbitonſorum adjacentium patrare ſolitus fuit Ioannettus, quem docemur ſpatio paucorum annorum quatuor nempe permutaſſe Apothecas, in hiſce autem terminis conditiones in eadem conceſſione appoſitæ omninò ſuſtineri debent, utpote juſtitiæ, & Statutis Artis conſonæ, dum tendunt in excluſionem fraudum, quibus eadem Statuta oc-
4 currere voluerunt *Rot. cor. Maſaned. dec. 379. nu. 4. in recent. dec. 104. num. 6. par. 4. tom. 2., Rot. poſt Urceol. decif. 39. num. 4., & poſt Card. de Luc. decif. 50. num. 30., & decif. 51. num. 15. lib. 6. tom. 1.*

Data autem ſubſiſtentia conditionum, illico ſequebatur, quod illis non adimplatis locus eſſe deberet clauſuræ Tonſtrinæ, & ſolutioni pœnæ a ſtatuto inflictæ, verum Domini mitiùs, & æquitative juribus utriuſque Collitigantis conſulendo crediderunt eſſe præfiggendum arbitrio mei Ponentis Ioannetto terminum ad acceptandas præfatas conditiones, ſolumque illo elapſo eſſe locum clauſuræ Apothecæ, & ſolutioni pœnæ, & in hoc ſtetit

modus

modus præſenti reſolutioni adjectus.
Et ita utraque,&c.

EADEM CORAM EODEM

Super Manutentione.

Veneris 28. Iunii 1726.

ARGUMENTUM.

In caſu negativo adimplementi cooditiooum adiectarum aperitioni Apothecæ neque danda eſt interim maoutentio, quatenus iofra terminum præfigendum conditionibus noo pareatur.

SUMMARIA.

1 *Poſſeſſio vitioſa nullius ponderis reputatur pro obtinenda manutentione.*
2 *Manutentio in omnibus regulari debet ad tramites boni Iuris.*

DECISIO LXXXI.

COntempocaneè ad Dubium ſuper bono Jure propoſito altero ſuper Manutentione Domini *negativè juxtà modum* reſponderunt. Fundamentum reſolutionis negativæ ſtetit in eo, quia Joannettus adimplere reculavit conditiones appoſitas à Conſulibus Univerſitatis Barbitonſorum in licentia obteota pro aperitione Apothecæ, uode cum illius poſſeſſio ſit vitioſa, nullius ponderis reputatuc pro obti-
1 nenda manutentione *Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1168. num.4., & dec. 1309. in fin. penes Poſth. de manuten. dec.45. num.5., & in Tuden. Beneficii ſuper Attentatis 27. Aprilis 1705. fin. cor. Eminen. Scotta.*

Verum quia ad tramites boni Juris manutentio in omoibus regulari debet ad paſſim
2 tradita per *Rot. in Conſtantien. Præcedentiæ ſuper manutentione 27.Januarii 1713. ſub prin. coram Emin. Scotto, & in Bononien. Decimæ ſuper Manutentione 5. Februarii currentis anni coram Me.*, ideo Domini *modum* addiderunt, qui ſtetit in eo, quod Bartholomæo Joannetto oon competat manutentio, quatenus recuſet intra terminum præfigendum conditione per Conſules adjectas acceptare.
Et ita utraque,&c.

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES

Eyſtetten. Fundationis Hoſpitii.

Lunæ 26. Aprilis 1728.

ARGUMENTUM.

Non poteſt procedi ad erectiooem, & fundationem novorom Conventuum abſque Apoſtolieo Beoeplacito, & aſſenſu ordinarii de Jure commuoi, & ſi ex conſuetudine requiratur aſſenſus etiam Capituli, hic quoque eſt neceſſarius, & ſi unum ex iis deficiaot locus eſt expulſioni.

SUMMARIA.

1 *Monaſteriorum erectio, & fundatio ſine debita forma facta non ſubſiſtit.*
2 *Beneplacitum obtentum re non integra, & lite jam pendente nihil prodeſt.*
3 *Ad fundationem novi Conventus requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.*
4 *Concilium Tridentinum determinat erectiones Conventuum fieri non poſſe ſine prævia licentia Epiſcopi.*
5 *Cumulativè tamen requiritur, & licentia Epiſcopi, & beneplacitum ubi de ratione.*
6 *Opinio Doctoris, cui adverſantur oracula ſacrarum Congregationum, Apoſtolicæ Conſtitutiones, communior DD. ſenſus & Sacra Rota non attenditur.*
7 *Leges univerſales ubique locorum ſervandæ ſunt.*
8 *Obſervantia contraria Sac.Canonibus, & Apoſtolicæ Conſtitutionibus, quando in his adeſt Decretum irritans, & Clauſula* Sublata, *non ſuffragatur.*
9 *Non attenditur licentia, quoties multis exceptionibus debilitatur.*
10 *Et quando fuit dolo extorta perinde habetur, ac ſi numquam interveniſſet.*
11 *Declarationi omiſſæ in poſtremis Codicillis ſtandum eſt.*
12 *Ubi expreſſus conſenſus requiritur, tacitus non prodeſt.*
13 *Conventiones diù obſervatæ, & licitæ tenent.*
14 *Informationi Epiſcopi in rebus ſuæ Diœceſeos multùm tribuitur.*
15 *Simplex hoſpitium, quando ad eundem finem extruitur, ad quod valet monaſterium, cadit ſub diſpoſitione Juris Canonici, ita ut abſque ſolemnitatibus erigi nequeat.*

DECISIO LXXXII.

DElata ad noſtrum Tribunal in gradu appellationis quæſtione: *An ſcilicèt Abbati Monaſterii BlancKſteten, necnon Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Eyſtetten, competeret Jus expellendi Patres Reformatos Sancti Franciſci, ſeu potiùs an, & quomodò iiſdem Patribus liceret retinere Hoſpitium*: Domini mihi eos de ce ſciſcitanti reſponderunt: *Competere jus expellendi juxtà modum*, qui fuit, ut Patribus reficerentur omnes expenſæ ab ipſis erogatæ in Fabrica conſtcuenda, prout conſtat ex mea Deciſione ædita ſub die 10. Maii 1726.

Quia tamen iidem Patres Reformati non acquieſcentes prædictæ ceſolutioni obtinuerant, quòd novo examini fuodamenta Deciſionis ſubjicecetuc, ideò ſub die 28. Martii 1727., propoſito Dubio vulgato: *An ſit ſtandum, vel recedendum à Deciſis*, res ſtetit in ancipiti ob ſuffragiorum ſciſſucam, fuitque propterea reſcriptum: *Iterùm proponatur*: Sed hodie renovata Inſtantia pro habenda reſolutione, ſuperadditis facti circumſtantiis, ac meliùs toto negotio dilucidato ſuperveoit reſolutio confirmatoria præcedentis, ceſpondentibus Dominis *pro perſiſtentia in deciſis*.

1 Plura namque ſubſtantialia etiam in hodierna Audieotia videbantur deficere ad le-

gitimam Erectionem novi Conventus, ex
quorum defectu deberet concludi, Patres
Reformatos, non ſervata debita forma ſeſe
introduxiſſe, illoſque propterea omni Jure
adſtipulante expelli poſſe, *Rot. deciſ.* 224.
num. 25. *par.* 12., *&* *deciſ.* 231. *num.* 8.
& 9. *par.* 13. *recent.*; Nulla ſiquidem in
primis erat difficultas circa defectum Beneplaciti
Apoſtolici abſque eo, quod de illo
poſſet, vel minima ratio haberi tanquam in
futurum probabiliter reportando, quippe
quia dum agebatur in caſu rei haud amplius
integræ, & litis jam formaliter introductæ,
ac pendentis, Beneplacitum Apoſtolicum,
licet revera fuiſſet obtentum, in
nihilo prodeſſe poterat; cum in iſtis termi-
2 nis quidquid geritur, aut impetratur irritum,
nulliuſque momenti, ad tramites Juris
veniat dijudicandum, ſicuti firmatur in
Deciſione, quæ revidetur §. *Fruſtraque.*

Quod autem Beneplacitum Apoſtolicum
indiſpenſabilitèr requireretur pro fundatione
novi Conventus, DD. exiſtimabant ſatis probari
ex clara Cenſura ſacrum Canonum, de
3 qua habebatur *in Cap. unico de exceſſ. Prælat.*
in 6., *&* *in cap.* 1. *§. Confirmato de Religioſor.*
Domib. eundem lib. 6., neque pro excludenda
neceſſitate interventus hujus Beneplaciti
autumabant vim fieri poſſe ſuper diſpoſitione
Sacri Concilii Tridentini *Seſſ.* 25.
4 *cap.* 3. *de Regular. in fin.* ubi ſancitum legebatur
erectiones Conventuum faciendas
non eſſe, ſine prævia Epiſcopi Diœceſani licentia.

Licet etenim apud aliquos vigeret opinio,
quòd in hac parte Sacrum Concilium
Tridentinum, tributa omnimoda facultate
Epiſcopis, derogare intenderit Sacris Canonibus
ſupra relatis, tamen Domini advertebant,
quod contraria Sententia magis communitèr
recepta dignoſcebatur, & quidem
ſumma ratione, quoniam ſi nulla depræhendebatur
incompatibilitas inter unam, & alteram
diſpoſitionem ita æquior, & favorabilior
dicenda erat illa interpretatio, quæ
utramque poteſtatem cumulativè interponendam
exigeret, uti ex mente Sacrarum Congregationum
Concilii, & Epiſcoporum, ac
Regularium, ex Doctorum placito, nec non
5 ex conſtanti opinione hujus Auditorii, ſæpius
diſcuſſo etiam formiter Articulo patefacta,
probatum fuit in dicta mea Deciſione
§. *Ratio cum ſeqq.*

Cæterum adhùc videbatur ceſſare quamcumque
dubietatem quoad hujuſmodi cumulativum
aſſenſum obtinendum antè conſtruſtructionem
novorum Conventuum ex Conſtitutione
25. ſan. mem. Urbani VIII., quæ
preciſè inter alia ſanciebat, eſſe ſervandas
in nova fundatione ſolemnitates quoque Sacrorum
Canonum, unde Jure merito concludebatur
in ſæpedicta mea deciſione §. *Omnemque*,
eoſdem Sacros Canones ex vi præfatæ
Conſtitutionis in ſuo robore permanſiſſe,
quod aſſumptum hodiè etiam magis
comprobabatur ex altera Conſtitutione prælibati
Summi Pontificis in ordine la 27.,
quia ille abrogando, ac revocando præcedentes
Conſtitutiones aliorum Pontificum conceſſas
favore Patrum Carmelitum Diſcalceatorum,
atque indulgentes, ut nempè iſti
poſſent cum ſola Ordinariorum licentia Novos
Conventus ædificare, ſanciverat, quod
in poſterum ſervaretur forma Sacrorum Canonum,
Sacri Concilii Tridentini, & alterius
Conſtitutionis Clementis VIII., & ſic
evidenter diſpoſuerat non unicam facultatem
ab Epiſcopo impetratatam, eſſe attendendam,
dum expreſſe volito, quod ſervaretur
quoque forma à Sacris Canonibus præſcripta,
id non alitèr erat verificabile, quam
ſi una cum licentia Ordinarii cumulativè
concurreret Beneplacitum Apoſtolicum ad
normam ipſorum Sacrorum Canonum requiſitum,
prout ad ſenſum patebat, & probat
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 1. *allegat.* 26. *num.* 4.

Et hæc ſanè ſententia tàm ſolidè firmata
claudicare non poſſe dicebatur ex authoritate
Fagnani in cap. non amplius num. 66. *de
Inſtit.*, tùm quia ille non loquebatur in
hypotheſi Patrum Reformatorum Sancti Franciſci
habentium proprium Victum ex incerta
mendicitate, ſed de aliis Mendicantibus,
qui facti eſſent capaces poſſidendi in Communi
Bona Immobilia, ut legere eſt *num.* 62.
tùm etiam quia idem Fagnanus ſpecificè re-
6 probabatur *à Monacell. Formular. legal.*
tom. 1. *tit.* 6. *formul.* 19. *num.* 21., Ac demùm
quia contra ipſum militabant oracula
Sacrarum Congregationum, Apoſtolicæ Conſtitutiones,
communior. Doctorum opinio,
ac Sententia Sacræ Rotæ in tot Deciſionibus
recepta.

Hinc denuo reputabant Domini, quod
Patres Reformati fruſtra præſidium ſibi quærerent,
vel à Conſtitutione ſan. mem. Innocentii
X. in ordine la 50. vel ab aſſerta
Obſervantia fundandi Conventus in partibus
Germaniæ cum ſola licentia Ordinariorum;
7 Etenim Conſtitutio Innocentii innovabat quidem,
& confirmabat alias præcedentes Conſtitutiones
æditas ab ejus Antecеſſoribus ſuper
neceſſariis ſolemnitatibus in fundatione
Novorum Conventuum, ſed nullo modo
tendebat ad coarctandam operationem earumdem
Conſtitutionum intra Limites Italiæ,
& Inſularum adjacentium, quia hujuſmodi
Locorum limitatio unicè tangebat ex clara
dicti Summi Pontificis voluntate factum
ſuppreſſionis parvorum Conventuum, in
quibus ob exiguum Religioſorum numerum
Regularis diſciplina jam occaſum patiebatur.

Suppoſita autem obſervantia, ultra quàm
quod illa deſtruebatur à pluribus Deciſionibus
æditis in Cauſis novarum Fundationum
extra Italiam, perficiendarum, undique
irrelevans, ubi etiam ea viguiſſet, ex
hoc ipſo depræhendatur, quod ſcilicèt eſſet
contraria Sacris Canonibus, & Apoſtolicis
Conſtitutionibus, nam leges Univerſales,
ubique locorum ſervandæ erant, ut dicitur in
ſæpedicta mea Deciſione §. *quæ omnia*, & Conſtitutiones
Pontificiæ ob decretum irritans,
atque ob Clauſulam ſublatam, quibus muniteæ
legebantur cuicumque obſervantiæ con-
8 trariæ perpetuum obſtaculum præbebant, *Rot.
coram Emerix Jun. deciſ.* 1228. *num.* 1. *& dec.*
1241. *num.* 8. *& in Vergellen. Beneficii* 21. *Novemb.*

vemb. 1787. §. finali coram me.

Verumtamen non ex hoc ſolo defectu Beneplaciti Apoſtolici nullitas Fundationis, de qua agitur, deſumebatur, quoniam inſuper Dominorum Judicium, etiam in hodierna propoſitione idem fuit ſuper eo, quod legitimus Epiſcopi conſenſus deſideraretur, quippè quia licentia prædefuncti Ordinarii, quæ exhibebatur à Patribus Reformatis, tot tantiſque exceptionibus debilitata convincebatur, ut eadem in nulla penitus conſideratione haberi poſſet ex authoritatibus reaſſumptis in prætractata mea deciſione §. *Verum enim verò*.

Et ſanè ad tollendum quodcumque robur hujuſmodi licentiæ valdè nimia urgebant circumſtantiæ ſuadentes, quod illa à libera voluntate Ordinarii haud quaquam ortum habuerat; Planius namque conſtabat, ipſam licentiam conceſſam fuiſſe ab Epiſcopo conſtituto in ætate grandeva, ac fere nonagenario, & ab eo, qui per priùs re maturè diſcuſſa, auditoque Capitulo Cathedralis pluries denegaverat ſimilem licentiam fundandi novos Conventus, tum in finitimis Oppidis, tum in eodemmet loco Beylgries, & præciſe quando Patres Reformati de anno 1703. inſteterant, iis permitti Fundationem novi Conventus ſub colorato nomine Hoſpitii in Diœceſi ſuperiori Epiſcopatus Eyſtettenſis, intra cujus fines ſituatum eſſe Oppidum Beylgries non controvertebatur.

Hæc autem ſola rei ità geſtæ ſeries maxi-
9 mam difficultate Dominis ingerebat, quò minùs inclinarent ad approbandam aſſertam licentiam Epiſcopi, cum revera factum ipſum ſecum ferret ingentem ſuſpicionem circumventionis in procuranda omnibus, vel illicitis modis licentiam ſupra enunciatam, ſed cum ultra dict. vehementam ſuſpicionem circumventionis haberentur probationes ſuper vero, ac reali ejus concurſu manuum ad id præbentibus ex recepta conſpicua mercede à nonnullis Familiaribus Ordinarii: Iidem Domini exiſtimabant, depoſita quacumque hæſitatione omni Jure eſſe poſthabendam addu-
10 ctam licentiam Epiſcopi, necnon agendum, ac ſi penitus penituſque illius totalis defectus verificaretur, *ex Text. in leg. 2. ff. de dol. mal.*, & ex aliis deductis in mea deciſione §. *Ea ſiquidem*: Non attenta quadam Informatione, quam habere voluerat Ordinarius à Profecto Oppidi Beylgries, dum iſta, quæ poterat habere fomentum à particulari motivo affectionis, aut erga Patres, aut ergà aliquos Incolas eorum fautores elidere haud apta erat, quidquid antecedenter in aliis caſibus factum fuerat, & quidquid Familiares ſupradictis illegalibus modis peragerant pro inducendo Epiſcopo octuagenario ad concedendam licentiam exoptatum.

Quæ licentia etiam reputabatur nullius relevantiæ, ex quo idem Epiſcopus eam conceſſerat ſub certa conditione, nunquam adimpleta, reportandi nempè cum mediatione Patris Provincialis compoſitionem controverſiarum pendentium inter ſuum Epiſcopatum, & Electoratum Bavariæ, prout ipſemet Patris Provincialis promiſerat, & ſine
11 qua conditione dignoſcebatur, Epiſcopum non fuiſſe permiſſurum hanc novam Conventus fundationem, ut ſignanter patet ex illius declaratione emiſſa in poſtremis ſuis Codicillis, cui declarationi ſtandum eſſe firmavit *Rot. deciſ. 145. num. 3. par. 13. rec.*

Ulteriùs non poterat ſubſtineri fundatio, de qua agebatur, quia allegata licentia Epiſcopi Eyſtetten., erat deſtituta neceſſariis conſenſibus omnium Intereſſe habentium, immò ab omnibus quibuſcumque intereſſatis impugnabatur, nempè à Regularibus intrà quatuor milliaria Commorantibus, à Vicario Curam Animarum actualem in loco exercente, atque ab Abbate Blankſtetten. habente Curam habitualem; dum præſertim Parochorum contradictio maximam in hiſce materiis animadverſionem promerebatur, ſicuti probat mea Deciſio, quæ revidetur §. *Rurius*: Rejecta undique illa circumſtantia ſolemnis receptionis P. Reformatorum factæ in ſua Eccleſia à Vicario Curato, juxta proviſionalem aſſignationem demandatam ab Epiſcopo, quouſque nempè Conventus ædificaretur, quandoquidem ſi hujuſmodi factum, uti idem Vicarius Juramento teſtabatur, evenerat ex falſa aſſertione Patris Provincialis, qui conſtanter ex ipſo quoque ſuggeſtu fundationem cum omnibus ſolemnitatibus, & illarum interventu factam publicaverat, non aderat profecto quid poſſet ab hac re-
12 ceptione cum falſo ſuppoſito effectuata ritè, rectèque deſumi ad concludendum tacitum Conſenſum Parochi, potiſſimum quando idem conſenſus de jure requirebatur expreſſus: *Gratian. diſceptat. 730. numer. 40.*, *& diſceptat. 795. numer. 5. Rota coram Emer. Jun. deciſ. 1303. num. 19. & deciſ. 317. num. 9. par. 14. recent.*

Hiſce defectibus addebatur adhùc, quod non fuerat requiſitus Conſenſus Capituli Cathedralis, cujus Conſenſus neceſſitas reſultabat, non ſolum à conventionibus antiquiſſimis initis uſque de anno 1612. inter Epiſcopum, & Capitulum, ac ſemper renovatis ab omnibus in Epiſcopatu Succeſſoribus, ac ſignanter ab Epiſcopo prædefuncto, atque à moderno Antiſtite, verum etiam à continuata, & pluſquam ſæcolari obſervantia juxtà quam hebebatur ſemper Regulares, & etiam ipſo Patres Reformatos volentes admitti in Diœceſi Eyſtetten., inſtetiſſe pro obtinendo conſenſu, tàm penès Epiſcopum, quàm penes Capitulum, abſque eo quod dd. Con-
13 ventiones ſpatio centum, & ultrà annorum obſervatæ reputandæ eſſent de reprobatis à Cenſura Conſtitutionis 51. ſan. mem. Innocentii XII., nàm Domini advertebant, præſatam Conſtitutionam locum ſibi vindicare in eo dumtaxat Caſu, in quo eædem Conventiones illicitæ convincerentur, minimè vero ubi illæ rationabiles dignoſcebantur, prout verificari dicebatur in præſenti hypotheſi propter maximum intereſſe Capituli habentis Juſpatronatus plurium Parochiarum, ac propterea harum intuitu non penitus contemnendi, quoties de novis Conventuum Fundationibus agebatur ſicuti plenè obſervatur in mea Deciſione §. *Nullus denique, cum ſeq.*

Digitized by Google

Itaque omnia hucuſque deducta eò libentiùs recipienda eſſe Domini arbitrabantur, quia adverſua hanc fundationem reclamabant inſuper Parochi adiacentium Locorum, Sacerdotes alii, qui in cura Animarum operam ſuam adiuvando Parochum præbabant, & denique modernus Reverendiſſimus Epiſcopus, & Princeps in eius Epiſtola tranſmiſſa ad eoſdem Dominos ſuffragantes, taliter, quod in talibus circumſtantiis adhibita etiam prudentiali circumſpectione ad removenda quæcumque inconvenientia veriſimilitèr proter tales contradictiones oritura, iſtius novi Conventus fundatio videretur omninò impedienda, ac magis ex quo illa, iuxta
14 Teſtimonium Epiſcopi, cui tamquam de rebus propriæ Diœceſis informatiſſimo ſummoperè deferendum eſſe omnis ratio dictabat ex congeſtis in mea Deciſ. §. *Eo autem*, non neceſſaria, quinimò minus oneroſa Populo, & utique Clero credebatur.

Siquidem exindè præſertim in comperto erat Oppidum Beylgries habere paucos Habitatores, quorum ſpirituali ſalutis ſatisſuperque conſulere poterant tres Sacerdotes, una cum Parocho ibidem exiſtentes, uti tales ejus Cooperatores, prout etiam conſtabat, eandem fundationem valde præjudicialem eſſe, tum Regularibus, tum Sæcularibus Ecclesiaſticis ob diminutionem Emolumentorum, quæ retrahuntur ab oblationibus, à Funeribus, ab Eleemoſynis Miſſarum, aliiſque piis legatis, ultrà damnum, quod inferebatur pluribus Regularibus in eorum quæſtuationibus.

Neque putabant Domini audiendos eſſe Patres reformatos ſuper eo, quod ipſi renunciaverant quæſtuationi, quodque minimè agebatur de fundando novo Conventu, ſed ſolo Hoſpitio, pro cujus erectione prædictæ ſolemnitates non requirebantur, quandoquidem renunciatio mox dicta, quæ cæteroquin non excludebat neceſſarias ſolemnitates, nullam animadverſionem promerebatur,
15 ſive quia certè Patres reformati alibi quæſtuare coacti alios Populos incommodo afficerent: Ea verò quæ dicebantur de Hoſpitio, apparebant contraria facto, & concludebant differentiam ſtetiſſe nomine tenus, quia Conſtructio Conventus cum Eccleſia habeote Januam in via publica, & Campanile cum Campanis, quæ facta fuerant animo adminiſtrandi ibidem Sacramenta, & publicè concionandi, nullatenus adaptabilis erat ſimplici Hoſpitio, & proindè quocumque vocabulo ea nuncuparetur, cadebat ſub diſpoſitione Juris Canonici, atquè Apoſtolicarum Conſtitutionum, ne ſcilicet abſque neceſſariis ſolemnitatibus nova fabrica ſecumferens eundem effectum prohibitum permitti poſſit, uti dictum fuit in mea deciſione §. *Nec adverſus, cum duobus ſeqq.*

Firmato itaque Jure expellendi Patres Reformatos Domini iterum adhærentes æquitativo arbitrio jam interpoſito approbandum eſſe concludebant modum, cum quo capta fuerat præcedens reſolutio, & de quo ſermo habebatur in ſæpiùs citata deciſione §. *Finali*, ad quam ſe ſe relativè habere intendebant.

Et ità utraque, &c.

F I N I S.

I N-

INDEX
LOCUPLETISSIMUS EORUM OMNIUM,
Quæ tùm in Tractatu; tùm in Adnotationibus; tùm denique in Deciſionibus iſtis continentur.

Prior Numerus Päginam denotat; Poſterior verò indicat Numerum Marginalem;

ABBAS.

HAbens *Territorium ſeparatum*, manutenendus eſt in quaſi Poſſeſſione immemorabili exercendi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. fol.334.num.39.
Reliqua vide in verbo *Juriſdictio*, & in verbo *Territorium*. V. *Præpoſitus*.

ABSENS, & ABSENTIA.

Abſentes, quinam dicantur. fol.132.num.6.
Abſentia ab Urbe quomodo probetur. *ibidem* n.7.
Beneficiati abſentes cauſa Studiorum Fructus lucrantur, non verò Diſtributiones. fol.132.n.8.& fol.138.n.46.
Secùs ex cauſa Infirmitatis, nam tunc lucrantur etiam Diſtributiones. fol.134.poſt n.16.
Canonicus in dubio abeſſe non præſumitur. fol.134.n.16.
Cardinalis abſens an, & quomodo, & ſub quibus pœnis revocari debeat? *Rem. ſbod.* fol.139.n.40.
Citatio contra Abſentes fit per diligentias pro debito contracto in Urbe. fol.138.n.42.
Et fit etiam per Edictum, vel per Proclama. *ibid.* num. 43.
Fit Domi dimiſſa Copia in manibus Domeſticorum. *ibidem* n.44.
Neceſſaria eſt ad hoc, ut quis privetur Officio. fol.140 num.69.
Condemnari an poſſint Abſentes, & in quibus caſibus? fol.134. num.21.
Excuſantur ratione neceſſitatis, vel ratione modicæ Diſtantiæ: Dantur exempla in Arreſtatis, Parochis, & Epiſcopis. fol.135.poſt num.23.
Variæ Cauſæ, ex quibus *excuſantur* Abſentes.fol.133. poſt num. 14.
Ad *Electionem* expectari debet Canonicus breviter reverſurus,niſi periculum ſit in mora.fol.140.n.74.V.*Electio*.
Quando vocari debeat per Nuncium, vel per Epiſtolam? fol.138.num.45.
Electo valde diſtanti permittitur adminiſtratio ante confirmationem. fol.137. poſt num.32.
Ultra duas dietas excuſatur ab interventu ad *electionem*. fol.218.num.6.
Enunciativa contra Abſentes iiſdem non præjudicant. fol.140. num 71.
Habentur pro præſentibus Inſervientes Papæ, Legato, & Cardinalibus. fol.134. poſt num 17.
Declara, reſpectu dumtaxat Fructuum Beneficii, non reſpectu Diſtributionis. fol.139.num.66.
Nec habentur pro præſentibus, niſi in caſibus à jure expreſſis. fol.134.num. 18.
Infirmitatis cauſa, juſte quis abeſt. fol.218.num.7.
Jus, quomodo acquiratur Abſentibus. fol.135.nu.21.
Jure ſuo,ac Poſſeſſione privari non poſſunt,niſi ſervata forma *Clement.C.ſuſum 3.de Elect.*fol.134. poſt n.21.
Parochus cauſa Studiorum à reſidentia abeſſe non poteſt. fol.132.num.10. & fol.138. poſt num.47.
Redeundi Animus excluditur in Abſente per Decennium. fol.135. num.24.
Sententia lata contra Abſentem in Beneficialibus, non tranſit in rem judicatam. fol.137.num 33.
Stipulatione Notarii an jus acquiratur Abſenti? fol. 140. num. 70.
Vocatio Abſentium in quibus caſibus fieri debeat.fol.135. poſt num.26.

ACCESSORIUM.

Sequitur naturam ſui Principalis. fol.327.num.13.

ACCESSUS.

Judicialis facit probationem probatam. fol.197.nu.16.
Judex priuſquam judicet de Confinibus,aut ſimilibus,debet cum Peritis accedere ad locum differentiæ. fol.16. num 49.
Reiterandus tamen non eſt, niſi per modum reviſionis allegato aliquo errore. fol.16.num.50.
Amplia etiamſi petens Acceſſum offerat ſubire omnes expenſas abſque ſpe repetitionis. fol.17. num.51.

ACQUIESCENTIA.

Acquieſcentia, & *Patientia* longa nequis reclamando impugnari. fol.307. num.46.
Acquieſcentia ſtante infirmitate, & abſentia, non præjudicat. fol.305. num.9.

ACTUS.

Attendi non debent, Attentati, æquivoci, vel effectum non ſortiti. fol. 204. num.31.
Facultativi. V. *Facultativus*.
Geſti Auctoritate Judicis habens pro ſe omnimodam juris aſſiſtentiam. fol.276. num.31.
Miniſtrorum abſque licentia Epiſcopi eidem non præjudicans. fol.275. num.12.
Non probant, ſi extrahantur ex privato Archivio Parte non citata, *ibidem* num.7. & 11.
Præſumuntur facti ſecundum Juris diſpoſitionem.fol.123. poſt num.9. & fol.248.num.26.
Præſumuntur facti ab eo, ad quem ſpectant. fol.263.n.7.
Reſiſtentiam juris habentes non valent, fol.256. n.16.
Actus eſt *Menſura* nomen triplex apud Latinos. fol. 29. num. 124.

ADJACENTIA.

Excluditur per Interpoſitionem Viæ,Foveæ, &c. publicæ. fol.196.num.3.

ADMINISTRATOR.

Adminiſtrator. V. *Superior*.

ADIMPLEMENTUM.

Adimplementum ab eo, cujus commodum concernit, probari debet. fol.225.num.11.
Adimplementum probare debet fundans ſe in Inſtrumento cum pacto reſolutivo. fol.180.num.5.

ADVOCATUS.

Philologia ſtudio maxime indiget. fol.10.num.1.
Promptuaria dumtaxat confarcinans, & in illis ſtudium conſumens, vocatur *Avvocato ſolamente di Repertorio*. *ibidem*.

ÆDES, ÆDIFICIUM, & ÆDIFICARE.

V. *Arcus*. V. *Machina*. V. *Immiſſio*. V. *Diſtantia*.
In vim *Bullæ Gregorianæ* Ædificans cogi poteſt ad perficiendum. fol 293.num.15.
Damnum grave reputatur pro vicino, ſi novum Ædificium tenebras propè obducat. fol.324.num.5.
Itidem ſi impediatur ſalubrium ventorum inſufflatio. *ibidem*.
Diruta Ædificia veniunt, uti acceſſoria fundo, cui adhærent, licet illorum mentio facta non fuerit.fol.327. num. 16.
Diſtantia Ædificii per 18. pedes non cenſetur alteri afferre grave præjudicium ad effectum impediendi Elevationem. fol.340. num. 13
Et quando Ædificium *Diſtat* ab alio ad terminos juris communis nullum eſt allegabile præjudicium. *ibidem* num.14.
De jure communi requiritur ſola diſtantia duorum pedum. *ibidem* num.15.
Lex Zenonis contenta eſt diſtantia decem pedum. *ibidem*.
Statutum Leodien.præſcribit octo pedes. *ibid.*
Monialium favore militat major ratio prohibitionis, ne vicinus ipſis præjudicans poſſit ædificare. fol.339.n.6.
Prohibitus ædificare de novo cenſetur etiam prohibitus reparare dirutum Ædificium, ſi ita everſum ſit, ut veterem formam amiſerit. fol.305.num.5.
Amplia etiam in Molendino diruto, quod quis velit reædificare, quando aqua ad priſtinum alveum ſe reſtituit fol 305.num.5.
Amplia ſecundò: etiamſi velit convertere in alium diverſum uſum Ædificium de novo conſtruendum. *ibidem* num.12.
Promittens non extruere Ædificium alteri præjudiciale, nequit venire contra talem Promiſſionem: Quod ſi ædificet, diruendum eſt Ædificium. fol.304. num.1., & fol.324. num.7.
Proprio in ſolo cuilibet licitum eſt qualibet Ædificia conſtruere. fol.209.num.1., & fol.339..nu.2., & fol. 185.num.1., & fol.323.num. 1.
Amplia; etiamſi damnum vel in luminibus,vel alibi emergat vicino. fol.339.nu. 3., & fol.237. num. 1.
Limita; quando adeſt ſervitus, vel æmulatio. fol. 339.num.4., & fol.318.num.2.
Limita ſecundò, quandò reſultat grave præjudicium vicino; Et quando id adeſſe intelligatur? fol.36. num.44. & fol.330.nu.5., & 333.num.2.
Declara; prædd.regulas, & limitationes procedere, etiam quando agitur inter duas Eccleſias. fol.*ibid*.n.3.
Temperamentum captum à *Sac.Rota* ad minuendum grave

Digitized by Google

ve damnum vicino per ædificationem illatam. fol. 323. num. 4.

ÆDILIS.

Ædilium Magiſtratus curabat Ædificia, Templa, Theatra, Stadia, Fora, Porticus, Curiam, Baſilicas, Mœnia. fol. 34. num. 16.

A Martino V. in Urbe reſtitutus fuit. fol. 34. n. 17.

ÆMULATIO.

In dubio non præſumitur. fol. 58. n. 18. & fol. 64. n. 53.

Deducitur tamen ex circumſtantiis arbitrio Judicis. fol. 64. num. 54. & fol. 225. num. 27.

Probata Æmulatione Vicinus ad apponendam Cratem Ferream cogi poteſt, fol. 275. num. 9.

AER.

Inſalubris efficit, ut loca minoris valeant. fol. 148. n. 125.

Et inſalubritas cauſatur ab alitu Cloacarum. fol. 311. num. 74.

Quando Inſalubritas adfuit ab initio Conſtitutionis Dioeceſis, non excuſat à Reſidentia. fol. 145. nu. 110.

Nec eſt cauſa ſufficiens extendendi Dioeceſim *ibid.* num. 104.

V. *Epiſcopus*.

V. *Reſidentia*.

Venditio Aeris quid ſit. fol. 34. num. 21.

ÆSTIMATOR, & ÆSTIMATIO.

V. *Peritus*. V. *Res*.

ÆSTIMUM.

In *Manutentionis* Judicio plurimum relevat. fol. 353. n. 6.

Probat Confinia. fol. 17. n. 65.

Et pleniſſimè attenditur adverſus eum, de cujus voluntate confectum fuit, & quandoque etiam contra tertium. fol. 158. num. 6.

Regulariter tamen non probat contra illum, qui non interfuit. fol. 189 num. 15.

AGGERES.

Cautio de damno infecto præſtari debet Vicinis, & Accolis ab eo, qui Aggeres vult conſtruere. fol. 234. nu. 15.

Conſtructio fieri nequit in ipſo Alveo Fluminis. *ibidem* num. 14.

Et fieri poteſt ad tuitionem ſui Prædii. fol. *ibid.* n. 13.

Et debet reſultare magnum commodum in avertendis Inundationibus. *ibidem* num. 16.

Nec dicitur factis ad ſimplicem tuitionem Bonorum, quando ex ea reſultat amplificatio ſoli. fol. 235. n. 24.

Damna farciri debent, ſi Aggeres fiant contra Legis præſcriptum. fol. 234: num. 17. V. *Damnum*.

Ad *Manutentionem* Aggerum obligatus non tenetur ad caſus fortuitos, & inopinatos. fol. 111. num. 70.

Reparatio fieri debet expenſis omnium Poſſeſſorum pro rata utilitatis. fol. 110. n. 64. & 71. & fol. 311. n. 18.

Nec ad illam tenetur, qui non ſubjacet Inundationi. fol. 110. num. 65.

Stante præſertim obſervantia ſuper Exemptione. fol. 110 num. 66.

Vel pacto, vel conſuetudine. fol. 110. num. 67. & 68.

ALIENARE, & ALIENATIO.

Bonorum Eccleſiæ fieri debet copulative cum utilitate, & ſolemnitate. fol. 172. num. 1. & fol. 173. num. 5. 8. & 17.

Limita in bonis exigui valoris, in quibus non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum. fol. 213. nu. 5. & 6.

V. *Epiſcopus* V. *Beneplacitum*.

Molendini non fixi ad Pupillum ſpectantis non requirit ſolemnitates. fol. 166. num. 15.

Propriiſſimè dicitur Alienatio, quando transfertur plenum, & irrevocabile Dominium. fol. 288. num. 11.

Utilis dumtaxat Dominium alienans, an dicatur alienare. *ibidem* num. 12.

ALIMENTA.

Denegatio Alimentorum occiſioni æquipollet. fol. 268. n. 5.

Filius non tenetur alare Patrem, quando ab illo eruditus, & inſtitutus non fuit. fol. 6. num. 2. in fin.

Intellige, *ut ibidem*.

ALLUVIO.

Acquiſitionem Alvei non impedit. fol. 260. num. 8.

Incrementum Bonorum cauſare ſolet. fol. 18. num. 77.

Declara, ut dicatur fieri Alluvio tam per accretionem Terrarum, quàm per deſertionem Alvei. fol. 260. num. 5.

Unionem, & Adjacentiam Bonorum, quandoque parere ſolet. *ibidem* num. 7.

De *Alluvionis* materia remiſſivè. fol. 262. num. 9.

ALTARE.

Conſecrari nequit, ſi ſub ipſo exiſtat Cadaver, quod extrahi debet, & repleri locus. fol. 103. num. 29.

Amplia, etiamſi prius fuerit conſecratum interdici debeat, donec alio transferatur Cadaver. *ibid.* n. 30.

Erectio Altarium antiquitùs fiebat ſuper Corpora Sanctorum Martyrum. *ibidem* num. 28.

ALTERNATIVA.

Appoſita inter plures perſonas reſolvitur in Conjunctivam. fol. 119. num.

Denotans ordinem ſuccedendi inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis, & reſolvitur in Disjunctivam. *ibidem* num. 28.

V. *Ante*.

ALVEUS.

Damna reficere tenetur mutans Alveum Fluminis, & quandonam ad prædictum effectum dicatur facta mutatio. fol. 135. num. 28.

ANGIPORTUS.

V. *Spatium*.

ANIMAL.

V. *Beſtia*.

Caveri faciliùs homo poteſt à Brutis, quàm ab Homine. fol. 84. num. 1.

Sunt tamen illa ad feriendum promptiora. *ibid.* n. 2.

Noxiorum Animalium diverſa genera remiſſive. fol. 87. num. 36.

Occidere, nec lædere, nec abigere Animalia aliena licitum eſt. fol. 85. poſt num. 21.

Declara, ut ad ſui defenſionem vulnerari, & occidi impune poſſint. fol. 86. num. 17. & fol. 87. ſub n. 31. verſic. *licita*.

Retineri poſſunt, & in Judicio exhiberi ad petendam damni emendationem. fol. 87. num. 29.

Permittitur tamen retentio dumtaxat intra fundum damnificatum. fol. 87. num. 30.

APES.

Alvearia Athenis diſtabant trecentos pedes à vicino. fol. 84. num. 4.

Nulla in ipſis retinendis Diſtantia præſcribitur à jure. fol. 86 num. 18.

Et regulatur à moribus regionum. fol. 102. poſt n. 4.

Exterminium Apum. fol. 84. num. 3.

F...num facientes in mea Arbore ſuper ramis protendentibus ad ſolum vicini, meæ ſunt. fol. 86. no. 19.

APPODIATIO.

V. in verbo *Servitus*.

APOTHECA.

Aperitio Apothecæ libere fieri poteſt nulla ſervata Diſtantia. fol. 47. num. 8

Amplia, etiamſi damnum afferatur vicinis in Aviamento. fol. 50. num. 24.

Intellige dummodo retineantur res venales ſub ſuo ſtillicidio. fol. 50. nu. 25.

Nec via occupetur, *ibid.* num. 28.

Amplia ſecundo, etiamſi alius privativam habeat à Principe vendendi dd. res in aliqua platea. fol. 50. n. 26.

Declara Ampliationem procedere dumtaxat in rebus ad propriam cujuſque artem ſpectantibus, *ibid.* n. 27.

Limita primo ex Statuto Civitatis Bononiæ in Lardariis, ſeù ſalſamentariis, in quibus requirit Diſtantiam trium Perticarum. fol. 48. num. 10.

Statutum prædictum non comprendit Apothecas exiſtentes in Dominio Clericorum, *ibid.* num. 13.

Nec ſufficit Pontificia confirmatio, præterquam in forma ſpecifica, *ibidem*.

Limita ſecundo pro Aromatariis ejuſdem Civitatis Bononiæ. fol. 48. num. 10.

Non tamen habet locum d. Statutum in plateis publicis. *ibidem* num. 12.

Limita tertiò in Vermicellariis habentibus Statutum in forma ſpecifica. fol. 49. num. 21.

Huic ſtatuto derogatum fuit favore Piſtorum. fol. 50. num. 23.

Derogatio locum habet quoad facultatem conficiendi paſtillos vulgò *Vermicelli*, non quoad Diſtantiam, *ibidem*.

Limita quartò in Candelottariis, qui habent Statutum demandans Diſtantiam cannarum 60 fol. 51. n. 40.

Limita quintò in Barbitonſoribus requirentibus Diſtantiam cannarum 50. fol. 54. n. 58., & fol. 361. n. 2.

Declara tamen, ut poſſint Conſoles Artis permittere aſportationem Apothecæ intra ſpatium prohibitum accedente legitima cauſa. fol. 54. n. 59., & fol. 360. num. 3.

Et Barbitonſor tenetur ſervare conditiones à Conſulibus præſcriptas: dummodò non ſint exorbitantes. fol. 54. num. 61.

V. *Tabulata*. V. *Diſtantia Apothecarum*.

APPARTAMENTUM.

V. *Domus*.

APPELLATIO.

A relatione Periti. V. *Peritus*.

AQUA.

In *Conceſſione* Aquæ omnes circumſtantiæ ſunt ponderandæ. fol. 182. num. 15.

Conſuetudo maximè attenditur. fol. 261. num. 3.

Diverſio Aquarum cum proprio damno eſt abſurda, & inveriſimilis. fol. 182. num. 10.

Fieri poteſt à Domino Fundi, in quem fuit ingreſſa. fol. 285. nu. 1., & V. fol. 256. nu. 1. & 2.

Item à Domino Fundi, in quo oritur. fol. 233. num. 7. & 9.

Amplia primo etiam in præjudicium fundi inferioris. fol. 110. num. 53.

Amplia ſecundò etiam in Aqua publica, poſtquam in privatum Fundum delapſa eſt. fol. 256. n. 7. & fol. 110. num. 54.

Limita ſtante ſervitute, vel conſuetudine in contrarium. fol. 232. num. 2.

Et quomodo hæc probentur. fol. 110. num. 55.

Digitized by Google

Contraria quando procedant. fol.272.num.4.
Limita ſecundò ſtante pacto favore Fundi Dominantis. fol.272.num.3.
Diverſio Aquarum probatur ex Fontis diverſitate. Et de aliis ad hoc adminiculis. fol.180.num.1.
Ducenda eſt regulate, & juxta priorem conſuetudinem, fol.209.num.8.
Et quomodo conſulatur utrique Parti in jure ducendi Aquam. fol.239.num.4.
V. *Aquaductus*.
Fluens eſt ſalubrior Aqua ſtagnante. fol.112.poſt n.2.
Neceſſaria eſt Reipublicæ. fol.182.num.27.
Prædii Superioris recipi debent à Fundo inferiori. fol.215.num.9.
Declaratio quando nimium adeſſet præjudicium. fol.106.num.19.
Præſcribi non poteſt ab eo, qui malitioſè illam ad ſuum uſum divertit. fol.170.num.19.
Putealis eſt inſalubrior Aqua fontis. fol.116.num.45.
In *Servitute* Aquæ an titulus requiratur, an autem ſola longæva poſſeſſio ſufficiat. fol.178.num.9.
Superiora prædia habent activam ſervitutem demittendi Aquas ad inferiora, non tamen per opus manufactum. fol.209.num.8.
Uſus Aquæ abſque Domini conſenſu non permittitur. fol.180.num.1.
Declara, ut prohiberi nequeat intra terminos veteris conſuetudinis. fol.256 num.7.

AQUÆ CURSUS.

Circa Aquæ curſum pactum, Natura, & vetuſta conſuetudo ſunt attendenda. fol.177.num.1.
Antiquus immutari nequit à Domino Fundi ſuperioris. *ibid.* num.2.
Declara, ut diverti nequeat, ſi naturaliter fluxerit. fol.106.poſt num.19.
Secus ſi per opus manufactum. fol. 177. num. 3. Et de ratione. *ibidem*.
Diverti nequit à Domino Fundi Intermedii. fol.233.n.8.
Immutari non poteſt in præjudicium publici boni. fol.110.num.61.

AQUÆ DUCTUS.

Expurgatio fieri debet ab illis, qui debent ſervitutem aquas recipiendi. fol.107 num.22.
Intellige, & declara. fol.110.num.59.
Patientiam pro Expurgatione præſtare debet, qui habet ſervitutem paſſivam Aquæductus. *ibidem*.
Non tamen tenetur præſtare ſervitutem aditus aperti. fol.107.num.23.
Manuteneri debet exiſtens in *quaſi poſſeſſione* ducendi Aquam per alienum Fundum. fol.110.num.56.
Per *Publica* Bona Aqua duci nequit inconſulto Principe. *ibid.* num 62.
Propter *Publicum Bonum* vicinus rogi poteſt, ut vendat Fundi partem ad conſtruendum Aquæductum. fol. 110.num 63.
Variari nequit Aquæductus poſtquam fuit ſiſſatus in aliqua parte Fundi ſervientis. fol.110.n.58. & fol.250.n.4.
Limita ſtante contraria Conventione, quo caſu ante variationem intimari debet Dominus Fundi ſervientis. fol.110.num.58., & fol.250 num.4.
Declara, ut opus hoc interim nequeat retardari. *ibidem* num.6.

AQUÆ HAUSTUS.

Ex *Puteo Vicini* quandonam poſſit hauriri Aqua ex Lege Solonis. fol.114.num.21.
Concedi ſolet ex urbanitate. fol.116.num.43.
An de nocte liceat Aquam inde haurire. fol.114.poſt num.20.

ARBITER.

Rei ſuæ quilibet eſt Moderator, & Arbiter. fol.243.n.92.

ARBOR.

Arbor quid ſit: ejus ortus, & ethymologia. fol.121.n.1.
Arbores quandonam veniant appellatione materiæ fol. 126. num.36.
Appellantur nomine Arborum, quæ ſtatim ſunt plantatæ. Item, quæ ſunt affixæ ſolo, licet aridæ: Item, quæ ſunt à ſolo avulſæ, dum radices virides ſervant, & replantari poſſunt. fol.126 num.33., & ſeq.
Appellatione Arborum veniunt Arundines, & Hæderæ. fol.125.num.23.
Limita in Conſtitutione pœnali. *ibidem* num.24.
Veniunt itidem Vites etiam in pœnalibus, præſertim quando conſtitutio reſpicit Fructus. fol.125.n.25. & ſeq.
In *Confinio* duorum Agrorum communis eſt. fol. 106. num.11.
V. *Confine*.
Prætextu *Damni* reſultantis Agro vicino nec incidi, nec evelli debet truncus Arboris plantatæ in legitima Diſtantia. fol.127.num.45.
Quid ſi damnum inferatur ædificio alieno. *ibid.* n.46.
Si damnum inferatur juri parcendi, quibus in caſibus Arbor plantari nequeat. fol.127. n.51., & ſequen.
Diſtantia quinque pedum relinquenda eſt in Arborum Plantatione. fol.245.num.5.
An ex *Leg. final. ff. ſi finium regund.* ſufficiat Diſtantia duorum pedum, fol.246. num.16., & plur. ſequen.
Si Diſtantia legitima non ſervetur, extirpari an debeant, quando ſunt vetuſtæ. fol 250.num.44
In *Fructu* interdum non ſunt, niſi quoad ramos. fol.126. num. 43.
Interdum etiam quoad folia. fol.130. n.71. Exemplifica. *ibid.* num.72., & ſeq.
Incidi an debeant plantatæ abſque legitimo ſpatio ſtante præſcriptione. fol.129.num.60.
De opinione Sacræ Rotæ circa hoc, aliorumque Auctorum *ibid.* num.61.
Quidquid ſit de Trunco, ipſarum rami incidi poſſunt, nec allegari poteſt præſcriptio. fol.129. n.63. Et V. fol.123. n.12.& plur.ſeqq., & fol.124. poſt n.18., et fol.127.num.44., et fol.244.num.2.
Incidi nequeunt, ſi ſint fructiferæ ab Uſufructuario, Emphyteuta, et ſimilibus. fol.129.num.64.
Idem dic de Arboribus deſtinatis ad pulchritudinem, et amenitatem. *ibid.*num.65.
Idem de Arboribus vi ventorum avulſis. fol. 130. num.68.
Limita pro ſuo, ſuæque Familiæ uſu, *ibidem* n.76.
De prohibita, vel permiſſa Lignorum inciſione, *ibidem* num.69.
De *Bannimentis* Magiſtrorum Juſtitiariorum circa Arborum Inciſiones. fol.130.num.70.
Plantare Arbores in ſuo Fundo quilibet poteſt, quamvis impediat paſtum Animalium fol.124.poſt n 14.
Limita, et declara, ut in fol.127.n.48., et ſequen.
Præſcriptio an admittatur in Plantatione Arborum extra legitimam Diſtantiam. fol.245.n.12.
Continuus motus, et curſus, qui datur in Arboribus, an impediat præſcriptionem, fol.129. poſt n.62.
Proprietas Arboris illius eſt, in cujus Fundo Truncus erumpit, quamvis radices egerit in Fundo alieno. fol. 126.num 41.
Et ſi Dominus Fundi, ubi ſunt radices, voluerit illas incidere, debet implorare officium Judicis. fol.*ibid.* num. 42.
Radices Arborum in jure quomodo conſiderentur. fol. 117. num.2.

ARCHIVIUM.

Archivium Epiſcopi tanquam publicum probat etiam pro ipſo. fol.164. num.19.
Archivii Privati Acta non probant favore Domini. *ibidem* num.18.

ARCUS.

Dominus Domorum ex utraque parte viæ vicinalis poteſt ſuperædificare Arcum, ſeu Fornicem. fol.67.n.24.

ARGUMENTUM.

A contrario ſenſu in Auctoritatibus DD. non ſuffragatur. fol.289. num.21.
A Diſcretivo eſt validum in jure. fol.158.num.173.
A Græca Lingua ad Latinam recte, & paſſim argui ſolet. fol.158.num.152.
A Majoritate rationis in jure eſt validiſſimum. fol. 322. num. 17.

ARS.

Artes fetidæ ſejungendæ ſunt à Civium Commercio. fol.76.num.62.
In qua parte Civitatis exerceri poſſint. fol. 77. num. 66.
Liberales. V. in verb. *Pater*.

ARTIFEX.

V. *Apotheca*, & *Menſuratio*.
Artifices exercentes duas Artes ſubſunt ſtatutis utriuſque. fol.50. num.24.

ARUNDINES.

Arundines impropriè appellantur Arbores. fol.122. n.4.

ASCREA.

Aſcrea Caſtrum non probatur eſſe in Diſtrictu. fol. 141. num 84.

ATTENTATA.

Attentata, ut ſint, debent eſſe contra Litem, & ad eam favore Attentantis extinguendam. fol.294. num.1.
Excluduntur per conſenſum à Parte præſtitum proſecutioni Ædificii. fol 255.num.2.
In Dubio pro illorum excluſione, *ibid.*num.3.
Præſertim ſtante bono jure attentantis, *ibid.* n. 4.

ATTESTATUM.

V. *Fides*.

AUCTOR.

Auctoris Notitia Juris Conſultis eſt neceſſaria. fol. 1. poſt num.1.

AUCTORES, QUI LAUDANTUR.

D. Abbas *Antonius Maria* Salvinus Florentinus. fol. 8. ante num.15.
R. P. D. *Franciſcus Maria* de Spannocchiis laudatur. fol. 139. poſt num 56.
R.P. D. *Joannes Baptiſta* Spinula Almæ Urbis Gubernator, & modo Eminentiſſimus Cardinalis celebratur. fol.76.num.50.
R. P. D. Vajus de Vais Pratenſis Sac. Rot. Auditor laudatur. fol.82.num.37.
Clariſs. D. Auditor *Jacobus* de Comitibus celebratur. fol.75. poſt num 38., & *alibi ſæpè*.
D. Com. *Joannes Baptiſta* Caſotti Pratenſis. fol.78. n.85.
D. *Joſeph* Blanchinus Pratenſis. fol.9. ante n.19.

R.P.

R. P. D. *Nicolaus* Caſonas R. C. A. Clericus. fol.27.n.99. in fin., & fol.174. poſt num.24.
Eminentiſſimus D. Card. *Corradinus*, fol. 294. num.18.
Eminentiſſimus D. Card. *Petra*, fol.34. num.16.
R. P. D. *Sacripontes* R. C. A. Theſaurarius Generalis. fol.299. num.19.
Bo: Me: *Petrus Pomponius* de Vecchis olim Sac. Conſiſtorialis Aulæ Advocatus. fol.51. num.40.

AUCTORES, QUI DECLARANTUR.

Roſa in Deciſ. 9. de Servitutibus cor. Glar. Mem. Card. *Falconerio*. fol.35.num.38.
Paulus. Diſſert. 22. artic.1. in fin. fol.36. num. 50.
V. *Textus*. V. *Lex*. V. *Diſtantia*. V. *Doctor*.
Roſa in deciſ. 348. & 429. part. 18. recent. declaratur. fol.153. num.145.

AVVIAMENTUM.

Conductor finita conductione prætendere nequit ullam compenſationem à Locatore propter Avviamentum factum ſuis diligentiis, & ſuavibus moribus. fol. 50. num. 35.
V. *Apotheca*.

B

BALEARIS. V. *Inſula*.

BALNEOREGIUM.

Eſt in Diſtrictu. fol.141. poſt num.84.

BARONES.

Diviſo inter Combarones Exercitio Juriſdictionis, Baro exiſtens in Turno regulariter eam non exercet in Combaronem. fol.169.num.10.
Recognoſcentes Principem Superiorem non habent facultatem prohibendi, ne Subditi accedant ad aliud Molendinum, quàm ad illud proprium Baronis. fol.166. num.13., & fol.299. num.3.
Nec conſtructionem novi Molandini. *ibidem* n.13.
Amplia quamvis diminuatur concurſus Molentium in antiquis Molendinis; Quidquid dicendum ſit, ſi auferretur omoimodum exercitium per totalem Aquæ Diverſionem. fol. 300. n.5. Et de ratione *ibidem* n.6.
Ejuſmodi facultas prohibendi præſcribitur immemorabili cum prohibitione, & acquieſcentia Subditorum. fol. 166. num.14.

BARBITONSOR. V. *Apotheca*.

BELLUÆ.

Mors Belluarum eſt concludenter probanda. fol. 267. num. 1.
Atque ex caſu merè fortuito, *ibid.* n.2.
Et debet intimari, ſi fuerit in Locatione conventum. fol.268.n.8.

BENEFICIUM.

V. *Collatio*. V. *Proviſio*. V. *Status*.

BENEPLACITUM.

Impetratum pro certis gradibus perſonarum, ſi fiat conceſſio ad plures gradus, corruit in totum. fol.92.n.15.
Amplia etiam quoad gradus in Gratia comprehenſos, & etiamſi in inveſtitura inſeratur totus tenor Gratiæ Apoſtolicæ. fol.93.n.16.
Non eſt neceſſarium in ra ſolita locari, fol.173. n.10.
Et quando dictum ſolitum excludatur, remiſſive. *ibidem*.
Alias *Non neceſſarium* evadit tale quando fuit reſervatum cum præfixione certi temporis, *ibid.* n. 11.
Secùs ſi reſervetur abſque præfixione temporis, vel cum clauſula; *quotiens opus ſit*; *ibidem* n. 12.
Eſt *Nullum* non expreſſo vero valore Fundi, itidemque ſi impetretur pro contractu faciendo, quando erat jam factus. fol.173. n.14.
Reſervatum intra certum tempus, nequit impetrari poſt lapſum temporis, *ibidem* n.13.
Ex quibus eruatur, Beneplacitum Apoſtolicum non fuiſſe deductum in conventionem. fol.281. n.7.

BONA ECCLESIASTICA.

V. *Eccleſia*.

BONA EMPHYTEUTICA.

V. *Emphyteuſis*.

BONA FIDES.

Bona fides, & titulus ex Quadragenaria præſumitur. fol. 179. n.10.

BONUM PUBLICUM.

In *Privati* grava præjudicium Bono Publico non eſt conſulendum. fol.176. n.21.

BREVE.

Breve Pontificium directum Arbitratori ad ea, quæ in Lite non erant, non extenditur. fol.242. n.8.
Non *Publicatum*, nec uſu receptum minime attendi debet. fol.251.n.7.

BRUCHUS.

De *Bruchis*. Remiſſivè. fol.88. n.45.
V. *Locuſta*.

BULLA.

Originali non producto eatum copia non probat, niſi extracta ſit ex publico Archivio, vel exarata cum Citatione Partis. fol.333. n.21.
Bullis Juris Congrui. V. *Conſtitutio*. V. *Retractus*.

C

C. Littera frequenter in G. mutatur. fol. 1. n.2., & fol. 3. n. 14.
C. Littera non ſolum pro Caii, ſed etiam pro Cornelii prænomine uſurpatur. fol.2. n.5. in fin.

CADAVER.

Impiæ Immanitates Stoicorum in Cadavera. fol. 110. num. 3.

CADUCITAS.

Caducitas non incurritur per Terræ offoſſionem, niſi hæc magna fuerit, & doloſa. fol.299. n.11.

CAJUS.

Cajus J. C. quis fuerit, & quo tempora vixerit. fol. 1. num. 3.
De *Vita*, & *Litteratura* ejuſdem Caii. fol.2.n.6., & fol. 3. n.9.10. & 13. n.17.
Plures J. C. fuerunt Caii nomine prænotati. fol. 1. n.L., & fol.3. n.14.

CAMINUS.

V. *Ignis*.

CAMPANA.

Eccleſia Cathedralis dici nequit habere præjudicium ab altera Eccleſia volente uti Campana unica, & exigui ponderit. fol.76.n.53.
In *nova* Eccleſiæ Conſtructione alterari nequit numerus, & pondus Campanarum in præjudicium Eccleſiarum præexiſtentiam, *ibidem* n.56.
Nec debent pulſari quando infertur moleſtia ſpiritualibus Functionibus Eccleſiæ vicinæ. *ibidem* n.57.
Pulſatio nimia Campanarum an per vicinos impediri poſſit. fol.72. poſt n.15. & fol.76. n.52.
Pulſatur crebris ictibus pro adunando Populo. *ibid.* n.61.
Et quandonam excuſentur non accurrantes ad hujuſmodi ſonum. *ibidem*.
Finis curioſus cujuſdam Controverſiæ ſuper pulſatione Campanarum. fol.76. n.59.
De Campanis earumque pulſatione. Remiſſive. fol. *ibid.* num. 60.

CAMPANILE.

Nova conſtructio Campanilis poteſt impediri ab Eccleſiæ vicina per palmos ſexaginta quinqua. fol. 76. n.54. & 58.

CANALE.

Poſſidentes loca ſuperiora, & inferiora beneficium Cavamenti Canalis Fluminis agnoſcunt. fol.309. n.3.
V. *Flumen*.

CANON.

Modicitas Canonis quandonam probet qualitatem Emphyteuticam. fol.214. n.27.

CANONICUS.

V. *Abſens*.
V. *Reſidentia*.

CANNA.

Cannæ Menſura ejuſque duplex ſpecies. fol. 29. n.118.
Canna in materia Diſtantiarum quot palmos continere debeat. fol.38. n.4.

CANTATRICES.

V. *Muſica*.
Inter Inhoneſtas Mulieres non ſunt collocandæ. fol.92. poſt n.25. circa med.

CAPPELLA.

Dominium Cappellæ præſumitur ajus, cujus eſt tota Eccleſia. fol 232. n.2.
Et contra hanc præſumptionem requiritur certa, & concludens probatio. *ibidem* n.4.
Et probationes fieri debent ex Fundatione, vel Dotatione. fol.233. n.5.
Declara, ut in antiquis non ſit neceſſaria tàm rigoroſa probatio. *ibidem* n.6.
Et ſufficiunt indicia, & quænam ea ſint. *ibidem* n.7.
V. *Dominium*.

CASA.

Caſæ appellatione venit Domuncula, ſeu Tugurium. fol.31. n.1.

CASTANEÆ.

Sylveſtres an veniant ſub nomine Arborum fructiferarum. fol.130.n.66.

CASTRUM.

Demoliri poteſt à Principe ob publicam utilitatem. fol.91. poſt n.21.

CASUS.

Etiam in materia odioſa comprehenditur in diſpoſitione ex mente Diſponentis. fol.152.n.128.

CATASTRUM.

Factum de præterito probet validiſſimum Adminiculum. fol. 319. n. 13.
Menſuratam probat. fol.246. n.5.
Et *Quantitatem* Prædii. fol.235. n.25.
V. *Æſtimum*.

CATHEDRALIS.

Ob nimiam Diſtantiam itineris nova fit Cathedralis, ſeu etiam erigitur Metropolitana. fol.37.n.1.& fol.38.n.3.
In ejuſmodi Directione arbitrium Pontificium inſervit pro regula. fol.38.n.2.
V. *Erectio*.

CATEDRATICUM.

Solvi conſuevit, vel tempore Viſitationis, vel tempore Synodi. fol.234.n.33.

Solutum extra id tempus refertur ad aliam cauſam non præjudicialem ſolventi. *ibidem* n.34.

CAUSA.

In cauſato nequit plus juris eſſe, quàm in influenti potentia ſuæ cauſæ. fol.196.n.2.

CEMETERIUM.

V. *Cœmeterium*.

CENSUS.

V. *Contractus*.

CIVIS.

Civium appellatione veniunt Diſtrictuales, & Comitatenſes. fol.141.n.86.

CIVITAS CASTELLANA.

Eſt in Diſtrictu. fol.141.poſt n.84.

CIVITAS VETULA.

Eſt in Diſtrictu. fol.141.poſt n.85.

CLAUSULA.

Attentis narratis apponitur in Litteris Apoſtolicis non conditionaliter, ſed cauſativè. fol.258. n.3.

Juſtè, & Canonicè Poſſidens reſolvitur in Conditionalem. fol.333. n.26.

Non aliter, nec alio modo, formam, & neceſſitatem inducit. fol.276.n.1.

Et eſt reſolutiva Contractus. fol.281. n.6.

Quorum tenores, &c. aliuſque derogare poteſt Pontifex. fol.252. n.8.

Salvis Juribus eſt ſalutaris, & præſervativa. fol. 215. num. 9.

Sine præjudicio, præſervat jus antea competens. fol.204. num.32.

Sublata, & Decretum irritans, de medio tollit omnes antecedentes Confirmationes Apoſtolicas. fol. 295. n.9. Atque obſervantiam. fol.262.n.8.

CLAUSURA.

Atrium Societatis Jeſu an comprendatur ſub Clauſura. fol.14. n.25.

CLAUSURA MONIALIUM.

Deſcribitur Murorum Ambitus, atque Altitudo perpetuæ Sanctimonialium Cuſtodiæ a Sancta Sede cum ſuis Legibus ſancita. fol.14.poſt n.19.

Inducta fuit à jure poſitivo ad Legis veteris imitationem. *ibidem* n.20.

Non obligat cum incommodo, & rigore intollerabili. *ibidem*, & fol.18.n.84.

Salutaris eſt pro Conſcientiis, dicto fol.14.n.21.

Permittitur Ingreſſus Vicario: Itidemque Superiorum permiſſu, Confeſſario, Medico, Operariis neceſſariis in caſu neceſſitatis, vel maximæ utilitatis. fol. 15. num.26.

Item Fundatrici Monaſterii. *ibidem*.

Prohibetur Pueris etiam Infantibus. *ibidem* in fin.

Permittitur Egreſſus Monialibus ex cauſa Epidemiæ, Incendii, & Belli. fol.14.n.24.

Itidem de Pontificis Licentia ex cauſa fundationis, vel reformationis alterius Monaſterii. *ibidem* nu. 24. circa med.

Affertur Exemplum Monialium Pratenſium, quæ exiverunt e Clauſura, & fundarunt Neapoli Monaſterium. fol.18.n.85.

CLERICI.

Uti poſſunt Statutis laicalibus per modum privilegii, & quando ſunt ipſis favorabilia. fol.170. n.14.

Limita, ut non poſſint ipſis uti, niſi hoc declaraverint in principio Judicii. *ibidem* n.15.

Deficiente declaratione non præſumuntur, ſe conformare cum diſpoſitione Statutorum Laicorum cum non ligentur Statuto, *ibidem* n.16.

V. *Statutum*.

Vaſſalli dicuntur reſpectu Eccleſiaſticorum Beneficiorum. fol.155.n.157.

CLERICI CAMERÆ.

Recenſetur Dubium exortum occaſione vacationis Sedis Pontificiæ circa admiſſionem ad Juramentum præſtandum in Camera, & ad Emolumenta ſpectantia ad R. P. D.Caſonum, & R. P. D. Vidonum Clericum, & reſpectivè Præſidentem ejuſdem Cameræ nuper electos, qui ſolemnitates vivo Pontifice nondum adimpleverant. fol.174.n.24.

De alia ſimili Controverſia exorta in admiſſione R.P.D. Maggii ad dd. Emolumenta Sede vacante ſa.me. Clementis XI. remiſſivè. *ibidem* n.26.

CLERICI CONJUGATI.

Subjacent Statutis laicalibus. fol.170. n.17.

Et tenentur ad ſolutionem onerum Laicorum. *ibidem* num.18.

CLOACA.

Dicitur à colluendo. fol.107. n.24. Et eſt locus cavus, per quem Colluvies fluit. *ibidem*.

Aperire licet Cloacas inter proprias, & vicini ædes etiam vicino contradicente. fol.107. num.25.

Et quando id procedat. *ibidem*.

Inventa eſt ad conſervandas mundas Urbes. fol. 111. num. 73.

Purganda eſt nocturno tempore. fol. 107. poſt num. 25. & fol. 111. num 75. in fin.

Involvens Conjecturam an inducat, & quomodo. fol.113. num. 72.

Vicinus cogi poteſt ad expurgandam Cloacam. fol. *ibid.* num.75.

CODEX.

V. *Textus*.

Codex Mediceus Virgilianus, cujuſnam fuerit antiquitus. fol.9.n.20.

COEMETERIUM.

Cœmeterium dicitur quaſi Dormitorium, ſeu Civiſterium. fol.101. n.9.

Locum Cœmeterii Eccleſiæ Majoris erat per circuitum paſſuum 40. Et Eccleſiæ Minoris, ſeu Cappellæ paſſuum 30. fol. *ibid.* n.9. in fin.

Frangens Confinia Cœmeterii excommunicatur. *ibid.*

COLLATIO.

Collationes non editæ in forma probandi nullum probationis gradum conſtituunt. fol.334. n.31.

Collatio Ordinum Juriſdictionem non arguit, ſi ad eam proceſſum fuit attentis Litteris commendatitiis alterius Epiſcopi. *ibidem* n. 35.

Simultanea Collatio Beneficiorum provenit à Communione Bonorum, non ab unione inter Epiſcopum, & Capitulum. fol.207.n.58.

Nec habet locum quoties conſtat ex cujus bonis Epiſcopi, vel Capituli Beneficia fuerint dotata. fol. 205.n.42.

Nec illa fruitur Epiſcopus in Beneficiis fundatis ex bonis Capituli. fol.205.n.47.

Aut in illis Beneficiis, quæ fuerunt præſcripta. *ibid.* num.48.

Cathedralium excludentium Epiſcopum à *Simultanea*, afferuntur aliqua Exempla. fol.207.n.63.

Collegiata erecta in Cathedralem illius Status non immutatur circa Collationem, & Præſentationem ad Beneficia. fol.205. n.45.

Privativa conferendi Beneficia competit illis duntaxat Collegiatis, quæ de ſuis Bonis conſtituerunt Præbendas. *ibidem* n.43.

Non verò illis, quæ habent Bona aliarum Eccleſiarum. *ibidem* n.44.

Theſeta generalis Conſuetudo excludit Epiſcopum à Simultanea. fol.206.n.50.

Et quando competit, Epiſcopus, & Capitulum ad invicem poſſunt ſe impedire. fol.207. n.59.& 60.

V. *Proviſio*.

COLONUS.

Præcario Poſſidet, & Domino abſenti, atque ignoranti non præjudicat circa uſum aquæ. fol.219. n.17. Et generaliter. fol 256.n.6.

COLUMBA, & COLUMBARIUM.

Columbæ in numero exceſſivo retentæ, poſſunt minui per Judicem, & coarctari Dominos ad illas claudendas per duos menſes, quibus jacitur ſemen. fol. 87. poſt n.25.

Ipſarum victus innocens, earumque ſtercus utiliſſimum. fol.86.n.24.

De pœna avertentium, furantium, aut occidentium Columbas, remiſſivè. fol.87.n.26.

Columbarium conſtruere cuique licet, etiamſi latos fundos non habeat ad Columbarum alimoniam. fol. 84. n.5., & 86. n.21.

Contrariæ auctoritates referuntur, & conciliantur. fol.84.poſt n.6.& n.7.& fol.86.n.22.& 23.

Habens Columbarium non tenetur ad damnum, quod per Columbas contingit, fol.84. poſt n.5.

Ne quidem in foro interno, quando damnum eſt leve. fol.84.n.7.& fol.85.n 8.

COMITATENSES.

Comitatenſes dicuntur, qui ſunt de eadem Juriſdictione, & Territorio. fol.142. n.87.

Privilegium conceſſum diſtrictualibus non extenditur ad Comitatenſes. *ibidem* n.88.

Quando hoc procedat. *ibidem*.

V. *Oppidum*.

COMMISSIO.

Commiſſionis incapſario cum Citatione ad dicendum contra excludit deſertionem Cauſæ. fol.159.n.1.

COMMODITAS.

Otioſi non ſolent eſſe homines ad ſua Commoda. fol. 198. num.5.

COMMUNIA. V. *Confine*.

COMMUNITAS.

Quando valide poſſit vendere. fol.255.n.3.

Quomodo per Procuratorem ad ſervitutem obligari queat. *ibidem* n.8.

COMPENSATIO.

Eſt mutua Debiti, & Crediti hinc inde Contributio. fol.311.n.14.

Eamque allegans fatetur Debitum. *ibidem* n.15.

Amplia etiam in Compenſatione petita precibus ſui Auctoris. *ibidem* n. 16.

Intellige, ſi petita fuerit principaliter, non in ſubſidium. *ibidem* n.17.

CONCESSIO.

Aqua intelligitur de ſuperflua concedenti, non verò

da neceſſaria . fol. 182. numer. 16.
Generalis non comprehendit res ſpeciali nota dignas . *ibid.* num. 11.
Impugnari nequit Conceſſio Emphiteutica ſemel approbata . fol.191.n.87.

CONCLAVE.

Si Papa moriatur in mari , Conclave fit in Civitate, per quam locus ille maris diſtinguitur . fol.136.poſt n.28.

CONCORDIA.

Concordia ex officio à plena Camera interdum demandatur . fol.294.n.61.

CONDITIO.

Ante purificationem nihil ponit in eſſe . fol.225. n.12.
In re communi melior eſt Conditio prohibentis. fol.97. num.46.

CONDOMINUS.

Poteſt cogere Dominum Superioris Appartamenti, ut reficiat Tectum fractum . fol.34.n.26.
Itidem poteſt aperire januam , & ſimilia in ſuo Appartamento ſecluſo periculo damni , aut ruinæ . *ibidem* num.87.
Appartamenti ſuperioris nequit reficere , aut fulcire ſolarium inferius . *ibidem* n.28.
Nec cogere inferiorem , ut reficiat Fundamenta . *ibid.* num. 29.
Si reficiat Fundamenta propria Auctoritate , tenetur ad damna ruinæ Domos . *ibidem* n.30.

CONDUCTOR.

Aſtringitur omnibus pactis cum alio præcedenter factis , quando ſe obligavit ad ipſa per clauſulam relativam ad Inſtrumentum præcedens . fol.325.n.5
Ab aliis Conducens fatetur ſe antea non poſſediſſe. fol.255. num.18.
Ejus nomine poſſidet , cui penſionem ſolvit . fol.158. n.8.
Finita Locatione Conductor , & ab eo cauſam habens retineri rem non poteſt . fol.167.n.3.
Inſcripta Super Domum Tabella *pro Papa* , infringitur Locatio , & inquilini tenentur tranſmigrare , etiam ſi prævenerint in habitando . fol.75.n.46.
Non tenetur ad Expenſas Reſpicientes utilitatem perpetuam . fol.113.n.15.
Puteum purgare debet . *ibidem* n.14.

CONFECTERII.

Non ſubjacent Statutis Drogheriorum . fol.53.n.51.

CONFESSIO.

Auctoris nocet ſemper Succeſſori , nec unquam ab eo impugnari valet . fol.148. n.27.
Judicialis etiam implicita valdè præjudicat. fol.106. n.5.
Prælati eadem præjudicat , etiam in materia Juriſdictionis . fol.331.n.18., & 19.
Procuratoris non incidenter , ſed principaliter facta præjudicat Principali , etiam Epiſcopo . *ibidem* n.20.

CONFINE.

V. *Lapis*. V. *Terminus*.

Amotis Finibus , probantur per veſtigia , Excavationis , nimirum laterum , ſeu Tegularum , aliorumque ſignorum ibidem exiſtentium . fol.16. n.35.
Aprutinus fines protenduntur uſque ad Mare . fol. 175. num. 5.
In Antiquis generica demonſtratio deducta ab uno Confinio plurimum inſervit . fol.319. n.14.
Arbores Crucis ſigno , vel aliis inciſionibus , vulgo *Tacche* connotatæ demonſtrant Confinia. fol.16.n.36.
Si foris ſignantur , denotatur dominium ipſarum penes illum , qui infra poſſidet . fol.12.n.16. in fin.
Si communes ſunt Arbores , tunc mediæ è regione ſiunt dictæ notæ , ſeù inciſiones . *ibidem* .
Communia præſumuntur , quæ ſunt in Confinibus . fol. 24.n.41., & fol.248 n.18.
Conjunctio undique inquiritur ex natura Confinium . fol. 175. n. 4.
Declarationem recipiunt ab Inſtrumentis, & juxta eadem ſunt concordanda . fol.253.n.2.
Deſcriptio Finium facta occaſione Inveſtituræ , vel Collectæ , ſi reſpondeat cum Cataſtro , arguit Bonorum identitatem . fol.346.n.4.
Diverſa à Bonis Coaſſinatis . fol.192. n. 35. , & fol. 210. n.9., & fol.17. n.71. & 72.
Dubia quandonam dicatur Expreſſio Confinium fol.254. n.14. & 15.
Flumine aſſignato pro Confinio inter duos Populos Confinia utriuſque imperii juxta variationem fluvialis curſus variantur . fol.13.poſt n.17.
Identitatem quomodò probent Confinia . V. *Identitas* .
Incerti , & Generici non attenduntur , ſed requiruntur ſpecifici . fol.211. n.7.
Incluſum intra le bone confiſcata . fol.17.n.71.
Inſtrumenta attenduntur in materia Confinium , & terminorum . fol.190. n.49.
Invariabilia ſunt Mare , ſeu ejus litus . fol.16. n 42.
Item flumina , *ibidem* n.43.
Fontes . *ibidem* n.46.
Foveæ . *ibidem* n. 44.
Rivi . *ibidem* n. 45.
Viæ publicæ . *ibidem* n.47.
Declara , ut non ſemper ponantur pro terminis invariabilibus . fol.195. n.51.
Mappa impreſſa ſufficit pro adminiculo in materia Finium . fol.175.n.2.
Non facta ſervatis ſervandis minimè probat Confinia . *ibidem* n.7.
Non probatur Incluſio Bonorum intra Fines , quando intra iſtos adſunt alii Poſſeſſores . fol.254. n.15.
Præſumuntur eadem ſemper Confinia permanſiſſe , niſi contrarium probetur . fol.190.n.51.
Probatis Confinibus , poſſeſſio locorum interjectorum præſumitur . fol.211. n.15.
Probantur oculari Judicis Inſpectione . fol. 16. num. 48. V. Acceſſus .
Item ex Planta judiciali . V. *Planta* .
Pariter ex Teſtibus . fol.211. n.10. & fol.330. nu.6. V. *Teſtis* .
Ex publica voce , & fama . fol.17. n.93.
Etiam ex Inſtrumentis . *ibidem* n.64.
Enunciativis antiquis, præſertim ſi accedant adminicula . fol.17. n.67. & 68.
Ex Libro Decimarum , ſeu Cataſtro , vel Æſtimo . *ibidem* n.65.
Vepres denotant Confinia . fol.16.n.38.
Verba dubia non probant Confinia . fol.210.n.7.
Unicum Confine in re antiqua ſufficit ad probationem identitatis . fol.347. n.6. V *Identitas* .

CONFIRMATIO.

Privilegiorum actui confirmato nil addit. fol.281. n.22.
In forma ſpecifica , & verbis ampliſſimis Jus de novo tribuit . *ibidem* n.24.

CONGRUA.

Aſſignatio Congruæ ad favorem Vicarii ex Bonis Eccleſiæ unitæ denotat translationem exercitii Curæ . fol. 183. n.4. V. reliqua in Verbo *Vicaria* .

CONJECTURA.

In claris non eſt opus Conjecturis . fol.249.n.38.
Singulæ , quæ non poſſunt , junctæ juvant . fol. 322. num. 10.

CONSENSUS.

In Eccleſiaſticis Alienationibus non denegatur , dum non verſamur in perſonis , & caſibus prohibitis . fol. 197. n 18. V. *Unio* . V. *Juspatronatus* .

CONSILIUM.

Publicum repræſentat totum Populum . fol. 42. n.38.
Conſilii reſolutiones ad ſuam validitatem requirunt interventum majoris partis Conſiliariorum , & quomodo hæc major pars computari debeat . fol. 226. num. 16.

CONSORTIUM.

Ad Conſortium nemo , invitis ſociis eſt admittendus . fol.176. n.6.

CONSTITUTIO.

Gregoriana habet rationem decoris , & publici boni . fol 187. n.4. Et eſt favorabilis . fol.188.n.15.
Maximè in retractu prælativo . fol.288. n.16.
An ſit extendenda . fol.287.n.1.& 3.
Exigit quatuor requiſita pro retractu prælativo , & quænam ea ſint . fol.288. n.17.
Ornatus Urbis eſt cauſa finalis hujus Bullæ. fol.287. num. 2.
Et eſt favorabilis . *ibidem* n.7.
Habet locum contra Dominum , qui eundem , vel parem ornatum facere nequit . *ibidem* n.5.
Urbana non habet locum quando agitur inter duas Eccleſias . fol.184.n.10.
Conſtitutiones *locales* non extenduntur de loco ad locum . fol.242.n.8.
In Conſtitutionibus Pontificiis verba ex ſui proprietate debent interpretari , nec remanere otioſa . fol. 154. num. 140.
Ampliа etiam in materia odioſa . fol.155.n.155.

CONSUETUDO.

Antiquatæ Legis non præſumitur , ſed eſt ab allegante probanda . fol.248. n. 14.
Derogat Legibus . *ibidem* n.13.
Excluſa remanet , ſi unicus actus probetur in contrarium . fol.213. n.14.
Imo etiamſi concurrat ſolus rumor contrarius. *ibid.* num. 15.
Immemorabilis . V. *Immemorabilis* .
Inefficacia Actus ex cauſa diverſa non derogat Conſuetudini . fol.203. n.35.
Localis probari debet in Contradictorio Judicio. fol.278. num. 5.
Probanda eſt cum ſuis requiſitis . fol.245. n.9.
Probatur Laudo , vel Sententia . fol.202. n.15.
Et ad ejus probationem non occaſio , ſed cauſa Litis ſpectanda eſt . fol.203 n.27.
Rationes qui vincuntur Conſuetudinem fruſtrà objiciunt. Declara . ut *ibidem* fol.271. n.1.
Robur accipit , ſi Contradictor ab oppoſitione deſtiterit cum acquieſcentia interalia habentium. fol.204. n.33.
Præſertim ſi acquieſcentia fuerit geminata . *ibidem* num. 34.
Solvendi Taxas diuturna Conſuetudo inducit obligationem . fol.310. n.13.
Tacita ex Conſuetudine excludit Epiſcopum à ſimultanea collatione . fol.206. n.50.

CON-

CONTRACTUS.

Debet procedere à libera hominum voluntate, non à coactione. fol.143. n.03.

In dubio præſumitur Cenſualis, non Emphyteuticus. folio 196. n.6., & fol.214. n.20.& 28. Maximè ſi ſolvatur annuatim parva ſumma. fol.213.n.6.

Amplia primo, etiamſi adjecta eſſet vox ſolutionis Canonis. fol.214. n.21.

Amplia ſecundo, quamvis res expreſsè enuncietur conceſſa in Emphyteuſim. *ibidem* n.22.

Præſumitur qualitas Emphitheutica, quando bona ejuſdem Territorii ſunt pariter Emphitheutica. *ibidem* num. 23.

Amplia, *ut ibidem* n.24.

Limita, quando in eodem circumdario conſtat de præſumptione aliquorum Bonorum. fol.214.n.26.

Præſertim quando agitur de unico corpore. *ibidem* num. 25.

Exceſſus, quandonam exulet à Contractu. fol.281. n.10.

Per pactum reſolutivum Contractus reſcinditur, niſi intercedat ratificatio. fol.280. n.3.

Unicus, non plures quandonam dicantur Contractus ex diverſi pretii conſtitutione. fol.270.n.20., & 21.

CONTRADICTIO.

Contradictio in Bullis Pontificiis eſt evitanda. fol. 160. num. 179.

CONTRIBUTIO.

Peti nequit ab iis, qui nunquam ſolverunt. fol. 311. num. 21.

CONVALIDATIO. V. *Unio*.

CONVENTUS.

Priores Conventuum euntes Conventui acquirunt. folio 220. n.12.

Vide. *Suppreſſio*. V. *Diſtantia*.

V. *Hoſpitium*. V. *Monaſterium*.

Enumerantur requiſita pro Fundatione novi Conventus. fol.42.n.36.

In erigendis novis Conventibus ſolent attendi inſtantiæ Populi. *ibidem* n.39.

Et Ordinarii Atteſtatio. *ibid.* n.37.

Conſenſus Conventuum Vicinorum, non requiritur pro forma. fol.43. num.40.

Ipſis diſſentientibus ſufficit, quod non adſit eorum præjudicium. *ibidem* num.41.

Talis diſſenſus non attenditur, quando opulentia loci ſufficit ad omnium ſuſtentationem. *ibidem* num. 44., & 45.

Tunc Conſenſus ſuppletur per Sacr.Congreg.fol.44. num. 46.

Amplia etiamſi Conventus præexiſtentes aliquod leve præjudicium ſentiant, quod compenſatur augumento cultus Divini. *ibidem* n.47.

Erectione legitimè facta, non requiritur alia nova ſolemnitas, nec Diſtantia in Fabrica *dislocatione*. *ibid.* num. 55.

CONVERTITÆ.

Monaſterium Convertitarum non probat, nec jus, nec ſtylum ſuccedendi Cantatricibus honeſtiſſimam Muſicæ Artem exercentibus. fol.98. nu.63. V. *Muſica*.

CORA.

Eſt in diſtrictu. fol.141. num.84.

CRATES.

Æmulatione probata vicinus ad *Cratem* Ferream apponendam cogi poteſt. fol.273. num.9.

Præſertim quando æquè bene lumen habere poteſt. *ibidem* num.10.

Pactum apponendi Crates Ferreas, ex quibusnam præſumatur. fol.273. num.6.

Et quandonam reſtringi non debeat ad unicam tantùm Feneſtram, ſed ad omnes, quæ in novo muro conſtrui prætenduntur. *ibidem* num 7.

Proſpectum habentes Feneſtras vel facilem aditum in vicini Domum, aut aream Cratibus ferreis muniendæ ſunt. fol.185. num.5.

CRITICA.

Adjuvatur per Criticam Legale Studium. fol.7. n.4.

Quatenus Critica in Legum interpretatione adhibenda ſit. *ibidem* num 5.

CUBITUS.

Cubitus, Cubitum Regium, Cubitus Mercatorius, & Cubitus Architectonicus explicantur. fol.29. n.117.

CULPA.

Alia eſt lata, alia levis, alia leviſſima. fol.81. n.29.

Incurritur, quando non eſt proviſum, quod à diligente poterat provideri. fol.168 n.4.

Levis in omittendo non punitur. fol.79. n.15.

Lata æquiparatur dolo, adeoque ad eam omnes tenentur. fol.81. num 34.

Propria culpa nemini debet prodeſſe, & pœna debet culpam concomitari. fol. 324. num. 9., & fol. 345. num. 17.

CURA.

Facta generali unione transfertur Cura in illum, cui facta eſt unio. fol.240. num.15. V. *Vicarius*.

D

DAMNUM.

Ex *Aggerum* Conſtructione reſultans, refici debet quoties immutatur naturalis curſus fluminis, non quando Aqua comprimitur, & ad antiquum Alveum repellitur. fol.237.n.32.

Alveus ſi mutetur, damna refici debent. fol.235. n.28.

Contribuendi Cauſa ceſſat, ubi non eſt ratio Damni, & periculi. fol.311. n.19.

Denunciatio requiritur in Damno, ut dignoſcatur, an fortuito, an ex culpa proceſſerit. fol.168. n 9.

A Diverſione Fluminis reſultantia, quomodo probentur. fol. 236. n.30.

Evidentia ipſa rei probatur Damnum Excavationis Aquæductuum. fol.225. n.6.

Prævideri, quæ potuerunt, eo faciliùs refici debent. fol.235. n.23.

DEBITUM.

Producens preces ſui Auctoris involventes agnitionem Debiti, cenſetur ipſum Debitum approbaſſe. fol.311. num.16.

Probata ſubſtantia Debiti, ad liquidationem ſufficiunt leviores probationes. fol.225. n.7.

DECEMPEDA. V. *Pertica*.

DECIMA. V. *Æſtimatio*.

Argumentum *ab uno ſpeciali* caſu ad alios in materia Decimarum trahi nequit. fol.142. n.6.

Parochus intra Parochiæ limites habet jus exigendi Decimas. *ibidem* n.1.

De *Regularium* exemptione à Decimis, remiſſivè, fol. 243. num. 14.

Societas Jeſu in Regno Navarræ decimas non ſolvit. fol. 242. num.9. V. *Societas Jeſu*.

Solutio Decimarum facienda eſt foliis Mororum, & Saccari. fol.243. n.16.

De ſolutione, & Deſcriptione Decimarum, *ibid.* n.15.

DECISIO.

Revocata, ad reſolutionem aliarum Cauſarum allegari nequit. fol.145. n.13.

DECLARANS.

Nil de novo addit. fol.250. n.40.

DECRETUM.

Irritans appoſitum in Bullis contrarium factum inficit. fol.270. n.16.

Sacrarum Congr. firmante ſtatum in negocio principali. fol.332. n.17.

DENUNCIATIO. V. *Rota*.

Venditionis Fundi cenſiti ad effectum prælationis facienda eſt Mulieri Dominæ Cenſus, non autem ejus Viro. fol.196.n.5.

Nec poteſt aliundè ſuppleri. *ibidem* n.7.

DEPOSITUM.

Pretii Domus ad effectum prælationis debet eſſe vinculatum. fol.189. n.19.

Intra quale tempus fieri debeat. *ibidem* n.20. & 22.

DETERIORATIO.

Superveniens pendente conditione cedit damno Emptoris. fol.270. n.19., & 22.

DICTIO.

Ac adjicit ad præcedentia. fol.208. n.5.

Aut eſt adverſativa. fol.120. n.25.

Appoſita in Lege, vel Statuto efficit, ut in uno quoque membro ſeorſim ſumpto diſpoſitio verificetur. fol.119. n.29.

Et tunc dicitur ſtare ampliative. fol.250. n. 30.

Aliquando eſt augumentativa. fol.119.n.21. & ſeq.

Tam conjunctivè, quàm disjunctivè accipitur. folio 117. n.1., & fol.119. n.21. & ſeq.

An, & quomodo differat à Dictione *Vel. ibid.* n. 26.

Electionem facit eſſe Debitoris, *ibidem* n.27.

Expoſitivè aliquando accipitur pro *idest*. fol.119. poſt n. 21.

Impedit, ne ſequentia ad præcedentium terminos reſtringantur. *ibid.* V. *Alternativa*.

Dicta, repetit, & refertur ad omnia præcedentia non in qualitate ſolùm, ſed etiam in ſubſtantia. fol. 316. num. 12.

De aliquo loco, puta -- *De Cerreto* -- totum Contractum qualificat. fol. 210. n.13.

Et ampliat orationem, & ponitur, inter diverſa. fol.119.n.19.20.& n.30.

Forſan, reſpicit factum dubium, & nihil certi ponit in eſſe. fol.280. n.7.

Ideirco eſt illativa, & indicat cauſam finalem. fol.281. num. 8.

In plurimum confert ad probandam ſituationem Bonorum. fol.191. n.24.

Et denotat intrinſecitatem. fol.167. n.17.

Vicinitatem, quomodo denotet.fol.210. n.8. & 254. num. 18.

Item denotat ſeparationem unius pacti ab altero. folio 337. n.18.

Juxta. Cum termino reperto confert ad viam probandam. fol.194. n.41.

O, ſeu *Vel* poſita inter diverſa tenentur ad amplian-dam,

dam, nun ad parificandam diſpoſitionem. fol. 326. num. 9.
Solùm eſt taxativa. fol.245. n.10.
Et excludit omnia alia. fol. 249.n.39.
Ubicumque reſtringitur juxta ſubjectam materiam, & mentem diſponentis. fol.219 n.5.
Verſus non comprehendit locum, ad quem habet relationem. fol.191 poſt n.25. & fol.211. n.13.
Nec denotat intrinſicitatem, ſed remotam adjacentiam. fol.193. n.39.
Interdum tamen non eſt excloſivæ termini deſignati, ſed ſecundum ſubjectam materiam recipit interpretationem. fol.251. n.3.

DICTIONARIUM.

Optimum eſt pro vero intellectu verborum. fol. 20. num. 3.

DIETA.

Eſt iter unius diei. fol.30. n.132.
Legalis continet 20. Milliaria in ſingulos dies. *ibidem* num. 133.
Amplia ut unum Milliare ſupra viginti pro duabus Dietis computetur. *ibidem* n.134.
Quomodo computanda ſit in itinere maritimo. *ibidem* n. 135.
Vulgaris intelligitur ſecundum vulgi opinionem, & loci conſuetudinem. *ibidem* n.136.
Dietæ nomen in dubio accipitur pro vulgari. *ibidem* num. 137.
Limita in commiſſionibus appellationum, in reſervatione beneficorum. *ibidem* n.39.

DIGITUS.

Digiti, excepto majori, conſtituuntur ex quinque granis hordeacis. fol.28. n.112.

DIOECESIS.

Nunquam intra ſolam civitatem verificatur. fol. 154. num. 147.
Civitas, & Diœceſis diverſa ſunt. *ibidem* n.148.
Diviſio, & aſſignatio eſt Papæ reſervata. fol.264. n.11.
Nec præſumitur improvida, præſertim antiqua, fol.145. n.109.
Fines probantur Teſtium depoſitionibus. fol. 263. n.6.
Habens plura Beneficia, pluris æſtimatur. fol.148.n.127.
In dubio habetur reſpectus vicinioris loci Diœceſis. fol. 263. num. 5.
Locorum Diœceſis qualitas ex pluribus probatur. *ibidem* num. 8.
Et quando circa ipſa ceſſet omne dubium. *ibidem* num. 10.
Non comprehenduntur ſub Diœceſi loca, quæ aſſignantur pro Conterminis. fol.330. n.7.
Præſumuntur ſpectare ad Epiſcopum, quæ ſunt infra circumdarium Diœceſis. *ibidem* n.1.
Situatio Loci Diœceſis ex quibus probetur. fol.176. n.11.
Probatur Teſtium depoſitionibus. fol.175. n.10.
Item enunciativis, aliiſque adminiculis. fol. 263. num. 6.
Verba clara, & individua Apoſtolici privilegii requiruntur ad extenſionem Diœceſis. fol.264. n.12.

DISMEMBRATIO.

Cauſa, quæ vigebat de tempore Conſtitutionis Epiſcopatus, non eſt ſufficiens ad petendam diſmembrationem. fol.146. n.111.
Correctio morum, ſi negligatur in aliquo loco, nequit idem diſmembrari, ſed excitanda eſt ſolicitudo Epiſcopi ad implendum ſuum munus. *ibidem*. n. 113.
Fieri nequit diſſentiente Patrono. fol.147. n.116.
Nec Patronus cogi poteſt ad conſenſum præſtandum. *ibidem* n.119.
Odioſa eſt, & debet concludenter probari. folio 159. num. 177.
Praxis adhiberi ſolita in diſmembrationibus. *ibidem* num. 178.

DISPOSITIO.

Generalis, quæ in uno tantùm verificari poteſt habetur pro ſpeciali. fol.191.n.28.

DISSENTIRE.

Diſſentiendi facilitas eſt naturalis. fol.272. n.5.

DISTANTIÆ GENERALIA.

Diſtantiæ varii ſignificatus. fol. 131. num.1., & fol.132. num. 2.
Quid ſit. *ibidem* n.3.
Probatur ejus Definitio. *ibidem* n.4.
Eſt ſituatio in diverſo loco. fol.27. n.97.
Ejus probatio excludit Bona eſſe intra fines. folio 175. num. 3.
Quando de ea conſtat ex opinione vulgi denegatur menſuratio. fol.28. n.110.
Ejus Quæſtiones pendent ab Arbitrio Judicis. fol. 36. num. 41.
Statuta eſt ad rixas Vicinorum, & Æmulationes tollendas. fol.271.n.4.
Inducit præſumptionem ignorantiæ. fol.133. n.5.
Valdè Diſtantibus Fides minuitur. fol.137. n.35.
Valdè Diſtantes expectari debent Judicis arbitrio. *ibidem* num.36. V. *Spatium*. V. *Abſentia*.

DISTANTIA QUOAD PARTICULARIA ÆDIFICIORUM.

In *Ædificio* faciendo juxta, vel ſupra murum *communem* nulla Diſtantia requiritur. fol.15. n.39.
Amplia etiamſi obſcurentur lumina Vicini. fol.36. n.46. & 47.
Amplia ſecundo, etiamſi per longiſſimum tempus Domus ſteterit depreſſa. *ibidem* n.48.
Itidem nulla requiritur Diſtantia, quando quis vult flectere ſtillicidium verſus proprium aream. fol. 35. num. 40.
Declara. fol.36. n.45.
Regulariter relinquenda eſt Diſtantia *duorum* Pedum. fol.33. n. 11.
Et intelligitur tam in Prædiis Ruſticis, quam in Urbanis. fol.32. n.3. & fol. 34. n. 22. Et vide plenius hinc inde. fol.33. n.12. & 19. & fol.35. n.23.
In *Ædificiis Urbanis* relinquenda eſt, quando ædificatur à fronte Domus. fol.33. n.12.
Non autem quando ædificatur ex partibus lateralibus, fol.35. num.36.
Et in hoc ſecundo caſu, an dicta Diſtantia fuerit generali Conſuetudine abrogata. fol.33. num.13. & fol. 35. num 35.
Eadem Diſtantia antiquitus erat inter omnes Domos ad circumeundi facultatem, & ad Incendia evitanda. fol.32. num.4
Et vocabatur ambitus. *ibidem* num.5.
Menſuranda eſt à loco, ubi cadit ſtillicidium. fol. 33. poſt num.11.
Servari debet in Conſtructione *novi* Ædificii, non in *continuatione* antiqui. *ibidem* poſt num.12. in fin.
Decem pedum ex *L. Muniana* 11. *Cod. de Ædific. privat.* habet locum in Domibus. fol.35. num.41.
Declara, ut habeat locum in fronte alterius Domus, non verò in partibus lateralibus. fol.36. num. 42. & 49.

DISTANTIA APOTHECARUM.

A Statuto præſcripta undenam debeat menſurari. folio 271. num.2.
Claudens partem Apothecæ, ut altera pars remaneat cum debita Diſtantia, non ſatisfacit Statuto prædicto. fol.294. num.2.
V. *Apotheca*, ubi de diverſis perſonis retinentibus Apothecas.

DISTANTIA ARBORUM.

In *Arboribus* plantandis juxta Aquæductus tàm publicos, quàm privatos, quænam Diſtantia ſervari debeat, & an ſervetur in Italia. fol.118. n. 12. & 13.
A *Fundo* Vicini requiritur Diſtantia quinque pedum. fol.122. n.3. & fol.128. n.54.
Non relicta legitima Diſtantia, Arbores ſunt evellendæ. fol. 123. n.10.
Limita quando plantatæ fuerunt ſciente, & non contradicente Vicino. *ibid.* poſt num.10.
Præſcriptio an admittatur in Plantatione abſque Diſtantia. *ibidem* num.11. & ſeq.
Statutum Faventinum, & Florentinum circa Diſtantiam in Arborum Plantatione. fol.128.n.55. & ſeq.
Statutum Florentinum mandat, ut Arbores, quæ non producunt Fructus comeſtibiles, diſtent octo brachiis à Fundo Vicini, alias incidantur. fol.125. num. 21.
V. *Arbor*.

DISTANTIA ARUNDINUM.

Arundineta diſtare debent à Fundo Vicini novem pedes. fol. 128. n.59.

DISTANTIA QUOAD CATHEDRALEM.

V. *Cathedralis*.

DISTANTIA CAUPONARUM.

Inter Cauponas, & Tabernarios nulla Diſtantia eſt ſervanda. fol 205. num.5.
Et Statutum circa eandem oſtenditur abrogatum. *ibidem* num.7.
Declara, ut Tabernæ Vini Romani non debeant diſtare à Cauponis, niſi intermedia unica Domo. fol.126. num.32.
Intellige, quod vendentes dictum Vinum in propria Domo, ad nullam Diſtantiam tenentur. *ibidem*.

DISTANTIA QUOAD FICUS, ET OLEAS.

Requiritur Diſtantia novem pedum. fol. 129. num. 1. & ſequen.

DISTANTIA QUOAD IMMUNITATEM.

V. *Immunitas*.

DISTANTIA INDIARUM.

Indiarum Magiſtratui Diſtantiæ cauſa plura conceduntur. fol.137.n.34

DISTANTIA MONASTERIORUM.

V. *Monaſterium*. V. *Regulares*. V. *Menſura*.

DISTANTIA QUOAD NAVES.

Qualenam Spatium, & Diſtantia inter perſonas in Navibus, præſcripta fuit Legibus Rhodiis. fol.138. num. 41.

DISTANTIA OLEÆ.

V. *Diſtantia quoad Ficus, & Oleas*.

DI.

DISTANTIA PAROCHIALIS. V. *Parochialis*.

DISTANTIA QUOAD PROCESSIONES.
V. *Proceſſiones*.

DISTANTIA PUTEORUM.
An, & in qua Diſtantia fodere liceat Puteum. fol.112. poſt num.3. & fol.115. num.26. & ſeq.

DISTANTIA SCAMNORUM.
Quænam ſervanda ſit in Eccleſiis, & plurimum pendet ab Arbitrio Epiſcopi. fol.138. num.40.

DISTANTIA IN SÆPIBUS.
Ex Statuto Urbis eſt trium pedum. fol. 128. num. 58.
V. *Sepes*.

DISTANTIA SEPULCHRORUM.
Eſt trium cubitorum à ſcamnis, ſeu bradellis Altarium, fol.104. n.12.

DISTANTIA TABERNARUM.
V. ſupra *Diſtantia Campanarum*.

DISTANTIA QUOAD VENDITORES.
Licitum eſt unicuique vendere in ſuis Apothecis nulla ſervata Diſtantia. fol.295. n.6.
Paſtilli vulgo *Maccaroni*, *o Paſte di Genova*, *&c.* exteri vende poſſunt libere per Urbem, & emi per revenditores à qualibet Apotheca nulla ſervata Diſtantia. fol.396. n.11.
V. *Apotheca*.

DISTANTIA VIARUM.
Ex Lege Duodecim Tabularum eſt in porrectum octo pedum, & in anfractum ſexdecim. fol. 90. poſt num.8.
Et de ratione. *ibidem*.
Pro ingreſſu, & egreſſu curruum eſt ulnarum ſex. fol.98. n.60.
Reliqua vide in ſuis locis particularibus.

DISTRICTUS.
Quid ſit. fol.136. n.28., & fol.140. n.76. Imperium, & Gladii poteſtas requiritur in ejus conſtitutionem. fol. 126. poſt n.28.
Intelligi debet juxta ſubjectam materiam, & conſuetudinem. fol.140. n.77.
De modo probandi ſituationem in Diſtrictu. remiſſivè. fol.141. n.85.
Probatur ex Atteſtatione Priorum, folio 141. numer. 83.
Diſtrictus, & *Comitatus promiſcuè* uſurpantur. fol.140. num.78.
Fallit in ſtrictiori ſignificatione *ibidem* num.79.
Præſertim accedente in Incolis uſu loquendi. *ibidem* num. 80.
Diſtrictus urbis olim comprendebat centum milliaria, tam in Mari, quàm in Terra. fol.136. num.29.
Hodie finitur quadraginta milliaribus. *ibid.* & fol. 141. num.82.
Plura de urbis diſtrictu. fol.136. num.30.
Enumerantur loca intra, vel extra diſtrictum exiſtentia. fol. 141. num. 84. & ſeq.

DIVERSITAS.
Bonorum arguitur ex locorum diverſitate. folio 212. num. 4.
Voluntatis arguitur ex diverſo modo loquendi. fol. 285. num. 4.

DIVISIO.
Indiviſibilium rerum diviſio fit reſpectu portionis pretii, quam quiſque habet in re ipſa. fol.328. n.24.
Inter communiter poſſidentes rem non patientem commodam Diviſionem, quando quiſque ſuam portionem petit, ità conſulitur, ut uni res detur cum onere præſtandi alteri pretium portionis, quæ ipſi debetur. *ibidem* num. 25. & fol. 335. num. 14.

DOCTOR.
Loquens contra communem non attenditur. fol.250. num.45.
Item loquens per tranſennam. fol.123. poſt n.8.
Doctori inſigni Articulum diſcutienti ſtandum eſt. fol. 285. num.8.
Præſertim donec alius allegetur in contrarium. fol.295. num.3.
Doctori debentur veſtes pretioſiores. fol. 7. num. 3. & fol.8. num.14.
Doctor venit appellatione nobilium. *ibid.*
Eidem nubens Comitiſſa non dicit nubere indigno. *ibidem*.
Nobilitas Doctoris influit in Filios, dummodo in mechanicis non ſe exerceant. *ibid.*
Alimenta lautiora ipſi debentur, quàm aliis. fol. 7. poſt num.3. V. *Strepitus*. V. *Auditor*.

DOMICILIUM.
Abſque animo permanendi non acquiritur. fol. 276. num. 5.
Limita ex Statuto decennalem tantùm habitationem requirente. *ibid.*

DOMINIUM.
Inductum eſt à jure gentium. fol.143. n.96.
Modus verò acquirendi Dominium oritur, à jure poſitivo. *ibidem*.
Et conſiſtit in facultate diſponendi de re ſua. fol. 169. num.2.
Plenum, & irrevocabile propriè dicitur Dominium. fol.288. n.9
Princeps ex juſta cauſa poteſt Dominia rerum intervertere. fol.144. num.98.
Limita primo, quod cauſa debet eſſe juſta, & neceſſaria. *ibid.* n.100. & ſeq.
Amplia limitationem, quod quævis neceſſitas non ſufficit. *ibidem*.
Limita ſecundo, quando deficit juſta cauſa, etiamſi adſit prætextus æquitatis. fol.144. num.99.
Probatur per acceptationes ſolutionum factarum cum expreſſione Dominii. fol.386. num.13.
Item in Laudo Locationibus, aliiſque Conjecturis, de quibus. fol.194. n.45.
Item ex verbis *ad averli, goderli tenerli con ogni ragione, &c.* fol.210. num.6.
Probatur *Cappellæ* Dominium per affixionem Stemmatum, & Inſignium. fol.386. num.14.
Item ex Tranſactione, & Aſſertionibus ad Dominium referibilibus. fol.386 nu.18.
Item ex obligatione providendi, & ornandi Cappellam. fol.387. n.19.

DOMINUS.
Directus rem concedere cenſetur eo modo, & forma, qua ipſe utitur. fol. 264. num. 3. V. *Domus*.

DOMUS.
Accipitur pro Ædificio ad habitandum conſtructo. fol. 31. poſt n.1.
Ex quibus conſtet Domus. *ibidem*.
Appellatione Domus non venit Domuncula. fol. 32. num. 2.
Limita, ut Statutum imponens pœnam comburentibus Domum, intelligatur etiam de Domuncula. *ibidem*.
Antiquitus erant ampliores, quàm Inſulæ, erantque teſtudinatæ à quatuor partibus fluentes. *ibid.* n. 8. Et vide *ibid.* de Domo, & Inſula.
Eratque pariter altitudinis modus ne vicinorum Ædificiorum diſparitas aſpectui foret ingrata. fol.32. num.9. V. *Jus Gazagà*.
Et ad quam Altitudinem aſcendere poſſent Domus. *ibid.* num.10.
Diruta tota Domo ſolum ſuperficies ſunt Domini Appartamenti inferioris. fol.34. num.31.
Diviſa Domo per ſolaria, ſeu Appartamenta habetur pro pluribus Domibus diſtinctis. *ibidem* num.24.
Dominus Domus dicitur etiam is, qui eſt Dominus unicus Appartamenti. *ibid.* n.13. V. *Condominus*.
Dominus partis ſuperioris Domus nequit reficere Domum, ſive parietem ruinam minitantem invito Domino partis inferioris. fol.21. num.14. V. *Ædificium*.

DUBIETAS.
Non obſtat, dum aliunde apparet de mente Proferentis. fol.172. num.4.
Et quando verſatur circa accidentalia, non minuit fidem Teſtium. *ibidem* num.7.
Dubietas quando adeſt in expreſſione, eandem reddit inefficacem. fol.192. num.33.

E

ECCLESIA.
Acquirit Dominia rerum per conſuetos modos acquirendi de jure. fol.169. num.3.
pro *Ædificand.* eſt locus coactivæ venditioni vicinarum Domorum fol.41. n.27. & fol.45. n.69.
Ædificatio, vel immiſſio prohibetur circa, vel ſupra muros Eccleſiæ. fol.61. num.31.
Ædificari nequit à Regularibus in aliena Parochia, niſi de licentia Parochi, & facta obligatione non recipiendi Parochianos ad Sepulturam abſque ejuſdem conſenſu. fol.103. nu.25.
Alienare quomodo valet abſque ſolemnitatibus. fol.213. num.8.
Bona Clericorum ſunt Acceſſoria ad Eccleſias. fol. 169. num.5. V. Jura Eccleſiæ.
Bonorum Eccleſiæ Papa de una in aliam transfert Dominium, abſque eo quod alia peti valeat Compenſatio. fol.59. num.12.
in *Diœceſi* aliqua præſumitur conſtructa quælibet Eccleſia. fol.263. n.2.
Et in eadem Diœceſi remanet, quamvis fuerit exempta. *ibidem* num.5.
Et ſemper præſumitur ſubjecta juriſdictioni Ordinarii, intra cujus limites exiſtit. fol.313. num.3.
Diſtare debent ab Eccleſiis quindecim pedes Ædificia privata. fol.61. num.31.
Ab Eccleſiis, & Oratoriis Mendicantium aliæ Eccle-

eleſiæ ditare debent per ſpatium 140. Cannarum. fol. 39. num.10. V. Regulares.
Emphiteuſim Eccleſiæ poteſt illa requiſita ſuum jus alteri cedere. fol.212. n.7.
Fœminæ à Viris antiquitus in Eccleſia ſeparabantur. fol. 40. num.18.
ab *Ingreſſu* Eccleſiæ, quinam ad tempus, vel perpetuo arceantur. *ibid.* n.19.
Poſſidet jure Spiritualî, & titulo juris Divini. fol. 179. num.5.
Pratæn. Eccleſ. in ſtatu Inſignis Collegiatæ erat exempta ab Epiſcopi juriſdictione. fol.206. n.52.
Ipſius Canonici non erant exempti à propriu Prælatu. *ibid.* num.53.
Privilegia, & Leges Laicorum poteſt recipere, & ipſis uti. fol.282. n.51.
Regenwaten. Eccleſia fruitur Privilegio Centenariæ Præſcriptionis. fol.282. n.51.
Unita recedit à ſua natura primæva, fol. 214. num. 1. & fol.229. n.14.
Et extincto ſuo titulo remanet merum prædium alterius Eccleſiæ. fol.240. num.20.
Declara in caſu, quo unio facta fuerit jure incorporationis; Et quomodo de hac apparet. fol.184. num.14.
Secus, ſi duæ Eccleſiæ fuerint æquè principaliter unitæ, & tunc retinent jura diſtincta, & ſeparata, & æquè ſubſunt eidem Epiſcopo. fol. 206. num. 51. V. *Unio*.

EDES. V. *Ædes*.
EDIFICIUM. V. *Ædificium*.
EDILIS. V. *Ædilis*.
EMULATIO. V. *Æmulatio*.

EFFOSSIO.

Metallorum in Fundo alieno, & Domino invito fieri poſſunt, ſecus de cretæ, atque arenæ fodinis. fol. 298. n.12.
Et pro dictis Metallis non ſufficit ſola cautio de Damno infecto, ſed ſolvenda eſt etiam decima pars eorumdem. fol.298. n.15.
Et quando eadem Decima ſpectat ad Principem, aliquando ipſius gratia minui ſolet. fol. 299. numer. 17.
De excavationibus Foſſium. *ibidem* num. 18. V. *Emphyteuta*.

ELECTIO.

Canonica requirit præſentiam Electorum excluſa alicujus Infirmitate. fol.218. n.4.
Juſtè impeditus poteſt Procuratorem ad eligendum conſtituere. *ibid.* num.2.
Juſtumque impedimentum eſt febris atteſtatione Medici probata *ibid.* num.3.
Accedente præſertim juramento. folio 218. numer. 8.
Procurator ad eligendum debet eſſe de Collegio Electorum. *ibidem* num.5.
Et quandonam prohibeatur abſenti conſtituere Procuratorem. *ibidem* num.5.
Et generaliter de Electione facienda per mandatum Procuræ. *ibidem* num.12.
Libera debet eſſe Electio. fol.276. n. 8. V. *nominatio*.

EMPHYTHEUSIS. EMPHITHEUTA.

Excavare valeat in Fundo Emphytheutico Cretam, atque arenam, earumque fructus ſuos facere. folio 296. num.1.
Limita ſi Fundus fiat deterior. fol.297. n.9.
Frui poteſt quibuſcumque proventibus bonorum Emphytheuticorum. *ibidem* n.6.
Indicare tenetur Domino directo diſcrimen inter bona libera, & Emphytheutica. fol.318. num. 12. & fol. 295. n.54.
Et niſi oſtendat præſumptio ſtat pro qualitate Emphytheutica. fol.295. n. 55.
Et terminorum confuſio non præjudicat Domino Directo. *ibidem* n.53.
Inveniens rem in excavando. V. *Inventio*.
De Jure Tertii opponere nequit. fol.318. num.9.
Libertati bonum contra Emphytheutam jura favent Domino directo, fol.318. n.4.
Proprietatem Fundi nequit alterare, & habet jus tantum ſuper utili Dominio. fol.316. num.17.
Renovationi quando eſt locus, non competit Domino Directo Manutentio in Bonis Emphyteuticis. fol.318. num.5.
Præcipuè quando continuavit in receptione Canonum poſt lineam finitam. *ibidem* n.2.
Amplia, etiam in bonis Eccleſiæ. *ibid.*
Declara primo, quando agitur de Emphytheuſi innovanda inter Emphytheutam, & extraneum. *ibidem* n.3.
Declara ſecundo, quando Dominus Directus ſcientiam habuit terminationis lineæ; alias ſola receptio non ſufficit. *ibidem*.

EMPTIO, & EMPTOR.

Aliena pecunia reſempta nomine meo meo eſt. fol.216. num.10.
Alienam rem invitus emere nemo cogitur. folio 143. num.93.
Perimitur Emptio, ſi pendente conditione res interierit. fol.269. n.16.
Secus ſi fuerit purificata. *ibidem* n.17.
Plenum & perfectum Dominium habens Emptor, etiam ſi revocabile ſit. fol.288. n.10.
an *Teneatur* ſtare Locationi factæ per venditorem *ibidem* num.14.

ENUNCIATIVA.

Ad partis ſuggeſtionem emiſſa non probat. fol.193. n. 42., & fol.333. n.27.
Præcipuè quando agitur de veritate enunciati. *ibidem* n.24., & fol.249. n.32.
Amplia, etiam ſi Pontifex adhibeat Clauſulam ex certa ſcientia. fol.333. n.25.
Probationem concludentem non elidunt. folio 222. num.10.

EPISCOPUS.

Alienare poteſt res exigui valoris etiam abſque Beneplacito Apoſtolico. fol.214. n.27.
Et ſufficit utilitas Eccleſiæ cum juſta cauſa. *ibidem* num. 28.
Et quando ad dictum effectum dicatur modicus valor. *ibidem*
Approbatio vicariorum indefinitè ſpectat ad ipſum. fol. 241. n.24.
Conferendi jus quando habeat in Beneficiis alterius Diœceſis. fol. 374.
in *Collatione* nequit plus juris habere, quàm Præpoſitus, vel alius inferior Prælatus, in cujus locum fuit ſubrogatus. fol.208.n.22. V. Præpoſitus.
Cuſtodire, & conſervare tenetur omnia jura ad ſuam Eccleſiam pertinentia. fol.148. n.121.
Exemptum eſt ab Epiſcopi Juriſdictione *Territorium* ſitum extra ipſius Diœceſi. fol.310. n.2.
Jura omnia Epiſcopalia veniunt in conceſſione facta Epiſcopo. fol.155. n.159.
Juriſdictionem habet in omnibus locis ſitis intra Diœceſim. fol.266. n.4. & fol.507. n.1.
Præſcriptione etiam Centenaria effici nequit, quin Epiſcopus ſit Caput Capituli. fol.207. n.61.
Præſumi nequit ſecure, vel propriæ Diœceſis ignarus. fol.156. n.160.
Transferri nequit ad aliam Eccleſiam propter aeris intemperiem. fol.145. n.104.
Vicarium unum, vel plures conſtituere debet in locis ubi perſonaliter non poteſt intereſſe. fol. 146. numer.112.
Viſitatio Diœceſis, & Eccleſiarum ibidem exiſtentium injungitur Epiſcopo quolibet anno. folio 184. numer. 12.
Eccleſiarum habentium Curam Animarum ſpectat ad ipſum. fol. 267. num. 9.

ERECTIO.

Cathedralis in Eccleſiâ Collegiata habente Curam Animarum cenſetur conceſſa novo Epiſcopo Juriſdictio in tota extenſione Parochiæ. fol.155. n.154.

ERROR.

Errans in uno in aliis etiam errare potuiſſe præſumitur. fol.333. num.22.

ESTIMATOR. V. *Æſtimator*.
ESTIMUM. V. *Æſtimum*.

ETYMOLOGIA.

Plurimum confert ad legale ſtudium. fol.7. n.4.

EVICTIO.

Aſſignans tenetur ad evictionem, ipſiuſque eſt periculum non aſſignatarii. fol.281. num.12.

EXCANTATIO.

Excantare, quid ſit. fol.87. n.34.
Ethnici ſtulte credebant excantationibus attrahi imbres, & repelli. *ibid.* n.35.

EXCAVATIO.

Excavandi Facultas obtenta à Fiſco eximit à pœna non à præſtatione emolumentorum debitorum Domino fundi. fol.327. num. 13. V. *Effoſſio*.

EXCEPTIO. V. *Objectio*.

EXCESSUS.

Quandonam adſit ibi contractu, & ex quibus arguatur. fol.281. n.10., & fol.284. num.2. & ſeqq.

EXCLUSIO.

Urgente eadem cauſa excluſionis locum habet etiam excluſio. fol. 205. num. 39.

EXECUTOR.

Quandonam dicatur eſſe delegatus Papæ, & tanquam talis procedere. fol.196. n.8.
Præſumitur rite, & recte proceſſiſſe. fol.281. numer.15.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPTIO.

Activa quandonam cenſeatur conceſſa cum Juriſdictione quaſi epiſcopali. fol.161. n.189. V. *Territorium*.

EXPENSÆ.

Expenſas facere debet, qui habet ſervitutem activam, non præſtat paſſivam. fol.309. n. 7. V. *Reus*.

EXPURGATIO.

Ingrediens Fundum ad expurgandum aquæductum ingredi præſumitur de licentia Domini. fol. 179. num. 31.

V. *Aquæductus*, *Cloaca*, *Foſſatum*, *Fovea*, *Fundus*, *Servitus*, *Sordes*.

F

FABER. V. *Strepitus*.

FACTUM.

Ex Facto Jus oritur. fol. 346. n.1.

Facilius præſumitur ignorantia Facti, quam Juris. fol.318. num 7.

FACULTAS, & FACULTATIVUS.

Deſtruere, *& condere* ejuſdem eſt facultatis. fol. 250. num.8.

In Actibus facultativis *poſſeſſio* abſque titulo non quæritur. fol.165. n.2.

Præſcriptio, aut Jus prohibendi in Facultativis non acquiritur, niſi concurrat Prohibitio cum acquieſcientia perſonarum prohibitarum. folio 300. numer. 7.

Adeout non ſuffragetur, etiam non uſus per mille annus. *ibid.* num.8.

FALSITAS.

Falſitatis præſumptio ceſſat ceſſante utilitate. folio 172. num 3. & 6.

FAMA.

Probatur ex Teſtibus deponentibus de Auditu, Viſu, &c. & utentibus Verbo *Semper*. fol. 166. num.6.

FARFA.

Farfenſe Territorium eſt in Diſtrictu. fol. 241. poſt numer. 84

FAVOR.

Quæ in favorem conceduntur, non debent in odium detorqueri. fol.205. num.41.

FEBRIS.

Quartana, vel Terziana laborans non dicitur ſanus, & habet juſtam cauſam abſentiæ. fol.218. num.9.

V. *Medicus*.

FENESTRA.

Aperire licet unicuique feneſtras in proprio Muro Vicinia invitis. fol.58. num 15.

Amplia primo, etiamſi Aream, vel Domum vicini inſpiciant. *ibidem* num.17.

Quid dicendum, ſi aperiantur feneſtræ in Cortile vicini. fol. 59. num. 22.

Amplia ſecundo, etiamſi adſit præjudicium vicini. fol.291. num.1. & fol.273. num. pariter 1.

Amplia tertio, etiamſi fiant ad proſpectum. fol. 320. num.1.

Limita primo ſtante æmulatione. fol.185. num.1.

Limita ſecundo in Muro communi. fol.61. nu 32.

Limita tertio, ſtante pacto in contrarium. Et ex quo pactum prædictum probetur. fol.272. num.2.

Limita quarto, quando impeditur proſpectus Maris. fol.59 num.21.

Limita quinto, favore ſcalarum vicini, ut nequeat ibidem ædificari, ſi claudantur ejus Feneſtræ. fol.33. poſt num.13.

Limita ſexto, quando adeſt ſervitus in contrarium. fol.59. num.19. & ſeq. & fol.227 num.2.

Et ex quibus eadem ſervitus arguatur. fol.321. nu. 13. & 14.

Claudi poſſunt à vicino exiſtentes in Muro laterali ad Tignorum ſuſtentationem apto. fol.62. num.34.

Limita, & declara, *ut ibidem*.

In *Clauſtra* Monialium introſpicientes haberi nequeunt. fol.59. num.24.

An id procedat favore Religioſorum. fol. 60. n.26.

An etiam favore Seminarii. *ibidem*.

Claudendæ tamen non ſunt, quando alia ratione provideri poteſt. fol.64. num.56.

Dividuntur Feneſtræ in luciferas, ſeu luminares, & in proſpectivas. fol.55. num.2. & fol.63. num.47.

Luminares, ſeu ad lumen tantum debent diſtare à pavimento per octo, aut novem palmos, adeout excedant altitudinem hominis. Vel aliter eſt conſulendum. *ibidem* num.48.

In *Eccleſiam* introſpicientes haberi nequeunt. fol. 60. num. 28.

Amplia Prohibitionem etiam in Baronibus, ſi agatur de Feneſtra recenter aperienda. fol.64. num.57.

Quid ſi convenerit inter Partes in limine Fundationis. fol.61. num.29.

Etymologia Feneſtrarum, earumque deſcriptio multiplex. fol 55. num.1.

Extra Feneſtras in vias publicas nihil *prætendens* haberi, aut infigi debet ob periculum, ne decidat, & officiat. fol.68. num.22.

Quænam ſit pœna, & quæ perſonæ, & quando ad illam teneantur. *ibid.* num.12.

Perimens, aut irrumpens Feneſtras quam pœnam ſubeat. fol.65. num.44.

Ingrediens per Feneſtras ad Delictum perpetrandum, illud aggravat. fol.65. num.62.

Liber dici nequit, qui per Feneſtras tantummodò proſpicere valet. fol.63. num.46.

Projectio ſordium vetita per Feneſtras. V. *Projectio*.

Ad *Proſpectum* prohibitas fuiſſe Feneſtras, indicat earum altitudo cum ferreis cancellis. fol.217. num.4.

Proſpectum habentes in vicini Domum, dictis Cancellis muniendæ ſunt. fol.185. num.5.

Servitus altiùs non tollendi non probatur contra Vicinum ex eo, quod quis habeat feneſtram verſus ejus domum. fol.59. num.23.

Servitus gravior efficitur per aperitionem plurium feneſtrarum. fol.323. num.20.

In *Venditione* Domus, aut Legato an veniant Feneſtræ ligneæ. fol.63. num.41.

Uſus, *& Materia* Feneſtrarum qualis fuerit apud Antiquos. fol.55. poſt num.4. & fol.56. num.7.

FICUS.

Arboris primum honore habita. fol.117. num.6.

Diſtare debet novem pedes ab alieno fundo. fol.117. n.4. & fol.120. num.42.

Fructus natura, & maturitas. fol.119. num.17.

Vitam non longam habet, & habet longas radices. fol. 145. n.18. & fol.120. n.43.

FIDES.

Atteſtationes extrajudiciales, & mendicata Fidem non promerentur. fol.340. num 9.

Idem dicendum de Atteſtatione emiſſa abſque animi adverſione. *ibidem* num.10.

In *Conflictu* plurium Atteſtationum illæ prævalent, quæ plenæ, & perfectæ ſunt, & magis ſolemnes. *ibidem* num.11.

Miniſtrorum Fidibus eſt deferendum in iis, quæ ad eorum officium ſpectant. fol.193. num.40.

Notario atteſtanti plena Fides eſt adhibenda. fol. 225. num. 4.

Statutum Inobſervantia Fidibus non probatur. fol. 272. num. 11.

V. *Teſtis*. V. *Mala fides*.

FILATORIUM.

An poſſit impediri propter ſtrepitum. fol.71. num.10.

V. *Spiritus*.

FILIUS. V. *Pater*. V. *Alimenta*.

FINES. V. *Confine*.

FLUMEN.

Corrodere aliquid ſemper ſolet ex bonis Accolarum. fol.18. num.77.

Expurgandum eſt expenſis eorum, qui commodo & utilitate defluxus aquarum perfruuntur. fol. 309. nu 1.

Incrementum ſentiunt valles ſtagnantibus aquis fluvialibus. *ibid.* n.2.

Spectare debet Incrementum ad Inſulam cohærentem. fol. 253. num.6.

Publicum aliud dicitur, aliud Privatum. fol.108. nu.31. & fol.213. num.11.

V. *Aggeres*. *Aqua*. *Alluvio*. *Alveus*. *Damnum*.

V. *Expurgatio*, *Foſſa*.

FODINÆ.

Fodinæ Puteolanæ in Urbe non aperiuntur ab Emphyteotis, niſi de licentia Proprietarii facta aliqua ſolutione. fol.208. num.12.

FOEMINA. V. *Mulier*.

FOETOR. V. *Odor*.

FORUM. V. *Platea*.

FOSSA, & FOSSATUM.

Confinia denotare ſolet. fol.108. num.32.

Diſtare debent arbores à foſſato publico tranſeunte in bonis privatis quindecim pedes. fol.109. num.40.

Quid de Foſſato prædicto tranſeunte per loca publica. *ibidem* num.41.

Expurgatio Foſſati publici publicis Expenſis fieri debet abſque Privatorum detrimento. *ibidem* num.39.

Limita ſtante conſuetudine in contrarium. fol.199. num. 42.

Foſſata verò privata expurgantur expenſis omnium, qui ſentiunt commodum, & utilitatem eorundem. *ibidem* num.49.

Amplia etiam quoad poſſidentem bona in ſitu eminentiori. *ibidem* num.50.

Præcipuè ſi aqua decurrat ad fundos inferiores per opus manufactum. *ibidem* num.51.

Maxime accedente obſervantia. *ibidem* num.52.

Limita in habente ſervitutem paſſivam, cujus commodum compenſatur à patientia, quam præſtat pro expurgatione. fol.310. num.60.

Publicum, an Privatum ſit, ex quibus probetur. fol. 108. num. 37.
Privatum eſſe poteſt, licet inſerviat pro Emiſſario publicarum aquarum. fol. 108. num. 22.
Ad *Vicinum utrumque* ſpectat pro dimidia Foſſatum exiſtens in Confinio. fol. 108. num. 34.
Nec Via intermedia impedit Vicino dimidium Ripæ Foſſati publici. *ibidem* num. 36.
Secus quando Foſſatum eſt privatum. *ibid.* num. 37.
Vicinitas non tollitur per rivos Foſſata, Flumina, &c. privata. fol. 197. num. 21.
In *Venditione* Fundi veniunt Foſſata tanquam pars ipſius. fol. 108. num. 30. V. *Fovea*.

FOVEA. V. *Scrobes*.
Altitudo Foveæ, quænam debeat eſſe. fol. 108. numer. 26.
Animal ſi deciderit in Foveam Inutilem. Foſſatos tenetur ad Damni emendationem. fol. 105. n. 5.
Appellantur Foſſata, ſeu Valla Foveæ illæ, quibus cinguntur Caſtra. *ibid.* n. 2.
Sed in jure promiſcue accipiuntur. *ibidem*.
Aperire Foveam cuique licet in proprio ſolo. fol. 245. n. 11. & fol. 106. n. 17.
Declara, dummodo Muro, vel Domui vicini non noceat. fol. 105. n. 3.
Et conceſſa facultate aperiendi intelligi debet abſque damno alterius. *ibid.*
Communis eſt, quando eſt in Confinio duorum Vicinorum. fol. 213. & fol. 106. n. 11.
Diſtantia quanta eſſe debeat à privata Fovea à Fundo vicini. fol. 106. n. 8.
Eſt receptaculum Aquæ. fol. 105. n. 2.
Ex nunciatione Foveæ denegata poteſt Clavica, ſeu Cloaca aperiri, & quomodo in hoc non officiet præſcriptio. fol. 106. n. 18.
Expurgatio quando pertineat ad Dominum Prædii. fol. 107. n. 26.
Et quando ad Conductorem. *ibidem* n. 21. & fol. 109. n. 44. & ſeq.
Pacta in hoc ſunt attendenda. fol. 109. n. 43.

V. *Aquæductus*. *Foſſatum*.
Poſſeſſio Foveæ qualitas probetur. fol. 211. n. 11.
Prædium inferius cogi nequit ad recipiendam Aquam, ſi per Foveas commodè à ſuperiori emitti poſſit. fol. 106. n. 7.
Privata dicitur, per quam Aquæ perennes non currunt, etiamſi publicas ſordes recipiat. fol. 197. n. 14. & fol. 106. n. 15.
Item privata eſt, ſi in eam Aquæ tantum pluviales fluant. *ibidem* n. 13.
In *Publicarum* Fovearum apertione ceſſat præſumptio æmulationis fol. 105. n. 4.
Et aperiri poſſunt etiam invito Vicino. fol. 105. num. 6.
Amplia, ut poſſit etiam deſtrui Domus privati. fol. 106. n. 27.
Retractus, & Vicinitas non impeditur à Fovea privata fol. 106. n. 14.
Servitus Foveæ quomodo præſcribatur. fol. 232. numer. 3.
Spectat regulariter ad prædium, cui adhæret. fol. 106. num. 9.
In *Venditione* ſunt menſurandæ Foveæ tanquam pars Fundi venditi. fol. 108. num. 27. & 30.

FRUCTUS.
Non dicuntur ea, quæ non renaſcuntur. fol. 297. num. 5.
Vicino licet colligere Fructus alienæ Arboris ſuper ſuum fundum pendentis. fol. 124. n. 18.
Contraria quando procedant. fol. 127. n. 47.
Reſtituendi quando ſint. V. *Nullitas*.

FUNDUS.
Æſtimari debet per rei, & fructuum qualitatem, & quantitatem. fol. 124. n. 6.
Deterior quandonam fieri dicatur per Effoſſiones. fol. 297. n. 10.
Nomine Fundi veniunt omnia Ædificia tam Ruſtica, quam Urbana. fol. 402. n. 8.

FUNDUS CENSITUS. V. *Retractus*.
FUNERALE.
Funebrium Expenſarum nomine non veniunt immodici luxus Amentium. fol. 316. n. 36.
Et à jure Civile improbantur. *ibidem* n. 35.
Et Chriſtiani Antiſtites debent eoſdem compeſcere. *ibidem* n. 37.
Modeſtus tamen Cultus alienus à ſuſpicione oſtentationis jure ipſo laudatur. fol. 317. n. 38.
Et Solemni pompa juſta perſolvere Defunctis, maximum eſt Humanitatis Officium. fol. 316. n. 33.

FURNARIUS. V. *Strepitus*.

G

GABELLA.
Exemptis à Gabella Foliis Mororum, exemptum etiam cenſetur Bombicinum ex ipſis confectum. fol. 130. n. 71.
GALLESIUM.
Eſt in Diſtrictu. fol. 141. poſt n. 84.
GALLINÆ.
Haberi debent ſub cuſtodia fol. 85. poſt n. 9.
Et damnum patiens ab ipſis intentare poteſt actionem de pauperie, fol. 85. poſt num. 9., & fol. 87. num. 27.
Nequit tamen illas occidere. fol. 87. n. 28.
Sed tantum ipſis, & ſimilibus Animalibus alas recidere. *ibidem* poſt num. 28.

GAZZAGA. V. *Jus*.
GENAZZANUM.
Eſt in Diſtrictu. fol. 141. poſt n. 84.
GEOGRAPHUS.
Geographis in re ad eos pertinente credendum eſt. fol. 200. num. 3. & fol. 201. num. 16.

GERMINALES. V. *Palmites*.
GLANDES.
Glandis nomine Fructus omnes intelliguntur. fol. 88. num. 46.
GRADUS.
Graduum menſuralium diverſitas, & explanatio. fol. 29. n. 119.
GRAMMATICA.
V. *Pater*. V. *Critica*. V. *Ethymologia*.
GRATIA.
Pontificis per ipſius obitum Re integra expirat. fol. 174. num. 23.
Exemplifica in Gratia ſi in evidentem, quæ non præſentata ante obitum Pontificis evaneſcit. fol. 172. num. 4.
Limita in Gratia pure uſque ab initio, quæ per obitum Pontificis non expirat. folio 174. numer. 24. & 25.
In Suppoſito falſo fundata, eſt nulla. *ibidem* n. 1.

GRÆCA.
Lingua plurimum ad Juris prudentiam confert. fol. 2. num. 8.
Ipſius Laudes. *ibidem* & fol. 4. n. 18.
Litteris Græcis Gajus operam dedit. fol. 2. num. 7.
Scriptio Græca in Pandectis. V. *Pandectæ*.

GRILLI.
Veniunt Sub Cathegoria Locuſtarum fol. 87. num. 41.

H

HEDERÆ.
Impropriè appellantur Arbores, fol. 182. num. 4.

HELIOCAMINUS.
Eſt locus concameratus Soli expoſitus, à quo calorem recipit. fol. 55. num. 4.

HÆRES.
Poſſeſſionem mediantibus Colonis acquirit. fol. 189. num. 13.
HISTORICUS.
Hiſtorica ratio plurimum confert ad Legum explicationem. fol. 6. num. 1.
Hiſtoricis credendum eſt. fol. 243. num. 17.
Limita primo, quando ſunt recentes, & adhuc vivunt. *ibidem* num. 18.
Limita ſecundo, quoties opera non ediderint per publicos Impreſſores. *ibid.* num. 19.
Limita Tertio, quoties habent contra ſe concludentes probationes. *ibid.* n. 20.
Limita Quarto, in iis, quæ non ſunt meræ narrationes facti; ſed pertinent ad Jus. *ibidem* num. 21.

HORREUM.
Diſtare debent privata Ædificia quindecim pedes ab Horreis publicis. fol. 32. num. 7.

HORTANA.
Civitas eſt in Diſtrictu. fol. 141. poſt num. 84.

HORTUS.
Identitas Horti quomodo probetur. fol. 214. n. 29.
Retractus ad Hortum conſtituendum pro majori Ornatu fieri poteſt. fol. 242. num. 20. & fol. 212. n. 2.
Uſus Domus inſerviens pro Viridario, non eſt in fructu, & dicitur potius ad oblectamentum. fol. 177. num. 13.
HOSPITIUM.
Conditiones, quas habere debet Hoſpitium regularium,

ad

ad hoc ut non ſit Conventus . fol.358. per tot.
Diſtantiam 140. Cannarum requiſitam in Conſtructione Conventuum non exigit . fol. 44. num.52.
Declara id procedere quoties Hoſpitium non habeat ulla ſigna veri Conventus *ibidem* num.53.
Et quonam ea ſint . *ibidem* .
Concurrentibus talibus ſignis debet ſervari Diſtantia , & reliquæ ſolemnitates Conventuum . etiamſi denominentur Hoſpitia , *ibidem* num. 54. & fol. 356. uſque ad fol.358. per tot.

I

JANUA .

IN publico poteſt ab unoquoque aperiri dummodo non excedat ſtillicidium . fol.46. num.1. quod permittitur ſtranſgredi Viris de Republica benemeritis . *ibidem* .

IDENTITAS.

Quomodo probetur .

In *Antiquis* ad Identitatem ſufficiunt leviores probationes . fol.18. num. 79.
Et ſufficit unum Confine cum concordantia Loci . fol.18. n.80. & fol.195. n.57.
Bellorum demortuarum aſt probanda ad effectum reſtauri . fol.268.n.7.
In *Beneficiis* Identitas univerſalis *cauſa* attenditur. fol. 103.n.18. & 29.
Cataſtro probatur . fol.195. n.56.
Confinium agnitio conducit ad eam probandam . fol.17. num.70.
Præſertim ſi nullus alius locus uſtenditur , cui magis aptentur eadem Confinia . fol.17.n.73 .
Atque adſit correſpundentia menſuræ . *ibid*.
Adeòut duæ tantum demonſtrationes , & duorum terminum convenientia ſufficiant . fol.188.n.7.
Deſtinatio Patriſfamilias attenditur ad probandam Identitatem . fol.18.n.81.
Enunciativæ probant in Antiquis Identitatem . fol. 190. num.20.
Horti quomodo probentur . fol.214.n.29.
Loci probatur Juribus , ac Teſtificationibus , fol. 221. num 5.
Scripturis . Inſtromentis , Diviſoriis Poſſeſſionis , & publico Æſtimo probatur Identitas . folio 188. numer. 5.
De aliis ad Identitatis probationem remiſſive. fol. 47.num.73.
Et qualiter probetur . fol.194. n.44.

IDENTITAS .

Quomodo excludatur .

Excluſa remanet ex diverſitate finium. folio 17. numer.74.
Præcipè concurrente diverſitate in quantitate , & qualitate fol.18 n.75.
Declara primo , quod ſola diverſificatio in quantitate non ſemper excludas Identitatem , *ibidem* num.76.
Declara ſecundo , ut Identitatis materia ſit conjecturalis . *ibidem* num.82.
Et Judicis arbitriu relicta . *ibidem* num.83.

IGNIS .

Conſervat cunctas artes , & excedit inter alia Elementa. fol.78.num.1.
Conſumit momento temporis Corpora , & Bona longo tempore quæſita . *ibidem* .
Excuſatur Ignem *deſtrens* in locum conſuetum . fol.78. poſt num.7.
Item lumen deferens in Manſionem , ubi adeſt Canepa , nec dicitur incendium culposè excitaſſe . *ibidem* poſt n.7.
Praſtari debet Cautio ad favorem Vicini . quando excitatur ignis ad uſum proprium . fol.82.n.38.
Et præcipue ſi conſtrui velit Caminus in Muro Communi . *ibidem* poſt n.38.
Caminus tamen excavari debet citra Muri debilitatem . *ibidem* .
Non ſufficit tamen Cautio prædicta quando Ignis excitari velit ad Commodum aliorum . *ibidem* numer.39.
Idem procedit quoad Fabricam pulveris tormentarii . fol.82. n.40.
Limita principalem Concluſionem ſi agatur de reſtauratione Fornacis antiquitus exiſtentis ad coquendum Muſtum . *ibidem* poſt n.41.

IGNORANTIA .

In Eccleſiis ad effectum reſtitutionis in integrum adeſſe dicitur propter mutationem Prælatorum. fol.283. num.10.

IMMEMORABILIS .

Allegari poteſt vigore Immemorabilis Apoſtolicum Privilegium , & alius quilibet melior Titulus . fol.283. num.30.
Decreta Sacrarum Congregationum *non officiunt* Immemorabili , vel Quadragenariæ cum Titulo , fol. 315. n.28.
Æquiparatur Conceſſioni , & Privilegio . fol. 279. numer,15.
Mala Fides impedit Immemorabilem . fol.283.n.28.
Mutatio Status habetur ex Immemorabili . folio 231. num.25.
Præſumit meliorem Titulum de Mundo , & æquipollet expreſſo . fol.315. n.28. & fol.331. n.9.
Maximè concurrente fama ejus Inductiva. fol.331. num.10.
Probatur per Teſtes legitimæ longævæ ætatis deponentes de facto proprio , & quod ità audiverint à Majoribus , & quod iſti pariter ab aliis audierint . *ibid*. num.8.

IMMISSA .

De facto poſſunt dejici , ſecus verò projecta, & protendentia . fol.67.n.16.

IMMUNITAS . LOCALIS .

Olim erat uſque ad diſtantiam paſſuum quadraginta à Cathedralibus , triginta ab aliis Eccleſiis . fol. 44. num.17.
Et paſſus erant ab extremitate Cœmeterii commenſurandi . *ibidem* .
Poſtmodum ad Eccleſias tantum rurales prædictum privilegium coarctatum fuit . *ibidem* .
Quid ſervetur hodie in praxi. *ibidem* & fol.45.n.59. *& ſequen*.
Menſuratio ad prædictum effectum facienda aſt ab illa parte Eccleſiæ , qua facta eſt Captura . fol.45. num 56.
Via publica connumeratur intra prædictum Ambitum Immunitatis . *ibidem* n.57.
Amplia etiamſi Reus ibidem permanſerit tanquam Negotiator , non tanquam Reus in loco Confugii . *ibidem*. num. 58.

IMMUNITAS, REALIS .

Competit Eccleſiis adverſus Dominos Temporales. fol. 169.n.1.
Amplia tam directè , quam indirectè . *ibidem* numer.3.
Ea extenditur ad Colonos . *ibidem* num.4.

INCANTATIO . V. *Excantatio* .

INCENDIUM .

Antiqui Romani quomodo arcerent crebra , & frequentia Incendia . fol.78.n.4.
Arbores aliquando incenduntur mutua inter ſe colliſione . fol.79. n.14.
Inter *Caſus* fortuitos enumeratur incendium . fol. 78. n.5. & fol.81. n 23.
Conductor tenetur de Culpa levi . *ibidem* n.33.
Auctoritates adducuntur, quod Conductor teneatur de Culpa leviſſima , declarantur . *ibidem* poſt n.33.
Amplia , ut non teneatur de leviſſima , quam vis ædes incorruptas reſtituere promiſerit . fol.79.poſt num.11.
Et ad hoc ut teneatur ſimpliciter ex Incendio , debet intervenire pactum prohibitorium , ne in ædibus excitetur Ignis . *ibidem* poſt n.11.
Culpa V. infra *Incendium quoad Culpam* .
Demolitur Domus Vicini ad Incendium vitandum non tenetur actione Legis Aquiliæ . fol. 80. num. 18. & ſequen.
Limita , & Declara . *ibidem* n.20.
Definitio . Damnum Igne datum . fol.78. num.2.
Dicitur propria in prædiis Urbanis , & Suburbanis . *ibid*. num.3.
In prædiis Ruſticis appellatur Combuſtio . *ibid*.
Dividitur in fortuitum , & ex facto hominis . fol.81. n. 23. & poſt n.27.
Doctores agentes de Incendio latè recenſentur . fol.82. num.44.
Diverſimodè Incendii materiam pertractant tanquam ampliam . fol.81. n.22.
Extinctionem incendii Negligens eſt in culpa . *ibidem* num.35.
Fœnum retinens in Fœnili ex voluntate Domini de Incendio non eſt inculpandus , niſi probetur apertiſſima culpa . fol.78.poſt n.7.
Locator Domus dicitur in culpa Incendii , ſi Caminum altius non elevaverit , fol.79.poſt n.11.
ad *Reparationem* Domus dirutæ pro evitando ulteriori Incendio tenentur omnes Vicini , præſertim quando principalis Auctor Incendii non eſt Solvendo.fol. 80. poſt n.21. & fol.81. num.36.
Stipulas comburens abſque neceſſariis cautelis tenetur de Incendio . *ibidem* n.36.
Quæ Cautelæ ſint præmittendæ ſtipularum combuſtioni . fol.82. n.37.
Vicinus , à quo alii timent Incendium , obligari poteſt ad Cautionem fol.80. n.16.
Amplia , ut exercens fabricam pulveris tormentarii , ſulphuris , &c. poſſit etiam expelli . *ibidem* .

Tenetur Incendium amovere, vel arcere, etiam cum deſtructione propriæ Domus. *ibidem* poſt numer. 17.
Tenetur de faviſſima culpa. fol. 79. poſt n. 13.
Limita in eventualibus. *ibidem* n. 14.
Etiamſi Statutum Vicinos obliget. *ibidem*.

INCENDIUM, *quoad Culpam*.
Cauſa certæ, & determinatæ perſonæ probanda eſt nec ſufficit allegare Incendium fuiſſe ortum culpa inhabitantium. fol. 79. n. 10.
Communis præſumitur Culpa in communi Domo. Et quid de Hoſpite. *ibidem* poſt num. 12.
Ejus incendii ad Culpam excludendam plurimum eſt attendendus. fol. 78. n. 7.
Præparatoriam Culpam dans Incendio, tenetur etiam de caſu fortuito. fol. 81. num. 25.
Exemplifica in reponente Fœnum non bene exſiccatum, ex quo tractu temporis fortuito incendium excitetur. *ibid.* num. 26.
Et in coacervante Stercus Columbarum adhuc madidum. *ibid.* num. 27.
Præſumitur excitatum incendium culpa inhabitantium. *ibidem* num. 28.
Contra fol. 79. poſt num. 10.
Conciliantur Auctoritates, ut intelligantur de præſumptione leviſſimæ culpæ. *ibid.* num. 11. & fol. 81. num. 29.
Et idcirco ex hac præſumptione non oritur actio ad Damnum contra Conductorem *ibidem* n. 30.
Limita primò ſi culpa etiam leviſſima conſiſtat in committendo *ibidem* n. 31.
Limita ſecundò, quando conventum fuerit etiam de leviſſima culpa omittenda. *ibidem* num. 32.

V. *Ignis*.
INCOLA.
Incolarum oppidi appellatione venit etiam habitator agrorum. fol. 154. num. 151.

INFIRMUS.
V. *Febris*. V. *Abſens*.
INQVILINATVS. & INQVILINVS.
Inquilinus rigore Decreti Cameralis finita locatione expelli nequit, præterquam ſi Dominus vellit per ſe ipſum habitare ſaltem per annum fol. 168. n. 9.
Declara, ut hoc privilegium ſit perſonale conductoris, nec cedi poſſit. fol. 167. n. 5.
Limita primo, ſi poſſeſſio deferatur *ibidem* num. 7. & fol. 168. n. 14.
Et tunc Inquilinatus jura non tranſeunt ad hæredes. fol. 167. num. 8.
Limita ſecundo, quando adeſt expreſſa renunciatio. fol. 168. numer. 13. vel etiam tacita. *ibidem* num. 14.
Limita tertio, quando agitur de ſubinquilino, qui non fruitur hoc Privilegio. fol. 167. num. 4. & fol. 168. num. 10.
Intellige Limitationem, ut non competat contra Dominum, ſed contra Inquilinum Sublocantem *ibidem* num. 11.
Intellige ſecundo, ut competat etiam contra Dominum favore Subinquilini, quando Subinquilinus terminata Locatione pergit in habitatione domus, & Dominus ab eo penſiones recipit. *ibidem* n. 12.
Inquilinus quoad retractum.
V. *Retractus*.

INSIGNIA.
Dominum arguunt. fol. 383 num. 16.
Non præſumitur Dominus permiſiſſe, ut alter in re ſua inſignia præfigere. fol. 314. num 17.
Poſſunt propria auctoritate à Domino removeri. *ibidem* num. 15.
In Sacellis præfixa à Patronis præſumuntur. fol. 383. num. 16.

INSTITUTIO.
Auctorizabilis quoad Curam ſpectat ad Epiſcopum. fol. 229. num. 9.
V. *Vicarius*.
Declara, ut præſcribi poſſit etiam à Prælato Inferiori. fol. 160. num. 183.
Et ad ipſum pertinet, vel privilegiis Apoſtolicis. *ibidem* num. 184. vel ex reſolutionibus ſacrarum Congregationum. *ibidem* num. 185. vel ex obſervantia. fol. 161. num. 186.
Inſtituendum verbum largè ſummitur. fol. 240. numer. 18.
Unit Eccleſiam per viam incorporationis habet locum Inſtitutio. *ibidem* num. 22.

INSTRVMENTVM.
Facit probationem probatam. fol. 280. num. 1.
De illo judicari debet tanquam de caſu Legis. *ibidem* num. 2.
Obligat ad implementum. fol. 225. num. 4.

Referens continet omnia, quæ ſunt in Inſtrumento relatio. fol. 326. num. 10.

INSVLA.
Eſt habitatio faſtigiata à duobus lateribus ſluens, quæ ab utroque latere hinc inde inter habet fronte in faſtigium deſinenta. fol 32. poſt n. 8.
De Inſula V. fol. 34. n. 18.
Baleares Inſulæ ſubſunt Hiſpaniæ Regnis, fol. 200. num. 2. & 4.
Et Specialiter Inſula Majoricen. *ibidem* n. 1.
Comprehenduntur in Regno, cui Subſunt. *ibidem* numer. 8.
Sunt pars Provinciæ, cui adjacent. *ibidem* n. 5. & fol. 201. num. 18.
In *Sicilia* dicitur eſſe Inſula Melitenſis. *ibid.* n. 17.

INTERPRETATIO.
In *Favorabilibus* lata ex facienda fol. 203 n. 6.
Ex obſervantia deducitur. fol. 229. n. 11.
Statuæ, Urnæ, & ſimilia inventa in fundo Emphiteutico, pertinet ad Emphiteutam ad inſtar Theſauri, cum quo pariſicantur. fol. 336. n. 13.
Contrarium quando procedat. *ibidem*, & *per tot.*

IRNERIUS.
Quis fuerit & quo tempore vixerit. fol. 5. num. 7. & fol. 5. num. 14.

ITER.
Tutius quamvis longius eſt eligendum fol. 28. n. 105.

JUBILATIO.
Quid ſit, & quomodo ea fruantur Canonici, Doctores, Muſici, &c. fol. 131. poſt n. 25.
Tempus Jubilationis non perficitur per Coadjutorem. *ibidem*.

V. *Reſidentia*.
JUDICIUM.
In Judiciis quaſi contrahitur fol. 151. num. 134.

JUGERUM.
Quænam Menſura ſit, & quotum latitudinis, & longitudinis habeat. fol. 30. num. 125.

JURA ECCLESIÆ.
Ab Epiſcopo Anteceſſore neglecta poſſunt à ſucceſſore vindicari. fol. 305. n 10.
Ad præſcribenda Cathedralium Jura requiritur quadragenaria. *ibidem* num. 11.

JURISDICTIO.
Actus particulares Juriſdictionales præſcribi poſſunt à Prælato Inferiori. fol. 162. n. 192.
Et ad ipſum pertinent, vel Privilegiis Pontificiis, *ibid.* n. 184. & fol. 264. num. 13.
Vel ex reſolutionibus ſacrarum Congregationum. fol. 161. num 185.
Vel ex obſervantia. *ibidem* num. 86.
Conceſſa quandonam cenſeatur Juriſdictio quaſi Epiſcopalis. fol. 171. num 189.
In Dubio inclinandum eſt favore ejus, qui habet pro ſe plures actus Juriſdictionales. fol. 334. num. 38.
Jus conferendi eſt inter Juriſdictionalia. folio 207. numer. 55.
Laici nequeunt eximere Clericos à Juriſdictione Ordinarii. fol. 264. num. 14.
Præſumitur pertinere ad Juriſdictionem Epiſcopi quicquid eſt intra Limites Diœceſis. fol. 330. num. 1.
Et quicquid eſt extra dictos fines ab eadem Juriſdictione exemptum eſt. *ibidem*.
Probatur Juriſdictio quaſi Epiſcopalis per approbationem ad Confeſſionem. fol. 331. n. 13.
Item expeditione Monitorium ſua pœna Excommunicationis facultate fundandi Cappellanias, pœnarum inflictione, & proviſione Beneficiorum. fol. 331. num. 14.
Item ex aliis actibus, de quibus. *ibid.* num. 15.
Subſtantialis Eſſentia Dignitatis Epiſcopalis eſt Juriſdictio. fol. 148. num. 129.
Sine *Territorio* ullo poteſt ſtare Juriſdictio ſimplex, nec de uno ad alterum cadit illatio. fol. 160. num. 181.

JUS.
Certum, & clarum ſub involucro verborum adimi non ſolet. fol. 204. num. 40.
Congrui habet locum etiam in venditione facta a Domino utili. fol. 287. num. 2.
An idem procedat in feudalibus. *ibidem* num. 3.
V. *Conſuetudo*.
Gazagà tribuit Hæbreis de licentia Dominorum facultatem ædificandi in Domibus ad inhabitandum conductis. fol. 34. num. 19.
Nequit tamen immutari earundem aſpectus. *ibidem*.
Licentia Domini denegata ſuppletur à Judice. *ibid.*
Et ad prædictum effectum præſumitur ex acquieſcentia, & temporis diuturnitate. *ibid.* num. 20.

Nota

Naturale, & Gentium ligat etiam ſupremos Principes. fol.144.num.97.
Prohibendi Jus ſi allegetur probari debet titulus acquiſitionis vel privilegio, vel pacto, vel legitima præſcriptione. fol.299.n.2.

JUS PATRONATUS.

In extinctione quomodo præſumatur Patroni Conſenſus. fol.294. num.7.
Et extinguitur facta unione de conſenſo Patroni. fol.239. num.6. & 11.
Poteſt tamen etiam aliquando conſervari. fol.228. num. 7.
Extinctum recuperari nequit abſque Apoſtolico Privilegio. fol.240.num.10.
Levibus Probationibus verificatur, & quænam ſint. folio 228. num.6. V. *Uſurpatio*.

JUS QUESITUM. V. *Regula*.

JUVENES.

Juriſconſulti aliquando Senioribus præferuntur. fol.133. num. 13.

L

LAICUS.

A Clericis in Eccleſiis eſt ſeparandus. folio 40. num. 21.
Arcetur à Presbyteriis, & Septis Altarium. fol.45. num.62.
V. *Clerici*. V. *Immunitas*.

LAPIS TERMINALIS.

Eſt ſignum cujuſque Confinii demonſtrativum. fol. 12. num.13.
Eriguntur ad Diviſionem Territoriorum. fol.15. n.30.
Et ponuntur ità, ut ſe reſpiciant per lineam rectam. *ibidem* num.32.
Mos Ethnicorum jurandi ſuper lapides Terminales. *ibidem* num.30.
Sententia reviſione pendente finales lapides nihilominus ſunt ponendi. fol. 13. poſt num. 17. circa fin. §. At motis.
Turbatis, & motis lapidibus præſumitur id Vicinum perpetraſſe. *ibidem*.

LATRINA.

Ædificanda quomodo ſit prope Puteum Vicini. fol.112. num.5., & fol.115. num 31.
Expurgatio Cloacæ, & Latrinæ fetidæ non debet fieri diu, ſed noctu. fol.77. num.65.

LAUDUM.

Acceptatum, & Emologatum dicitur potiùs Tranſactio, quàm Laudum. fol.152.num.137.
Præſertim ſi eſt executioni demandatum. fol. 137. num. 4.
Super *Beneficii* qualitate facit ſtatum quoad omnes. folio 203. num.30.
Exceſſivum reducendum eſt ad arbitrium boni viri. fol. 227. num.5.
Extinguit Lites. fol.103. num.26.
Inutile, ac Eluſorium ne reddatur, ſequenda eſt Arbitri, & partium Intentio. fol 230.num 7.
Juſtum præſumitur donec contrarium evidenter probetur. fol.151. num.125.
Nec ſufficit quælibet Injuſtitia, ſed requiritur læſio enormiſſima. *ibidem* num.136.
Probat Poſſeſſionem alicujus rei. fol.191. num.29.
Proſpectus per Laudum impediri poteſt. fol.238. n.8.
Servitutem inducit ad inſtar pacti, ſeu ſententiæ. *ibid.* num.5.
Strictè eſt intelligendum, nec ad alia trahendum. *ibidem* num.6.

LEGATUM.

Relictum Eccleſiæ, & Fratribus alicujus Religionis, videtur ipſi Religioni relictum. fol.219. num.1.
Relictum reſpectu certi loci, an mutatis perſonis ibidem degentibus nihilominus debeatur. *ibidem* n.4.

LEGES IN GENERE.

Civiles famulari ſolent Papalibus. fol.290. num.4.
Interpretatio fieri debet ad imitationem prudentum. fol.5. num.8.
Obſervantiam antiquatæ Legis allegant incumbit onus probandi. fol. 248. num.24.
Priores derogantur à poſterioribus, & per illas determinantur. fol.272.num.9., & fol.295.num.8.
Ratio legis quandoque non expreſſa attenditur. fol.272. num.6.
Vires ſumit à Legiſlatore. fol.169. num.9.
Uſu non recepta non eſt attendenda. fol.248.nu.21.
Præſertim urgente in contrarium conſuetudine, *ibidem* num.23.
ob *Utilitatem* publicam benignè ſunt Leges interpretandæ. fol.291. n.6.

LEGES IN SPECIE.

Duodecim Tabularum illarumque Hiſtoria. fol.4. n.1., & 2., & ſeq.
Unde fuerint nuncupatæ Tabulæ. fol.5.n.11.
Earum fragmenta, apud quos auctores relata reperiantur. fol.4. num.4.
Materia, in qua fuerunt conſcriptæ. fol.5. n.12.
Collectio ipſarum à quibus Legatis Romanis facta fuerit. *ibidem* num.9.
Quanto tempore illarum obſervantia perduraverit. fol.5. num.10.
Lex finalis ff. fin. regund. diverſimodè legitur. fol.245. num. 6.
Eadem lex an in deſuetudinem abierit. fol. 247. num.20., & fol.148.num 21. V. in verb. *Diſtantia*.
Lex Solonis non fuit in totum tranſfuſa in Leges Decemvirales. fol.5. num.13.

LEUGA.

Leuca variis juxta varias regiones. fol. 38. num.7.

LIBER.

Plenè probat contra producentem. fol. 193.num.37.
Decimarum. V. *Æſtimum*.

LIBERTAS.

Libertati Bonorum aſſiſtit juris præſumptio. fol. 122. num.1., & fol.223. num.9.
Et contrarium allegans tenetur concludenter probare. *ibid.*n.10.

LIGNUM.

Lignorum appellatione veniunt Arbores Inciſæ, & ad incidendum deſtinatæ. fol.126.poſt num.34.

LIMITATIO.

Limitatio probari debet contra eum, qui habet regulam ſe. fol.173. num.7.

LIS.

non *Occaſio*, ſed Cauſa Litis ad conſuetudinem probandam ſpectari debet. fol.203. num.27.
Pendentiam Litis ad Beneficiorum Impetrationem narrare Pontifici, quando non oporteat. fol.259. num.13.
Præſcriptionem interrumpit. fol. 315. num.26.
Semel Sopitæ, non ſunt iterum inſtaurandæ. fol. 151. poſt num.134.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Juſtificatæ paratam habent executionem. fol.257.n.2.
Et ſufficit facti juſtificatio. fol.158. num.4.
Et de multiplici earundem juſtificationum. *ibidem* num.6.
Obreptitiæ ſunt, in quibus tenor præcedentis Gratiæ non exprimitur: Et quandonam hæc obreptio excludatur. *ibidem* n.7. per tot.
Plene probant factum alienum donec contrarium juſtificetur. *ibidem* num.5.
Unici ipſis ſtandum eſt in reſpicientibus ſubſtantiam Gratiæ. fol.157. num.171.

LITTERÆ EXECUTORIALES.

Executionem ſibi promerentur ſtante validitate, & juſtitia judicati. fol.338.num.1.

LOCATIO.

Bonificationi, ſeù Deſalco in Locatione quando num renunciatum eſſe cenſeatur. fol.268. num.6.
Inſtrumenta Locationum probant poſſeſſionem. fol. 188. num.4.
Libertas locandi aufertur per immemorabilem, qua inducitur, ut alicui certæ arti Apotheca locari debeat. fol.277. num.3.
Medietas ſummæ arguit non totam rem fuiſſe locatam. fol.255. num.17.
Intellige. *ibid.*
Succeſſor ſingularis, quandonam teneatur ſtare Locationi. fol.189. num.23.
Tenutam locans omnes ejus pertinentias comprehendis. fol.190. nu.23.

LOCUS.

Loci Appellatione quid veniat in fundis. fol.35. n.34.
Loci inſpectio plurimum refert ad probationem. fol. 180.num.6. & ſeq. V. *Acceſſus*.

LOCUSTÆ.

de *Excantationibus* Locuſtarum remiſſivè. fol.87. n.36.
Excommunicare Locuſtas non debet Eccleſia. *ibidem* n.37.
Poteſt tamen eas maledicere adjurationibus, & exorciſmis. *ibid.* num.38.
De formula hujuſmodi Exorciſmorum remiſſivè. *ibidem* num.39.
Ad Expenſas pro exorciſmis faciendis tenentur etiam Eccleſiaſtici. *ibid.* num.40.
Maledicere an liceat Locuſtis. fol.86. poſt nu.16.
Recenſentur Locuſtæ inter Animalia noxia, & portendunt calamitates. fol.87. num.32.
Ethnicis an fuerit prohibita Maledictio, vel Excantatio Locuſtarum. *ibid.* n.33.
Vicini cogi poſſunt ad expurganda prædia à ſimilibus noxiis animalibus. fol.88. num.44.
Cogendi ſunt etiam Eccleſiaſtici à ſuo Superiore. *ibidem* num.45.

Digitized by Google

Non obligantur tamen Statuto, vel Edicto Laicali. *ibidem*.

M

MACERIA.

Quid ſit, & quotuplex. fol.10.nu.2.
Fundo vendito removeri nequit per Venditorem, & cedit ſolo. fol.11.n.3.

MACHINA.

Machinæ ligneæ ſuper quibus Statuæ collocantur, & humeris portantur, antiquitus Pegmata vocabantur. fol. 66. num 13. in fin.
Erigi poſſunt in ſolo vicini ad ſuam Domum reficiendam. fol.67.num.18.
An plia etiam non petita licentia Domini in Civitatibus, & præſertim in Urbe. *ibidem* num. 19.
Eadem licentia ex urbanitate peti debet. *ibidem* num. 20.

MALA FIDES.

Continuatur etiam mortuis primis Contrahentibus dum jura in eorum Archivio conſervantur. fol.286. num 16.
Obeſt Cameræ viventibus illis, qui pro ea contraxerunt, & impedit præſcriptionem in futurum. fol. 285. num.15.
V. *Nullitas*.

MANDATUM.

Mandati fines non exceduntur, quando agitur juxta præſumptam voluntatem. fol.281 num.13.
Quandonam Mandatum virtualiter extendatur. *ibidem* num. 14.
Cameræ Clerici Mandati Pontificii fines excedere non præſumuntur. fol.282. num.17. V. *Objectiones*.

MANSUM.

Manſi quidditas, & natura explicatur. fol.30.nu.139.

MANUTENTIO.

In *Aquæ hauſtu* ad Manutentionem requiritur poſſeſſio 30. dierum. fol 115. num.42.
Secus in Aquæ ductu, ubi ſufficit unicus actus. *ibidem*.
In *Aqua ducta* an, & quomodo concedatur Manutentio. fol.114. num.19.
Articuli proprietatem concernentes non ſunt impertinentes in Cauſa Manutentionis. fol.192. num.31.
Eccleſiæ in re nulliter alienata competit Manutentio. fol.173. num.9.
Factum materiale unicè attenditur, non verò jus, aut titulus in Judicio Manutentionis. fol.329. num.3.
Non debetur ei, qui de tempore motæ Litis non poſſidebat. fol.254. num.9.
Pendentia Litis ſuper Bonum jus non impedit Manutentionem quoties eſt turbidum. fol.329.num.2.
Poſſeſſio ad Manutentionem, ſeu reintegrationem requiritur. fol.210. num.2.
Titulum habens juſtiorem, & antiquiorem, & magis continuatum præfertur in Manutentione; Et quomodo intelligatur. fol.189. num.11.
Turbiditas etiamſi adſit in bono Jure, Manutentio conceditur poſſidenti. fol.110. num.56.
Verba Manutenere, & Conſervare denotant Manutentionem in eodem Statu. fol.297.num.7.

MAPPA. V. *Planta*.

MARMORA.

Oxonenſia unde dicta, & quæ ſint. fol.8.num.15.

MEDICUS.

Atteſtans de Febri, aut alio Morbo probat. fol. 218. n.3. & 10.

MELIORAMENTA.

Non ſunt Plantationes Olivarum, nec eas gravatus repetit contra Fideicommiſſarium. fol.120 num.40.
In *Refectione* Melioramentorum fit æſtimatio habito reſpectu ad Expenſas non ad Incrementum à ſolo proveniens. fol.126. num.37.

MENSURA, & MENSURATIO.

In *Apothecis* Barbitonſorum quomodo ſit facienda. folio 64. num.62.
Lardariorum, Salſamentariorum, & ſimilium deſumenda eſt à raſtris, ſeu Scamnis. fol. 48. num.14.
Auctor Menſurarum quinam fuit. fol.27.num.99.
Citata Parte fieri debet, alioquin non valet. fol. 28. num.13. in fin.
Amplia, ut ne quidem credatur Agrimenſori atteſtanti Menſorationem feciſſe Parte citata, niſi hoc aliunde probetur. *ibidem*.
Conſuetudo præcipuè attenditur in Menſuratione. folio 28. num. 101.
pro *Conventibus* habentibus Privilegium 140. Cannarum fieri debet Menſuratio per aerem. fol.39. num 10.
Declara, ut in Conventibus Mendicantium habentibus Privilegium quatuor Milliarium fieri non debeat per aerem, nec recta linea, ſed per vias frequentatas. fol.42 num.34.
Et debet incipere Menſuratio non à Conventu, ſed ab Oppido, in quo Conventus exiſtunt. *ibidem* num. 33.
Et Milliaria prædicta debent ubique intelligi more Romano. *ibid.* num.35.
Definitio Menſura, ut ſit id quo rei quantitas dignoſci poteſt. fol.27. num.98.
Denegatur Menſuratio, quando conſtat de diſtantia ex vulgi opinione. fol.28.num.110.
ad *Diſtantiam* Arboris dignoſcendam incipere debet à medietate Trunci. fol.175.num.10.
Et generaliter pro dicta Diſtantia ſumenda eſt Menſuratio à Muro, & continentibus Ædificiis. fol. 272. num. 3.
Declara, ut ſi adſint Suburbia ab ipſis incipere debeat Menſuratio, fol.157. num.168.
Facienda eſt per vias conſuetas ad effectum itineris. folio 28. num.102.
Et in dubio per planiciem. *ibidem* num.103.
Amplia licet per Montes citiùs perveniri poſſet. *ibidem* num.104.
Nec fieri debet per aerem, ſed per vias ſolitas in caſu Statuti arcentis perſonas ab Officio intra certam Diſtantiam. *ibidem* num 106.
Eodemque modo, quando agitur de Bannito uſque ad certam Diſtantiam. *ibidem* num 107.
In caſu prohibendæ conſtructionis Molendini fit per tortuoſa litora Fluminis. *ibidem* num.108.
At quando agitur de vocibus exaudiendis fit ducta recta linea per aerem. *ibidem* num.109.
Identitas probatur ex correſpondentia menſuræ. fol.17. poſt num 73.
Ejuſque diverſificatio Identitatem excludit. *ibid.* V. *Identitas*.
Originem trahunt ab ipſa natura Menſura, & Fondus à fol.28. num.100.
Quantitatem prædii probat. fol. 235. num 26.
Species diverſæ Menſurarum, earumque peculiaria nomina, & Explanatio. fol. 28. num. 111. & plurib. ſeqq.
Palmi, Pedis, Cubiti, Cannæ, Jugeri, Milliarii, Stadii, Ertucæ, Dietæ, Sthiſmi, Manſi, & ſimilium, aliarumque Menſurarum. V. in ſuis locis particularibus.

MERETRICES.

Appellatione Meretricum, quænam veniant. fol.77.n.69. & fol.92. num.14. & poſt num 15. in fin.
Non veniunt, quæ habent unum, vel duos Amaſios, & ideircò in Bannimentis loquentibus de Meretricibus non comprenduntur. *ibidem* poſt nu. 14. & ſeqq.
Diſtare debent ab honeſtis locis, & reginnibus. fol. 73. num.18. ubi late.
Expelli poſſunt à Vicino. fol.77.num.67.
Amplia etiamſi habitent in propriis domibus, vel in Domibus Eccleſiaſticorum. *ibidem* num.71.
Limita quando ſunt nuptæ, niſi Maritum habeant lenonem, aut alias Infamem. *ibidem* num.68.
Expulſa Meretrice ante finitum tempus Locationis, quiſnam teneatur ſubire damna Penſionum. *ibidem* num.72.
Larvarum uſus, & facultas interveniendi ſaltationibus, & choreis prohibetur Meretricibus. *ibidem* numer.70.
Lectica, & ſellæ antiquitus Meretricibus prohibebantur. fol.92. poſt num 13
Rhedarum uſus etiam hodie Meretricibus interdictum. *ibidem*.
Intellige, ut Vehiculum, vulgò *Caleſſe* eiſdem non prohibeatur. fol.93. num.16.
Succeſſio earumdem defertur Monaſterio Convertitarum. fol.92. poſt num.15. circa med.
Plura de Meretricibus remiſſive. fol.93. poſt nu.16.

MILES.

Milites à Domino etiam invito gratis debent hoſpitari. fol.253. num.17.

MILLIARE.

Milliarium Explicatio. fol.30. num.127.
Commune, & vulgare eſt attendendum. *ibidem* numer 128.
Diverſæ Menſuræ plura Milliaria continentes. *ibidem* num.131. & ſeq.
V. *Dieta*. *Lapis*. *Leuca*. *Terminus*.

MINISTER. V. *Pedes*.

MOENIA.

Appellatione Mœnium non veniunt propriè Muri Urbis, ſed Inſulæ Domorum. fol.24. num.29., & fol. 35. num.166.
V. *Murus*.

MOENIANA.

Conſuetudo ſervanda eſt in conſtruendis Mœnianis. folio 66. num.7.
Definitio, Deſcriptio, & eorumdem ſinonyma. fol.65. num.1., & 3.

Diffe-

Digitized by Google

Differentiæ eorumdem à Subgrundiis, & immiſſis. *ibid.* num.4., & 5.
Inventa fuerunt à Cajo Mœnio. *ibidem* num.2.
Peritorum Judicio in ipſis conſtruendis ſtandum eſt. folio 66. num.8.
Permittuntur in proprio ſolo, ſi abſit æmulatio. fol.65. num.6.
Et qui permittit facere Mœnianum, ſeù Lodiolam coopertam ad tranſeundum, vulgò *Paſſetto*, cenſetur etiam in conſequentiam permittere Tignorum immiſſionem; & Muri Elevationem. fol.67. num.17.
Toleranda catenùs ſunt, quatenus Vicino detrimentum non afferant. fol.66. num.8.
Vicino ſciente, & non contradicente ſi fuerint extructa, dirui non debent, licet excedant limites proprii Muri. *ibidem* num.9.

MOLENDINUM.

Antiquum Molendinum jam dirutum reficiens non controvenit pacto de non conſtruendo novum Molendinum. fol.296. num.2.
Deterioratio quotidiè, fit in Molendinis fluvialibus. folio 166. num.15.
Liberum eſt unicuique molere, ubi vult. *ibid.* nu.10.
Hujuſmodi libertatis reſtrictio ſpectat ſolum ad ſupremum Principem. *ibidem* num.11.
Declara in ſolis bonis ad Principatum ſpectantibus non in illis privati Patrimonii. *ibidem* num.12.
Nova Conſtructio quandonam dicatur, an potius antiqui reaptatio. *ibidem* num.17.
Poſſeſſio Molendini probatur ex depoſitione Teſtium de viſu, acceſſus ad Molendinum. fol.165. num.1.
Statutum Bononiæ circa Molendina. fol. 166. num. 16.
V. *Baronus*.

MONASTERIUM.

Diſtantia certa præfinitur à Sacris Canonibus in ædificatione Monaſteriorum. fol.278.num.11.
Præcipuè niſi accedat aliorum Propinquorum aſſenſus. fol.341. num.18.
Quod etiam procedit in vim particularium Privilegiorum ſingulorum Ordinum ad evitandam æmulationem. *ibidem* num.19.
Translatio Monaſteriorum fieri ſolet ad meliorem locum, quando ſita erant in loco incongruo. fol. 210. num. 3.
Virorum Monaſteria diſtare debent à Monialibus, ne Homines male loquantur. fol.39. num.8.
Et talis Diſtantia deberet eſſe dimidii Milliarii. *ibid.* num.9. V. *Conventus*. V. *Eccleſia*.

MONIALIS.

Acceſſus ad ſepta Monialium prohibetur, & quomodo. fol 15. num.26. in fin.
Non tamen adeſt in hoc pœna violatæ Clauſuræ. *ibidem*.
V. *Clauſura*.
Voluntate propria debent veſtem induere. fol. 14. numer.22.

MONUMENTUM.

Monumenta Romanorum alia erant lapidea, alia Teſtacea, alia Marmorea. fol.102. num.14.
Quænam verba inſcriberentur in dictis Monumentis. *ibid.* V. *Sepulchrum*.

MORA.

Purgari nequit, quando adeſt pactum reſolutivum. fol.280. num.4.

MULIER.

Ingreſſus in Sacram Cappellam, quæ vocatur Sancta Sanctorum Mulieribus interdicitur. fol.40. num.10.
Aliæ in Urbe adſunt Capellæ, Sacræ Columnæ, Sanctæ Eleonæ, in quas Mulieres paucis vicibus ingredi poſſunt. *ibidem*.
Inhoneſta non dicitur, quæ habet unum, vel duos Amaſios. fol.92.poſt num.14. & ſeq. V. *Meretrix*.
Luxus Mulieribus interdicitur. *ibidem* poſt nu.13. verſ. excipitur.

MURES.

Veniunt ſub Cathegoria Locuſtarum. fol.87. num.42.
V. *Locuſta*.
Præmia propoſita à Tribunali Agriculturæ pro extirpandis Muribus. *ibidem* num.43.

MURUS, & GENERALIA EJUS.

Appodiatio invito vicino de jure fieri nequit. fol. 273. num.5.
In *Confinio* Vineæ, & Oliveti poſitus præſumitur totus Vinearum. fol.21. num.13.
Diſtare debet à Muro vicino uno pede. fol.20. num.8.
Tàm in prædiis ruſticis, quàm in urbanis. fol.22. num. 21.
In *Diviſione* ſi non fiat mentio Parietis intermedii, cuinam cedere debeat. fol.21.num.11.
Dominium Muri probatur Inſcriptione. fol.20.num.8.
Eoque probato reliqua ſigna in contrarium adducta præſumuntur facta, vel injuſte, vel pacto, vel jure ſervitutis. fol 21. num.10.
Et prævalet ejus favor, qui habet urgentiora, & plura ſigna. fol.21.num.7. & fol.24.num.43.
V. infra. *in verb. Murus quoad Communionem, vel Proprietatem*.
Elevatio libera eſt, præciſivè à ſervitute. fol. 198. numer. 1.

MURUS CIVITATIS.

Murus dicitur præcipuè de Muro Civitatis. fol.20.nu.1.
Sed accipitur etiam pro Muro Privatorum. *ibidem*.
Murus Privatorum dicitur Paries. fol.24. num 30.
Diverſæ parietum ſpecies. *ibidem* ex nu. 30. uſque ad num.35.
Ædificare circa Muros Civitatis nemo poteſt, nec alia facere in eorum præjudicium. fol.20. n.4. §. *Quo loco*.
Cura Murorum incumbit Magiſtratui, & in caſu neceſſitatis etiam Clericis. *ibidem in princip.*
Dominium ipſorum ad quem ſpectet. *ibidem*.
Expenſas quis facere debeat in earum refectione. *ibidem*.
Lapideos primus fecit Tarquinius Priſcus cum antea lignei fuiſſent. *ibidem*.
Latitudo, ſivè craſſities Murorum Civitatis quanta eſſe debeat. *ibidem* § *Quo loco*.
Quanta fuerit antiquitùs etiam in Muris privatis. *ibidem*.
Sancti dicuntur, ideſt Inviolabiles. *ibidem*.
Tranſcendere, perforare, vel aliter lædere Muros Civitatis prohibetur, & ſub quibus pœnis. *ibidem*.

MURUS.
quoad Communionem.

Ædificari quid, & quomodò poſſit in Muro Communi. fol.21.num.16. & ſeq.
Dicitur Communis pro indiviſo is, qui utramque Domum, vel Prædium intermediat. fol.21.num.6.
Declara, ut in fol.27. num.94. & ſeq.
Faciendum nihil eſt invito altero, in Muro Communi pro indiviſo. fol.21. poſt num.14.
Caminus, vel Tubuli, per quos Aqueducatur fieri nequeunt in dicto Muro. *ibidem* poſt num.14.
Nec Feneſtræ. fol.22. num.15.
Contrarium *ibidem*.
Declara, quando proſpectus non officit vicino. *ibidem* num.16.
Incruſtatio, & Pictura non prohibetur. fol. 21. num. 15.
Sterquilinium tamèn pro colluvio coquario, vulgo *Sciacquatore* prohibetur. fol.27. num.14.
Et generaliter. V. fol.24. num.96.
Non præſumitur Communio Parietis. fol.18. num.36.
Declara, Concluſionem procedere, quando unus tantum eſt in poſſeſſione. *ibidem* num.37.
Secus quando neuter eſt in dicta poſſeſſione. *ibidem* num. 38.
Præſumitur Communio, ſi vel uterque, vel neuter habeat ſigna Proprietatis. *ibidem* num. 39. & 40.
Et quando agitur de Muro Domum intermediante. *ibidem* num.41.
Signa conſueta denotant Muri Communionem, vel Proprietatem. fol.21. num.7.
Quænam ſint hæc ſigna. *ibidem* num.8. & ſequen.
V. Infra *Murus quoad ſigna, &c.*
Prævalet ejus favor, qui habet pro ſe plura, & urgentiora ſigna. fol.21. num.7. & fol.24. num 43.

MURUS *quoad Communionem, vel Proprietatis Probationem*.

Acceſſus probat Communionem, vel Proprietatem. folio 24. num.44.
Impenſa facta in Conſtructione, & Inſtauratione. fol.25. num. 53.
Declara primo, ut conſtito aliunde de Dominio favore alterius, Impenſa præſumatur facta jure ſimplicis Servitutis. *ibidem* num.54.
Declara ſecundo, ut præſumatur facta ab eo, qui ex illa recepit utilitatem. *ibidem* num.56.
Inſtrumenta, Libri Camerales, Facta, & ſimilia probant. *ibidem* num.50. uſque ad num.57.
Peritorum Concordium relationes, fol 24. num.46.
In eorum Diſcordia quid agendum. *ibidem* n.49.
Planta Judicialis. *ibidem* num.45.
Res Judicata. fol.25. num.52.

MURUS.
quoad ſigna Communionis, vel Proprietatis.

Adjecta Muro in id valde conferunt, ut ſunt Anguli [illegible] Dentes, Lampades, Mots, Pali, Pergolæ, & ſimilia, quæ indicant Muri qualitatem. fol. 27. num.87. uſque ad num.91.
Congruitas indicat Muri qualitatem, ut Stillicidium recubitus Tecti, Suſtentatio oneris. fol.26. nu. 67. & ſeq.
Et præſumitur Paries ejuſdem naturæ, cujus eſt alter Murus adhærens. *ibidem* num.75.
Ornamenta etiam in id conferunt, ut ſunt Inſcriptiones, Incruſtationes, Dealbationes, Stemmata, & ſimilia. fol.25. num.64.
Pars antiquior Parietis qualis eſt, talis etiam præſumitur eſſe recentior. *ibidem* num 61.
Item partes extremæ indicant naturam illius medii, *ibidem* num.63.
Penetrationes, ut ſunt Latrinæ, Feneſtræ, & Feneſtrellæ. Tigna, aliaque an, & quomodo indicent Muri natu-

Digitized by Google

turam. fol. 26. num. 79. uſque ad num. 85.
Soli Communio, vel Proprietas indicat Muri qualitatem. fol.25. num.59.
Item ſi in ſolo proprio ducatur rectilineum. *ibidem* num. 6.

MUSICA.

Eccleſiæ antiquior prohibere poteſt Eccleſiæ recentèr conſtruendæ, ne fiant Muſicæ nimium ſtrepitoſæ. fol.75. num.37.
V. *Strepitus*.
Puellæ exercentes artem Muſicam non ſunt habendæ inter Inhoneſtas, fol.92.num.15. & fol.95.num.62.
V. *Conventus*.
De Laudibus Muſices. *ibidem* poſt n. 15. & *ibidem* nu.63.

N

NARRATIVA.

SEu Petitio quandonam non attendatur. fol. 239. num.6.
Literarum Apoſtolicarum ex lapſo Longi temporis vera præſumitur. *ibidem* num.8.

NECESSITAS.

Commoditas major non ſupplet caſum neceſſitatis. fol. 245. num.6.
Plus petens, quam neceſſe ſit, non videtur petere propter ſolam neceſſitatem. fol.44. n.101.

NEGATIVA.

Coarctata concludenter probari debet. fol.178. n.7.

NEPESINA CIVITAS.

Eſt in Diſtrictu. fol.141. poſt num.84.

NOMEN.

Subjectæ materiæ natura plus operatur, quam proprii nominis expreſſio. fol.241. num.7.

NOMINATIO.

Nominationes ad Concordiam ſe referente, qualitates ejuſdem recipiunt. fol.240. num.12.
Nominationes quandoque prærogativam tantum, non verò jus coactivum tribuunt. *ibidem* n.13.

NOVITAS.

Novitates ſunt cauſa ſcandalorum, & vitari debent. fol.147.n.121. & fol.163. num.194.

NULLITAS.

Stante Nullitate Alienationis rerum Eccleſiaſticarum fructus regulariter reſtituendi ſunt, à die celebrati Contractus. fol.174.n.18.
Limita, quando Poſſident non verſatur in poſitiva mala fide, & tunc fructus reſtituendi ſunt a die motæ Litis. *ibidem* num.19.

NUNCIUS.

Apoſtolicus cum Papæ Confirmatione ſupplet in jurepatronatus Ordinarii Conſenſum. fol.240. n.9.

NUNCIATIO NOVI OPERIS.

Non habet locum in reſtaurationæ veteris Ædificii, neque in reparatione Molendini jam diruti. fol.304. num.3.
V. *Ædificare*. V. *Molendinum*.

NUNDINÆ.

Diſtantia in habendis Nundinis ſervanda eſt. fol.247. num.9.
Et de Cauthelia ſervandis in permiſſione Nundinarum. *ibidem*.
Nequeunt permitti eadem die in diverſis locis intra decem Milliaria. fol. 50. num.30.

O

OBJECTIO.

DEfectus à non habente Mandatum Procuratoris objecti. fol. 258. n.30.
Falſam Objectionem contraria Probatio demonſtrat. fol.272. num.10.

OBLIGATIO.

Perſonalis Succeſſores ſingulares non afficit. fol. 199. num.7.
Reſoluta in Contractibus cauſa Obligationis reſolvitur ipſa Obligatio, ſive Promiſſio. fol.184.n.1.

OBSERVANTIA.

Antiquiſſima declarat naturam, & Efficaciam pactorum fol.305. num.8.
Attenditur ſolum in caſu individuo. fol.242.n.6.
Apoſtolicam Beneplacitum facit præſumere. fol. 282. numer.18.
Declarat antecedentia. fol.220. n.14.
Deſtruitur ex unico actu in Contrarium. fol. 243. numer. 10.
in *Excavationibus*, ſeu Effoſſionibus eſt attendenda.fol. 198. n.12.
Interpres eſt optima ſtatuti, & Conſtitutionis. fol 296. numer. 7.
Interpretatio removet omnem difficultatem. fol. 159. n.174. & fol.161. n.192.
in *Juriſdictionalibus*, ex quibus comprobata remaneat. fol.162.n.193.
Locum habet etiamſi verba detorquenda eſſent contra jus. *ibidem* num. 192.

ODOR.

Pravor à frigiditate reſtringitur, & à calore relaxatur. fol.107. poſt num.25.

OLEA, VEL OLIVA.

Athenis primum edita. fol.117.n.6.
Minerva inventum, eidemque Sacrum. folio 118. numer. 9.
Nuclei Olivarum ſunt in fructu. fol.120.n.36.
Et Baroni, cui debentur Oleæ, debetur etiam Macinatio Nucleorum. *ibidem* num.37.
Oleæ, vel Oliva promiſcuitas, & varietas. fol. 117. n.7. & fol.120.n.32.
Plantari debet novem pedes ab alieno fundo. *ibidem* n. 34. & fol.118. poſt n.11.
Publica dicitur Moria, & privata dicitur Elea. fol.120. numer.33.
Punicam amat, & Quercus eſt inimica. fol. 118. poſt numer.10.
in *Veneratione* fuit apud Priſcos. *ibidem* poſt num. 14. & ſequen.
in *Via exiſtentes* ſpectant ad habentem Fundum vicinum, qui fructus recollegit. fol.147. n. 39.

OLEUM SANCTUM.

Confectio Olei Sancti Ordinis, eſt non Juriſdictionis. fol.333. n. 28.
Petitur plerumque ab Eccleſia viciniori, & ipſius petitio non arguit ſubjectionem, in eo, qui petit. *ibidem* n.29.
Imo ſi quando intermittatur, præbet argumentum libertatis. *ibidem* num.30.

OPPIDUM.

Appellatione Oppidi veniunt Suburbia in Conceſſione facta ad Lites evitandas. fol.252.n.139.
Item quando fit Conceſſio per ſupremum Principem. fol.152. n.140.
Item quando agitur de formalitate Oppidi. fol. 152. numer.142.
Secus quando agitur de ſimplici materialitate ipſius *ibidem* num.141.
Item veniunt Suburbia, quando adjectum eſt nomen proprium. fol.153. n.145.
Amplia etiam in materia odioſa. *ibidem* n. 146.
Appellatione Oppidanorum veniunt non ſolum Suburbani, ſed etiam Comitatenſes. fol.158.n.172.
Aſſignato Oppido pro Civitate, & Diœceſi, Oppidum ipſum dumtaxat inſervit pro Civitate, Suburbia verò pro Diœceſi. fol.160. num.180.
Dicitur ab ope, & mutuo auxilio, quod Cives, & Suburbani poſſunt ſibi ad invicem ferre. fol. 157. numer. 146.

ORDINARIUS.

Exercere poteſt Juriſdictionem in Eccleſias, & Subditos ſuæ Diœceſis. fol.262. num.1.
Non tamen extra ſuos fines. fol.274. num.4.& fol. 275. num.9.
Laici à Juriſdictione Ordinarii eximere non valent. fol. 264. num.14.
Scientia ipſius requiritur ad præſcribendam contra ipſum Juriſdictionem. *ibidem* num.17.

ORDO.

Per Ordinis acceptationem præſumuntur omnia in eo contenta approbari. fol. 313. num.12.

ORNAMENTUM.

Factum in alieno pariete in meam utilitatem factum præſumitur meis expenſis, & non niſi jure ſervitutis. fol.322. num.18.

ORNATUS. V. *Revelatus*.

P

PACTUM.

Derogat Legum Sanctionibus,& Jurium efficaciæ. fol.304. numer.4.
Maximè quando cadunt ſub Re privati Dominii. fol.325.n.3.
Præcipue in Emphyteuſi, quæ à Pactis regulatur. *ibidem*.
Determinat pari modo omnes Inſtrumenti partes, quan-
de

do eaſdem plures partes reſpicit . fol.337. n.21.
Intelligi , & regulari debent Pacta juxta mentem Contrahentium fol.284.num.3.
Legem dant omnibus Contractibus , quæ violari non debet . fol.335. num.5.
Præſertim in Contractibus Emphiteuticis , qui formam à Pactis recipiunt . *ibidem* num.6.
Negativa magis protenduntur , quàm affirmativa . folio 305.num 6.
Reſolutivi Pacti natura , quæ ſit . fol.282. num.20.
Ea eſt , ut omnia in priſtinum reducantur . fol.285. num. 7.
Implementum probare debet fundans ſe in Inſtrumento cum Pacto reſolutivo . fol.480. num.5
Interpretatio contra Pactum reſolutivum eſt capienda . fol.284. num.5.
Moræ Purgatio ſtante Pacto reſolutivo non admittitur . fol.280 num.4.
Reſcinditur Contractus ſtante Pacto reſolutivo , ſi ratificatio non intercedit . *ibidem* num.3.
Reſtringi non debent Pacta adjecta per modum abſolutæ diſpoſitionis in Capitulo ſeparato Inſtrumenti , nec limitantur à præcedenti Capitulo ejuſdem Inſtrumenti . fol.337. num.17.
Maxime ſtante dictione *Item* denotante ſeparationem unius ab altero . *ibidem* num 18
Item Pacta indefinitè concepta in Oratione ſeparata reſtringi non debent ab alio Pacto ad tempus limitato . fol.326. num.6.
Servanda ſunt de jure Divino , Gentium , & Civili . folio 315. num.1.
Præcipue , quæ pendent à Contrahentium Voluntate , nec ſunt contra Leges , aut bonos mores . folio 335 num.2
Et dicitur eſſe vox Dei . fol.325. num 4.
Nam Deus ipſe profitetur ſe Cuſtodem Pactorum . fol. 326. num 3.
Ideoque ne quidem à ſupremo Pontifice irritantur , præterquam ex publica utilitate , & cum refectione damni . *ibid.* num 7.
Servanda non ſunt ea , quæ deſtruunt vim Tranſactionis , & Pactorum . fol.205.num 7.
Stricte interpetranda ſunt , ut tantum diſponant , quantum ſonent , nec ad alium caſum ſit referenda . fol.327. num.17.

PALCUM .

Palcorum Conſtructio ſit de licentia Magiſtratuum viarum cum certis determinatis Conditionibus . fol. 66, num.14.

PALMIPES .

Conſtat ex Palmo , & Pede . fol. 29. num. 116.

PALMUS .

Conſtat ex quatuor Digitis . fol.28. num.113.

PANDECTÆ .

Potiùs vocandæ ſunt Neapolitanæ , quàm Florentinæ. fol.6. num.7.
Contrarium verius . fol.8. num.15. & fol.9.num.19.
In ipſis extant aliqui errores . fol.7. num.8. & folio 2.8. num.18.
Magna tamen eſt illarum auctoritas , & præferuntur cæteris . fol.7.num.9.
Et de ratione . fol.8. poſt num.16.
Pandectarum etiam vulgaris lectura commendatur . fol.7. num.10.
Lectio Textus in L. fin. regund. juxta vulgarem Editionem . *ibidem* .
Varia Lectio ejuſdem Textus . juxta Pandectas Florentinas . fol.8. num.18.
Leges Græcas Pandectarum quiſnam Latinas fecerit. fol.9. num.21.
Textus in dicta L. finali eſt tantummodo Græcus in Pandectis Florentinis fol.9.num.22
Græca Scriptio in Pandectis Florentinis prima facie non diſtinguitur à latina . *ibidem* num.23.

PAPA .

Alienationem rerum Eccleſiaſticarum modici valoris denegare non ſolet . fol.197.num.10.
In Alienationibus prædictis confirmandis procedit, ut Paſtor Univerſalis . fol.172.num.3.
per *Clauſulam* , quorum tenores &c. Statutis &c. derogare poteſt . fol.152. num.8.
Conſuetudini derogaſſe non præſumitur eo ipſo , quod voluit Conceſſionem ſuam eidem Conſuetudini confirmare . fol.264. num.49.
Dioceſes dividere , & aſſignare poteſt . folio 264. numer. 11.
Eccleſiæ unius jura poteſt etiam ſine cauſa ad aliam transferre . *ibidem* num.14.
Sed hoc facere non ſolet . *ibidem* .
Exemptionem alicui concedere ſpectat ad Pontificem. fol. 274. num.3.
Fundatorum voluntatis rationem habere ſolet , quamvis ſit Dominus Bonorum Eccleſiaſticorum . fol. 216. num.13,

PARIES .

Communis in dubio præſumitur : Et quando id procedat . fol.321. num.5.& 6.
Limita , quando adſunt ſigna in contrarium . *ibid.* num. 7.
Communio prædicta quando excludatur . fol.320. num. 3. & 4.
Nihil innovari poteſt altero invito in Pariete Communi *ibidem* num.1.
V. *Murus* .

PAROCHIA , PAROCHIALIS , PAAOCHIALITAS , & PAROCHUS .

Parochiæ nomen Græca Ethymologia ſignificat Incolarum Collectionem . fol.154.num.151.
Parochialitas nihil aliud eſt , quam Cura Animarum . fol.239. num.2.
Diſtantes nimium quando ſunt fines Parochiæ locus eſt Erectioni novæ Parochialis . fol.28. num.4.
Declara , ut novæ Erectio Eccleſiis jam conſtructis præjudicium afferre non debeat . *ibidem* poſt num.4.
V. *Decimæ* .

PARTICIPATIO . V. *Conſortium* .

PASSUS .

Continet quinque Pedes fol 29. num 120.
Græcus Paſſus , & Pes longior eſt , quam Romanus . *ibidem* num.121

PATER .

Appellatione Patris , Mater non includitur . fol. 276. num.3.
Limita in plurali numero Parentum , vel Genitorum *ibidem* .
Curare debet , ut Filius inſtituatur in Artibus Liberalibus . fol.6. ante num.2. & fol.8 n.12.
Intellige non de ſola Grammatica , ſed de omnibus, præſertim de illa , cui filius eſt aptior . fol.6. n.2. & fol.8. num.13.
Et poteſt compelli officio Judicis ſubminiſtrare expenſas . d. fol.6. num.2.
Amplia etiam ſi filius invito Patre ad Scholas iviſſet . *ibidem* . V. *Alimenta* .

PAUPERES .

Mendicantes ſtipem in Eccleſiis petere , etiam antiquiùs prohibebantur . fol.40. ante num.20.

PEGMATA . V. *Machinæ* .

PENNE .

Caſtrum dubitatur an ſit in Diſtricto . fol.141. num.85.

PERITIA, & PERITUS .

Appellare licet à relatione defectuoſa , & Appellatio illam ſuſpendit . fol.327. num 2.
Architectus etiam unicus plenè probat concurrentibus adminiculis . fol.171.num 3.& 5. V. *Valor* .
in *Diſcordia* Peritior eſt eligendus , & Peritioris relatio ad Poſterioris judicium retrahitur . fol.223. num.2.
us *Corrigantur* Peritia adiri poteſt Judex . fol. 327. nu.4.
Judicialibus Peritis ſtandum eſt . fol.252.num.1.
Judex tamen Peritos indeſſerenter admittere non debet . fol.251. num.4.
Sed debet illorum dicta examinare , eorumque relationem probare . *ibidem* num.5.
Declara . *ibidem* num. 7.
Juramento non probant . fol.251. num.6.
Declara , ut Æſtimator de æſtimatione Legaliter facienda , jurare non debeat . *ibidem* num.4.
Probant Periti de conſenſu Partium Electi , & Concordes in Relatione . fol.208 num 1., & fol.321. nu.9.
Præcipue ſi ſint Architecti , vel Artifices primarii . folio 170. num.2.
Confinia etiam probantur à Peritis . fol.17.num.55.
In materia Servitutis Luminum plene probant. folio 185. num.3.
Declara , ut non ſint attendendi , quando referunt alieno Judicio . fol.223. num.1.
Rationibus magis inhærendum eſt , quàm Judicio Periti. fol.311. num.20.
Trium Periti relatio recuſari poteſt ob relationem defectuoſam , & rei qualitatis ignorantiam . fol.227.nu.1.
Idem dic de relatione Periti Æſtimatoris . *ibidem* .
Ultimi Periti relationi ſtandum eſt , etiamſi ab aliis diſcordet . fol.224.n.3.

PERTICA .

ſeù *Decempeda* , quænam menſura ſit . fol.29. num.112.

PERMUTATIO .

Bona æquivalentia tradi debent etiam in Permutatione voluntaria . fol.147. num.124.
Capituli Conſenſus requiritur in Permutatione Loci Epiſcopalis , *ibidem* num.119.
Item Cleri , & Populi . *ibidem* num.120.
Amplia , ut etiamſi agatur de Permutatione approbata à Summo Pontifice ſubintelligatur tacita Conditio Conſenſus Patronorum . *ibidem* num.118.
Cogi nemo poteſt ad permutandam rem propriam . *ibidem* num.122.

Et

Digitized by Google

Et Coactio eſt pretio æſtimabilis, & de ratione. *ibid.* num. 123.
Neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ requiritur in Permutatione, nec ſufficit utilitas perſonarum particularium. fol. 145. num. 107.

PES.

Continet quatuor Palmos. fol. 29. num. 114.
Contrarii rejiciuntur. *ibidem.*
In ejus Menſura attenditur Conſuetudo. *ibidem* nu. 115.

PETITORIUM.

Judex caret Juriſdictione in Petitorio uttentis proteſtationibus terminandi Cauſam in ſolo Poſſeſſorio, fol. 222. num. 11.

PISTOR. V. *Scrophus*.

PLANTA.

Seu Mappa probat Confinia. fol. 17. num. 52.
Intellige de judiciali. *ibid.* num. 53.
Intellige ſecundo de concorditer facta à Peritis utriuſque Partis. *ibidem* num. 54.
Amplia, ut probet pleniſſimè contra producentem. *ibidem.*
Extrajudicialis, & facta non ſervatis ſervandis nihil probat. *ibidem.*

PLATEA.

Diſtantiam conſtitutam in jure non habet. fol. 91. n. 9.
Vendere permiſſum eſt cuilibet in Plateis. *ibidem* poſt num. 10.
Veteres Plateis fori nomen dederunt, ſit Forum, Suarium, Boarium, Piſcarium, Olitorium, &c. *ibidem* poſt num. 9.

PLAUSTRA, vulgo. *Carrettoni*. V. *Rheda*.

POD.UM, & MIRTETUM.

Eſt in diſtrictu. fol. 141. poſt num. 85.

POLIMARTIUM.

Eſt in diſtrictu. fol. 141. poſt num. 85.

POSSESSIO.

Colonis mediantibus acquiri poteſt. fol. 210. num. 3.
Colorari nequit Poſſeſſio per errorem notorium. fol. 193. num. 36.
Confinans Rei Poſſeſſio quando reſultet. fol. 233. num. 5.
Continua Poſſeſſio non habet locum, ubi eſt naturalis motus. fol. 120. poſt num. 63.
Continuatio quomodo admittatur, fol. 189. num. 12.
Præſumitur Continuatio in eo, qui ſemel poſſedit. folio 113. num. 21.
Generica Poſſeſſionis probatio non ſuffragatur. fol. 254. num. 10.
Hæredibus Poſſeſſio mediantibus Colonis acquiritur. folio 189. num. 13.
Identifica Poſſeſſione Loci probata ex Confinibus, de ſolo nomine non eſt curandum. fol. 242. num. 9.
Inſiſtens corpore, aut animo non ammittit Poſſeſſionem, etiamſi re non utatur. fol. 123. poſt num. 12.
Inſtrumenta præſertim Locationum probant Poſſeſſionem. fol. 180. num. 4. & fol. 188. num. 4. & fol. 252. no. 1.
Naturalis Poſſeſſio ei debetur, cui civilis aſſiſtit. fol. 318. num. 1.
Plures inſolidum eamdem rem poſſidere nequeunt. folio 287. num. 2.
Probatur Poſſeſſio ex Conventionibus Initis circa rem controverſam. fol. 166. num. 3.
Præcipuè ſi appareant Conventionum circumſtantiæ. *ibidem* num. 4.
Quadragenaria Poſſeſſio ceſſare facit actionem ſpolii, cujus actio tunc cenſetur præſcripta. fol. 232. num. 16.
Specifica prævalet Generali. fol. 220. num. 10. & fol. 221. num. 6.
Teſtibus quomodo probetur. fol. 189. num. 10.
Requiritur, ut Teſtes deponentes de Poſſeſſione tangant tempus ante motam Litem. fol. 166. num. 5.
Vacare non dicitur in Bonis Eccleſiæ, ſed reſidet penes ipſam Eccleſiam. fol. 130. num. 1.

POSSESSOR.

Prior obtinere debet in poſterioris concurſu. fol. 187. num. 3.
Præcipuè habens meliorem titulum. *ibidem* & numer. 1.

PRÆCEDENS.

Titulus regulat actus ſubſequentes. fol. 256. num. 4.

PRÆCEDENTIA.

Muri locus, vel via magis munda inter pedeſtres eſt præſtantior, fol. 96. num. 14.
Limita, quando tres ambulant. *ibidem.*
Inferiorem præcedere in locis periculoſis non eſt abſurdum. *ibidem* num. 15.

PRÆHEMINENTIA.

Inferiori membro Præheminentia concedi non debet. fol. 266. n. 6.

PRÆLATIO.

Cenſuaria debita ex Conſtitutione Piana. fol. 178. numer. 8.
Denunciatio venditionis debet eſſe Judicialis. *ibidem* numer. 9. & fol. 179. num. 10.
Et cum inſertione pactorum. *ibidem* num. 11.
Declara, ut fieri poſſit etiam per relationem ad Inſtrumentum, ſeu minutam, ſi eſt facilis eorum Notitia. *ibidem* num. 12.

Participes, vel Conſors præferri debet quando eundem, vel parum Ornatum facere poteſt. fol. 293. num. 16.

PRÆNESTINA.

Civitas eſt in diſtrictu. fol. 141. num. 85. verſic. Tyburtina in fin.

PRÆPOSITUS.

Praten. in Collatione Beneficiorum non habebat plus juris, quàm ſimplex Canonicus. fol. 201. num. 13. & fol. 207. num. 57.
Amplia, ut etiam Cardinales Medicei Præpoſiti Pratenſes non aliter conferrent, quàm de Mandato Capituli. fol. 202. num. 24.
Convivebat cum Canonicis juxta antiquam Eccleſiæ Diſciplinam. fol. 207. num. 56.
In Toto Territorio ſuarum Parochiarum ſivè intra, ſivè extra Mœnia exercebat quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem. fol. 160. num. 180.

PRÆSCRIPTIO.

Aquæ ductus Præſcriptionem requirit immemorabilem, fol. 116. num. 44.
In *Arboribus* an admittatur Præſcriptio. fol. 245. numer. 12.
Centenaria privilegium alicui Eccleſiæ à Papa conceſſum, poteſt ab eadem contra alias Eccleſia allegari. fol. 288. num. 23.
An etiam contra Eccleſiam Romanam. *ibidem* numer. 26.
Centenaria tribuit jus allegandi quamcumque legum Sanctionem. fol. 315. num. 31.
Interrumpi nequit à Lite in qua allegans Præſcriptionem non ſuccumbit. fol. 316. num. 32.
Juriſdictio ad hoc ut præſcribatur requirit Immemorabilem. fol. 266. num. 7. & fol. 335. num. 36. & 37.
Lite Interrumpitur. fol 315. num. 26.
Mala fides impedit Præſcriptionem etiam Immemorabilem. fol. 283. num. 28.
Præſcriptibilia ſunt, quæ Separationem, & Conceſſionem recipiunt. fol. 207. num. 62.
Præſtationes annuæ requirunt Præſcriptiones quot annos. fol. 226. num. 21.
Quadragenaria Præſcriptio irritat anteriorem alterius poſſeſſionem. fol. 194. num. 47.
Reintegrationis remedium ſpatio triginta annorum contra privatus præſcribitur. fol. 251. num. 8.
Servitus per immemorabilem præſcribitur. fol. 222. num. 4.
Declara, ut ex titulo cum ſcientia, & patientia ſufficiant decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes. fol. 223. num. 5.
Declara ſecundo, ut in ſervitute perpetua tot requirantur anni, quot ſunt actus præſcribendi, fol. 226. num. 13.
Declara tertio, ut in ſervitutibus affirmativis Præſcriptio incipiat ab ipſo facto poſſeſſionis. fol. 300. num. 10.
Et in ſervitutibus negativis à die prohibitionis, & prohibiti acquieſcentia. fol. 220. num. 2.
Adeout non ſufficiat longiſſimum tempus, ſed requiratur prædicta acquieſcentia. *ibidem* num. 2.
Spolii actio per Quadtagenariam præſcribitur. fol. 232. num. 16.

PRÆSENTATIO.

Præſentatio a majori parte Patronorum eſt præferendus. fol. 257. num. 1.

PRÆSENTIA. V. *Abſens*.

PRÆSUMPTIO.

Cedit veritati. fol. 249. num. 38.
Ea, quæ ſunt Facti, non præſumuntur. fol. 167. numer. 6.
Excluſiva præjudicii non impedit quominus revera ad eſſe, & probari valeat. fol. 341. num. 16.

PRÆDIUM.

Diviſio Prædiorum in Alluvione, ſeù Fluminis alveo derelicto, qualiter ſit facienda. fol. 160. n. 4.

PRATEN. ECCLESIA.

V. *Præpoſitus*. V. *Eccleſia*.

PRÆTIUM.

Affectio communis, non particularis eſt attendenda in æſtimando rei prætio. fol. 224. n. 5.
Mediocritas Pretii demonſtrat, quid veniat in Locatione. fol. 191. num. 26.
Quantitas pretii denotat, quid, & quantum deduxerint Partes in Contractum. fol. 381. num. 8.
Rem, & *Pretium* retinere eſt contra æquitatem. fol. 281. num. 11.

PRINCEPS.

In dubiis facti erant Principes, & Prudentiſſimi. fol. 277. num. 1.
Laici graviter peccant Juriſdictionem Eccleſiaſticam extorquendo. fol. 169. num. 7.
Nequeunt concedere exemptionem in rebus Eccleſiaſticis. fol. 274. num. 6. & fol. 276. num. 10.
V. *Jus Naturale*. V. *Dominium*.

PRIVILEGIUM, & PRIVILEGIATUS.

Centenaria Præſcriptio.
Clarè, & præciſe diſponens non indiget interpretatione. fol. 161. num. 187.

Con-

Digitized by Google

Concedentis perſona ex identitate rationis in Privilegio comprehenditur. fol.283. num.14.
Confirmatione à Papa licèt ſi poteſtatis laicalis, ligat etiam Eccleſias. *ibidem* num.9.
Eccleſia Romana quemquam in ſui præjudicium privilegiare non ſolet. *ibid.* num.15.
Latiſſimè interpretandum eſt contra Principem, ſeu Pontificem concedentem. fol.283. num.27.
Secus verò in damnum tertii. fol.285. num.14.
Privilegiatus qualiter ſit in concurſu alterius Privilegii admittendus. fol.283. num.25.

PROBATIO.

Admitti nequit contra rem judicatam niſi prævia reſtitutione in integrum. fol.224. n.18.
Æquivoca non attenditur. fol.347. n.9.
Deducitur vel ab Inſtrumentis, vel à Teſtibus. fol.330. numer. 1.
Ocularis inſpectio & propris confeſſio ſuperat omne genus probationis. fol.237. num.22. & fol.240. n.12.
In *Poſſeſſoriis* Probatione generica demonſtrativa non ſufficit. fol.254. n.10.
Præfertur validior, & potentior. fol.195. num.38. & fol. 221. num.1.
Singula, quæ non proſunt, juncta juvant in materia Probationum. fol.200. n.8. & fol.221. n.8.
Specifica præfertur generali. fol.210. num.10.

PROCESSIONES SACRÆ.

Concilium Tridentinum demandat acceſſum ad Proceſſionem. fol.45. n.62.
Omnes exempti tàm Clerici Sæculares, quam Regulares poſſunt per Epiſcopos compelli. *ibid.* nu 64.
Excuſantur ob Diſtantiam dimidii milliarii à Civitate. *ibidem* num.65.
Menſuratio ad dictum effectum fit per viam Publicam. *ibidem*.
Prædicatorum Religio habet Privilegium ducendi Proceſſiones Dominica infra Octav. Corporis Chriſti. *ibidem* num.66.
Nec amittitur per non uſum *ibidem* num.67.
Parochus non poteſt ab eadem Religione impediri in ſua Proceſſione, & ad ipſum ſpectat temporis electio. *ibidem* n.68.

PROCURATOR.

Officium Procuratorum Romanæ Curiæ vocatur Nobile à Rota. fol.74. num.29.
Abſque Procuræ Mandato non admittitur ad objiciendum. fol 158. num.10.

PROHIBITIO. V. *Jus*.

PROJECTIO.

Vetitu eſt omni Jure Projectio Sordium in publicum. fol. 64. num.58.
V. *Sordes*.

PROSPECTUS.

Impediri poteſt mediante Laudo. fol.235. num.8.
V. *Feneſtra*.

PROTECTUM. V. *Tabulatum*.

PROVINCIA.

Provinciæ nomen intelligitur etiam de Regno. fol. 200. num.7.

PROVISIO, *quoad Beneficia*.

Capitulum quandonam habeat totum jus providendi, ſeù conferendi, & Epiſcopus unam tantum vocem adeout numerari debeat in capite. fol.201. n.15.
Conſuetudini nihil detrahit ineffectuatio Proviſionum, quæ proceſſit ex cauſa diverſa. fol.204. n.35.
Devolvitur ad ſuperiorem, quando Collatores mutuo ſe impediunt. fol.201. num.14.
Obſervantiam non arguit unica Proviſio, niſi Pontifex anterioris ſtatus notitiam habuerit. *ibidem* n.10.
Simultanea præſumitur Capituli cum Epiſcopo. *ibidem* n.11. & fol.202. num.20.
Et contradicente Epiſcopo non ſuſtinetur. fol. 201. num.12.
Contrarium quando procedat. *ibidem* num.13.
Et Conſuetudo circa ipſam eſt attendenda. fol.202. num.21.
Sufficitque quadragenaria cum titulo. fol.204. numer. 36.
Nec habet locum ſimultanea in Beneficiis Juriſpatronatus Capituli. *ibid.* num.37.
Statum Beneficii non immutant Proviſiones Apoſtolicæ. fol.201. num.9.

PUBLICUM.

Nulli Privato licitum eſt propria auctoritate aliquid facere, per quod uſui publico præjudicium irrogetur. fol.258. num.60.

PULLONES.

Sunt Germina illa, quæ a Radicibus Arborum ſurgunt, & vocantur etiam Pedamenta. fol.126. n 38.
Frequentius tamen appellantur Germinales. *ibidem* num. 39.
Quandonam Pullones, ſeù Germinales cenſeantur Arbores diſtinctæ. *ibidem* num.40.

PUTEOLANA. V. *Foſſa*. V. *Fodina*.

PUTEUS.

Aperire Puteum licet in proprio Fundo, etiamſi venæ Putei vicini præcidantur. fol.116. n.41.
Communitatis expenſis purgandus eſt Puteus communis ex introitibus poſt alias expenſas ſuperextantibus. fol.115. num.32.
Et ſi introitus non ſufficient, devenitur ad collectam. *ibidem*.
Et collectari debet, etiam qui renunciavit commoditati ejuſdem Putei. *ibid.* num.33. & ſeq.
Communis ſi fuerit inter Vaſſallum, & Dominum, præfertur Dominus. fol.114. n.8. & fol.115. n.35.
Agi poteſt Judicio communi dividundo pro Puteo communi pluribus. fol.116. n.35.
Communis Puteus facit reſultare Conſortium, & Connexionem plurium Domorum, etiam ad effectum Prælationis. *ibidem* num.39.
Et uſque ad Cœlum ſe extollit ipſius Communio. *ibidem* num.40
de *Damno* infecto cavere tenetur fodiens Puteum. fol. 115. num.29.
Et propiſcere, ne Vicinus damnum patiatur. *ibid.* num. 30.
Differt à Ciſterna, & in quo. fol. 112. num. 2. & fol 115. num.23.
Diſtantia, & Profunditas Putei fodiendi qualis eſſe debeat. fol.112. n.3. & 4.
Domus in qualibet ſui parte habet jus hauriendi aquam ex Puteo cum ipſa conſtructo. fol.114. n.11.
Et eſt Puteus pars integralis ipſius Domus. *ibid.*
Et unus ſufficit pro tota Domo licet magna. fol. 116. num.37.
Imo ſervire poteſt uſui plurium Domorum. fol. 183. n.12.
Vendita Domo cum Puteo tranſeunt omnia putealia. *ibidem*.
Et ſi pars Domus careat Puteo cenſetur, venditis etiam commoditas hauriendi aquam. fol. 116. numer. 38.
Una tamen pars Domus locari poteſt abſque uſu Putei. fol 113. n.14.
Eſt Locus defoſſus, ex quo hauritur aqua à potatione dictus. fol.112. n.1.
Indiviſus, ſi remaneat Puteus unicuique ex Dominis, aquam exinde haurire licet. fol.116. n.37.
Inventrices Puteorum fuerunt Danai Filiæ. fol.115. n.22.
Et vide fol.112. n.1.
Publicus Communibus Expenſis refici, & mundari debet. *ibidem* num.6.
Amplia, ut teneatur ad refectionem etiam renuncians uſui ejuſdem. *ibid.* num.7.
Purgari debeat à Domino, an potiùs à Conductore. *ibid.* num.15.
Vicinus cum præjudicio Putei uſus non acquiritur. *ibid.* num.20.
Uſus Putei uni conceſſus in alium transferri nequit. folio 114. numer. 17.

Q

QUADRAGENARIA.

Facit præſumere Titulum, & bonam Fidem. fol. 179. num.10.

QUADRIGA. V. *Rheda*.

QUASI POSSESSIO.

Acquiritur ex pluribus actibus, e quibus. fol.160. numer. 8.
Conſtito de Quaſi Poſſeſſione Manutentio denegari nequit. fol.329. num.1.

R

RATIFICATIO.

Mandato æquiparatur. fol. 225. num. 10., & fol. 226. num.18
Præcedente Mandato, cenſetur promiſſa ad cautelam. fol.281. n 9.
Obſervantia inducit Ratificationem. fol.285. num. 6. & fol. 286. n.19.
Præſumptio Ratificationis qualiter, concludatur. fol. 280. num 16. & fol.282. n.10.
Reſcinditur Contractus ex defectu ratificationis per pactum reſolutivum promiſſæ. fol.280. n.3.
Tacita ex facto reſultans æquiparatur expreſſæ. fol.226. num.19.

RATIO.

Ubi eadem concurrit, militare debet eadem diſpoſitio. fol.162. n 190.

REATINA CIVITAS.

Eſt in diſtrictu. fol.141. poſt num.85.

REDDITUS.

ob *Redditum* communium modicitatem non admittuntur alii in Conſortium. fol.277. num.9.

REFICERE.

Non eſt de novo ædificare, ſed rem in priſtinum ſtatum reſtituere, dummodo ædificium reſtitutum an-

Digitized by Google

liquam formam non excedat. fol.304. num.2.

REGATERII.

Exercent Artem mixtam ex aliis, nec proindè ſubjacent aliis Univerſitatibus. fol.51. num.47.

REGIO.

Regionis nomen quandoque limitem, ſeu confine denotat. fol.12. num.11.

Unde agros Regionibus dividere, ſignificat illos finibus, & limitibus perpetuis diſtinguere. *ibidem*.

REGULA.

De Jure quæſito non tollendo non abrogatur, niſi fiat per Papam expreſſa mentio. fol.220. n.11.

REGULARES.

Enumerantur Regulares, qui habent Privilegium ne prope ipſos conſtruantur novi Conventus. fol.39. n. 11. & ſeq. & fol.14. n.48. & 49.

Et d. f. 44. V. Auctores de hac Diſtantia Conventum plenè tractantes n.50. & ſeq.

Extenduntur prædicta Privilegia ad Presbyteros Regulares, & Seculares, & ad Collegium, & ad Communitatem, in quibus denegant ſimplices Clerici. fol.39. n.14.

Itidem ad Moniales. *ibidem* num.13.

An prædicta Privilegia habeant locum in magnis Civitatibus. *ibidem* n.16.

Facultas fundandi novos Conventus, ſeù Monaſteria de jure antiquo erat reſervata Sedi Apoſtolicæ. fol. 41. num.24.

Poſt Concilium Tridentinum de hoc dubitatum fuit, probabilior opinio eſt ipſum requiri. *ibidem* num. 25.

Poſt Decretum Clementis VIII. non poſſunt erigi, niſi vocatis Procuratoribus Conventuum præexiſtentium, & abſque ipſorum præjudicio. *ibidem* n.26.

Gregorius XV. voluit requiri Conſenſum Conventuum etiam diſtantium per quatuor millia paſſuum. fol.42. num.27.

Urbanus VIII. revocavit Privilegia omnium Regularium, & voluit ſervari formam prædd. Decretorum. *ibidem* num.28.

Poſt Conſtitutionem ejuſdem Urbani ceſſant omnes quæſtiones ſuper impetratione Beneplaciti Apoſtolici, quod eſt omninò neceſſarium. *ibidem* numer. 29.

Et loquitur de omnibus Religionibus. *ibidem* n.30.

V. *Conventus*. V. *Proceſſio*. V. *Decima*.

V. *Hoſpitium*. V. *Suppreſſio*.

Canonici Regulares Sancti Salvatoris appellari ſolent de Bononia. folio 220. numer. 15.

REINTEGRATIO.

Eccleſia conceditur etiamſi Prælatus facto ſuo ceciderit à Poſſeſſione. fol.215.n.8.

Monaſterio ſuppreſſo, Reintegratio ad bona datur veteri Poſſeſſori. *ibidem* n.1.

Maximè ſtante Diſpoſitione Teſtatoris. *ibidem* numer. 1.

Poſſeſſio antiquior penès actorem, & moderna penès Reum probari debet ad Reintegrationem obtinendam. fol.194. n.46. & 48.

Præſcribitur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum. fol.251. num.16. & fol. 253. num 8.

RELATIO.

Defectuoſa ad Poſitorum Judicium, eſt retractanda. fol.227. n 3.

Relatum ineſt referenti cum omnibus ſuis qualitatibus. fol.191. n.30.

REMISSORIA.

in *Agnatum* Servitutibus pro certis diebus & horis datur Remiſſoria. fol.261.n.2.

in *Beneficialibus* quomodo concedatur poſt ſecundam Cauſæ Propoſitionem. fol.261. n.11.

in *Prophanis* conceditur ſtante relevantia Articulorum, & ſumn materiæ articulatæ. fol.261. n.1.

Relevantia Articulorum non debet plenè probari pro obtinenda Remiſſoria. fol.261. n.8.

Eorum plenaria diſcuſſio reſervatur Negotio Principali, *ibidem* n.9.

Semel conceſſa iterum conceditur, quando Articuli magis ſpecificè concepti novi, vel mutati. fol.261. n. 5. & fol.261. n.12.

in *Spiritualibus* dandus eſt aliquis fomes probationis. *ibidem* n.10.

RENUNCIATIO.

Renunciatum non cenſetur Fideicommiſſo, aliiſque juribus, niſi de eorum ſcientia plenè conſtet. fo.318. numer. 9.

RES.

Æſtimatio Fundi fieri debet per rei qualitatem, & fructum percipiendorum. fol.224 n.6.

Diverſitas rerum ea quibus arguatur. fol.197. n.19.

Inter alios Acta, tertio non nocet. fol.180. nu.3. & fol.205. n.10

Poſſeſſio ejuſdem rei à duobus in ſolidum teneri nequit. fol.180. num.4.

Bene tamen probatur per Inſtrumenta. *ibidem*.

Patientiam in re ſua nemo præſtare cogitur. fol. 316. num.34.

RES, *quoad Diviſionem*. V. *Diviſio*.

RES JUDICATA.

Intrat lapſo biennio, & fatalibus non prorogatis. fol. 325. num.1.

Probatio non datur contra illam, niſi prævia reſtitutione in integrum. fol. 334. num.18.

RESCRIPTUM.

Ambiguum inter pretationem recipit à ſupplicatione fol.154. n.150.

RESIDENTIA.

Aeris intemperies excuſat à Reſidentia. fol.139. n.51.

Declara, quando ſupervenit tractu temporis, ſecus ſi inerat uſque ab initio. *ibidem* n 52.

Belli ſolus timor excuſat à Reſidentia. *ibidem* n.50.

Canonici ſenio confecti, vel jubilati habentur pro reſidentibus. *ibidem* poſt n 62.

Nec tenentur ſolvere Eleemoſynam Canonico cantanti Miſſam ad eoſdem ſpectantem. *ibidem* n.63.

Tenetur tamen ad Miſſas lectas ſibi obtingentes ex repartitione facta inter Canonicos. *ibidem* n.64.

Nec lucrantur portiones Funerales, vel mortuarias. *ibidem* n.6.

Extenſio Reſidentia extra Diœceſim concedi non ſolet Epiſcopo, licet non poſſit in aliquo Diœceſis loco ſalubriter habitare. fol.145. num.105.

Infirmitas excuſat à Reſidentia. fol. 134. poſt num.16. & fol.139. num.59.

V. *Abſentia*.

Infirmi habentur pro præſentibus. fol.139.n.50.

Declara de Infirmitate prohibente intereſſentiam, & in perſonis ſolitis reſidere pro tempore bonæ valetudinis. *ibidem* num 60.

Inimicitia capitalis Parochum excuſat à Reſidentia. fol. 132. num 14.

Militiæ abeſſe præſumitur, qui tenetur reſidere. fol. 133. num.20.

in *Parte* qualibet ſuæ Provinciæ Legati, & Præſides reſidere poſſunt. fol 139. n.53.

Contrarium in Epiſcopo, qui tenetur reſidere in loco Cathedræ Epiſcopalis. *ibidem* num.54.

Nec poteſt reſidere extra Diœceſim etiam per modicum tempus abſque licentia Sacræ Congregationis. *ibidem* num.55.

Trimeſtre conceditur Canonicis à Concilio Tridentino ex juſta cauſa excuſante à Reſidentia. fol. 145. numer. 102.

Et per Sacram Congregationem fit ex cauſa prorogatio ad alios tres menſes. *ibidem*.

Utilitas Capituli Canonicum excuſat à Reſidentia. fol. 139. n.58.

RESISTENTIA.

Qui habet contra ſe reſiſtentiam Juris rigoroſius probare debet. fol.301. num.11.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Denegatur, quoties Cauſæ non concurrant. fol. 267. num. 2.

Eccleſiæ danda eſt, cui Ignorantia, ac negligentia Prælatorum obeſſe non potuit. folio 286. numer. 17. & 20.

Amplia, adverſus etiam aliam Eccleſiam. fol.283. num.10. & 20.

Quadriennium ad petendam Reſtitutionem in integrum currit à die ſcientiæ. fol.286. num.18.

Sententiæ ſi ſunt validæ, & juſtæ denegatur Reſtitutio in integrum. fol.226. num.14.

RETRACTUS.

Bulla Gregoriana circa Retractum eſt favorabilis. fol. 289. num.15.

Maximè in Retractu prælativo. *ibidem* num.16.

Cenſualis Dominus habet jus retrahendi fundum cenſitum. fol.176. n.1.

Præcipuè non facta ab Emptoribus judiciali denunciatione. *ibidem* n.2. & n.4. & 6.

Emphyteutica etiam bona retrahi poſſunt. fol.289.n.13. & fol.287. n.2.

Emptoris potiùs intereſt, quàm Venditoris rem non retrahi. fol.176. n.3.

Ingenui ex Retractu præferri poſſunt in emptione. fol. 287. n.5.

Nec ornare tenentur. fol.292. n.10.

Mariti vendentem Domum ſuam vicinam Domui Uxoris, habet locum Retractus. fol. 294. n.19.

Parietis Retractus non datur. *ibidem* num.20.

Præventioni locus eſt cæteris paribus in volentibus facere æqualem ornatum. fol.292. n.12.

Requiſita Bullæ Gregorianæ ad obtinendum retractum quatuor ſunt, & quænam ea ſint. fol.289.n.17.

Quando non habeant locum, fol.291.n.8.
Vicinetas ſola non ſufficit. fol.289.
In *Vitalitio* jure locum non habet Retractus. fol. 287. num. 7.
Declara Concluſionem procedere in vicino, ſecùs autem in Inquilino. fol. 291. num.18.
V. *Conſtitutio*. V. *Statutum*.

RELEVATIO.

In vim Monitorii fidem facit. fol.188. num.9.

REUS.

Qui pendente Lite facit perimere Jus Actoris, condemnatur uſque ab initio Litis conteſtatæ. fol.395.n.4.

RHEDA.

Feminis Romanis adeò acceptus Rhedarum uſus, ut ſe antiquitus concitaverint propter ejus prohibitionem fol.98. num.50.
Impedire non debent ſacras, aut prophanas ſolemnitates, puta Proceſſionum, vel Equorum curſus. fol. 94. num.18.
Meretricibus an, & quomodò ſint prohibitæ. fol. 92. poſt n.13. per tot.
Obviantes in viis qualiter altera alterius cedere debeat. fol.95. poſt n.19.
Prior intrans viam regulariter vincit. *ibidem* poſt numer. 20.
Plauſtra, vulgò *Carrettoni* cedant Quadrigis, ſeu Rhedis. *ibidem* num.21.
Conductitiæ cedunt Rhedis privatorum. *ibidem* num.22.
Quælibet ſe tenet in parte dextera Muri, quod fallit Romæ. *ibidem* num.22.
de *Revolutione* Plauſtri, ſeu Rhedæ quis teneatur remiſſivè. *ibidem* n.23.
Uſus, vetuſtas, & commoditas Rhedarum, Curruum, & Quadrigarum laudatur, & Luxus reprehenditur. fol. 91.& ſequen. poſt num. 11.
V. *Vehiculum*. V. *Via*.

RISCOLI.

Alias Sodæ comburi prohibentur propè Urbem ad quatuor milliaria. fol.130. num.73.

ROSTRA, vulgò *Ringhiere*.

Nemo poteſt illa projicere ſine licentia Magiſtrorum Viarum, qui eam ſolent concedere ad quatuor circiter palmos latitudinis. fol.66. n.11.
V. *Menianæ*.

ROTA.

In Cauſis gravibus Sacra Rota ſolet demandare diſcurſum Controverſiæ explanatorium ante Cauſæ reſolutionem. fol.194. n.49.
Vel etiam contemporaneè ad dictam reſolutionem. fol.195. num 50.
Vel denique poſt ipſam reſolutionem. *ibidem* numer. 51.
Declarationibus Sacræ Congregationis Rota deferre ſolet, fol.215. num.7.
V. *Decretum*.
Eaſque amplectitur. fol.220. n.8.
Deferre ſemper conſuevit relationi Peritorum. fol. 346. n.2.

RUBRICÆ.

Studium eſt neceſſarium. fol 1. n.1.
Ea neglecta prævalet nigrum. quoties nigri diſpoſitio eſt magis ſpecifica. fol.3. n.12.
Secùs quando habet diſpoſitionem perfectam, nam tunc ea ſola ſufficit ad deciſionem Controverſiæ. *ibid.* num.13.

RUSTICUS.

In materia finium Ruſticis ſtandum eſt. fol.11. ante n. 8. & fol.13. poſt n 57.
Et quantò ſunt ſimpliciores, tantò ſunt credibiliores. fol.15. n.29. & fol.17. n.61.
Civitas pluribus Ruſticis indiget. fol. 11. poſt numer. 8.

S

Sacra Congregatio. V. *Decretum*. V. *Rota*.

SALSAMENTARIUS.

Salſamentarii an ſubjacent prohibitioni Candelottariorum circa Diſtantiam, an potius attendi debeat eorum Statutum. fol. 51. poſt num.40. & fol. 52. num. 43. & 49.

SAXUMFERRATUM.

Eſt in Piceno. fol. 201. numer.18.

SCAMNUM.

Scamna, & ſedilia retineri poſſunt à Laicis in Eccleſia, & quomodò. fol.142.num.89.
Patroni habens Jus prohibendi, ne alii retineant Scamna in Eccleſiis. *ibidem* num. 90.

SCHOLARIS, & SCHOLA.

Scholæ debent eſſe ſeparatæ, ne Magiſtri, aut Diſcipuli ſe impediant. fol.74. n.35.
Scholares habent Privilegium cogendi Dominum ad locandum, nec à Domibus expelli poſſunt finita Locatione, quando Dominus vellet illas alteri locare. fol.75. n.38.

SCIENTIA.

Miniſtri Principis puta Theſaurarii benè concludit ſcientiam ipſius Principis. fol.282.n.19.
Teſtium probatur ex Depoſitione circa Bannimenta data, de qua deponunt. fol 166. num.7.

SCROBES.

Eſt nomen genericum comprehendens Foveas, & Puteos. fol.105. num.1.
Clavicam, Cloacam. &c. fol.111. poſt num.71.

SENTENTIA.

Appellatione non interpoſita intra legitima tempora tranſit in Judicatum. fol.367. n.1. & fol.335.n.1.
Intellige de Sententia juſta, ſecus de injuſta. fol. 209. num. 1.
Conſirmanda eſt Sententia valida, & juſta. fol.212.num. 5. & fol.274. n.1.
Conformitas requirit, ut Sententiæ concordent in ſubſtantialibus. fol. 243. n.3.
Ampliа licèt in verbo diſcrepent. fol.244. n.1.
Dummodo una confirmet alteram non curatur de majori declaratione facta in ſecunda Sententia. fol. 246. num.14. & 15.
Et conformitas intelligitur de Sententiis validis, & juſtis. fol.245. n.4.
Diſpoſitiva verba, non autem enunciativa Partibus præjudicans. fol.149. n.31.
Exequenda eſt, quando conſtat de bono jure. fol.167. num.2.
Juſtitia probatur ex Deciſionibus. fol.266. n.3.
Et quandonam ea eſſet. fol.250. n.43.
Reſtitutio in integrum adverſus Sententias validas, & juſtas denegatur. fol.335. n.2.
Validitas conſtat ex Actorum revolutione. fol.266.numer. 2.

SÆPES.

Confines Bonorum indicat. fol.12. n.9.
Et V. fol.245. n 7. & fol. 245. n.35.
Diſtantia duorum Pedum relinqui ſolet in plantanda ſæpe. fol. 245. num.8.
Impeditus à Domino Prædii ſervientis uti ſervitute per ſæpis plantationem nequit eam præcidere propria auctoritate. fol.13. n.9.
Mundatio ſæpis circa Aquæductum indicat activam ſervitutem. fol.15. n.28.
Plantans ſæpem non debet tranſcendere communes limites. fol.12. n.9.
Rumpens ſæpem dicitur turbare, non ſpoliare. *ibid.*
Et de ipſo judicatur, ac ſi arborem excidiſſet. *ibidem*.
Poteſt tamen rumpi ad ingrediendum fundum alienum pro Corporis neceſſitate. fol 15. n.27.
Textus in Leg.final ff finium regund. in principio intelligendum eſt de ſæpe. fol.11. n.6.& ſeq.
Et V. fol.15. ante n 27.

SEPULCHRUM.

In *Agro* ſuo conſtruere Sepulchra non erat etiam antiquitus in cujuſque arbitrio, & quare. fol.101.num. 10. & 15.
Et in Agrorum finibus conſtitui ſolebant juxtà vias Militares, & Regias *ibidem*.
Altare, & Altarium Bradellæ diſtare debent à Sepulchris. fol.102. n.17. & fol.102. n.28. & fol. 103. n.31.
V. *Diſtantia*.
Christifideles diù extra Urbem Sepulchra habuerunt. folio 101. num.9.
Dicitur locus, in quo Corpora, & Oſſa Hominum ſepulta ſunt. fol.100. num.4.
Domi unuſquiſque in doliis, & vaſculis ab initio Sepulchrum habebat. *ibidem*.
In *Eccleſiis* Cadavera humana antiquitùs Chriſtiani ob loci venerationem non cenſuerunt. fol.105. num.9. & fol.103. num.21.
Corpora Martyrum cæperunt ſepeliri in Eccleſiis. *ibidem* num.22.
Deindè conceſſum id fuit etiam Imperatoribus, & Epiſcopis. & demum omnibus indiſtinctè. *ibid.* numer.23. & ſequen.
Iter ad Sepulchrum negari antiquitùs non poterat. fol.102.num.16.
Loca Sepulchrorum Pontifices, & Augures aſſignabant. fol.101. num.11.
Privatum erat Scrobes in terra cavatus. fol.99. num.2.
Regum, & Præſtantiſſimorum Virorum, & Mulierum erat in Campo Martio. fol.100. num.7.
Religioſitas Sepulchrorum ad quantumnam ambitum extenderetur. fol.102.num.14.
Romanorum Sepulchra tàm popularium, quàm eminentium Familiarum erant in Suburbiis, fol.100. nu.8.
Qualia, & quomodò eſſent dicta Sepulchra. *ibidem*.
Sacra erant Loca Sepulchrorum vetuſtis Legibus. folio 102. num.13.
Venditio Agro reſervabantur jura Sepulchri, ſcilicèt itineris, aditus, ambitus. *ibidem* num.15.
Urbe Sepulchrorum prætenſio prohibebatur Lege 12. Tabul. fol.103.num.18.
Uſucapio Fori, ſeu veſtibuli eorumdem prædictis Legibus prohibebatur. *ibidem* num.19.

SEPULTURA.

Fabricari debet ſubtus Terram, ejuſque operimentum debet æquare ſolum Eccleſiæ. fol.104. num.33.

Jus Sepolturæ favore alicujus Familiæ in Eccleſiæ adeſſe præſumitur quoties ea non reclamante plures de eadem familia humati fuerint. fol.315.num.24.

in *Monialium* Eccleſia interiori nemo poteſt eligere Sepulturam. fol.103. num.26.

Ne quidem in exteriori abſque Beneplacito Apoſtolico. fol.103.num.27.& fol.315.num.25.

Habentibus Gentilitia Sepulchra conceditur, *ut ibidem* poſſint tumulari. fol.315. num.29.

Nec denegatur facultas ibidem condendi Sepulchra perſonis, quæ de dictis Sanctimonialium Eccleſiis benemeriti fuerint. *ibidem*.

SERERE.

Serere, ac plantare quando ſit idem. fol. 117. num.5.

SERMONETA.

Eſt in diſtrictu. fol.141. poſt num.85.

SERVITUS. *quoad Generalia*.

Actus pro inducenda ſervitute probari debent geſti in præciſo loco ſciente patiente, & non requiſito Domino. fol.233. num.5. & 6.

Alterare ſervitutem nemo poteſt in præjudicium Fundi Dominantis. fol.116 num.46.

Diſcontinua requirit præſcriptionem immemorabilem. fol.226 num.20.

Extendi nequit ad Prædium vicinum, quando alteri Prædio tantùm debetur. fol.96. num.86.

Limita in ſervitute itineris neceſſarii. *ibidem*.

Libertas Fundi in Excluſionem ſervitutis ſempèr præſumitur. fol. 307.num.1.

Nec indiget probatione. *ibidem* num.2.

Minui poteſt, non augeri in præjudicium ejus, cui debetur. fol 322.num.19.

Partialis uſus ſervitutis ſufficit ad totius jure conſervationem. fol.179.num.20.

Perſonalis ad alium transferri nequit. fol 114.num.17.

Præſcribitur ſpatio 30. annorum. fol.170 num.19.

Præſumi nequit de jure, ſed tanquam odioſa ab allegante eſt probanda. fol.321 num.10.

Declara primo, ut ex immemorabili rectè probetur. fol.179. num.14.

Declara ſecundo, ut admittantur præſomptiones, & indicia ex inſpectione reſultantia. fol. 321. numer.11.

Probanda eſt ab allegante. fol.266. num. 1. & fol. 222. num.2.

Probatur ex præſumptionibus, & conjecturis. fol. 198. num.2.

Item per Teſtes inſpectionem loci, & conjecturas. fol.217. num.2.

Præcipue juncta diuturnitate. *ibidem* num.5.

Quaſi poſſeſſio ſervitutis, ſi non probetur, inutilis eſt allegatio remediorum, de quibus hic. fol.308.,num.11.

Realis dicitur in re certa, & habentem cauſam continuam. fol.197.num.8. & fol.117.num.9.

Renunciatio ſervitutis ad ſimplicem urbanitatem referri nequit. fol.255. num.5.

Scientia Domini requiritur ad admittendam ſervitutem per non uſum. fol.179.num.16.

Teſtes deponentes de negativa ſervitutis præferuntur deponentibus de affirmativa. fol.98.num.52.

SERVITUS. *quoad particularia*.

Aquas diſperſas demittendi a Fundo ſuperiori in inferiorem, nullo pretio eſt redimenda. fol. 309. numer. 5.

Intellige de naturali defluxu, non de artificiali per fiſtulas, vel canalia. *ibidem* num.6.

Et tunc Dominus Fundi ſuperioris tenetur ad expenſas Canalis ſibi ſervitium exhibentis. *ibidem*.

Aquæductus conſtitui propriè nequit in Ciſterna, quia non habet cauſam perpetuam. fol 114.num.23.

Mentio hujus fit etiam in antiquis lapidibus. folio 113. num 16.

Præſcribitur per decennium, & per quadragenariam contra ignorantes. fol.114. poſt num.18.

Sed quod requiratur immemorabilis, vel centenaria. fol.116. num.44.

Prætendi, quando poſſit. fol.113.num.13.

Vendita Domo non comprehenditur hæc ſervitus. fol. 114 num.18.

Contrarium quando procedat. *ibidem*.

Fodiendi Sulcos, atque expurgandi, qualitèr conſtituatur. fol.233.num.5. & 6.

Itineris probanda eſt in ſpecie ex tali jure. fol. 282. num. 3

Requiritur immemorabilis ad eam acquirendam. *Ibidem* num.4.

Sufficiunt tamèn decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes ſtante ſcientia, & patientia una cum titulo. fol.233.num.5.

Prætendi poteſt ſtante neceſſitate, & ſoluto juſto pretio. *ibidem* num 8.

De eadem ſervitute remiſſivè. *ibidem* num.11.

Luminibus ne officiatur eſt perpetua. fol.273.num.8.

In quo differant inter ſe Luminum ad proſpectum ſervitus. fol.56. num.9. & fol.57.num.13.

De eadem, remiſſivè. fol.199.num.9.

Oneris ferendi conſiſtit, ut novus ædificans caveat de damno infecto, & firmet ita fundamenta, & parietes præexiſtentis domus, ut hæc apta fiat ad oneta novarum manſionum ferenda. fol 34.num.22.

Proſpectus quomodo probetur. fol.59. num.19.

Tranſitus per bona vicini permiſſus eſt, quando aliter nequit adiri proprius Fundus. fol.98. num.56.

Debet tamèn fieri electio ſitus minus damnoſi, & ſolvi juſtum pretium. *ibidem* num.57.

Excluditur ex eo, quod accuſati fuerunt, & mulctati, qui tranſire voluerunt. fol. 307. num.4.

Item ex difficultate tranſitus propter interſecationem foveæ, & deficientia neceſſitatis ob exiſtentiam publicæ viæ. *ibidem* num.5.

Solus materialis tranſitus non inducit quaſi poſſeſſionem Servitutis, ſed alia requiruntur. *ibidem* nu.9. & fol.308. num.10.

Via Servitus in quo conſiſtat. fol.98. num.50.

Ab allegante debet probari. *ibidem* num.51.

Et requiritur immemorabilis cum ſcientia, & patientia Domini Fundi. *ibidem* num.53.

Nec ſufficit ſola probatio Tranſitus per longum tempus. *ibidem* num.54.

Et ex quo præcipue excludatur. *ibidem* num.55.

SETIA.

Eſt in diſtrictu. fol. 141. num. 85.

SITUATIO.

Probatur enunciativis, aliiſque adminiculis. fol.263. num.4.

Item Præſumptionibus, actibus juriſdictionalibus, & Teſtibus. fol.274.num.2. & fol.275. num.8.

Item hiſtoricis, & coſmographis. fol.201. nu.16.

Et V. fol. 175. num 1.

SOCIETAS JESU.

In *Regno* Navarræ Decimas non ſolvit. fol. 242. nu. 9.

Habet ampliſſima privilegia circa exemptionem à Decimis. fol.243.num.11.

In aliquibus tamen caſibus earumdem ſolutionem coacta fuit. *ibidem* num.12.

Præſertim in Regno Poloniæ, *ibidem* num.12.

SOLEMNITAS.

Præſumitur ex lapſu centum annorum. fol.225.num.5.

Imò ex ſola trigenaria cum obſervantia. fol. 226. num. 17.

SOLUM.

Publicum debet eſſe liberum à terra uſque ad Cœlum. fol.64. nu.60.

SORDES.

Locus expurgationi Sordium deſtinatus ſubreptitia impetratur a *Principe*, niſi hæc qualitas expurgationis exprimatur. fol. 64. num. 61.

SORIANUM.

Eſt in diſtrictu. fol. 141. poſt num. 85.

SPATIUM.

Relictum inter duas domus ſpectat pro æquali ad utrumque vicinum, niſi contrarium probetur. fol. 33. nu.15.

SPOLIUM, & SPOLIATUS.

Spoliis Actio cenſetur præſcripta per quadragenariam. fol.212. num.16. V. *Reintegratio*.

Spoliatus probata poſſeſſione ante omnia reſtituitur. fol.166. n.9

STABULUM. vulgo. *Rimeſſa*. V. *Via*.

STADIUM.

Continet pedes ſexcentos. fol 30. num.126.

Menſuræ plura ſtadia continentes. *ibidem* num.127.

STATUS.

Ultimus in Beneficialibus attenditur. fol. 229. num.12. & fol.231.num.23.

Aliquando non ſufficit, ſed requiritur probatio mutationis prioris ſtatus. *ibid.* num.24.

Mutatio prædicta fit per quadragenariam, vel per immemorabilem. *ibidem* num.25.

STATUTUM.

Approbatum ab habente poteſtatem ſervandum eſt. fol.278.num.7.

Barones non poſſunt ſtatuere contra Ædicta ſupremi Principis. fol.136. num.31.

Clarè diſponens ad caſum præciſum, aliud non requiritur. fol.278.num.8.

Deſuetudo probari debet obtenta in contradictorio judicio cum actuum uniformitate. fol.213.num 13.

Nec Probatur per ſimplices Fides. fol.272. num.15.

Et requiritur ſcientia Principis confirmantis. *ibid.* num.12.

Dominantis Civitatis ſervari debet, ubi non adeſt jus municipale. fol. 136. num.27.

Ideoque Statutum Urbis comprehendit loca cuncti Diſtrictus, in quibus non adeſt Statutum particulare. *ibidem* poſt num.27. & poſt num.31.

Etiamſi loca ſint *Baronalia*. *ibidem*.

Generale non eſt reſtringendum. fol.278.num.4.

Interpetratio fieri debet ab habente facultatem, inſpectoque uſu in ſimilibus caſibus. *ibid.*num.12.

Et cum excluſione abſurdi. fol.276.num.4.

Lai-

Digitized by Google

Laicalia quomodo operentur circa Clericos. fol. 269. num.11.
Nec illos afficiunt præterquam cum expreſſa mentione, & Apoſtolica Confirmatione. *ibidem* num. 12.
Contraria omnia reprobantur. fol. 170. num. 13. V. *Clerici*.
Obſervantia eſt optima interpres Statuti, & Conſtitutionum. fol.277.num.7.
Præſumptiones non ſufficiunt contra Statutum. *ibidem* num.8.
Retractus editum à Laicis, an, & quando locum habeat in re, quam Laicus emerat à Clerico. fol.170. num.19.
Qualiter illi derogatur. fol.196.num.7.
Servandum eſt Statutum ad evitandas rixas emanatum. fol.185 num 2.
Sic ſtat, & ad litteram intelligi debet. fol.278. num.8.
Verba - eodem modo, & forma - quibus utitur Statutum, quid deſignent. fol.197.num.9.
Verbis Statuti ſtandum eſt. fol.278. num.9.
Uſus Statuti non eſt probandus, verificato de facto eodem Statuto. fol. 196 num. 4.

STEMMATA.
In muro affixa, vel depicta, cæteraque ornamenta, arguunt rei Dominium. fol.322. num.15.
Fortiùs indicant ſervitutem *ibidem* num.16.
V. *Cappellæ*. V. *Inſignia*.

STHASMUS.
Menſuræ nomen, & quodnam ſit. fol.30.num.138.

STIPULATIO.
Commiſſa non dicitur, niſi plenè verba verificentur. fol.336.num.15.
Eſt odioſa, & præcisè intelligenda de caſu, de quo diſponit. *ibidem* num.16.

STREPITUS.
Fabri obſtrepentes expelli poſſunt à Doctoribus, & Scholaribus. fol.74.num.27.
Ab hoc Privilegio excluduntur Procuratores. folio 73. num.17.
Contrarium veriùs. fol.74. num.28.
Fornarii arceri poſſunt propter Strepitum ſuorum Inſtrumentorum. *ibidem* num 36.
Horis inſolitis ne quis obſtrepat à quolibet vicino prohiberi poteſt. fol.76.num.50.
Muſicæ Magiſtri propter ſtrepitum arceri poſſunt. *ibid.* num 37.
Pueri ne ſaltent, aut obſtrepant, cogi poteſt Dominus Appartamenti ſuperioris à Domino Appartamenti Inferioris. fol.33. num.25.
Sibilantes, & facientes voces infeſtas arceri poſſunt. fol.74.num.34.
Viceni Privilegium circa expulſionem, ampliatur primo favore omnium incumbentium ad artes liberales. *ibidem ſub* V. fol.75.num 49.
Ampliatur ſecundo favore Miniſtrorum Principis. folio 75. num.45.
Ampliatur tertiò favore Ægrotorum. *ibidem* numer. 47.
Ampliatur quartò etiamſi Faber vellet habitare in propria Domo. fol.74.num.31.
Ampliatur quinto, non ſolùm contra Fabros, ſed etiam contra alios facientes ſtrepitum. fol. 74. numer. 32.
Limita primo, quando Faber prævenit inhabitando. fol.75. num.40.
Limita ſecundo, in magnis Civitatibus. *ibidem* num.42.
Declara, ut etiam in iſtis habeat locum prædictum Privilegium, quando Faber, aut alius obſtrepens vellet conducere partem ipſius Domus jam locatæ perſonæ privilegiatæ. *ibidem* num.43.

STUDIUM.
Legale commendatur quinquennium in ſcholis proponitur, & contraria improbentur. fol. 133. poſt numer. 11.
Reliqua V. in verb. *Puer*.

SUBDELEGATIO JUDICIS.
Eſt facienda in materia Aquarum, quando id proficit reſolutioni Cauſæ. fol.182. num.13. V *Judex*.

SUBDITUS.
Melior Subditorum Conditio auget nomen, & æſtimationem Imperantis. fol.148.num.126.
Multitudo, & divitiæ Subditorum augent æſtimationem Prælati. *ibidem* num.127.

SUBGRUNDIA.
Definiuntur prominentes Tecti partes, quæ ad pluviam arcendam extra Murum porriguntur. fol. 65. num. 4.
Fabricata juxta vicinum ipſo ſciente, & non contradicente dirui non debent, licèt Muri lineam excedant. fol.66 num.9.
Nil imponi debet ſuper ipſis, quod alicui nocere poſſit. *ibid.* num.4.

SUBREPTIO.
Adeſſe non dicitur propter defectum expreſſionis rei non neceſſariæ, vel non reddentis Pontificem difficiliorem ad concedendum. fol.196.n.11. & fol.197.n.15.
Ad eam evitandam requiritur mentio omnium, quæ Papam moviſſent ad Gratiæ denegationem. fol. 259. num.16.
Non tamen eorum, quæ ipſum non facient difficiliorem. *ibid.* n.17.

SUBSIDIARIUM.
Remedium Subſidiarium non conceditur ei, qui ſponte incidit in neceſſitatem fol.185.num.4.

SUBURBIUM.
Deſtructis Domibus Urbi adhærentibus adhuc Judicis arbitrio relinquitur, quænam ſint Suburbia. fol.159. num.175.
Et judicare debet ea eſſe, quæ conſuetudo, vel uſus loquendi induxit. *ibidem* num.176.
Ædificia conſtructa in Suburbiis, cenſentur Ædificia Civitatis. *ibidem* num.167.
Veniunt ſub diſpoſitione etiam quando facta eſt mentio loci Mœnibus cincti. fol.156.num.165.
V. *Oppidum*.

SUCCESSOR SINGULARIS. V. *Locatio*.

SUMPTUM.
De ſumpto nihil probat. fol.175.num. 8.

SUPERIOR.
Dicitur Adminiſtrator Bonorum publicorum, & nequit eadem Bona alienare, alias dicitur Proditor Subditorum. fol.148. num.112.

SUPPRESSIO CONVENTUS.
Bona ſuppreſſorum Conventuum remanet ſub Papæ dominio. fol.219. num 2.
Quæ tamen fuerunt empta præcisè ex pecuniis Monaſterii, illi remanent, maximè ſi proveniant ex pecuniis Patris Generalis, qui potuit id facere. folio 120. num.9. & 10.
Bulla ſuppreſſionis Conventuum facta ab Innocentio X. ejuſque Hiſtoria. fol.216.num 11.
Applicatio Bonorum per ipſam Bullam demandata, fit ipſo jure. *ibid.* num.14.
Debita ante ſuppreſſionem contracta, non tenetur ſolvere Conventus ſuppreſſus, ſed is, cui Bona applicantur. *ibidem* num.15.
Extinguitur jus Univerſitatis ſuppreſſo Conventu. folio 219. num.6.
Votorum obſervantia non ſolvuntur Religioſi poſt ſuppreſſionem Conventus. *ibid.* num.16.
Uſibus Piis applicantur Bona ſuppreſſi Conventus. *ibid.* num.12.
Uſus fructus conſolidatur cum proprietate poſt ſuppreſſionem Conventus. fol.215. num.6. & num.7.

T

TABERNA.
Tabernæ, earumque ſpecies, & Synonima apud antiquos. fol.47.num.3. & fol.48.num.4. V. *Apotheca*.

TABULATUM.
Prohibetur ſuper Apothecis in nimia latitudine. fol.82. num.24.
Quomodò permittantur Contra tabulata, & quæ ſint. fol.67. num.25.
Quid ſervetur circa iſta tempore ſedis vacantis. fol.68.nu.26.

TACITURNITAS.
Cujuſcumque rei gratiam non vitiat, ſed illorum, quæ ex primi debuerant. fol.255 num.11. V. *Subreptio*.

TEMPUS.
Tempore Nocturno non licet ire per Civitatem, & per Domos alienas. fol.114. num.20.

TERMINUS.
Antiquis Terminis, Agrorum Confinia quomodo probentur. fol 13.n.19. V. *Ruſticus*. V. *Lapis*. V. *Confine*.
Amotor Terminorum L. 12. Tabular. Capite punitur. *ibid.* num.18.
De Jure Canonico excommunicatur. *ibidem*, & folio 16. num.34.
De Jure Civili pœna eſt arbitraria. fol.13.num.18.
Contra eum datur Juramentum in litem. *ibidem*.
Declara: Dummodò id fecerit doloſe, nimirùm dilatandi Dominii ſui cauſa cum alterius detrimento. fol.13. poſt num. 18.
Amovens Lite pendente graviùs punitur. *ibidem*.
Limita: Actionem Criminalem non intrare in hoc delicto non conſummato. *ibidem*.
Declara Limitationem, quando effoſſio cœpta non fuit. *ibidem*.
Pro Circumſtantiarum varietate pœna extenditur etiam de jure Civili uſque ad mortem. fol.13. nu.18. in fin. & fol.16.num.33.
Deſignari ſolebant Columnis, Statuis, Sepulchris, Arboribus, Montibus, Fluminibus, Viis publicis, & ſacri erant. fol.12.num.15.
Etiam hodie deſignantur Lapidibus, Caracteribus, vel Imaginibus. *ibidem* num.16.
Dividuntur in Naturales, & Artificiales, publicos, & privatos. *ibidem* poſt num.13.
Invariabiles Termini tutiorem conſtituunt probationem. fol.16. num.39.

Quæ-

Quænam ſint V. *Confine*.
Et ſemper adhibentur, quoties Regio id permittit. *ibidem* num.40.
Ex eorum omiſſione deducitur probatio negativa, quod Bona illuc non perveniant. *ibidem* num.41.
Pari ratione apponi debent, electiſque viis terminalibus. fol.22. poſt num.16.
Sacellum Deo Termino erexit Numa Pompilius in Tarpejo. *ibidem* poſt num.14.

TERRACINA.

Eſt in diſtrictu. fol.114. poſt num 85.

TERRITORIUM.

Denotat univerſitatem Agrorum, ſeù locorum, ubi Juriſdictio exercetur. fol.330. num.5.
Diſcernitur unum ab altero ex Lapidibus inter Territoria poſitis. *ibidem* num.4.
Nullius dicitur Territorium, quòd ſeparatum eſt, & ab Epiſcopali Juriſdictione exemptum. fol.331. nu.16.
Probata Territorii ſeparatione, exemptio venit in conſequentiam, niſi contrarium per Epiſcopum probetur. fol.330.num.2. & fol.331.num.11.
Separare Territoria ſpectat ad ſolum Papam. fol.264. num.15.

TESTATOR.

Diſpoſitio Teſtatoris quotieſcumque fieri poteſt, ſervari debet. fol.216. num 3.
Generaliter loquens, generaliter eſt intelligendus. *ibidem* num.4.

TESTES IN GENERE.

Adminiculati, & veriſimiles in dictis fidem merentur. fol.199.num.6. & aliis præferuntur. fol.276. num.2.
Ad Perpetuam examinati habentur pro juſtis, & legitimis, quando in ſua Depoſitione deceſſerunt. fol.178. num 6. & fol.235.num.22.
Æquivoci, & non repetiti fidem non merentur. fol.190. num.17. & fol.193.num.41.
Affectum oſtendentes erga unam ex Partibus, non probant. fol.140 num 8.
Affirmativè deponentes ſunt præferendi. fol. 178. nu.8.
Benignè ſunt dicta Teſtium interpretanda. fol.172.nu.1. & fol.173.num 5.
Itaut Falſitas, & Contrarietas evitetur. fol. 172. num.2.
Cauſam ſcientiæ reddentes in re ſub ſenſu cadente, plenè probant. fol.274.num.19.
Contrarietas non reſultat ex eo, quod Teſtes in ſecundo Examine depoſuerint, ſe nihil ſcire, quia id intelligi poteſt ultra ea, quæ depoſuerunt in primo Examine. fol.181 num.6.
Deponentes de Auditu ultra Annos quadraginta cum Adminiculis, plenè probant. *ibidem* num.3.
Formiter Examinati plenam faciunt Probationem. folio 178 num 5. & fol.346.num.3.
Morte ipſorum Depoſitio confirmatur. fol.178. num.6.
Paupertas à teſtificando non repellit. fol. 217. num.8.
Plenario in Judicio fidem non faciunt examinati in ſummariſſimo Poſſeſſorio. fol.193.num 16.
Plures numero plenam faciunt Probationem. fol. 43. num.42.
Poſſeſſionem quomodo probent. fol.189.num.10.
Probant contra Indocentem. fol 213. num.7 & fol.233. num.12. & fol.153.num.7. & fol.269. num.18.
de *Proprio* facto Deponentibus magis credendum eſt. fol.190 num.18.
Singularitas quando eſt adminiculativa, non officit. folio 198.num.3. & fol.272. num.3.
Univerſitatis probant ad ipſius favorem, precipuè quando Exteri nequeunt eſſe tàm benè informati. fol.302. num.10.
Indubitanter quando deponunt ad commodum commune, non autem ſingulorum. *ibidem* num.11.

TESTES *quoad Probationem Finium*.

Teſtes in quæſtione de Finibus præcipuas conſueverunt partes agere. fol.17.num.56.
Præſertim ſi diſtinguunt ſingillatim loca, terminos, & confinia. *ibidem* num.57.
Et quando deponunt de facto proprio. *ibid.*num.58.
Amplia: etiamſi non fuerint formiter examinati. *ibidem* num.59.
Maxime ſi ſunt Accolæ. *ibidem* num.62.
Quando veró ſunt formiter in facie Loci examinati, pleniſſimam probationem conſtituunt. *ibidem* no.63.
Concordantes cum inſpectione loci faciunt evidentem probationem. fol.180. num.6.
cum *Planta* Judiciali Concordantes plene probant. folio 234. num.20.
Specificè deponentibus, non autem generice ſtandum eſt in materia finium. fol.175.num.6.
Veriſimilia deponentes, & concordantes cum relatione Periti, ſemper præferri debent. fol.236. num.29.

TEXTUS.

Conſtitutio Zenonis *in l. 12. Cod. Ædific. privat.* fol 36. num.51.
Præſcribit aliqoando duodecim, interdum decem, & interdum ſex pedum Diſtantiam juxta diverſam naturam patictum. fol.54.num.49.
Eſt apocripha, & compoſita per Antónium Contium. *ibidem* nom.50.
Et in praxi non ſervator. *ibidem* num.52.
Lex Mœniana *Cod. de Ædific. privat.* requirit ſpatium decem pedum. fol. 36. num.41. & fol. 66. poſt num. 7.
Amplia, & Declara, ut *ibidem*. V. *Diſtantia*.
Hodie de conſuetudine non ſervatur. *ibid.* nom.7.
Lex finalis ff. finium regundor. habet locum tàm in prædiis ruſticis, quàm in Urbanis. fol.36 num.32.
Contra. *ibidem* num.33.
Legenda eſt ad duo, non ad quinque pedes. folio 123. poſt numern 6.
Et de ratione. fol.123. num.7.
Contraria reſpondetur. *ibid.* num 8.
Non abiit in deſuetudinem, ſed meretur citari. fol.125. poſt num.22.
Quæ ſit verior opinio circa ejus lecturam. fol. 128. n.53. & ſeq.

THESAURUS.

ad *Acquiſitionem* Theſauri fundus dicitur ſecus tàm ratione utilis, quàm directi Dominii. fol.336.num.9.
Inventus in fundo alterius dividitur inter Inventorem, & Dominum. fol.326.num.12.
In fundo proprio inventus ſine ſcelere acquiritur Domino. fol.336.num 8.
In fundo Emphytheutico pertinet ad Emphitheutam, non ad Dominum directum. fol. 326. num. 2. & fol.336. num.10.
Pars fundi non eſt, neque ejus fructus aut naturalis, aut Civilis. fol.336.num.12.
in *Regalibus* Principis computatur, nec acquiritur abſque ejus licentia. fol.337. num.20.

TITULUS.

Præcedens regolat actus ſubſequentes. fol.256. num.4.
Putativus quando excludatur. fol.266.num 8.
Quadragenaria facit præſumere Titulum, & bonam fidem. fol.179. num.10.
Reſiſtentia juris habens requirit concludentiſſimas probationes. fol.301.num.11.

TOPOGRAPHIA.

Præſentibus Partibus eſt facienda. fol.180.num.5.

TRANSACTIO.

Inutilis per indirectum reddi non debet. fol.306. n.13.
Omnia, quæ deſtruunt vim pactorum, & Tranſactionis reiicienda ſont. fol.305.num.7.

TRANSITUS. V. *Servitus*.

TUSCULUM.

Eſt in diſtrictu. fol.141.poſt num.85.

TYBURTINA CIVITAS.

Eſt in diſtrictu. fol.141. poſt num.85.

V

VALLUS.

Dicitur Vinearum Munimentum. fol.11.num.4.

VALOR.

Melius haberi nequit, quam per æſtimationem Peritorum. fol.171.num 4. V. *Pretium*.

VASSALLUS.

Dicitur, qui ſubeſt, non ſolum ratione Feudi, ſed etiam ratione Juriſdictionis. fol.155.num.156.
Poteſt eſſe Teſtis pro Domino, ſi non agatur de ejus intereſſe. fol.175.num.9. V. *Subditus*.
Variatio. V. *Aquæductus*.

VEHICULUM.

An apud veteres uſus vehiculi vulgo *Caleſſe* extiterit. fol.94. poſt num.17.

VELITERNUM.

Eſt in diſtrictu, fol.142. poſt num.85.

VENDITIO.

Invitus nemo cogitur vendere, vel emere etiam oblato juſto pretio. fol.143. num.93.& 95. & fol.146.nu.112.
Periculum tranſfertur in Empturem perfecta venditione. fol.260.num.10.
Limita, quando venditio facta fuit pro pretio æſtimando. fol.268.num.11.
Declara Limitationem non procedere, vel quando ſecuta eſt traditio, vel quando æſtimatio collata eſt in perſonam certam. fol.269.nom.12. & 23.
Traditio ſola ſufficit in Venditionibus. *ibidem* num.14.
Tranſlatio Dominii non fit pendente Conditione. *ibidem* num.13.

VENTUS.

Per deſcenſum debilitatus nequit benè diſſipare humidos vapores. fol.411.num.25.

VERBA *in genere*.

Diverſam ſignificationem habentia, & juncta per Dictionem, ſeparatum producunt effectum. fol. 403. num.20.
Generalia non operantur extra propoſitam materiam. fol.206 num.46.
Indefinita de re certa, ſeù loco totum comprehendunt. fol.254.num.16.
Premiſſiva declarant totam diſpoſitionem. fol. 218.numer.1.

in

Digitized by Google

In *Potiori*, ſeù propria ſignificatione intelligi debent. fol.288.num.8.
Sequentia declarant, reſtringunt, & moderantur antecedentia. fol.249.nom.33.
Similia aliquando ponontur inter diverſa. fol. . . . . . numer. 2.
Specialia à generalibus declarantur. fol.250.num.41.
Strictam, & largam habentia ſignificationem, in ſtricta accipi debent. fol.181 num.9.

VERBA *in ſpecie*.

Aſſignamus, totalem indicant Dominii translationem. fol.155.num.158.
Cavare non novum, ſed vetus eſt, & ſignificat profundam excavationem, quæ vineis convenit. fol.327. num.18.
Cum, fictionem importat, & ſimilitudinem. fol.249. num.34.
Haberi ſemper cum effectu eſt intelligendum. *ibidem* num.30.
Juxtà ſummè ſpectare, important plenitudinem Dominii. *ibidem* num.29.
Maceria exprimitur in Leg. ult. ff. fin. regond. *ibidem* num.36.
Sancimus, importat novæ Legis, ſeù Conſtitutionis editionem. fol.285.num.10.
Sfossare, ſignificat effodare per parvam profunditatem & verbum Cavare per multam. fol.327.num.22.
Et latiùs de differentia inter utrumque. fol. 337. num. 19.
Sua. *Lare &c.* probant Dominom in eo, ad quem referuntur. fol.313.num 8. & fol.314.num.20.

VERITAS.

Cui aſſiſtit, illi adjumentum præſtat ad veritatem obtinendam. fol.221.num.2.

VETRALLA.

Eſt in diſtrictu, ſed in ea non fervatur ſtatutum Urbis. fol.141. poſt num.85.

VETUSTAS.

Obtinet Legis Auctoritatem. fol.145. num.109.
Et totum facit in materia Aquarom. fol.310. num.11.

VIA IN GENERE.

Ambaſtiatores qoi ad proprium oblectamentum per obliviam qaam iter potrahunt, pro tempore illo ſalariom conſequi non poſſunt. fol.132.poſt num 4.
Definitione viarom. fol.89. poſt num.1.
Diverſitate viarum qualitates, nimirum Prætoriæ Militares, aut Conſolares, & qoænam ſint. fol. 97. num.38.
Dominus fundi non præſumitur velle relinquere in eodem viam ad publicum commodum, & ſine cultura. fol. 302. num. 9.
Juriſdictio viarum Præſidis Eminentiſſimi Camerarii, & Magiſtrorum viaram. fol.34. num.17.
Libertatem viæ non eſt neceſſe probare per titulum, aut per immemorabilem. fol.302.num.12.
Præcedentia datur relinquendo viam mundiorem, vel ex parte Muri inter pedeſtres. fol.96. num.24.
Quando tres ſimul ambulat Præcedantia eſt in medio. *ibidem*.
In Locis periculoſis inferiores dabent autcire. *ibidem* num.25.
Privata præſumitur habens introitom, vel exitum in prædiis privatis. fol 89. poſt num.3.verſic. Aut via.
Et in dubio privata cenſetur, ſi habet ſigna orgentiora pro tali qualitate. fol.96. num.37. & fol. 97. num.48.
Et talis cenſetur, quando conſtat de collatione vicinorum prædiorum ad propriam commoditatem. fol.97.num.44.
Quid cenſendum, quando non conſtat de dicta Collatione, & via incipiens à loco publico, poſtea intermoritur. *ibidem* num.47.
De ligniis denotantibus viam eſſe privatam, remiſſivè. *ibidem* poſt num.41.
Eamque aperire, & claudere licet unicuique in proprio fundo. *ibidem* poſt num.42.
Reparatio, & Purgatio viarum, per quemnam fieri debeat. fol.98.num.58.
Venditores an poſſint impedire ſpatium viarum. folio 111.num.10. & fol.97.nom.42.
Vicinalis, & Privata, quænam ſit. fol.110. poſt n.7. & fol. *ibidem* num.49. V. infra *Via publica*.
Claudi poteſt de conſenſu omnium vicinorum. *ibidem* num.45.
Non tollit jus congrui. fol.198. num.23.

VIA PUBLICA.

Apothecas mobiles retinere quilibet permittitur in viis publicis, fol.91. poſt num.10.
Canala vicini in viam publicam non eſt deducendum. fol.23. num.21.
Diſtantia nulla relinquenda eſt, quando quis ædificat propè viam publicam. *ibidem*.
Dominium publicæ viæ ſpectat ad Principem, uſus autem ad Populum. fol 90. poſt num.4.
Fons conſtructus in via, & deſtinatus ad publicum uſum, arguit eamdem eſſe publicam. fol.302. nu.6.
Immunitas in via publica. V. immunitas.
Impedimenta perpetua prohibita ſunt in viis publicis. fol.91. num.11. & fol.97.num.40.
Et amoveri poſſunt non obſtante quadragenaria præſcriptione. fol.91. poſt num.11.
Incipiens. & Definens in publicum, via eſt publica. fol.301.nom.2. & fol.424.num.7.
Innovationes proprio arbitrio in via factæ, non excludunt ab ipſa publicitatem. fol.303 num.16.
Intermedius locus poteſt eſſe publicus, quam vis bona hinc inde ad Privatum pertineant. *ibidem* num.14.
Juriſdictio viæ publicæ eſt Principis. fol 90. poſt nu.5.
Et abſque ejos permiſſu præſcribi, vel alterari nequit. *ibid.*& fol.97.num 39.
Includitur tamen in generali Juriſdictionis conceſſione. fol.90. poſt num.5.
Latitudo in Regno Franciæ eſt ad minus 36. pedum. *ibid.* poſt nom.8.
Romana praxis eſt, ut admittat ſaltèm doos Curros. *ibidem* poſt num.8. verſic. *obſervatur*.
Quæ nec unum Currum admittit nequit via appellari. *ibidem* poſt num.8. verſic. *Quod ſi*.
Et pro dictis Curribus ad effectum ingrediendi, & egrediendi latitudo debet eſſe ulnarum ſex. fol. 98. nom.60.
Ideoque ſtabulum vulgo *Rimeſſa* in propria Domo conſtrui nequit, ſi ob anguſtiam viæ damnum vicino, infertur. *ibidem* num.61.
Pars unius ejuſdemque viæ nequit eſſa publica, & Pars privata. fol.303. num.14.
Privati ſoli probatio neceſſaris eſt ad excludendam poblicitatem viæ, quæ alioquin habet urgentia ſigna dictæ publicitatis. fol.301.num.4.
Probatur poblica ſi detur pro confine inter Agros proximos. fol.96. num.32.
Maximè ſi Agri hinc inde ſepibus claudantur. *ibidem* num.33
Item ex delatione Sanctiſſimi Sacramenti. & Cadaverum ſepeliendorum. *ibidem* num.34.
Fortiùs ſi Proceſſiones habitæ ſint à toto Clero. fol.96.num.35. & fol.301.num.7. & 8.
Item ex latitudine octo pedum in porrectum, & ſexdecim in anfractum. fol 96. poſt num.36.
Item ex opera manafacto à publico. *ibidem* nu. 31.
Item ex aliis ſignis, de quibus. fol. 302. num. 5. & 6.
Reductio publicæ viæ in privatam fieri poteſt per Principem. fol.97. num.43.
Reparatio viæ publicæ ſpectat ad vicinos. fol. 90. poſt num. 6.
Limita, quando eſt deſtructa ex culpa alicujas, qui ſit ſolvendo. fol. 91. poſt num.9.
Eccleſiaſtici an ab ea ſint immunes. *ibidem*.
In locum Exemptorum ſopplare debent alii vicini. *ibidem*.
Pro reparatione viarum ex Bullis Pontificiis proceditur Manu Regia. *ibidem*.
Requiſita publicæ viæ ſunt, quod ſit facta auctoritate Principis. fol.89.num.2. & fol.91.num.9.
Quodque ſolum ſit publicum, publicè per illud ſit iter ad Civitatem, Flumen, vel viam publicam. fol.89. poſt num.2. & 3 & fol.96. num.28. & 29.
Separationem inducit. fol.90.num.4.& fol.197.num.18. & fol.198.
Contrarium quando procedet. fol.198. num.24.
Solom intermedium probari debet publicum, quando deſunt alia extrema pro concludenda publicitate viæ. fol.301.num.3.
Tranſire cuique licet per viam publicam. *ibidem* numer. 1.
Uſus publicus excludit viam eſſe vicinalem. fol. 348. num. 8.

VICARIA.

Apoſtolica Confirmatio quandoque in ea non reqoiritur. fol.184. n.9.
Erectio Perpetuæ Vicariæ non præſumitur. fol. 208. num. 8.
Fieri debet cauſa cognita, & citatis intereſſe habentibus. *ibidem* num.9.
Mora primi Vicarii non expectatur, quando vicaria eſt amovibilis, ſed quandocumque libuerit ſit proviſio. fol.184. n.8. & 11.
Perpetuitas vicariæ qoid importet. fol.229. num.13. & fol.230. n.19.
Status oltimus attenditur in dignoſcendo, an vicaria ſit perpetua, an potius amovibilis. fol.184. n.17.
Quandonam dictus Status Perpetuitatis cenſeatur immutatus. fol.230. num.20.
V. infra *Vicarius*.

VICARIUS AMOVIBILIS.

Actus gerere præſomitur tanquam Miniſter nec præjudicat Principali. fol.184. n.13.
Epiſcopus omnino habet jus illum approbandi. fol.295. num 24.
Exercitium nudum habet. fol.183. n.2. & fol.208. num. 1. & fol.240. n.22.

Fun-

Fructi . . Parochiales exercendi jus prætendere nequit. fol.206. n.2.
Plenarie unita Eccleſia quoad Spiritualia, & temporalia Vicarius eſt ad nutum Amovibilis. fol.184. num.16. & fol.241. num.25.
Regularitas Eccleſiæ facit in dubio præſumere Amovibilitatem Vicarii. fol.183. n.7.
Unio quando faciat præſumere Amovibilitatem. fol. 229. num.3. & fol.230. n.17.

VICARIUS PERPETUUS.

Aſſignatam habens Congruam retinet nudum Exercitium fol.183. n.4. & fol.209. n.6.
Commiſſus uti erroneus qualitati Vicarii non præjudicat. fol.230. n.22.
Cura non deſinit eſſe Eccleſiæ, cui facta eſt unio, licèt deputetur Vicarius Perpetuus. fol.183. n.6.
Totalis reſidet penès Vicarium, quando ipſe percepit fructus omnes. fol.240. n.14.
Deputari quando debeant Vicarii Perpetui. fol. 183. n. 5. & 6.
Inſtitutiones à Vicariis reportatæ, arguunt Perpetuitatem. fol.219. n.11.
Approbatio Vicariorum indefinite ſpectat ad Epiſcopum. fol.241. n.24.
Unum, pluresve conſtituere debet Epiſcopus in locis, ubi perſonaliter non poteſt intereſſe. fol 146. n.12.
Et quandunam inſtitui debeat fol. 294. n.17.
Monaſterii uniti Vicarius poteſt id, quod alii in ſua Parochia. fol 240. n.21.
V. *Unio*.

VICARIUS URBIS.

Papam repræſentat tamquam Romæ Epiſcopus. fol. 272. n.2. & fol.174. num.30.
Comprehenditur in Conſtitutionibus loquentibus de Ordinariis. fol 474. n.21.
Et ad ipſum in Urbe diriguntur Commiſſiones ſi inevidenrem. *ibidem* num.22.

VICINIA.

Quænam Perſonæ expelli poſſint a vicinia. V. latè. fol. 60. & 70. & plur. ſeqq. Et V. in ſuis verbis particularibus.
Rixuſi, & ſcandaloſi à vicinia expelli poſſunt. fol.77. num.73.

VICINITAS.

Eſt ab allegante probanda. fol.74. n.25.
Et conſideratur ab interiori parte domorum, quæ Januam habent principalem. fol.35. n.37.
Major, vel minor vicinitas, vel diſtantia prædiorum auget, vel minuit Bonorum valorem. fol.48 n.130.
Non deſumitur ab extremitate contermini Territorii, ſed ab Eccleſia matrice quando mentio habetur Epiſcopi vicinoris. fol.157. n 169.

VICINUS.

Arbitrio Judicis remittitur quiſnam dicatur vicinus ad diverſos effectus. fol.74. n.19.
Et præcipue in materia expulſionis. fol.75. n 48.
ad *Arcendum* vicinum propter ſtrepitum vel propter malum odorem, dicitur ille. qui habitat in loco, ex quo prædictæ qualitates offendere poſſunt. fol. 74. num.24.
Artes fetidas exercens expelli poteſt à vicino. fol. 77. num. 65.
Bonorum vicinorum laudes. fol.69. n.3.
In illis tamen non ſperandum quando ex nobiſmet agere poſſumus. *ibidem* num.5.
V. *Confinia*. V. *Lapis*.
Damna, ut reficiantur à vicino, ſi ſtatutum demandet vicinorum nomine non intelliguntur habitantes eo loco, unde vox exaudiri nequit. fol.74. n.22.
Dicitur à Vico, & vicus à Via. fol.69 n.1.
Differentiæ plurimæ vicinorum. *ibidem* num.3.
Mali vicini, qui ſint, & quomodo arcendi. *ibid.* n.6.
Pariete communi pro diviſo uti nequit, niſi pro ſua Medietate. fol.27. num.95.
V. *Murus*.
ad *Reſpectus* effectum quiſnam dicatur vicinus. fol. 74. num.19.
V. *Conſtitutum*. V. *Strepitus*.

VICUS.

Legibus Oppidi, cui ſubeſt, regitur, & Privilegiis gaudet. fol.128. num.37. & 39.
Natus in vico habetur pro orto in civitate. fol. 137. num.38.

VINEA.

Cultura cujuslibet petiæ Vineæ juxta praxim Urbis taxatur ad ſcuta duodecim. fol.125. n.30.
Paciſcens de Vinea non intelligitur de Agro, cum una ab altero differat. fol.226. num.7.
Suburbanæ potius ab obleamentum, quam ad fructum deſerviunt. fol.125. n.29.
Tineas habet, qui habet Vineas. *ibidem* n.30.

VINUM.

Vinearum Suburbanarum eſt immune à quolibet onere fol.126. num.31.

VISITATIO.

Incommodum Viſitationis Epiſcopalis propter remotionem Locorum ſuppleri poteſt per Vicarios. fol. 146. n.114.
Juriſdictionem concernit. fol. . . . n.28.

VITERBIUM.

Eſt in Diſtrictu. fol.141. poſt n.85.

VITIS.

Arborum nomine improprie continentur. fol.122. n.4.
Aliquando etiam in Statutis appellatur Arbor, ut in Thuſcia. *ibidem* num.5.
Humiles Vites relinquere oportet. fol.124. poſt n.17.
Plantare Vites unuſquiſque poteſt in proprio fundo. *ibidem* num.14.
Amplia etiamſi impediant paſtum communem Animalium. *ibidem*.

ULNA. V. *Cubitus*.

UMBRA.

Eſt Aer Sole, carens. fol.114. n.16.
Fructus officit. *ibidem*.

UNIO.

Æque principalis non poteſt unam Eccleſiam, aut Regnum ſub alio comprehendere. fol.141. n.4.
Et utriuſque Eccleſiæ, vel Beneficii nomen retinetur, ſecus in acceſſoria. *ibidem* num.4.
Beneplacito Apoſtolico carens non afficit ſucceſſores. fol. 230. num.22.
Incorporativa eſt cum Tituli ſuppreſſione, & cum jurium translatione. fol.239. n.2. & 5.
Inſtitutionis jus primævum illæſum remanet in unione non continente ſubjectionem etiam quoad Spiritualia. fol.184. n.15.
Obſervantia declarat Unionem. fol.108. num.7. & fol. 108. num.11.
Patroni Conſenſus Unionem convalidat. fol.228. n.5.
Plenaria Unio quando dicatur inducta. fol.184. n.14. & fol.228. num.2.
Inducitur, quando facta eſt cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. fol.229. n.4. & fol.208. n.3. & 4.
V. *Eccleſia*.
Unita recedit à ſua natura primæva. fol.229. n.14.
Et extincto ſuo titulo remanet merum prædium alterius Eccleſiæ. fol.240. n.20.
Declara, in caſu, quo *unio* facta fuerit jure incorporationis; & quomodo de hac appareat. fol.184. n.14.
Secus ſi duæ Eccleſiæ fuerint æque principaliter unitæ, & tunc retinent cura diſtincta, & ſeparata, & æque ſubſunt eidem Epiſcopo. fol.206. n.51.

UNIVERSITAS.

Convocari debet vel voce Præconis, vel ſonu Tubæ, aut Campanæ more Regionis. fol. 226. n.15.
Diverſum eſt habere in Negotio merces alicujus Univerſitatis, ac illius Artem ex profeſſo exercere. fol. 53. num.48.
Prohibentur Statutu Urbis Univerſitates concedere Statuta præſcribentia Apothecis aperiendis certam diſtantiam ſervandam. fol.50. n.31.
Nec poſſunt in hoc à Senatore diſpenſari. fol. 51. num. 37
Quamvis Senator ſit eorum Superior. *ibidem* n.36.
V: *Apotheca*. V. *Artifex*.
Studiorum Univerſitates, quæ ſint, ubi de Romano, Salmaticenſi, Sorbonenſi. &c. fol.132. n.9.

VOLUNTAS.

Non fertur in incognitum. fol.318. n.8.

URBS.

Urbis appellatione venit ſolus ambitus Murorum. fol. 256. num.161.
Declara, ut quando adjectum eſt nomen proprium comprendat etiam Suburbia. fol.257. n.163.
Urbis nomen in Ethymologico ſignificatu idem eſt, ac Oppidum Mœnibus cinctum. *ibidem* n.164.

USUFRUCTUARIUS.

Arbores incidens Uſumfructum amittit. fol.124. n.8.
Declara, ut duæ Arbores cæſæ ſufficere poſſint ad hanc pœnam. *ibidem*.
Obligatus ad rem manutenendam, & ſervandam omni tempore, non poteſt ejus formam mutare. fol. 297. n.8.

USURPATIO.

In Perſonis potentibus, & Univerſitatibus præſumitur Uſurpatio Juriſpatronatus. fol.228. num.4. & fol. 231 num.26.
Declara, quando agitur contra Epiſcopum, ſecùs autem inter Patronos, vel eorum Præſentatos. fol. 231. num.27.

F I N I S.

33342764

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google